R. BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE
DI FIRENZE

COLLEZIONE PISTOIESE

RACCOLTA DAL

CAV. FILIPPO ROSSI-CASSIGOLI

nato a Pistoia il 23 Agosto 1815
morto a Pistoia il 18 Maggio 1890

Pergamene - Autografi - Manoscritti - Libri a stampa - Opuscoli - Incisioni - Disegni - Opere musicali - Facsimile d'iscrizioni - Editti - Manifesti - Proclami - Avvisi e Periodici.

21 Dicembre 1891

JOANNIS JACOBI SCARFANTONI

ANIMADVERSIONUM

AD

CECCOPERIUM

PARERGON.

JOANNIS JACOBI SCARFANTONI

J. C. Patritii, & Ecclesiæ Cathedralis Pistoriensis Præpositi,

EQUITIS SACR. MILIT. ORDINIS DIVI STEPHANI, ET VICARII GENERALIS

ANIMADVERSIONUM AD CECCOPERIUM PARERGON,

Nonnullis ad materiam Rotæ Romanæ Decisionibus, NECNON Clarissimorum Juris Consultorum Votis exornatum.



LUCÆ, MDCCXXXVII.

TYPIS SALVATORIS, ET JO. DOMINICI MARESCANDOLI

SUPERIORUM PERMISSU.

BENEVOLE LECTOR

INcessit olim tibi fortè animum admiratio, Canonicas Lucubrationes Viri Clarissimi Francisci Ceccoperii, opus quidem non argumentosum, tantam mihi suppeditare potuisse rerum copiam, ut vel occupatissimus ego Vicarii Generalis patriâ in urbe dum fungor munere, duo, nec longo admodum tempore, ediderim in lucem volumina eorum, quæ occurrebant, quæ notabam, quæ seligebam in dies, & Animadversiones in Ceccoperium inscripserim. At enim verò miraberis in præsens magis, quum videas prodire unâ, eâdemque super re Volumen Tertium, quod, si expendantur attentius quæ in illud summo congessimus opere, neque numero rerum, neque præstantiâ, neque utilitate, non uni, non alteri facilè concesserit. Appellari Parerga placuit, non peregrino Jurisconsultis nomine, eo licèt abusi esse videamur, dum id sua mole vincunt, quod primum fuerat institutum. Pro tuâ humanitate, Lector, non meam crimineris minutam diligentiam; imo verò ubertatem soli laudes, si vel post primos messores in commune commodum missis ex aristis manipuli colliguntur. Cinyphiæ segetis citius numerabis aristas, quàm ea, quæ ex unâ, vel Canonici materiâ juris, vel Civilis legi possunt. De Conjecturis ultimarum voluntatum, de tacitis contrahendis in rebus, deque ambiguis, quæ non eruit, expendit, digessitque Em. Mantica? Vix admovetur operi manus, major ecce tibi rerum nascitur ordo; difficiliùs exitus, quàm principium invenitur. Quò verò te opus & utilitate augeat, & varietate delectet, præstantissimorum Vota Canonistarum, atque Jurisconsultorum admiscere placuit, lectissimasque Sacræ Rotæ Romanæ Decisiones exquirere, quas, ubi dubium aliquid inciderit, quoddam veluti præsens, non longè petendum, consulere possis oraculum. Hæc additamenta futura non ingrata peritis Viris, quicumque iis degant in locis, quæ vel Cathedrali, vel Collegiatâ aliquâ saltem Ecclesiâ præfulgeant, polliceri mihi meritò posse videor; quum primus, & alter mearum Animadversionum Tomi vix editi eam iniverint illorum gratiam, ut divendendi usquam nulli prostent, plurimis expetantur. Vale, & me amare pergas velim, ut facis.

JUssu Illustrissimi & Reverendissimi Domini Fabii de Colloredo Archiepiscopi Lucani, & Comitis ego infrascriptus præsens Opus Domini Joannis Jacobi Scarfantoni Præpositi, &c. vidi, & cùm varia multiplici ac solida doctrina refertum animadverterim, nihilque offenderim SS. Canonibus ac Sacræ Theologiæ minus consonum, imprimi posse censeo.

Datum Lucæ die 25 Aprilis 1737.

Joan. Dominicus Mansi Congreg. Matris Dei.

IMPRIMATUR.

Carolus Franciscus Conti Vicarius Generalis.

Carolus Provensali Illustrissimi Magistratus super Jurisdictione Præpositus.

INDEX ARGUMENTORUM ADDITIONUM,

Quæ in hac Tertiâ Parte Animadversionum

JO. JACOBI SCARFANTONI AD CECCOPERIUM

CONTINENTUR.

ADDITIO I.

De Collatione divisa per Turnum.

Examinantur in hac materia tres quæstiones. Prima nempe, an introducta certa forma providendi Canonicatus, seu alia Beneficia per Turnum, valeat Capitulum illam immutare absque auctoritate Episcopi. Secunda, an necessarius sit ad hunc effectum consensus omnium Capitularium, vel sufficiat majoris partis illorum. Tertia verò, an, & quando novi Turni dispositio requirat, ad sui validitatem, capitularium subscriptiones.

ADDITIO II.

De Præcedentia Coadjutorum.

Agitur de Præcedentia debita Coadjutoribus Dignitatum, seu Canonicorum, tam in functionibus Ecclesiæ Cathedralis, quàm extra.

ADDITIO III.

De Indultis Apostolicis percipiendi distributiones in absentia.

Ad materiam Indultorum Apostolicorum, percipiendi distributiones in absentia, traditur quot sint earum species, quasque hujusmodi Indulta comprehendant.

ADDITIO IV.

De Jurisdictione Episcopi in exemptos.

Episcopi jurisdictionem habent in exemptos, in concernentibus curam Animarum, illosque punire valent, si circa eamdem delinquant; & quando dicantur in eorum officio delinquere. Agitur etiam de jure visitandi Ecclesiam Cathedralem, & Capitulum, licèt exemptum; & afferuntur ad materiam plures, ac variæ Sac. Congreg. Conc. resolutiones.

ADDITIO V.

De Reparatione Ecclesiæ unitæ Capitulis.

Ad hoc, ut Parochiani compelli possint ad expensas pro reparatione Ecclesiæ unitæ Capitulo, necesse est probare insufficientiam redditutum illius; & quomodo ea probetur. Quando Capitulum teneatur ad reparationem etiam probata tenuitate redditutum Ecclesiæ.

ADDITIO VI.

De Præcedentia Capellanorum, seu Mansionariorum Ecclesiæ Cathedralis.

An, & quando in Funeribus Parochi præcedere debeant Capellanos, seu Mansionarios Ecclesiæ Cathedralis. Et quid de Sacerdotibus, vice-Parochorum, & de eorum mandato intervenientibus. Agitur etiam de præcedentia Clericorum ejusdem Ecclesiæ Cathedralis supra Clericos aliarum Ecclesiarum inferiorum.

ADDITIO VII.

De Præcedentia Dignitatum supra Canonicos.

Referuntur prærogativæ, quibus gaudent Dignitates supra Canonicos. Agitur etiam de præeminentiis, quibus frui non valent primæ Dignitates Ecclesiarum Collegiatarum; super qua materia nonnullæ adducuntur Sac. Rit. Congregationis resolutiones.

ADDITIO VIII.

De functionibus peragendis a Coadjutoribus.

Adducitur differentia, quæ in hoc proposito intercedit inter Coadjutorem Dignitatis, & Coadjutorem Canonici, & alia ad materiam.

ADDITIO IX.

De applicatione Sacrificii Missæ tum Parochialis, quàm Conventualis.

An, & quando Parochi teneantur Sacrificium applicare pro Ovibus suis; & quid si non habeant congruam alimentarem. Referuntur per extensum plures Resolutiones Sac. Congregationis Concilii circa applicationem Missæ Parochialis, & Conventualis in Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis, quæ sint etiam Parochiales.

ADDITIO X.

De Reservatione Beneficiorum, ex Regula Quinta Cancellariæ Apostolicæ.

Examinatur quæstio, an per deputationem Canonici a Capitulo factam super exactione Taxæ spoliorum, in iis Locis, in quibus inter Cameram Apostolicam, & Clerum concordatum fuerit de solutione certæ summæ, Intret Regulà Quinta Cancellariæ Apostolicæ. Et hac occasione adducuntur aliæ limitationes Regulæ prædictæ.

ADDITIO XI.

De Adjunctorum jurisdictione in casu, quo Capitulum delinquerit contrà Episcopum.

Quando Episcopus procedere teneatur, vel non, cum Adjunctis a Capitulo, hujusmodi privilegium habente, electis. Et an Adjunctos adhibere debeat Superior, ad quem in suis casibus devolvatur causæ cognitio; & qui sint.

ADDITIO XII.

De Electione Abbatissæ Perpetuæ.

An in electione Abbatissæ perpetuæ, servanda sit forma Textus *in cap. Quia propter, de elect.* Agitur etiam de electione primarum Dignitatum Ordinum Regularium, aliisque materiam electionis concernentibus.

ADDITIO XIII.

De Præcedentia in Actibus Collegialibus.

Agitur de Præcedentia in Actibus, & Sessionibus Capitularibus, & Collegialibus. Beneficiati, & Clerici Ecclesiæ Cathedralis, vel Collegiatæ, in quo loco sedere debeant in concursu aliorum Clericorum.

ADDITIO XIV.

De Capellaniis cum onere Missarum.

Capellaniæ, an, & quando dicantur Ecclesiasticæ, tam quoad materiam Simoniæ, quàm etiam quoad alios effectus; idemque pariter circa Hospitalia examinatur.

ADDITIO XV.

De Collegiis receptitiis, seu non numeratis.

In Collegiis receptitiis non datur certus numerus, sed tot recipi debent, quot juxta facultates Ecclesiæ sustentari possint; & consortiales ad hoc compelli valent ab Episcopo, & alia ad materiam. Ecclesia e converso numerata quando talis dicatur; & an ad hoc sufficiat consuetudo. Utrum Canonici Cathedralis, vel Collegiatæ valeant admitti, vel remanere in Collegio, quando a statu simplicis Presbyteri ascensum fecerunt ad illum Canonicorum.

ADDITIO XVI.

De Præeminentiis Magistratus Sæcularis.

Inter cætera obsequia Magistratibus Sæcularibus debita, dum in corpore, & propria figura resident, ostenditur hic, exhibendam illis esse salutationem, seu reverentiam etiam a Personis Ecclesiasticis; concurrente præsertim consuetudine, & alia ad materiam.

ADDITIO XVII.

De obligatione residendi, quam habent Episcopi, in suis Ecclesiis.

Qualis debeat esse residentia Episcoporum in suis Diœcesibus. An incurrant pœnas contra non residentes inflictas, si in Adventu, Quadragesima, aliisque temporibus a Sac. Conc. Tridentino præscriptis, a Cathedrali absint. Quando Episcopatus sunt uniti, ubi debeat Episcopus suam residentiam facere.

ADDITIO XVIII.

De Prædicatione Verbi Dei.

An Capitulum Cathedralis jus aliquod habeat circa ea, quæ concernunt Prædicationem Verbi Dei in Ecclesia Cathedrali.

ADDITIO XIX.

De Vicariis, aliisque Ecclesiæ Ministris amovibilibus.

An licitum sit Vicarios, Cappellanos, aliosque Ecclesiasticos Ministros ab Officio removere, etiam sine causa, & quando. Et agitur de præeminentiis, quæ competunt Vicariis deputatis pro exercitio Curæ Animarum.

AD-

ADDITIO XX.

De Canonicorum Lateranensium capacitate circa regimen Parochialium Ecclesiarum, & assecutionem Canonicatuum in Cathedralibus, & Collegiatis Ecclesiis; & nonnulla de spoliis, quibus subjacent extra Claustra, ex causa præmissa degentes.

Examinatur quæstio, an Canonici Regulares Lateranenses assumere possint regimen Curæ Animarum, atque Canonicatus obtinere in Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis, eum sola licentia Abbatis Generalis, absque Sedis Apostolicæ indulto; & an de Parochialibus provisi recuperent bona, ante Professionem renunciata. Discutitur etiam, in materia spoliorum, an, & quando bona acquisita per Regulares, extra Claustra degentes, spectent ad Cameram Apostolicam.

ADDITIO XXI.

Ostenditur, Ecclesiam Plebaniam Massæ Vallis Nebulæ esse Matricem: Ecclesiam verò Cozzilis Filialem; adeoque prædictam Plebem, ejusque Plebanum gaudere debere præeminentiis, de quibus agitur; & respondetur contrariis argumentis, & Auctoritatibus.

ADDITIO XXII.

Argumento non indiget, cùm sit idem ac in præcedenti.

ADDITIO XXIII.

Adducuntur nonnulla Sacr. Rituum Congregationis decreta in materia præcedentiæ, ac præeminentiatum, aliisque instituto nostro consentaneis, quæ eum ad manus nostras prius non pervenerint, non potuerunt suis locis apponi.

ADDITIO XXIV.

Sequuntur alia consimilia decreta ejusdem Sac. Rituum Congregationis.

ADDITIO XXV.

De capacitate Equitum Ordinum Militarium ad Beneficia Sacularia.

An, & quando Beneficia, & Capellaniæ erectæ in Ecclesiis Ordinum Militarium censeantur Regulares, adeout Clericis Fratribus eorumdem Ordinum conferri valeant. Traditur distinctio Ordinum Militarium, quòd scilicet aliqui sint verè Regulares, alii verò non. An Equites D. Stephani, aliique consimiles sint Personæ Ecclesiasticæ, & ad quem effectum, & firmatur eos esse capaces obtinendi Beneficia, & Pensiones.

ADDITIO XXVI.

Ordinarius procedere nequit per censuras contra exemptos. An & quando illos declarare valeat incursos in censuras, a Jure communi inflictas. In casibus, in quibus iidem exempti particulariter subjiciuntur Ordinatio, an valeant ab eo etiam per censuras puniri. Latè examinatur quæstio, an Eques Militaris Ordinis S. Stephani, obtinens Beneficium, subjectum Ordinario, servare teneatur leges, sub pœna suspensionis, vel alterius Censuræ per ipsum Ordinarium latas; & an possit se subjicere illius jurisdictioni in favorabilibus pro obtinenda nimirum absolutione a Censuris, vel dispensatione.

ADDITIO XXVII.

De erectione Ecclesiæ Collegiatæ, tam de novo, quàm de reintegratione Collegiatæ, jam extructæ, ad antiquum statum.

An in casu erectionis simplicis Ecclesiæ in Collegiatam, si Patronalis sit, requiratur Patronorum consensus, vel Capituli, ubi Jus præsentandi, seu collatio ad illud spectaret: De facultate Episcopi restituendi ad statum antiquum Collegiatam, jam erectam, & Canonicorum servitio diu destitutam; & quæ probationes faciendæ sint ad hoc, ut constare valeat de statu antiquo Collegiali, cum aliis ad materiam.

ADDITIO XXVIII.

De Quindenniis, eorumque origine.

An, & quando Capitula Ecclesiarum Cathedralium, seu Collegiatarum solvere teneantur Quindennia pro Beneficiis, sibimet ipsis perpetuò unitis. Agitur etiam de Quindenniis debitis ob transitum Bonorum emphyteuticorum in manus mortuas.

ADDITIO XXIX.

De consuetudinibus contra Cæremoniale Romanum, an, & quando tolerandæ veniant, aut eliminandæ.

Ex ordinationibus in Cæremoniali Romano contentis, quæ servandæ sint sub pœna peccati, adeoque impræscriptibiles existant: quæque e converso non sint tales, & præscribi valeant, & signanter agitur, an Canonici alicujus Collegiatæ insignis, qui consueverant præstare Primæ ejusdem Col-

Collegiatæ Dignitati actus obsequiales, solis Episcopis debitos, illos licitè valeant continuare, atque in hoc proposito quamplures recensentur consuetudines, prædicto Cæremoniali contrariæ, quæ ab Episcopis passim tolerantur.

ADDITIO XXX.

De Bonis emphyteuticis ad Ecclesiastica loca pertinentibus.

Emphyteusis Ecclesiastica quando sit transitoria ad extraneos; & ad quos effectus. Hujusmodi emphyteusis regulariter non habet perpetuitatem; sed restringitur ad tres tantùm generationes. Linea finita, quando competat proximioribus ultimo investito manutentio, & quando ex æquitate debeatur dictis proximioribus renovatio, cum aliis ad materiam singularibus quæstionibus.

ADDITIO XXXI.

Duo hìc firmantur. Unum, quòd Capellania, de qua agitur, requirat in Possessore; ex Fundatoris voluntate, gestationem habitus Clericalis, non secus ac Beneficium collativum. Alterum verò, quòd ob assumptum a Capellano cingulum militare, ratione incompatibilitatis, privationem Capellaniæ incurrerit, & respondetur contrariis.

ADDITIO XXXII.

Prorogatio termini ad præsentandum, ab Ordinario concessa, quando sustineatur in præjudicium Papæ. Agitur etiam de Capellania, quando dicatur Beneficium Ecclesiasticum, vel potius simplex Legatum pium.

ADDITIO XXXIII.

Argumentum est idem ac in præcedenti Additione.

ADDITIO XXXIV.

Dubia in Pistorien. & Praten. Jurisdictionis in Sac. Conc. Congregatione proposita, unà cum ejusdem Sac. Congregationis resolutionibus.

ADDITIO XXXV.

An accedente Episcopo ad Ecclesiam S. Mariæ Forisportam in Festo SS. Assumptionis, occasione interessendi Missæ, inibi cantandæ per Capitulum Cathedralis, Pater Abbas Canonicorum Regularium S. Salvatoris, vel potius dignior de Capitulo Cathedralis porrigere debeat Aspersorium Episcopo, Ecclesiam introeunti. Et an, in associando Episcopum intus, & per eandem Ecclesiam, præcedere debeat Pater Abbas, vel potius Prima, vel Secunda Dignitas Capituli Cathedralis.

ADDITIO XXXVI.

Canonicus, vel Beneficiatus, justè privatus de Capitulo, & facultate optandi, si restituatur in Capitulum, non censetur restitutus etiam ad facultatem optandi, præsertim in præjudicium eorum, ad quos medio tempore devolutum est jus optandi. Secus si privatus fuisset injustè.

ADDITIO XXXVII.

An liceat Capellanis Beneficiatis Primatialis Ecclesiæ sedere in Choro ordinario immediatè post Canonicos, & in eadem Linea, & in subselliis ejusdem qualitatis. An idipsum liceat Beneficiatis in Choro æstivo. Et an idem sit servandum in omnibus sacris Functionibus peragendis a Capitulo, & Canonicis cum interventu eorumdem Beneficiatorum in omnibus aliis Ecclesiis.

ADDITIO XXXVIII.

Examinantur varia dubia inter Capitulum Ecclesiæ Cathedralis Alben. & Promotorem Fiscalem exorta, in materiis concernentibus Sacros Ritus, & Ecclesiæ Regimen; & dantur resolutiones super ipsis emanatæ a Sac. Congregatione particulari Eminentissimorum Cardinalium.

ADDITIO XXXIX.

Varia dubia in Bojanen. Jurium Parochialium, ac Præeminentiarum in Sac. Congregatione Conc. proposita, unà cum ejusdem Sac. Congregationis resolutionibus.

ADDITIO XL.

Decreta Sac. Congregationis Conc. in Florentina Præeminentiarum, & in Æsina, unà cum Voto R. P. D. Lambertini, tunc prædictæ Sac. Congregationis Secretarii, nunc verò S. R. E. Cardinalis, & Archiepiscopi Bononiensis meritissimi, concernentia materiam Coadjuti, & Coadjutoris, de qua in Additione octava.

ADDITIO XLI.

Ostenditur, Primiceriatum Ecclesiæ Terræ Colliani, non esse Beneficium Ecclesiasticum, sed merum, ac simplex Officium honorificum, & præeminentiale, proindeque reservationibus Apostolicis minime subjectum.

AD-

ADDITIO XLII.

Processio in Solemnitate Sanctissimi Corporis Christi pro majori celebritate, ac decore fieri debet ab Ecclesia Matrice; neque permittitur, in Oratoriis Confraternitatum Saecularium, eodem die Venerabile exponere publicae adorationi, & inde Processionem inchoare, etiam sub praetextu immemorabilis, quam in casu, de quo agitur, probatam non fuisse ostenditur, & probatam non relevare.

ADDITIO XLIII.

De praecedentia, Parocho debita, occasione associandi Cadavera, supra omnes alios Presbyteros, ac de Stolae delatione. Quae requiruntur ad probandam Parochialitatem. Et quando per translationem Curae ab una Ecclesia ad aliam, prior Ecclesia dicatur remansisse Parochialitate omninò spoliata.

ADDITIO XLIV.

Episcopi usum Pallii, & Crucis habentes, possunt, erecta Cruce, quaevis Loca exempta eorum Dioecesis ingredi cum Mozzetta super Rocchetto: vel cum sola Mozzetta absque Mantelletta, si sint Regulares; necnon etiam aspergere Circumstantes Aqua benedicta.

ADDITIO XLV.

An sit locus Arbitrio pro aperitione Oris. Et quatenus affirmative. An sit standum, vel recedendum a decisis.

ADDITIO XLVI.

An permitti possit depraedatio mercium Christianorum, super Navi Turcica onustarum, juxta sensum Sac. Congregationis particularis, a Sanctissimo deputatae. Et examinatur etiam modus, circa probationes, ab Ipsis Christianis faciendas; pertinentiae dd. mercium, ab eadem Sac. Congregatione propositus.

ADDITIO XLVII.

An Taxae praescriptae in Synodo Dioecesana Vasionis sint observandae, & exequendae.

ADDITIO XLVIII.

An, & quando occasione funeris illorum, qui in aliquo Hospitali moriuntur, & sepulturam alibi elegerunt, Parochus Loci, in quo Hospitale est situm, jus Parochiale sibi vindicare valeat. Hac occasione examinantur privilegia, quibus gaudet insigne Hospitale S. Mariae Novae Civit. Florentiae.

ADDITIO XLIX.

Quae probanda sint pro obtinenda dispensatione matrimonii in radice: & quibus ex causis concedatur. Quando censeatur Pontifex in radice dispensare. De dispensatione ad effectum legitimandi tantùm prolem, post mortem utriusque Parentis, vel alterius eorum. An hujusmodi dispensatio operetur tam quoad spiritualia, quàm etiam quoad temporalia.

ADDITIO L.

Eleemosyna Manualis Missarum an augeri possit pro Sacerdotibus inopia pressis. Dubium disputatum in Sac. Congregatione Concilii anno 1726, cum infrascriptis Adnotationibus R. P. D. Lambertini, tunc ejusdem Sac. Congregationis a secretis, nunc verò S. R. E. Cardinalis, & Archiepiscopi Bononiensis.



EMINENTISS. ac REVERENDISS. PRINCIPI

JOANNI ANTONIO
GUADAGNI
S. R. E. CARDINALI

JOANNIS JACOBUS SCARFANTONI FELICITATEM.



Criptores ferè omnes, quum aliquid elaboratum ingenio in lucem edere constituerunt, unum aliquem deligere solent egregium Virum, ad quem opus suum instituant, cujus illustre Nomen & præsidio sibi futurum adversùs malevolorum invidiam, & multum operi decoris adversùs contemptum imperitorum adjuncturum esse sibi pollicentur. Quo quidem more mihi quoque eâ de causâ po-

potissimùm utendum censeo, quòd, quum duo mearum in Ceccoperium Animadversionum edita jampridem volumina duorum e Sacro Collegio clarissimorum luminum nomine decoraverim, præsidioque muniverim, tertium hoc in supplementum totius operis scriptum, non visum est publici faciendum juris, istiusmodi patrocinio destitutum. Ad quem verò confugiam potiùs, quàm ad Te, EMINENTISSIME PRINCEPS, in quo cùm propter ornamenta virtutum omnium, tum propter dignitatis splendorem tuæ, amplissimum mihidecus, & præsidium video esse maximum constitutum? Quid enim decoris non mihi afferet vel tam illustris familiæ claritas, quæ tum multis majorum imaginibus, tum clarissimis cognationibus inter Florentinæ Nobilitatis Principes enitescit, vel amplitudo Dignitatis, quam primam es a suprema in Ecclesia consecutus (ad quam tamen ita proximè accedis, ut ejus, qui Dei vices in terris gerit, Vicariam geras potestatem), vel illud insigne tuum, tuique præcipuum ornamentum generis, cum CLEMENTE, nimirum XII feliciter regnante, atque utinam diu regnaturo Pontifice, tam arcta sanguinis, & tam propinqua conjunctio? Quæ quidem omnia sicuti tantum nomini tuo splendoris afferunt & dignitatis, sic ad mei decus & ornamentum operis plurimùm faciunt. Quæ verò ad præsidium, illæ sunt animi tui virtutes, quibus Te totum ab ineunte ætate imbuendum tradidisti. Subit animum recordatio tui magnanimi illius humanarum rerum contemptus, quum magnæ expectationis adolescens aulæ viam, Avunculo tuo, nunc Pontifice Maximo, duce ingressurus, divino repente Numine afflatus, conceptam de Te spem, omnem, Sacro Carmelitarum Excalceatorum Ordini dato nomine, fefellisti; ubi omnibus in Te omnium expressis virtutibus, quum aliis atque aliis summâ cum laude perfunctus muneribus ad majora destinareris, ne tanta virtus intra Cœnobii diutius latebras delitesceret, divino consilio factum est, ut ad Ecclesiæ Aretinæ regimen, licèt invitus, evocareris. Cui quidem ita præfuisti, ita pastorali sollicitudine, ac vigilantiâ, misericordiâ in pauperes, charitate in omnes, totâ denique optimæ indolis ratione universo Te populo probavisti, ut omnium in te admirationem, benevolentiamque commoveris; & inde discedens, Sacræ tibi

Pur-

Purpuræ honore delato, amantiſsimo gregi, Paſtoris optimi dolenti jacturam, maximum tui deſiderium reliqueris. Hic verò me oratio deficiet, CARDINALIS AMPLISSIME, ſi quæ tantæ Te Dignitati parem, immo & dignitatem ipſam exornant, perſequi virtutes omnes dicendo velim. Veruntamen quid meis opus eſt verbis, quum ſuo ipſæ ſe lumine prodant, atque omnium ſermonibus celebrentur? Quem enim latet, quantâ cum laude integritatis, fidei, æquitatis, tam grave, tam arduum, Summi Pontificis Vices gerendo, munus ſuſtineas? Quis neſcit a Te tam egregiè Cardinalis Vicarii partes omnes impleri, atque ita omnibus miniſterium probari tuum, ut nemo Te in ore, nemo in amore non habeat? Quis tam hoſpes in Urbe, atque adeò Chriſtiano in orbe verſatur, qui tuam ignoret in tam ancipiti adminiſtrandâ provinciâ ſapientiam, in capiendis, explicandiſque conſiliis alacritatem, in retinendâ diſciplinæ ſeveritate conſtantiam, in omnibus audiendis patientiam, compoſitam in tantâ Dignitate naturam, comitatem cum gravitate conjunctam, integritatem, fidem, prudentiam, vigilantiam? Verùm enumerare ſingula omittam, ne offendam modeſtiam tuam, quæ, quum maximè laudanda gerat, a laudatione maximè abhorret. Illud ſupereſt (quod ad cætera in me tua maxima merita veluti cumulus accedet), ut benigno vultu, inſitâque animo tuo humanitate meum hoc qualecumque opus excipias; quod tam illuſtri nomine decoratum, & patrocinio fultum ſapientiæ tuæ, non vereor, ne non ſatis omnibus commendatum videatur.

[illegible]

ex [illegible]

tiam, [illegible]

tem cum grati[illegible]

ne [illegible]

danda gratia [illegible]

cit (quod ad aeternam [illegible]

nullis acced[illegible]), ut [illegible]

[illegible]

tum videtur.

JOANNIS JACOBI SCARFANTONI ANIMADVERSIONUM AD CECCOPERIUM PARERGON.



ADDITIO PRIMA.

De collatione divisa per Turnum.

ARGUMENTUM.

Examinantur in hac materia tres quæstiones. Prima nempe, an introducta certa forma providendi Canonicatus seu alia Beneficia per Turnum, valeat Capitulum illam immutare, absque auctoritate Episcopi. Secunda, an necessarius sit ad hunc effectum consensus omnium Capitularium, vel sufficiat majoris partis illorum. Tertia verò, an & quando novi Turni dispositio requirat, ad sui validitatem, Capitularium subscriptiones.

SUMMARIUM.

1 *Quæ forma servetur a Capitulo Cathedralis Pistoriensis in collatione Canonicatuum, seu aliorum Beneficiorum, per Turnum divisa, & quæ a Capitulo Lucano.*

2 *An introducta forma faciendi collationem per Turnum, certoque modo præscripto, possit a Capitulo mutari, absque Episcopi consensu, & num.* 4, 12, 15, 17, & 20.

3 *Non valet Capitulum, sine auctoritate Episcopi, antiqua statuta immutare. Declara num.* 13, 14, 18, 19.

5 *Veteres Ecclesiæ constitutiones, & consuetudines immutare, vel abrogare, inter ardua reputatur.*

6 *An ad validitatem mutationis antiqui Turni, requiratur consensus omnium Capitularium, ita ut non sufficiat consensus majoris partis, & n.* 22.

7 *In iis, quæ tangunt omnes, uti singulos, necessarius est consensus omnium: & uno contradicente, infirmatur id, quod a reliquis omnibus gestum fuit.*

8 *In dispositione novi Turni, an requiratur subscriptio omnium Capitularium, & num.* 24.

9 *Actum nentiquam dicitur, quoties aliquid superest agendum.*

10 *Contractus, in quo aliquid reservatum fuit, perfectus non dicitur, antequam illud factum fuerit.*

11 *Scriptura, quæ muniri debet sigillo ac subscriptione, antequam ea interveniant, imperfecta remanet, ac nulla.*

12 *Materia Turni respicit interesse solius Capituli, immo singulorum de Capitulo, & n.* 20, & 21.

16 *Idem dicendum de divisione oblationum, distributione officiorum, administratione Bonorum, participatione Distributionum, & similibus.*

23 *In actibus merè voluntariis sine causa, requiritur consensus omnium Capitularium; in illis verò cum causa, sufficit consensus majoris partis.*

25 *Pro validitate actuum Capitularium, de Jure non requiritur subscriptio.*

26 *Nisi in casibus ab eodem Jure expressis.*

27 *In alienatione Bonorum Ecclesiæ, subscriptio Clericorum legitur in Jure expressa.*

28 *Ista tamen abiit in desuetudinem.*
Clausula vocatis vocandis, & dummodo intrusus non sit, & Tertio non fuerit jus quæsitum, *in Gratia subrogationis contenta, non importat simpliciter subrogare Impetrantem, sed Executori tribuit nudum mandatum de subrogando.*
30 *Ac propterea ad illius executionem procedi non potest, nisi plenè discusso negocio.*
31 *Calumnia in lite promovenda impedit executionem Gratiæ de subrogandis.*
32 *Idem operatur intrusio, & n. 40.*
33 *Nominatio, facta a Canonico non Turnario, nulla, atque prorsus irrita est.*
34 *Adducitur consuetudo, circa modum dividendi Turnum inter Canonicos Ecclesiæ Coloniensis remissivè.*
35 *Quando controversia non pendet ab aliquo Juris articulo, sed ab inveterata Ecclesiæ consuetudine, non datur ullius boni Juris probabilitas, pro sustinenda dicta Gratia.*
36 *Error considerari non potest in illo actu, qui communi omnium Capitularium, & ipsius contradicentis consensu gestus fuit.*
37 *Error proponi non potest nisi ab eo, cujus favorem respicit.*
38 *Neque etiam ab eo, qui actum implicitè approbavit.*
39 *Malum suum jus agnovisse censetur, qui per longum tempus siluit, & contraria judicata passus fuit.*
40 *Intrusus perpetuò inhabilis efficitur.*
42 *Vitium intrusionis quando contractum dicatur, etiamsi non fuerint percepti fructus.*
43 *Post contractum vitium intrusionis, gratia subrogationis impetranti non suffragatur, dum Pontifici eadem intrusio subticita fuit.*
44 *Fundamentum, super quo Gratia Apostolica innititur, debet ab impetrante concludenter justificari; aliàs exequenda non est.*
45 *Canonicus, in Sacro Ordine Subdiaconatus, non potest, in quibuscumque actibus capitularibus, a suffragium ferendo de jure communi arceri.*
46 *Nec propterea privatur facultate conferendi Canonicatum per Turnum.*
47 *Ubi Canonici distincti reperiuntur in triplici classe, nempe Subdiaconorum, Diaconorum, & Presbyterorum, qui ordinem suum non assumit, jure suffragandi destituitur.*
48 *Declaratur præcedens conclusio.*
49 *Statutum in pœnalibus extensionem non patitur de casu ad casum, sed tantùm disponere censetur, quantum sonat in littera.*
50 *Canonicus, capax suffragandi in actibus capitularibus, capax quoque redditur juris turnarii.*
51 *Quæ sunt odiosa, restringi debent.*
52 *Ordo sacer quando in Canonicis requiratur ratione Præbendæ absolutè, & simpliciter: vel potius ratione senioritatis, ad effectum gaudendi prærogativa antianitatis, & præcedentiæ.*
53 *Canonico, ad sacros Ordines non ascendenti, pœna privationis vocis infligitur, quando utilitas, & necessitas Ecclesiæ talem ascensum exigeret, & præcisè Superioris jussu, & monitione.*
54 *Observantia normam tribuit pro interpretandis quibuscumque Legibus, & Statutis.*



Capitula Cathedralium, quæ habent jus conferendi Canonicatus vacantes in mensibus Sedi Apostolicæ non reservatis, nec aliquo modo affectis [prout hujusmodi prærogativa fruitur nostrum Capitulum Pistoriense, alternativè tamen cum Episcopo] ut plurimum ad evitandas controversias, quæ occasione dictarum collationum exoriuntur, hujusmodi jus inter Capitulares solet dividi per Turnum, nempe per hebdomadas, vel menses, incipiendo Turnum a dignioribus: & completo numero Capitularium, iterum sequendo eumdem ordinem; vel ut est in usu penes Nos, mediante extractione ab urna, in qua continentur nomina, descripta in tot schedulis, omnium Capitularium. Et in Capitulo generali quolibet anno extrahuntur ab eadem urna nomina sex Canonicorum, & cuilibet ipsorum assignantur duo menses; ita ut ad Canonicum sic extractum pertineat jus nominandi ad Canonicatus, sive etiam ad aliud Beneficium vacantia in mensibus per prædictam extractionem assignatis. 1

Consimili jure conferendi Canonicatos potitur etiam Capitulum Cathedralis Lucanæ per Turnum cum Illustriss. & Reverendiss. D. Archiepiscopo in vim Transactionis inter eos initæ. Cùm enim idem Capitulum contenderet ad se spectare collationem dictorum Canonicatuum privativè ad Archiepiscopum, & iste per contrarium eam prætenderet privativè ad Capitulum, devenerunt inter sese ad concordiam togatam ab Eg. S. Nicolao de Christophoris sub die 20 Novembris 1725, confirmatam a Sacr. Congreg. Episcoporum, & Regularium die 7 Februarii 1727, & exequibilem declaratam a bon. Me. D. Columbino Basso Episcopo Pistoriensi, uti specialiter delegato ab eadem S. Congregatione sub die 7 Augusti mox dicti anni; cujus concordiæ vigore declaratum fuit Canonicatus ipsius Cathedralis, qui vacabunt in mensibus Ordinariis, & qui Apo-

Apostolicis reservationibus, vel affectionibus non erunt obnoxii, in posterum conferendos esse pro una vice ab Archiepiscopo, ad ipsumque spectare primam collationem; & aliis duabus vicibus conferendos esse a Capitulo, a quo expletis ipsis duabus collationibus, iterum pro alia vice redire debeat jus conferendi ad Archiepiscopum; & pro aliis duabus vicibus ad Capitulum, & sic successivè in omnibus aliis vacationibus in perpetuum.

Forma autem, quæ in more habetur apud idem Capitulum Lucanum quoad collationem dictorum Canonicatuum, hæc est. D. Interior Sacrista, & in ejus absentia, ipsius loco positus, seu Caput, aut Præses ejusdem Capituli, proponit quem maluerit ex concurrentibus, & si iste, distributis, & recollectis secretis suffragiis, seu votis, remaneat electus a majori parte Canonicorum capitulariter congregatorum, providetur de Canonicatu, mediante formali Collatione, cum expeditione Bullarum. Sin minus proponitur alter ex concurrentibus per eum, qui in eodem Capitulo post Interiorem Sacristam, vel ejus loco positum immediatè succedit; & sic successivè prosequitur, donec & quousque obtineatur canonica electio, ut supra.

Verùm, quia sæpè contingit controversias exoriri circa hujusmodi collationes, seu nominationes, censeo non longe esse a meo instituto aliqua ad hanc materiam jam alibi dictis adjungere.

Ac prima quæstio sese offert, an introducta in aliquo Capitulo forma providen-
2 di Canonicatus per Turnum, ac præscripta certa norma, liceat Capitulo eamdem formam, jamdiu observatam, alterare, absque consensu Episcopi, & pro negativa facit regula, quod Capitula non
3 possunt absque Episcopi auctoritate antiqua Statuta immutare, *Text. in Lege quòd semel, ff. de Decret. ab Ordin. facien.* ibi -- *Quod semel ordo decrevit, non oportere id rescindi, Divus Adrianus Nicomediensibus rescripsit: nisi ex causa, idest si ad publicam utilitatem respiciat rescissio prioris decreti; & in Can. cùm piæ 25, quæst. 2,* ibi -- *Cùm piæ desiderium voluntatis, & laudandæ definitionis intentio Sacerdotalibus sit semper studiis adjuvanda: Cura est sollicitudinis adhibenda, ut ea, quæ pro quiete Religiosæ conversationis sunt disposita, vel ordinata, nec dissimulatio negligere, nec quædam valeat præsumptio perturbare. Sed sicut hoc (quia ratio exigebat) utiliter obtinuit definiri, ita quod diffinitum est (nisi fortè ubi major est auctoritas) non debet violari,* cum aliis apud *Roman. consil. 352, num. 14, & 15. Frass. de Jurepatron. Reg. tom. 2, cap. 95, n. 7.*

Et de antiquis Statutis, & Consuetudinibus est *Text.* apertissimus *in cap. cum consuetudinis 9, de consuetud.* ibi -- *Cùm consuetudinis, usúsque longævi, non sit levis auctoritas, & plerumque discordiam pariant novitates, auctoritate vobis præsentium inhibemus, ne absque Episcopi Vestri consensu immutetis Ecclesiæ vestræ Constitutiones, & Consuetudines approbatas, vel novas etiam inducatis; si quas forte fecistis, irritas decernentes.* Et monent omnes scribentes *in dicto capit. in princip.* & præ cæteris *Guidopap.* ibi -- *Capitulum sine Episcopo Consuetudines, vel Constitutiones Ecclesiæ immutare non potest; Joan. de Anan.* ibi -- *Capitulum sine Episcopo Constitutiones, & Consuetudines Ecclesiæ mutare, vel novas inducere non potest -- Anton. de Butr.* ibi -- *Capitulum sine Episcopo Consuetudines, sive Constitutiones Ecclesiæ mutare non potest -- Joan. Andr. Zabarell. Bellamer. Joan. de Imola. Barbos. num. 1; Gonzalez num. 7; Pirrhing. in Jus Canonic. tom. 1, lib. 5, tit. 4, sect. 2, n. 94,* -- ibi *Prohibitum quoque est in Jure Canonico, ne Capitulum, sive Collegium Canonicorum, absque consensu Episcopi, antiquas Ecclesiæ Constitutiones, & Consuetudines approbatas immutet, vel tollat; Bertrand. consil. 262, num. 1, lib. 8. Valenzuol. consil. 122, num. 25, lib. 2,* ibi -- *Nec potest sine Episcopo novas Consuetudines inducere, nec antiquas immutare. Maurit. de Azad. de præcellent. Dignit. Episcopal. par. 2, cap. 1, num. 45. Tondut. quæst. Benefic. par. 2, cap. 173, num. 16; Zippæus jur. Pontific. nov. lib. 3, tit. de his, quæ fiunt a Prælat. sine consensu Capituli, sub n. 1, pag. 102, tom. 1. Ceccoper. lucubrat. Canonic. lib. 4, num. 145, juxta antiquam impressionem,* ubi postquam ait, Capitulum posse cum causa statuere contra Consuetudinem suæ Ecclesiæ, immediate subjungit -- *Intellige de consensu Episcopi -- Rot. in Urgellen. Statuti, 27 Junii 1699, § Necbonum Jus, coram Card. Priolo.*

Ut enim inquit Juris Consultus *in lege secunda, ff. de Constitut. Princip. in rebus novis constituendis, evidens esse utilitas debet, ut recedatur ab eo jure, quod diu æquum visum est --* & Imperatores *in leg. Testamenta 18, C. de Testament. mos namque retinendus est fidelissimæ vetustatis, & Innocent. in cap. Cum omnes, num. 2, in fine, de Constitut. Contemptores consuetudinum, quasi prævaricatores legis habendi sunt.* Unde simile Canonicorum Sta- 4
tutum reprobandum, in puncto censuit *Nicol. Everbard. Consil. 118, num. 10;* ubi quod antiquus Turnus, & observantia, minime infringi, mutarique debet; & *consil. 152, in fin.* rationem reddens, quia novitates pariunt discordiam, & detrimentum maximum in Republica.

Non refragantibus auctoritatibus ajentibus, quòd liceat Capitulum statuere non

possit super arduis, secus autèm sit super
levibus; quia veteres Ecclesiæ Constitutio-
nes, & Consuetudines immutare, vel abro-
5 gare, ex communissimo Doctorum sensu
inter ardua reputatur, ut videre est apud
Anguian. de legib. lib. 2, controvers. 4, n.
17, ibi -- *Notissimum enim est, rem ar-*
duam, atque difficilem esse, inveteratas Con-
suetudines velle abrogare, seu Statuta ab
antiquo recepta, & observata labefactare,
& infringere -- *Salas eodem tractat. quæst.*
95, tract. 14, disputat. 8, sect. 16, n. 84,
ibi -- *In majoribus autem non possunt dis-*
ponere, & statuere sine consensu Episcopi;
& multò minùs abrogare Constitutiones Epi-
scopi, aut Synodi, aut Consuetudines illis
æquivalentes. Suarez. eodem tract. lib. 4,
cap. 6, num. 11, ibi -- *In gravioribus au-*
tem, quæ spectant ad suæ Ecclesiæ commo-
dum, & observantiam antiquorum consue-
tudinum necessarium esse consensum Episco-
pi, & totidem verbis, *Merull. disputat.*
moral. de legib. disputat. 4, cap. 4, quæst.
3, dub. 9, num. 141. Dian. coordinat. tom.
6, tract. 1, resolut. 19, num. 14, ibi -- *In*
rebus autem gravioribus, quales sunt abro-
gatio constitutionum aliquarum &c. neces-
sarius est consensus Episcopi.

Secunda quæstio est, an mutatio antiqui
Turni, quatenus non requireret auctori-
6 tatem Episcopi, saltem ad ejus validita-
tem necessarius esset consensus omnium
Capitularium, ita ut non sufficeret ma-
joris partis illorum; & pro negativa fa-
cit, quòd mutatio Turni tangit omnes,
uti singulos per ea, quæ firmavit *Rota*
cor. Cerr. dec. 473, num. 6, & dec. 517,
num. 2, 6, & 7; & in Romana Clericatus
Beneficiatus Sancti Petri, 13 Maji 1695,
§ sed scribentes coram R. P. D. Priolo,
inter modernas additas ad *Card. de Luc.*
de Benefic. dec. 22, in ejusmodi propterea
genere materiarum requiritur consensus
7 omnium, nec uno contradicente, valet
id, quod a reliquis omnibus gestum fuit,
ut docent omnes Canonistæ *in cap. Cùm*
omnes de Constitut. & præsertim *Innocent.*
num. 3, Bald. num. 16, Abbas num. 3, Bel-
lamer. num. 5, & 8; Alexand. de Neu. n.
31; Felin. num. 18; Ferret. num. 24; Be-
ro num. 29, Parisi. consil. 90, num. 18, lib.
4; Thoming. consil. 1, num. 32, lib. 1, ubi,
quod in his terminis plus potest dissen-
sus unius, quàm consensus omnium alio-
rum, etiamsi essent mille; *Marant. in Me-*
dull. Decret. litt. C, in verbo Capitulari-
bus, *Pignattell. consultat. 82, num. 6, t.*
10; Rot. dec. 708, num. 2, & 3, coram
Seraphin. & dec. 307, num. 3, cor. Coccin.
& dec. 450, & seqq. par. 16, rec. & in
Seguntina Præeminentiarum 21 Februarii
1687, § quia istum locum habet, & ejus
confirmatoria 9 Junii ejusdem anni coram
Hervault; & in Romana Immissionis 16
Martii 1696, in princip. & § Ut etiam, &
seqq. cor. Card. de la Tremoille.

Tertia quæstio est, an perfecta censeri
debeat dispositio novi Turni, quoties non
fuit roborata subscriptione omnium Ca- 8
pitularium, quando actum fuit, quòd ea
subscribenda foret, cum neutiquam actum 9
dicamus, quoties aliquid superest agen-
dum ad *Text. in l. Furiosum, C. qui Testa-*
menta facere possunt, & in leg. cum Sylla-
nianum, C. de his, quibus ut indign. Ni-
col. Everbard. consil. 168, num. 3. Sertor.
in respons. impress. post Sodarin. respons.
ult. num. 68, & seq. Rot. dec. 600, n. 3,
in fine par. 4, divers. & in dicta Romana
Clericatus Beneficiatus S. Petri 13 Maji
1695, § Sed scribentes, cor. Card. Priolo,
& 3 Decembris 1696, § Minùs obstare,
coram eodem inter modernas additas ad
Cardin. de Luc. de Benefic. dec. 23, & 24.

Certum est enim, quòd quando aliquid
in contractu reservatum fuit, nunquam
contractus perfectus, validusque dicitur, 10
antequam illud expletum fuerit, ut no-
tant communiter Doctores *in l. Contra-*
ctus, C. de fid. Instrument. Seraphin. de
privileg. Jurament. privileg. 62, num. 7,
ibi -- *Et propterea si partes intelligebant*
juramentum adhibere contractui, non di-
citur contractus esse perfectus, nisi postquam
fuerit adhibitum juramentum, Cresp. de
Valdaur. observat. decisiv. par. 1, obser-
vat. 37, num. 38, & 40. Rot. dec. 193, n.
9, & 10, par. 6 recent.

Et in his terminis, quòd antequam Scri-
ptura sigillo, ac subscriptione munita 11
fuerit, imperfecta, ac nulla remaneat,
scribunt *Zasius, consil. 18, num. 19*, ibi --
Quòd si sigillo scriptura validatur, saltem
de consuetudine, & authentica redditur,
rectè e diverso sigillo deficiente scriptura
infirmatur, & n. 20, ibi -- *Et accedente,*
quòd deficientibus sigillis, apparet transa-
ctionem nec dum esse perfectam, nec abso-
lutam; & n. 21, ibi -- *Addimus, quòd Par-*
tes etiam ipsa non sigillarunt, per quod sa-
tis constat in transactionem non consensis-
se, Balzarun. de feud. lib. 2, tit. 55, num.
45, ibi -- *Perfectus autem non dicitur as-*
sensus ante sigillationem, quia sigillum est
finis privilegii; Hocping. de Jur. sigill. c.
14, num. 164, ibi -- *Quemadmodum impri-*
mens, vel apponens sigillum consentire, ac
approbare negotium censetur; sic non secu-
ta impressione, dissentire, & non approba-
re dicendus est; & n. 166, ibi -- *Ut quem-*
admodum is, qui postea sigillum apponit;
interim in eadem voluntate permansisse cen-
setur; ita qui postea sigillum non apposuit,
præsumitur interim mutasse sententiam pri-
mam; & num. 168, ibi -- *Imperfectus enim*
censetur contractus, quando convenit, ut
hic, vel ille subscriberet, talisque subscri-
ptio deficere invenitur; & n. 174, ibi --
Nam ut subscriptio, & sigillum consensum
arguit, sic eorum defectus dissensum, juxta
natu-

naturam contrariorum Joan. Hieronym. de
Philipp. disput. Fiscal. 27, num. 26. ibi —
Quemadmodum imprimens, imponensve si-
gillum, consentire, negotiumque comproba-
re, & in eadem voluntate permanere cen-
setur; ita ex ipsius quoque defectu dissen-
tire, actumque improbare, sententiamque
mutare censendus est. Petr. super Rit. Mag.
Cur. Vic. tom. 4, tit. 277, num. 6. Mon-
ter. dec. 12, num. 13, & 14, & in puncto
Rot. in dicta Romana Clericatus Benefi-
ciatus S. Petri 13 Maji 1693, § Sed scri-
bentes in fine, ibi — *Quoniam Hebdoma-*
darii collatio inutilis prorsus, & sine ef-
fectu esset, nisi fieret coram Notario Ca-
pituli, cum subscriptione Secretarii, & si-
gillo ejusdem Capituli, ex quo datur in-
telligi ejus collationem de per se perfectam
non esse; siquidem nil actum censetur, dum
aliquid superest agendum.
Redeundo autem ad supra propositam
quæstionem, an mutatio antiqui Turni,
deficiente consensu Episcopi, nulla sit,
non obstantibus præmissis juris principiis,
quæ in suis casibus vera sunt, tenendum
12 est validam esse prædictam Turni immu-
tationem, absque Episcopi consensu, cùm
regula contraria procedat in statutis, quæ
13 vel concernunt universalem statum Ec-
clesiæ, vel sunt contra jus, & utilitatem
ejusdem Ecclesiæ, seu cultus Divini, in
quibus terminis loquitur *Rota in Ratis-*
bonen. Canonicatus 13 Martii 1684, im-
pressa post tom. 2, Animad. dec. 40, ubi
agebatur de revocatione antiqui Statuti,
Cultui Divino & Ecclesiæ magis proficui,
causa alliciendi Canonicos ad majorem re-
sidentiam, & reddendi electiones magis ex-
peditas, & faciliores — ut sunt verba
dictæ decisionis in § Vigore in fine,
& 4 Julii 1685, § Seclusa ibi — *quod*
sanè Statutum, uti magis proficuum Eccle-
siæ ex causa alliciendi Canonicos ad resi-
dentiam, semper validius quolibet alio, con-
trarium præseferente, reputari debet.
Et in specie, quòd Capitulum solum-
modo prohibeatur statuere de per se
absque consensu Episcopi in iis, quæ con-
cernunt statum universalem Ecclesiæ, ejus-
que præjudicium, firmavit *Rota decis. 606,*
num. 1, par. 4, tom. 1, rec. Ceccoper. Lu-
cubrat. Canonical. lib. 4, num. 233, ver-
sic. Nec urget. Suarez de leg. lib. 4,
cap. 6, num. 11.
Secus verò est in materia Turni, de
15 qua agitur, quæ respicit interesse solius
Capituli; imò potiùs singulorum de Ca-
pitulo, ut declaravit *Rota cor. Cerro, dec.*
473, num. 6, & dec. 517, num. 2. In his
enim terminis Capitulum habet integram
potestatem statuendi de per se, irrequi-
sito prorsus Episcopo; ut in materia di-
16 visionis oblationum, distributionis officio-
rum, administrationis bonorum, partici-
pationis distributionum, & similium, quæ
respiciunt solum Capituli interesse, tra-
dunt *Butr. in cap. cùm consuetudinis n. 8,*
de consuetud. Ceccoper. lucubrat. Canonic.
lib. 4, sub num. 133. Suarez de leg. lib.
4, cap. 6, num. 1, & 11; Castropal. oper.
moral. part. 3, tractat. 3, de leg. disput.
1, punct. 23, num. 25; Rot. cor. Penia dec.
1129, num. 10; & cor. Gregor. dec. 66,
num. 11; & in rec. dec. 606, num. 1, par.
4, tom. 1, & quoad hoc punctuales sunt
decisiones in alia *Monasterien. Canonica-*
tus 473, & 517, cor. Cerro, in quibus
firmatum fuit in materia Turni, ejusque 17
mutationis sufficere, quòd omnes, & Sin-
guli Canonici consentiant, idque satis es-
se ad validitatem, neutiquam requiren-
do consensum Episcopi, ut in *dictis dec.*
573, num. 4; & 517, num. 2, & seqq.
Nec obstat *Text. in cap. Cùm consuetu-*
dinis de consuetudine & Canonistæ super il-
lo, firmantes, quòd Capitulum sine Epi-
scopo antiqua statuta, & consuetudines
commutare non potest. Quoniam lo-
quuntur, quando Capitulum vult immu-
tare consuetudines, vel statuta in iis, quæ
spectant ad universalem statum Ecclesiæ, 19
aut quæ communiter tangunt interesse
Episcopi, & Capituli; secus verò in iis,
quæ solùm respiciunt Capituli interesse,
ut in puncto explicat & declarat *Butr.*
in d. cap. cùm consuetudinis, num. 7, & 8,
ibi — *Aut vult statuere in his, quæ spe-*
ctant ad statum Ecclesiæ, & idem aut vult
disponere super mistim spectantibus ad
Episcopum, & Capitulum, & non potest, nisi
etiam habeat consensum Episcopi; aut vult
statuere super spectantibus ad Capitulum
tantùm, ut quomodo congregent Capitulum,
administrent bona spectantia, &c. & planum
est, quòd possunt, & in hoc etiam possunt
inducere consuetudinem.
Concordat *Gonzal. ibidem num. 10,* di-
cens — *discrimen est constituendum inter*
res, quæ spectant simul ad Capitulum &
Episcopum, & inter eas, quæ tantùm ad Ca-
pitulum. Quando agitur de rebus, quæ spe-
ctant tantùm ad Capitulum, Canonici pos-
sunt tantùm per se statuta facere indepen-
denter ab Episcopo; quia ut dixit *Rota in*
Hispalen. juris præsidendi in Capitulo 2 Ju-
lii 1700. § Minusque urget, cor. Illustriss.
dell'Olmo — Capitulum, secluso Episcopo,
„ est corpus integrum, quia habet caput
„ immediatum, scilicet Decanum, id
„ enim locum sibi vindicat solùm circa
„ inferiora, & minora negocia, quæ tan-
„ gunt interesse particulare Canonico-
„ rum, quæque possunt sine Episcopo per
„ Decanum, & Capitulum definiri; non
„ autem quoad negotia ardua, & majo-
„ ra, quæ universalem Ecclesiæ statum
„ concernunt, & de quibus Capitulum
„ sine Episcopo minimè valet disponere.
Unde cùm jus Turni pertineat ad so-
lum Capitulum, quinimmo ad interesse sin-
gulo-

gulorum de Capitulo, non potest dici nul-
la alteratio Turni, licèt destituta consen-
su Episcopi, quia antiquitas non murat
naturam negotii; sed quoties negocium
non respicit statum Ecclesiæ, aut interes-
se commune Episcopi, & Capituli, po-
test super ipso statuere Capitulum de per
se; & sic intelligendæ veniunt auctori-
tates, ut supra in contrarium allegatæ.

Quatenus verò perrinet ad quæstio-
nem, secundo loco propositam, an in
mutatione Turni requiratur consensus
omnium Capitularium, & non sufficiat
consensus majoris partis, certum est, ut
21 supra probavimus, quòd in materia mu-
tationis Turni, quæ respicit privatum,
ac singulare interesse cujuscumque Cano-
nici, juxta præciraras *dec. 473, & 517,*
cor. Cerr. ad de novo concordandum, &
22 immurandum, nihil aliud requiritur,
quàm consensus omnium, & singulorum,
juxta *Gloss. in cap. Cùm omnes, in verbo*
Constitutum, vers. Secus in juribus singulo-
rum; Adden. ad Burat. dec. 573, lit. A.
Lambertin. de Jurepatr. lib. 2, par. 2,
quæst. 2, art. 16, num. 5, vers. Et unum
non omittam; & plenè *Rota, dicta decis.*
473, num. 11, & dec. 517, num. 2.

In actibus namque merè voluntariis
non exigitur causa, sed volunras, quæ
pro ratione est in iis, quæ respiciunt in-
teresse singulorum, sicur est materia di-
stributionum, & fructuum, quos unus
23 Canonicus potest donare alteri sine cau-
sa; & solùm ista requiritur, quando con-
currit tantùm consensus majoris partis ad
hoc, ut minor etiam obligata remaneat,
ut plenè colligitur ex adductis per *Ad-*
den. ad Buratt. dec. 973, num. 10, & seqq.
& Rota, dec. 244, num. 24, & 25, par. 16,
recent.

Superest aliquid dicendum de tertia
quæstione, an defectus subscriptionis ir-
24 ritet actum capitularem. Porrò cùm ad il-
lius validitatem sufficiat probare consen-
sum majoris partis, sive singulorum, juxta
naturam actus, deliberatio sustinetur,
quamvis deficiat subscriptio, quæ de ju-
25 re non requiritur in actibus Capitulari-
bus, ut inquit *Carol. Anton. de Luc. de*
Apostolic. Regioque assensu, quæst. 132, n.
5, ibi -- *Nam subscriptio, uti de jure com-*
muni, non est necessaria -- & ad omne pejus
26 non requiritur, nisi in casibus a jure ex-
pressis, ut docet *Innocent. in cap. 1, de*
his quæ fiunt a Prælat. sub num. 1, ponens
hanc Theoricam ibi -- *subscriptio non est*
necessaria, nisi inveniatur expressum.

Quam Theoricam omnes ibi Canonistæ
sequuntur, signanter *Butr. num. 7,* ibi --
In quolibet actu, subscriptio ejus, cujus con-
sensus requiratur, non videtur necessaria,
sed sufficit solus consensus; fallit in casi-
bus, in quibus est expressè dispositum a
jure contrarium, scilicet quòd requiratur
subscriptio; & hanc regulam nota, & tene
menti -- *Panormitan. num. 4, dicens* -- *Nun-*
quam requiritur subscriptio, nisi in casi-
bus in jure expressis; quod nota, & pro
hoc adduco rationem; nam regulariter in
qualibet dispositione sufficit consensus, nec
requiritur Scriptura; ergo nisi specificè ju-
re caveatur, ut fiat subscriptio, non est
illa necessaria -- *Zabarell. num. 1, versic.*
Oppono ad dicta Jo. Andreæ, num. 3, versic.
quæ necessaria non est. Turrecremat. in
Can. Sine exceptione 12, quæst. 2, n. 6.

Et in jure subscriptio Clericorum solùm
legitur expressa, & requisita in aliena- 27
tione bonorum Ecclesiæ, juxta *Text. in*
dicto cap. 1, de his, quæ fiunt a Prælatis;
quamvis hodie neque hoc casu amplius
subscriptio requiratur, cùm recesserit ab 28
Aula, ratione consuetudinis, ut inquit
Gonzal. in d. cap. num. 7, ibi -- *& licèt*
de jure communi omnes tenerentur subscri-
bere ex hoc Textu, hodie tamen consuetu-
do non servatur -- allegans *Soccin. cons.*
15, lib. 1, & Lopez in leg. 2, tit. 14,
par. 1.

Ad hanc materiam in casus opportuni-
tate videnda est *decisio Rot. Rom. in Mo-*
nasterien. Canonicatus, 1 Martii 1706, cor.
b. m. Card. Scotto. Ac subnectitur *deci-*
sio in Colonien. Canonicatus S. Andreæ, 12
Junii 1719, cor. Cerro, & alia pariter in
Leodien. seu Aquisgranen. Canonicatus, 21
Junii 1720, cor. eodem.

R. P. D. CERRO.

Colonien. Canonicatus S. Andreæ.

Lunæ, 12 Junii 1719.

COmperto a Petro Alexandro Seve-
rer, quàm debilia in judiciali expe-
rimento fuerint propria jura in concur-
su Conradi nominati a Canonico Turna-
rio, dum ab assecutione Canonicatus fue-
rat rejectus, non solùm ex Officialium
Coloniæ judicio, sed etiam Sac. nostri
Tribunalis oraculo, coram R. P. D. meo
Lancetra, prævia decisione diei 17 Fe-
bruarii 1713. Quinimò coram Me in au-
dientia diei 15 Februarii 1715, ei dene-
gato beneficio restitutionis in integrum,
destitutus sic omnibus armis, præsidiisque
siluit usque ad d. Conradi obitum, post
quem nacta ejusdem Canonicatus posses-
sione, ut arceret Jo: Henricum, cui illum
contulerat in vim Indulti Pontificii Sere-
nissimus Elector, & Ordinarius, profi-
cuum sibi magis authumavit adipisci ju-
ra defuncti Victoris, quæ adeò efficacia
fuerat expertus, ac propterea obtenta
subrogatione in Dataria, eaque Mihi di-
recta, dubitavi hodie *An literæ Apostolicæ*
essent exequendæ, & *negativum* prodiit
responsum.

Cùm

Cùm enim gratia Apoſtolica relaxata
non fuerit in forma gratioſa, ſed rigoro-
ſa, ex quo directa fuit Mihi, coram quo
diſcuſſa, & reſoluta fuerat Cauſa favo-
re Conradi defuncti, & cum clauſula *vo-*
catis vocandis, *& dummodò intruſus non*
28 *ſit*, *& tertio non fuerit jus quæſitum*, de
cujus indole eſt non ſimpliciter Impetran-
29 tem ſubrogare, ſed Executori tribuere
nudum mandatum de ſubrogando, juxta
diverſum effectum unius, & alterius mo-
di; de quo *Rot. in rec. dec.* 135, *num.* 8,
& ſeqq. par. 14, *to.* 2; ut idcircò ad il-
lius executionem procedi non poſſit, niſi
30 plenè negocio diſcuſſo, totoque ponde-
rato Cauſæ Proceſſu, ut advertunt *Lotter.*
de re benef. lib. 3, *quæſt.* 13, *num.* 34;
Ammyden. de ſyl. Datar. lib. 1, *cap.* 14,
§ 2, *num.* 3. *Rot. coram Mohed. dec.* 11,
ut lit. penden. & coram Celſo, *dec.* 288, *n.*
5, *& coram ſa. me. Alex. VIII*, *dec.* 120,
num. 3. Duplex exceptio illarum execu-
tioni reſiſtere videbatur, calumnia ſcili-
cet ejuſdem Petri Alexandri in antiquo
litigio, nec non intruſio propria aucto-
ritate ab ipſo facta in controverſi Cano-
nicatus poſſeſſionem, quarum unaquæque
eumdem reddiderat incapacem, ne poti-
ri valeret earum effectu, ut de calumnia
31 ſcripſerunt *Gameſ. ad reg. de ſubrog. q.*
13, *ſub num.* 1; *Roſ. de execut. litter. Apoſt.*
par. 1, *cap.* 17, *num.* 169. *Ventrigl. in*
prax. par. 2, *annot.* 10, *num.* 19; *Card.*
de Luc. de Beneſ. diſc. 59, *num.* 10. *Rot.*
in Soraun Jurispatronatus, 22 *Januarii* 1712,
§ *Creſcit*, *&* 24 *Novembris* 1713, § *Quo*
verò, *coram R. P. D. meo Falconerio Ur-*
bis Gubernatore; & de ſecunda intruſio-
32 nis dixerunt *Pariſ. conſil.* 47, *num.* 47,
lib. 4; *Rebuff. in prax. beneſ. in reg. de*
ſubrog. gloſſ. 4, *num.* 2, *& ſeqq. Pilaja*
dec. Pontific. 10, *num.* 93; *Rot. coram*
Bichio dec. 455, *num.* 1, *& coram ſa. me.*
Alexand. VIII, *d. dec.* 120, *num.* 8.

Quatenus autem pertinebat ad primam
non multum laboris aſſumere neceſſe fue-
rat pro deſumenda calumnia Petri Ale-
xandri, qua repellere tentaverat Conra-
dum; etenim cùm iſte omni ſemota du-
bietate nominatus reperiretur a Canoni-
co, qui in Turnaria Tabella deſcriptus
fuerat ſub die, quo Canonicatus vaca-
verat, nil aliud auſus fuit opponere, niſi
errorem graduationis ejuſdem Tabellæ;
ut proinde tali errore plenè non proba-
to, palàm remaneret eumdem nullo jure
pollere, utpote qui nominatus fuerat a
33 Canonico non Turnario, omnique ideò
carente poteſtate nominandi, juxta fir-
mata per *Rot. in Hildeſimen. Canonicatuum*
3 *Julii* 1702, § *Ratio*, *coram Reverendiſſ.*
D. meo Anſaldo Decano, *& in Monaſte-*
rien. Canonicatus, 18 *Martii* 1707, § *Fuit*
ſiquidem, *coram Eminentiſſ. Scotto.*

Hic vero error non ex alio capite de-
ſumebatur, niſi ex quo per decretum Ca-
pitulare diei 20 Julii 1711, ante Turni
renovationem ſancitum fuerit, Canoni-
cum Lunger, licèt poſſeſſione recentio-
rem Canonico Bileſteim Subdiacono, eſſe
illi præferendum, ob excelſiorem Diaco-
natus dignitatem, ad quam fuerat pro-
motus in modum, ut ſub obſervantia iſtius
novi Ordinis ſi in Tabella Turnaria poſt
Canonicum Lunger, cui obtigerat prima
dies Auguſti, deſcriptus fuiſſet Canonicus
Bileſteim, Turnus Canonici Severer, qui
præſentavit Petrum Alexandrum fratrem,
inchoaſſet die 6 uſque ad 11 menſis Octo-
bris, intra quod tempus contigerat hujus
Canonicatus vacatio. Sed ſtatim elimi-
nabatur ex ea conſtantiſſima conſuetudi-
ne, de qua alias meminerat *Rot. in rec.* 34
dec. 467, *num.* 1, *par.* 3; & juxta quam
inter Canonicos ita tempus ſex men-
ſium eis competens ad conferendum di-
viditur, ut unicuique hebdomada, ſeu
ſeptemdium in quolibet menſe aſſigne-
tur. Verùm, cùm non rarò contingat,
quòd tempus iſtud non compleatur in
toto curriculo ſex menſium, ac uni, vel
alteri deficiat aliqua dies ex illis ſeptem,
hinc hujuſmodi defectui ſuppleatur in re-
novatione Turni, reintegrando Canoni-
cum illis diebus, quibus caruit in Turno
antecedenti. Ex quo ſequebatur, quòd
prima dies Auguſti aſſignata non fuit Ca-
nonico Lunger pro ſuo Turno novæ Ta-
bellæ renovatæ Kalendis dicti menſis,
adeout ſubſequi deberet Turnus Canoni-
ci Bileſteim, ſed pro complemento illius
diei, qui illi defuerat in Tabella anni
antecedentis, in qua ſex tantùm diebus
fuerat gaviſus, a die nempe 25 uſque ad
30 menſis Junii, ut videre eſt ex *mea de-*
ciſ. § *Nec quicquam*, & cùm inſpectio
iſta non penderet ab aliquo Juris articu-
lo, ſed ab ipſa inveterata praxi ejuſ-
dem Eccleſiæ, nullam præbere potuit le- 35
galem excuſationem pro ſibi adſtruenda
probabilitate ullius boni juris in antea-
cta controverſia, ut tradunt *Roſa de exe-*
cut. litter. Apoſt. lib. 1, *cap.* 17, *n.* 169.
Mandoſ. de Signat. Grat. tit. de ſubrog.
in fin. Lotter. lib. 2, *quæſt.* 20, *num.* 96.
Ventrigl. in prax. par. 2, *annot.* 12,
num. 19.

Ac magis, magiſque quæcumque alle-
gati erroris umbra abſtergebatur, ſive
quia Tabella Turnaria compoſita fuit
communi omnium Capitularium, & ipſius
Canonici Severer conſenſu; cui idcircò
integrum non fuerat illius validitatem
controvertere, ut advertit *deciſio cauſæ* 36
coram R. P. D. meo Lancetta, § *Final.* Sive
quia iſtiuſmodi error nunquam propoſi-
tus fuit a Canonico Bileſteim, cujus tan-
tummodo favorem reſpexiſſet, ut obſer- 37
vat *dec. R. P. D. mei Lancettæ*, § *Et quam-*
vis, *& altera coram Me*, § *Hinc inutile*;
ſive

five demum quia validitatem nominatio-
nis in personam Conradi ratam habuit
38 idem Canonicus Severer, mediante re-
ceptione consueti muneris traditi a novo
Canonico in actu adeptæ possessionis, ut
constitit ex *summ. coram R. P. D. meo
Lancetta, num. 2, & in dec. cor. Me*, §
final. Et potentius hoc suum malum jus
agnovisse censetur ipsum Petrum Alexan-
drum ob silentium, in quo semper ob-
dormiit, postquam tot judicata contra-
39 ria passus fuit; hoc enim apertiùs con-
firmavit antecedentem oppositionem non
egisse colore aliquo boni juris, sed so-
lùm, ut superveniente annosi Competi-
toris morte, sibi via pateret obtinen-
di subrogationem, in præjudicium novi
Provisi, juxta tradita per *Lotter. d. q. 20,
num. 92, & seq. Carol. Anton. de Luc. ad
Ventrigl. in prax. part. 2, annot. 10, num.
4, & 5. Rot. coram Cassador. dec. 7, num.
2, de dol. & contum.*

Constitit igitur ex præmissis de primo
obstaculo, contento in regula de subro-
gandis, ob deficientiam cujuscumque bo-
næ fidei, qua idem Petrus Alexander ad-
moveri potuerit, ad litem ineundam cum
defuncto Contradictore. Verùm non mi-
nùs clarum erat, & aliud scatens ab in-
trusione in possessionem Canonicatus, sta-
tim ac eam vacuam reliquerat obitus
Conradi; de illa enim præstabat perspi-
cuum documentum publicus dictæ pos-
sessionis actus relatus *in Summar. Addit.
Joannis Henrici, num. 1, litt. B*; qua qui-
dem possessione supposita, innegabilis eva-
40 debat vitium intrusionis, cujus labe non
modò infecta reddebatur gratia Pontifi-
cia pro obtenta subrogatione, ut sanci-
tur in enunciata regula *de subrogandis*,
ibi -- *Dummodò prædictus Collitigans in
dicto Beneficio intrusus non fuerit* -- & te-
stantur *Lancell. de attent. par. 3, cap. 26,
num. 59; Argel. de acquir. possess. q. 18,
art. 1, num. 81, & seqq. Novar. in summ.
Bullar. comment. 26, num. 5. Rot. coram
Benincas. dec. 24, num. 7*; sed perpetuò
effectus fuit inhabilis ob pœnam statu-
41 tam in Constitutione 34, sa. me. Julii III,
ut adhæsivè ad relatas auctoritates admo-
nuit *Engel. in Jus Canon. lib. 3, tit. 5,
num. 4*; & firmavit *Rot. coram Bichio dec.
455, num. 6; & in Monasterien. Canoni-
catus super litteris Storp. 23 Aprilis 1706,
§ finali, coram R. P. D. meo Lancetta.*

Circa quòd intrusio prænarrata valeret
nullo modo evitari, ex quo Petrus Ale-
xander fructus memorati Canonicatus non
perceperit, sine quibus pœna a dicta Re-
gula Cancellariæ, & Constitutione Julii
III inflicta, nequiverit incurri, & actus
possessionis dijudicandus sit tanquam sine
effectu. Quoniam DD. probè distinguen-
do inter possessionem adeptam Auctore
Prætore, ac de manu Executoris, &
aliam, quam quis nactus sit auctoritate
privata, & sine ullo præexistente legiti-
mo titulo, non hæsitarunt possessionem,
de qua agitur, versari in secundo distin-
ctionis membro, dum Petrus Alexander
vix e vivis erepto Canonico Conrado, &
antequam Apostolicam subrogationem in 42
juribus defuncti reportaret, se intrusit in
possessionem hujus Canonicatus, in qui-
bus terminis vitium intrusionis statim con-
tractum dicitur ex solo materiali actu pos-
sessionis, quam ille capere ausus fuit absque
ullo titulo, seu Judicis auctoritate, ob quam
potuisset excusari, nec inquirendum est
an fructus fuerint nec ne percepti, ut opti-
mè discriminando unum ab altero casu
advertunt *Gomes. in regul. de trien. q. 47,
num. 2. Rebuff. regul. de subrog. gloss. 4,
num. 4. Rot. coram Peuting. dec. 87, num.
21, & coram Bich. decis. 455, num. 9, &
coram Dunoz. Jun. dec. 352, num. 12, &
in d. Monasterien. Canonicatus super lite-
ris Strop. § final. coram R. P. D. meo
Lancetta*; ac proinde post idem vitium
ita contractum nullimodè potuit ei suf-
fragari gratia subrogationis postea impe- 43
trata, dum Pontifici hæc intrusio com-
missa, subreticita fuit; *Rebuff. dicta gloss. 4,
num. 6. Paris. d. cons. 47, num. 47, lib.
4. Rot. cor. bo. me. Alex. VIII, d. decis.
120, num. 8.*

Et ita utraque, &c.

R. P. D. CERRO

Leodien. seu Aquisgranen. Canonicatus

Veneris 21, Junii 1720.

LIcèt Sacra Rota censuerit sub diebus
27 Junii 1717, & 13 Maji 1718, co-
ram R. P. D. meo Falconerio, Almæ Ur-
bis Gubernatore, exequendas esse literas
Apostolicas, quibus Matthias Paffrath pro-
videri obtinuerat de Canonicatu Insignis
Collegiatæ Ecclesiæ Beatæ Mariæ Virgi-
nis Aquisgrani, tanquam ad S. Sedem de-
voluto, ex eo, quòd Canonicus Bucholtz
nulliter illum contulerit, utpote ex de-
fectu qualitatis Sacerdotalis non gaudens
Ordinarii Turni beneficio. Re tamen in
gradu appellationis iterum discussa die 12
Junii superioris anni coram R. P. D. meo
Foscaro, deducti fuerunt Domini in sen-
sum contrarium, videlicet non esse pro-
cedendum ad legitimam executionem di-
ctarum literarum, atque etiam hodier-
na die, dum ob interim superventam
Turni Rotalis mutationem, obtigit Mihi
eos interrogare -- *An esset standum, vel
recedendum a decis.* -- ab eodem sensu non
declinarunt, mediante rescripto -- *In de-
cisis.*

Siquidem cùm Matthias Canonicatum
impetraverit, sub fundamento nullitatis
colla-

collationis a Canonico Turnario factæ,
sive incapacitatis ejusdem ad conferen-
dum, ob privationem vocis activæ, &
passivæ, nec non juris Turni, exorientem
a defectu Ordinis Sacerdotalis. Sanè hoc
ipsum, cui gratia Apostolica innititur,
44 tenêtur concludenter justificare, sin mi-
nùs illa nunquam venit executioni de-
mandanda, juxta *Tex. in cap. ad aures
in fin. & in cap. ad audientiam il secondo,
ibiq. Abb. num. 5, & Felin. num. 22, de
rescript. Rot. dec. 203, num. 1, coram Peu-
tinger. dec. 148, num. 12, par. 19, rec. &
in Osnaburgen. Canonicatus 10 Junii 1718,
§ Validitas, cor. R. P. D. meo Crispo.*

Huic autem oneri neutiquam Impetra-
torem satisfecisse visum fuit; quinim-
mò regulam potius militare favore Ca-
nonici Bucholtz. Cùm enim ipse jam es-
set constitutus in Sacro Ordine Subdia-
45 conatus, sicuti non poterat arceri a suf-
fragio ferendo in quibuscumque actibus
Capitularibus, quia id eidem non minùs
concedebatur a jure communi, ad *Tex.
in Clement. ut ii de ætat. & qualit. Bar-
bos. de Canonic. & Dignit. cap. 37, num.
3,* & plenè tradit *Rot. in Romana Cleri-
catus Beneficiati S. Petri, 13 Maji 1695,
coram cl. mem. Card. Priolo,* quàm a Sta-
tuto propriæ Ecclesiæ; hoc unum exigen-
te ad hoc, ut quis ad suffragandum ad-
mittatur, quod nimirum ad Subdiacona-
tus Ordinem fuerit promotus, ita pri-
vandus non erat facultate eligendi Ca-
nonicum, sive Canonicatum conferendi
46 sibi per Turnum obventa, quæ faciliùs
competere solet, quàm prærogativa suf-
fragandi in Capitulo, ut disertè probat
decisio R. P. D. mei Foscari, § *Non enim.*

Frustra verò ad suadendum in Cano-
nico Bucholtz talem incapacitatem obji-
ciebatur, quòd Ecclesia Collegiata B. M.
componatur ex triplici Canonicorum clas-
se; nempè Subdiaconorum, Diaconorum,
47 & Presbyterorum, quòdque ita distinctis
Ordinibus unusquisque teneatur proprium
respectivè Ordinem assumere, aliàs jure
suffragandi destituatur; id præscribenti-
bus nedum Statutis Ecclesiæ, verùm etiam
dispositione juris communis, ut *in dicta
Clement. ut ii de ætat. & qualit.* innova-
ta a Sac. Conc. Trident. *sess. 22, cap. 4,
de reform.* Quantumvis enim recensita
Ordinum distinctio in præfata Ecclesia ve-
rè habeatur, non inde tamen necessariò
48 promanat, ut quis sub pœna privationis
vocis activæ, & passivæ ad superiores Or-
dines gradatim conscendere teneatur;
nam si loquimur de Statutis Ecclesiæ, per
illud conditum anno 1506, injungitur qui-
dem, ut nullus Canonicus ad suffragia
admittatur, nisi priùs ad Subdiaconatus
Ordinem fuerit promotus, ut superiùs
notatum fuit § *Huic autem;* sed quando
disponitur de ascensu ad cæteros Ordines
Diaconatus, & Presbyteratus non infli-
gitur contravenientibus similis pœna pri-
vationis vocis, sed alia prorsus diversa
subtractionis cujusdam quotæ tritici, ave-
næ, & siliginis. Cùm itaque postremus
hic casus sua peculiari lege cohibeatur,
non est cur per viam æquiparationis sub-
mitti debeat censuræ Statuti in ea par-
te, in qua non promoti ad Ordinem Sub-
diaconatus a suffragium ferendo repel-
luntur, quia si statuentes ultra amissio-
nem dictæ quotæ frumenti, mulctare vo-
luissent negligentes ascendere ad Ordines
alia etiam pœna amissionis vocis, id pro-
fectò, prout in altero casu exprimere cu-
rassent; hac verò expressione omissa, cùm
simus in pœnalibus, nulla est facienda ex-
tensio de casu ad casum, sed Statutum 49
tantùm disponere censeri debet, quan-
tùm sonat in litera, ut ultra auctorita-
tes allegatas in postrema decisione facit
*Tex. in cap. per exemptionem de privileg.
in 6. Rot. decis. 295, num. 6, coram Priolo,
& dec. 30, num. 4, par. 6 rec.*

Neque diversam exigunt intelligen-
tiam, vel aliud Statutum novissimè anno
1710 editum, & auctoritate Apostolica
confirmatum, vel Decreta promulgata
ab Eminentiss. D. Cardinali Bussio, tunc
temporis ad Tractum Rheni Apostolicæ
Sedis Nuncio, quibus rectior norma de-
cernebatur servitio, a Canonicis propriæ
Ecclesiæ præstando; quoniam respectu Sta-
tuti anni 1710, cùm per illud principa-
liter consultum fuerit, ut in posterum
electiones Canonicorum per Turnum ex-
plendæ essent, quæ prius non sine jurgio-
rum periculo per scrutinium fieri consue-
verant; hinc cautum extitit, quòd *Ca-
pitularis, qui jure Turni utetur, sit resi-
dens, nec non activa, & passiva voce in
Capitulo gaudens, quodque jure Turni ca-
rebunt omnes hi, qui jure suffragandi in
electionibus Canonicorum carent.* Unde ne-
mo non videt, nihil fuisse immutatum
circa capacitatem Canonici Turnarii, sed
solummodo denegatum eidem fuisse usum
Turni, quatenus nequaquam esset capax 50
suffragandi in actibus Capitularibus, ta-
lem capacitatem relinquendo Juris com-
munis, & Statutorum dispositioni, ad fir-
mata per *Rot. in Monasterien. optionis, 26
Junii 1705, § Nullatenus, coram cl. me.
Card. Caprara, in Fanen. successionis 1
Julii 1707, § Inaniter, coram bo. me. Oma-
na,* & prosequitur decisio hujus Causæ
§ *Aliud vero.* Quod attinet autem ad
Decreta Eminentiss. Bussii, illa quidem
præseferunt, ut singuli Canonici adstrin-
gi debeant ad illum Ordinem assumen-
dum, quem eorum senioritas exigeret,
præstitutis ad hunc effectum nonnullis pœ-
nis; sed cùm inter easdem pœnas Refra-
ctariis non fuerit indicta ea privationis
vocis, seu Turni, exinde profluit non es-

51 se ad illam extendendam Decretorum censuram, contra regulam Text. in cap. Odia, & in cap. Quæ a jure, de regul. jur. in 6. Rot. dec. 85, num. 3, & dec. 597, num. 12, coram Emerix jun.

Si verò sermo sit de dispositione Juris communis, qua interdictum contenditur Canonicis non ascendentibus ad proprium respectivè Ordinem Jus votum præstandi in actibus Capitularibus, animadvertentes DD. quòd tum *Clementina*, *ut ii de ætat. & qualit.* tum etiam *Sacrum Concilium Tridentinum in cap. 4, sess. 22, de reform.* continent duas partes, in quarum prima decernitur, quemquam vocem in Capitulo habere non posse, nisi in Subdiaconatus Ordine saltem constitutus fit; In secunda autem, ut ii, qui Dignitates, Officia, Præbendas, ac qualiber alia Beneficia in Ecclesiis obtinent, quibus onera varia sunt annexa, infra annum teneantur Ordines suscipere requisitos. Neutram ex illis obstitisse putarunt Canonico Bocholtz, quin Jure Turni frui valeret. Non quidem censura primæ partis, quia jam ipse reperiebatur in Subdiaconatus Ordine, sicque eidem obtemperaverat; non etiam secundæ, quoniam cùm eadem elarè percutiat casum, quo onus suscipiendi, & respectivè exercendi Ordinem, sit annexum ipsimet Præbendæ Canonicali, seu Officio, & Dignitati, juxta illa præsertim d. Tridentinæ synodus verba, ibi — *quibus onera varia sunt annexa*; non est proinde applicabilis hypothesi, in qua Ordo censeri nequit taliter annexus; itaut

52 absolutè, & simpliciter requiratur in Canonicis ratione ejus Præbendæ, quam assecuti sunt; sed potius ad illum fit ascensus ratione senii, & quatenus quis gaudere intendat prærogativa antianitatis, & præcedentiæ, ut enucleata distinctione inter Ordinem, respectu tantùm Personæ, & Senioritatis assumendum, ac illum pernecessè Præbendæ alligatum ex *Barbos. de Canon. & Dignit. cap. 42, n. 19, vers. Consilium, cæterisque probat Decisio R. P. D. mei Fosrari*, § *Seposita*, & jamdudum in proximis terminis dixit *Rota in dec. 9, de consuetud. in antiquis per tot.*

Citra quod revocare posset in discrimen in Collegiata, de qua agitur, Ordinem relativè se habere ad Personas, & qualitatem Senii, eùm id dilucidò importarent, tum antiqua Statuta, in quibus consideratur Canonicorum Regularis ascensus; tum recentia Decreta Eminentissimi Bussii normam talis ascensus præscribentia cum clausulis *in locum Senioris*, & juxta *Ordinem Senii*, indictis variis pœnis, sed semper prætermissa ea privationis vocis, seu Turni, veluti non congruente qualitati Canonicorum, qui-

53 bus eo dumtaxat casu videretur infligenda, quando utilitas, & necessitas Ecclesiæ exigeret ascensum ad Ordines, necessariò pro illius servitio exercendos, sed tunc non ipso Jure, verùm prævio Superioris jussu, & monitione, juxta literalem *Text. in cap. quæris, de ætat. & qualitat. ibique scribentes.*

Faciliùs eumdem DD. in hanc sententiam deflexerunt ratione diuturnæ observantiæ, quæ non rectè criticabatur, ex quo non feriat casum electionis per Turnum novissimè introductæ, sed procedat in terminis electionum priùs factarum ab universo Capitulo. Vis etenim non flat, an Canonicus carens Ordine, gavisus sit Turno, qui tunc adhuc non erat in usu; sed in eo, quod fuerit admissus in electionibus ad suffragium ferendum, non minus ac alii Canonici, quod certè denotat, nullius obstaculi reputatum fuisse defectum Ordinis ad hoc, ut privari deberet voce in Capitulo, & insimul constituit specificam observantiam, normam tribuens pro interpretandis quibuscumque Legibus & Statutis, *Bartol. in l. neque leges, ff. de leg. Rocc. disput. Jur. cap. 59, num. 6. Rot. dec. 75, num. 1, par. 18, rec. & in Avenionen. Collegii 12 Martii 1713*, § *Quod apertiùs coram Eminentiss. Scotto.* 54

Et ita utraque &c.

ADDITIO II.

De Præcedentia Coadjutorum.

ARGUMENTUM.

Agitur de Præcedentia debita Coadjutoribus Dignitatum, seu Canonicorum, tam in functionibus Ecclesiæ Cathedralis, quàm extra.

SUMMARIUM.

1 *Coadjutoribus Dignitatum quale stallum, absentibus Coadjutis, in Choro debeatur, variè a S. R. C. decisum fuit, & n. 2, & 3.*

4 *Præsentibus Coadjutis, illorum Coadjutores post omnes Canonicos sedere debent.*

5 *Præcedentia an de Jure debeatur Coadjutoribus Dignitatum supra Canonicos, vel Canonicorum supra reliquos de Clero, ac præsertim supra Dignitates & Canonicos Ecclesiæ Collegiatæ, extra functiones Cathedralis, in quibus Coadjutos repræsentant, & num. 7, 11, 12, 13, & 14.*

6 *Quid sit Coadjutoria, & quare a Summo Pontifice concedatur.*

8 *Coadjutoria conceditur in gratiam Coadjuti, non verò Coadjutoris.*

9 *Defuncto Coadjuto, debet Coadjutor ve-*

veram possessionem tituli accipere.
10 *Nec censetur vera dignitas, seu ve-*
rus Canonicus, sed talis impropriè,
& fictè nuncupatur.
15 *Officiales alicujus Universitatis, seu*
Collegii quando aliis, etiam digmo-
ribus, pracedant.

QUamvis nonnulla ad hanc materiam
fuerint deducta, nibilominus, cùm
varia fuerit Sacræ Congregarionis Rituum
sententia, aliqua addere censui; etenim
1 eadem Sacra Congregatio decrevit in
Neritonen. 22 *Octobris* 1619, *& in Brun-*
dusina 29 *Maji* 1721, *& in Ferrarien.* 2
Junii 1640, *relat. per Barbos. de Canoni-*
cis, & dignitat. cap. 29, *num.* 27, *& in*
collect. Apostolic. decis. 175, *num.* 8; *&*
per Pignattel. tom. 4, *consult.* 185, *num.* 3,
deberi Coadjutoribus Digniratum in
Choro stallum proprium Coadjuti. Subin-
2 de verò in *Firmana, & Lauretana* con-
trarium censuit, nempe Coadjutoribus
Dignitatum competere ultimum locum
in Choro post omnes alias Dignitates, quo-
rum decretorum tenor est sequens
Lauretana „ Sacr. Rituum Congrega-
„ tio inhærendo declarationibus in simili-
„ bus factis, & signanter in Firmana, die
„ 15 Septembris 1657, iterum declaravit
„ Coadjutoribus primarum Dignitatum,
„ scilicet, Archipresbyteri, & Primice-
„ rii in Ecclesia Lauretana competere
„ ultimum locum in Choro, nempe post
„ omnes alias Dignitates, & ante reli-
„ quos Canonicos; atque prout in præ-
„ dicto Decreto pro Ecclesia Firmana de-
„ claratum fuit, quod etiam in Ecclesia
„ Lauretana servari jussit, & mandavit,
„ Hac die 15 Jan. 1677.
M. Episcopus Portuensis Card. Gin-
nettus.
Bernardinus Casalius Secr.
Lauretana „ Sacr. Rituum Congregatio
„ declaravit Coadjutorem Primicerii Ca-
„ thedralis Lauretanæ sedere debere in
„ Choro post omnes alias Dignitates;
„ ideoque decretum desuper emanatum
„ die 15 Januarii præteriti servandum,
„ & exequendum esse censuit, non ob-
„ stante inhibitione A. C. per D. Coad-
„ jutorem super observatione alterius
„ Decreti ejusdem Sac. Congregationis
„ in Ferrarien. die 2 Junii 1640, in casu
„ diverso disponentis obtenta. Hac die
„ 2 Aprilis 1667.
M. Episcopus Portuensis Card. Gin-
nettus.
Bernardinus Casalius Secr.
Iterum verò ad trutinam revocato eo-
dem articulo, ac bene discusso, Partibus
acerrimè Informantibus in eadem Sac.
Congregatione, Ponente claræ memoriæ
Cardinali Fabrono Patriæ nostræ lumi-
ne clarissimo in Lauretana Præeminen-
tiarum die 17 Aprilis 1717, resolvit „ 3
„ Prævio recessu a decisis sub diebus 15
„ Januarii, & 2 Aprilis 1667: Coadjuto-
„ res Dignitatum, absentibus Coadjutis,
„ semper stare, & incedere debere tam
„ in Choro, quàm extra, in loco, & stal-
„ lo Coadjuti.
Alia difficultas oritur, circa præceden-
tiam Coadjutorum Dignitatum, præsen-
tibus in Choro eorum Coadjutis; & se-
cundùm resolutionem emanatam *in Fir-* 4
mana Pracedentia, infra ponendam, se-
dere debent post omnes Canonicos.
Firmana Præeminentiæ „ Cùm pro parte
„ &c. Canonicorum Ecclesiæ Metropoli-
„ tanæ Firmanæ expositum sit, &c. quòd
„ Marcus Attilius, & Sabionus &c. fue-
„ rint declarati Coadjutores, cum futura
„ Successione Dignitatum Decani &c. in-
„ cœperunt prætendere, in vim decreti
„ ejusdem Sac. Congregationis lati in
„ una Firmana sub die 15 Septembris
„ 1657, favore aliorum Coadjutorum
„ suorum prædecessorum &c. quòd ipsis
„ Coadjutoribus in functionibus & Cho-
„ ro *esset concedendus locus seu stallum ul-*
„ *timæ Dignitati contiguum* supra omnes
„ Canonicos, intervenientibus etiam eo-
„ rum Coadjutis. Verùm quia inanis,
„ exorbitans, & insubsistens visa est præ-
„ dictis Canonicis præfata prætensio; ideo
„ supplicarunt pro favorabili positivo de-
„ creto. Et eadem Sac. Congregatio vi-
„ sis, & consideratis Juribus hinc inde
„ deductis &c. respondit -- Receden-
„ dum esse a prædicto decreto lato die 15
„ Septembris 1657; & Coadjutores Di-
„ gnitatum *præsentibus Coadjutis sedeant*
„ *post omnes Canonicos, quibuscumque de-*
„ *cretis in contrarium non obstantibus*, &
„ ita declaravit, & in Ecclesia Metro-
„ politana Firmana servari mandavit die
„ 21 Januarii 1679.
Cæsar Card. Facbinetus.
B. Casalius Secr.
Et hinc pariter alia subalterna diffi-
cultas oritur, an Coadjutores extra fun-
ctiones Cathedralis, aliasque, in quibus
repræsentant Coadjutos, habeant præce-
dentiam supra Canonicos, si sint Coadju-
tores Dignitatum; vel si sint Coadjuto- 5
res Canonicorum supra reliquos de Cle-
ro, ac præsertim supra Dignitates, &
Canonicos Collegiatæ Ecclesiæ; & quam-
vis praxis, & observantia faveat ut plu-
rimum, ex quadam convenientia, Coad-
jutoribus, attamen censeo non esse ad
terminos juris planam resolutionem ad
eorum favorem; siquidem Coadjutoria
nihil aliud est, quàm officium concessum
a Summo Pontifice alicui Personæ in fa-
vorem Ecclesiæ, ut cultus divinus debi-
tis non fraudetur servitiis; & ut ea 6
servitia, quæ a Coadjuto ob senectutem,
vel infirmitatem præstari non possunt, a

5 Coadjutore præstentur, *Cap. ex parte de Cler. ægrot. cap. 1, eod. tit. in 6; Put. dec. 225, num. 17, lib. 3, in correct. Rot. dec. 456, num. 4, par. 1, rec.* Hac autem definitione perpensa, nulla in ea con-
7 cessa dignoscitur Coadjutori præeminentia, ac propterea Coadjutor debet esse contentus mero officio administrandi, & inserviendi Ecclesiæ, præstando scilicet servitia cantus, assistentiæ, aliaque subeundo onera, quæ Coadjutus ipse subire de-
8 beret, cùm natura Coadjutoriæ ea sit, ut videatur concessa in gratiam Coadjuti, non verò Coadjutoris, *Put. dec. 99, lib. 2.*

Sola igitur servitii, & administrationis possessione potitur Coadjutor, ac
9 proinde defuncto Coadjuto veram possessionem tituli accipere debet, ut firmavit *Put. d. dec. 98, lib. 2, & dec. 226, lib. 3*; proindeque non censetur vera Dignitas, seu verus Canonicus, tamquam destitutus titulo, & possessione Canoni-
10 catus, seu Dignitatis, sed talis impropriè, seu fictè nuncupatur, per ea, quæ dixit *Rota dec. 456, part. 1, rec. ferè per tot.*

Nec in contrarium facere videntur clausulæ appositæ in literis Coadjutoriæ - *Ex nunc, prout ex tunc conferimus, nec non ex nunc plenum Jus in illo verè, & non fictè acquisitum existere decernimus* - quia
11 dicta verba incipiunt habere virtutem operativam a die purificatæ conditionis, nempe obitus Coadjuti; *Cassador. dec. 3, num. 15, de Præben. Put. dec. 190, lib. 2. Rot. dec. 94, num. 25, coram Pamphil.* &
12 important tantummodo jus ad rem; *Faguan. in cap. nulla, num. 54, & 66, de concess. præben. & in cap. ex parte, num. 16, de Cler. ægrot. Card. de Luca de Canonic. disc. 6, num. 10. Rot. cor. Peutinger. dec. 303, num. 3, in recent. dicta dec. 456, num. 8, & 12, part. 1; & in Olomucen. Canonicatus 29 Martii 1694, § In proposito, & 25 Junii ejusdem anni, § In hypothesi, coram bon. mem. Muto, & in Calaritana Canonicatus 4 Decembris 1697, cor. R. P. D. Ansaldo, inter ejus impressas in 20, num. 16,* quod tamen non prodest ad effectum præeminentiæ, pro qua atten-
13 ditur possessio actualis rei, non verò titulus, seu jus ad rem, ut optimè *Rota d. dec. 456, num. 12, part. 1, rec.*

Absque eo quòd urgere videatur consideratio, quòd Coadjutor in omnibus, & per omnia repræsentet personam Coadjuti, proindeque eidem debeatur idem honor, & præeminentia, quæ convenit
14 Coadjuto; quia hoc procedit quoad illos actus, sacrasque functiones, quas nomine Coadjuti exercet, non verò quoad allos extraneos ab exercitio Coadjutoriæ; prout in simili videmus, quòd Officiales alicujus Universitatis, seu Collegii in actibus ipsius Collegii præferuntur Personis licèt dignioribus, non verò extra 15
Collegium, & actus ad ipsum non pertinentes, quo casu unusquisque secundùm suam dignitatem propriam vindicat præeminentiam.

ADDITIO III.

De Indultis Apostolicis percipiendi distributiones in absentia.

ARGUMENTUM.

Ad materiam Indultorum Apostolicorum, percipiendi distributiones in absentia, traditur quot sint earum species, quasque hujusmodi Indulta comprehendant.

SUMMARIUM.

1 *Ex distributionibus, aliæ nuncupantur quotidianæ, & quæ sint.*
2 *Earumque portio non interessentium, interessentibus accrescit.*
3 *Nec valet contraria consuetudo, aut Statutum.*
4 *Hanc speciem distributionum non comprehendit Indultum Apostolicum, & affertur ratio.*
5 *Neque eas lucrantur Canonici, ab Episcopo assumpti, pro guberniо, & regimine Ecclesiæ, in eorum absentia.*
6 *Idem dicendum de Canonicis, Episcopo inservientibus in Visitatione Diœcesis; & de ipso Episcopo, qui uti Canonicus percipit distributiones quotidianas.*
7 *Ita ut non valeat Statutum, quòd Canonici, absentes pro Episcopo, distributiones lucrentur.*
8 *Distributiones quotidianas an lucrari valeant Canonici familiares Papæ, ejusque servitio immediatè addicti, & quando.*
9 *Alia species distributionum est illa, quæ provenit ex fructibus Præbendæ, quam pro duabus partibus tantùm lucratur Indultarius, relicta tertia parte Interessentibus, & num. 10.*
11 *Aliæ verò sunt distributiones, quæ præstantur Interessentibus Anniversariis, Festivitatibus, & similibus sacris functionibus; quæ non debentur Canonicis infirmis, aut aliàs ex legitima causa absentibus, multoque minus Canonico, hujusmodi Indultum habenti, & num. 12, & 14;*
13 *Etiamsi in Indulto expressa fuerint Anniversaria, & mortuaria.*
15 *Canonicus, Indulto jubilationis gaudens, an prætendere valeat participationem hujusmodi emolumentorum.*
16 *Canonici, quos Episcopus in sui ser-*

vi-

vitium assumit, in tantum lucrantur fructus suarum Præbendarum, in quantum ab eodem occupantur pro expediendis suæ Diœcesis negociis.

17 *Et si illum comitentur, vel ab eo Romam mittantur pro Visitatione SS. Liminum, lucrantur etiam distributiones quotidianas.*

18 *Inquisitores aliique Ministri occupati in causis contra hæreticam pravitatem an, & quando Distributiones lucrentur remissivè.*

19 *Afferuntur nonnulla Decreta S. Congr. Concilii concernentia Jubilationum Indulta.*

SÆpe dubitari contingit super intelligentia Indultorum, quæ a S. Sede concedi solent, percipiendi distributiones in absentia, ad quam speciem distributionum, aliorumque emolumentorum lucrum se extendant; unde non incongruum existimo, aliqua ad hanc materiam prænotare. Ac primò observare oportet, plures esse species distributionum; aliæ namque nuncupantur quotidianæ, quæ tan-
1 quam merces laboris pro servitio impenso in persolvendis divinis officiis, iis dumtaxat debitæ sunt, qui actualiter prædictis officiis interfuerunt, per *text. in cap. unic. de Cler. non residen. innovat. per Sac. Conc. Trid. sess. 24, de refor. cap. 12;*
2 ita ut portio non interessentium interessentibus accrescat; *Fagnan. in cap. Gravis, num. 80, de restitut. spoliator. & in cap. de cætero, num. 9, de Clericis non residen. & in cap. Licet num. 76, de Præbendis; Passerin. in cap. unico, de Clericis non residen. lib. 6, num. 4, & num. 28. Gonzal. ad regul. 8 Cancell. § 7. proœm. num. 162, & 163; Nicol. in flosc. Verbo Distributiones num. 7. Van-Espen in Jus Canonicum univ. par. 3, cap. 3, § 11, Vers. Utque. Panimoll. decis. 20, adnot. 3, n. 2. Rota cor. Bichia, decis. 576, num. 1, coram Merlino, dec. 139, num. 2, & dec. 153, n. 1, in rec. dec. 377, num. 16, & 17, par. 12; dec. 165, num. 8, par. 17; dec. 364, num. 12, part. 18; in Alexandrina Distributionum, 20 Martii 1699, § Non enim, coram R. P. D. Lancetta; in Illerden. Distributionum, 22 Januarii 1703, § Non enim, coram Eminentissimo Domino Cardinali Priolo; in Gerunden. Distributionum, 21 Januarii 1701, § Et verò, coram Eminentissimo Domino Cardinali de la Tremoille; & 7 Aprilis 1704, § Habita, cor. R. P. D. Ansaldo.*

Idque adeò vetum est, ut sublato quocumque abusu, seu corruptela, quæ fortasse priscis temporibus inoleverat, quoad
3 perceptionem distributionum quotidianarum in absentia, nulla hodie valeat consuetudo, quantumvis longæva, aut Statutum determinans, distributiones debe-ri absentibus, prout ex mente præfati *Textus in cap. unico, de Clericis non residen. lib. 6, & Sacri Concilii, loco supracitato* monuerunt, *Fagnan. in dicto cap. Licet, de Præbendis num. 77, & 80. Passerin. in cap. Consuetudinem, de Clericis non residen. lib. 6, num. 135, & seqq. & num. 170, & seqq. Pignattel. consultat. 115, num. 2, & num. 23, tom. 9. Barbos. in annot. ad Sac. Conc. Trid. sess. 24, de refor. cap. 12, num. 109. Cardinalis de Luca, de Canonicis, disc. 10, num. 3. Antonell. de Jure, & oner. Clericor. lib. 2, par. 6, cap. ultimo, num. 194. Bonaccin. de Horis Canonic. disput. 2, quæst. 5, puncto 5, n. 1. Romaguer. ad Constitut. Synodal. Gerunden. lib. 3, tit. 3, cap. 1, num. 18. Panimoll. dicta dec. 20, adnotat. 3, num. 21. Rota in dicta Illerden. Distributionum 8 Maji 1702, § Nec ad istum; & 27 Junii 1703, § Data, cor. Eminentissimo Domino Cardinali Priolo, & 7 Aprilis 1704, § Potissimo, coram Reverendiss. Ansaldo Decano,* & resolvit *Sacra Congregatio in Cavallicen. Residentiæ, & distributionum, 24 Martii 1703, & in Giennen. vacationum, 26 Januarii 1704.*

Ac proinde licèt Indultum comprehendat proventus, obventiones, emolumenta, ac distributiones, nihilominus intel-
ligendum non videtur de illis emolumen- 4
tis, & distributionibus, quæ unicè debentur ratione personalis interessentiæ, quia præsumitur, Summum Pontificem, mediante consimili Indulto, noluisse tollere jus alteri acquisitum, nec tertio præjudicare, secundùm ea, quæ dixit *Bajo in Praxi Ecclesiastica, par. 3, lib. 2, cap. 100, num. 10. Rota dec. 222, num. 2, par. 12; & dec. 405, num. 20, par. 14; dec. 165, & num. 9, ad 13, par. 16; & dec. 79, n. 2, cor. Reverendiss. P. Domino Ansaldo; & in his terminis Pignatell. consult. 19, num. 10, tom. 3.*

Hinc sequitur, quòd Canonici assumpti ab Episcopo pro gubernio, & regimi-
ne Ecclesiæ, *juxta Text. in cap. Licet, de* 5
præben. hujusmodi distributiones non lucrantur in absentia, *Van-Espen in Jus Ecclesiast. Univers. part. 1, tit. 7, cap. 11, num. 2, versic. quis enim,* ibi — *Quis enim dubitet in Ecclesiæ utilitatem cedere, ut Canonici in Regimine Diœcesis Episcopo assistant, & inserviant? Et tamen si Jus commune spectemus, distributiones eis absentibus non debentur.*

Et pari ratione, licèt Visitatio Diœcesis, juxta præscriptum Sacri Concilii in *sess. 24, de reformat. cap. 3,* per Episcopum facienda, adeo utilis, & proficua per ipsum Sac. Concilium reputetur, pro recto Ecclesiæ Regimine, præcipuè ad bonos mores tuendos; adhuc tamen, nec
ipse Episcopus percipiens, uti Canonicus, 6
distributiones quotidianas, neque Cano-

ni-

nici ei inservientes in visitatione Diœ-
cesis, lucrari possunt distributiones tem-
pore absentiæ, ex prædicta causa, pront
quoad Episcopum monuerunt. *Fagnan.
in cap. licet, de Præben. num. 98. Passe-
rin. in dicto cap. Consuetudinem, de Cleri-
cis non residen. lib. 6, num. 67. Pignatell.
consult. 115, num. 22, & consult. 144, tota,
tom. 2;* & quoad Canonicos Episcopo as-
sistentes idem *Faguau. in dicto cap. Licet,
num. 110, de Præben. Navarr. consil. 2,
de Clericis non residen. Garz. de Benefic.
par. 3, cap. 2, num. 347. Bonaccin. de
Horis Canon. disput. 2, quæst. 5, puncto 3,
§ 2, num. 2; Nicol. in flosc. Verbo Distri-
butiones, num. 16. Pautmoll. dicta dec. 20,
adnotat. 3, num. 40;* & fuit etiam perpe-
tuus sensus Sacræ Congregationis, ut si-
gnanter videre est in *Lauden. 15 Aprilis
1694, lib. decretor. 34, fol. 100, tergo,*
ubi ulterius decernitur, quòd non valeat
7 Statutum, ut Canonici absentes pro Epi-
scopo lucrentur distributiones, & in *Lu-
cana 10 Maji 1692, in Novarien. 19 Ju-
lii ejusdem anni, lib. decretor. 42, fol. 467,
a tergo; in Aqnipendii Distributionum 20
Martii 1694, lib. 44, fol. 123, in Verula-
na Punctaturarum 10 Julii 1694, ad 2, di-
cto lib. 44, fol, 315,* ubi licèt adesset
contraria Capitularis Constitutio, & in
Comen. 27 Julii 1697, lib. 47, fol. 335, ter.

Quin imo adeo strictè, & cautè pro-
ceditur in hac materia perceptionis distri-
butionum quotidianarum in absentia, ut
neque illas lucrari valeant Canonici fa-
miliares Papæ, illiusque servitio imme-
8 diatè addicti, nisi eis ob urgentissimam
causam speciale tribuatur Privilegium
(quod raro evenire solet), juxta specia-
liter animadversa per *Garz. de Benefic.
part. 3, cap. 2, num. 385, & seq. Fagnan.
in dicto cap. Licèt, de Præben. num. 99.
Monet. de distribut. quotid. part. 2, quæst.
9, num. 13, & 14. Barbos. de Offic. & po-
testat. Episcop. part. 3, allegat. 53, num.
142. Gutierez. Canonic. q. lib. 2, cap. 15,
num. 12. Antonell. de Jur. & oner. Cleric.
lib. 2, part. 6, cap. ultim. num. 160. Bo-
naccin. de Horis Canonic. disput. 2, quæst.
5, puncto 3, § 1, num. 1. Rota coram Bi-
chio, dec. 567, num. 10, & coram Duran.
dec. 44, num. 13, & 14.*

Secunda distributionum species illa est,
quæ provenit a fructibus Præbendæ, seu
massæ grossæ, quæ conflata est ex tertia
parte fructuum Præbendarum, quæ in
aliquibus Ecclesiis, & ut accidit in no-
stra Ecclesia Pistoriensi, comprehendit fe-
rè integros fructus Canonicatuum. Has
autem distributiones lucrantur in absentia
ii, qui gaudent Indulto, quoad duas par-
9 tes tantùm, relicta tertia parte, quæ ac-
crescit interessentibus, ut patet ex quo-
tidiana Praxi Sac. Congregationis Con-
cilii in concessione similium Indultorum,
ac frequenter ex causa studii. Ista enim
tertia pars redditus Canonicatus, quæ
propria venit appellatione distributio-
num quotidianarum, solis interessentibus
debita est, *Gloss. in d. cap. cùm dilectus,
verbo fructus, ibique Butrius num. 8, de
Cleric. non residen. Jo. Dartes de Benef.
sect. 9, cap. 1, § Penultimo. Franc. in cap.
unico, ibique Jo. Andr. utrobique num. 3.
Archidiac. ibidem sub num. 1, de Cleric.
non residen. in 6. Campanil. divers. Jur.
Canon. rubric. 7, cap. 6, sub num. 15, ver-
sic. quia verò, ante finem. Fagnan. in cap.
licet, num. 99, de Præben. Garz. de benef.
part. 3, cap. 2, num. 383. Barbos. de Ca-
nonic. cap. 25, num. 1, & 3,* ubi refert re-
solutionem Sac. Congregationis. *Tondut.
resol. benef. cap. 102, num. 28, & duob.
seqq. Pignatell. tom. 9, consult. 95, num.
74. Pansmoll. dec. 20, annot. 3, num. 24.
Rot. dec. 22, num. 14, & 15, par. 5 rec.*
eaque absque consensu Capituli, ex de-
fectu intentionis Papæ, Indultum con- 10
cedentis, non debetur Indultario ex ea
ratione, quia nunquam præsumitur in
suis gratiis Tertio præjudicare, prout se-
queretur, si invito Capitulo tradi man-
daret absentibus distributiones, quæ in-
teressentibus de Jure accrescere debent;
*Gloss. in Clementina ut ii, qui, § Illi verò,
verbo pars dimidia de ætat. & qualit. ibi-
que Zabarell. qu. 21, num. 22. Van-Espen
in jus Eccles. univers. par. 1, tit. 7, n. 6.
Garz. de benef. part. 3, cap. 2, num. 446.
Rota in Gerunden. Prioratus, 2 Julii 1703,
§ Idque evidenter, coram Molines;* & in
puncto ratiocinatur. *Pignattell. tom. 3,
consult. 19, num. 10.*

Tertia denique species est illarum di-
stributionum, quas lucrantur Canonici
propter assistentiam Anniversariis, Festi-
vitatibus, aliisque sacris functionibus, ex 11
particularibus fundatorum dispositioni-
bus; hæ siquidem adeò rigorosè exigunt
essentiam, & interessentiam, ut neque
Canonicis infirmis, neque ex legitima
causa absentibus debeantur, & multò mi-
nus Canonico habenti Indultum lucrandi
distributiones in absentia, quamvis præ-
gnantibus causis concesso; cùm ejusmodi
emolumenta provenientia ab Anniversa-
riis, propriè non veniant sub nomine di-
stributionum; *Passerin. in cap. unico num.
233, de Cler. non residen. num. 6. Pirhing
in Jus Canon. lib. 3, tit. 4, sect. 2, num.
49, in fine; Carol. Anton. de Luca ad Ven-
trigl. in prax. annot. 19, § 2, num. 4. D.
Piton. discept. 1, num. 33. Monet. de di-
stribut. par. 2, quæst. 14, num. 22. Emin.
Petra ad Constit. 12 Innocentii III, sect.
2, num. 24, tom. 2, fol. 361. Rot. dec. 59,
num. 7, par. 7 rec.* & ratio est, quia in
materia stricta, & ubi agitur de dispen-
satione, verba sunt rigorosè accipienda;
& ubi Indultum loquitur de distributio- 12
ni-

nibus, nunquam comprehendit Anniver-
faria, quæ requirunt magis particularem
interessentiam, quàm distributiones. *Ton-
dut. cap.* 102, *num.* 12, & 13. *Pignattel.
tom.* 3, *consult.* 19, *num.* 6, & 7; ubi non
obstante, quòd in Indulto fuerint ex-
13 pressa nomina Anniversariorum, & Mor-
tuariorum, *Rota coram Merlin. dec.* 685,
num. 7, adeout nec Infirmis deberi, licèt
14 omnes distributiones percipiant, relatis
concordantibus probant *Romaguer. ad
Constitut. Synod. Gerund. lib.* 3, *tit.* 3, *cap.*
1, *num.* 6; *dicta resolut.* 102, *num.* 11, ubi
refert resolutionem *Sacræ Congregationis
Panimoll. dec.* 20, *annot.* 3, *num.* 73, & nu-
per etiam resolvit *in Crotonen Castella-
nìæ 4 Maji* 1697, *lib. decretor.* 47, *fol.*
204, *terg.* & *in Mantuana distributionum
31 Julii* 1694. *Ad primum lib. decr.* 44,
fol. 357, in cujus casu cautum erat a
Fundatore disertis verbis — *Formalmen-
te, e attualmente assisteranno, e risede-
ranno al Coro.*

Hinc est, quòd Canonicus, qui, ex
causa quadragenarii servitii Ecclesiæ præ-
stiti, reportavit a Sacra Congregatione
Indultum jubilationis, sub consueta for-
mula, *ut quamvis in posterum non inser-
viat, nihilominus omnes fructus, & distri-
butiones quotidianas percipere valeat, per-
inde ac si Choro, & Officiis Divinis per-
sonaliter interesset* — non indè tamen præ-
15 tendere valet participationem emolumen-
torum provenientium ex Anniversariis,
funeralibus, exequiis, & aliis hujusmodi,
in quibus contraria concurrat fundato-
rum dispositio, ex collectis per *Nald.
verb. Distribution. num.* 8. *Pignattell.
consult. Canon.* 224, *num.* 21, *tom.* 4. *Bo-
naccin. de Horis Canon. disp.* 2, *quæst.* 5,
puncto 2, § 1, *num.* 5. *Monet. de distrib.
quotid. part.* 2, *quæst.* 14, *num.* 21. *Mo-
nacell. in formular. legal. Ecclesiast. tom.*
4, *in Supplemen. ad tom.* 2, *num.* 64. *Card.
de Luca de Canonic.* & *cap. disc.* 16,
num. 3. *Panimoll. dec.* 20, *adnotat.* 3, *n.*
17, & 72, *cum seqq.* & decrevit Sacra
Congregatio, inhærens antiquioribus re-
solutionibus, in *Pisana prima Septembris*
1691, *lib. decret.* 41, *fol.* 163.

Circa verò Canonicos, quos Episco-
pus assumit in sui servitium, quique lu-
crantur fructus suarum Præbendarum,
16 quamvis Ecclesiæ non inserviant, juxta
Text. in cap. de cætero 7, *de Cler. non re-
sid.* & *in cap. ad audientiam* 15, *eod. tit.*
illud observandum est eatenus gaudere
hoc Indulto, quatenus occupentur ab Epi-
scopo pro expediendis negociis Diœcesis,
ut censuit *Sacra Congregatio Conc. in
Leodien. fructuum, & distributionum 2 De-
cembris* 1713.

Illud autem est speciale, quòd Cano-
nici proprium Episcopum associantes, vel
ab eo Romam missi pro Visitatione SS.
Liminum, lucrentur non solùm fructus 17
omnes suarum Præbendarum, sed etiam
integras Distributiones quotidianas pro
toto tempore accessus, permanentiæ, &
regressus, perinde ac si Choro, & Officiis
Divinis personaliter interessent ex decre-
to Sixti V, relato *per Garz. de Benefic.
p.* 3, *cap.* 2, *num.* 349, & 350; & passim
rescripsit eadem S. Congr. Concilii limi-
tando tempus ad quatuor Menses, &
etiam minus, quando non comitantur
Episcopum, sed ab eo mittuntur, ut *in
Regien.* 18 *Decembris* 1627, *lib. Decr.* 13,
pag. 362, *terg.* & *in Lucana* 19 *Augusti*
1713, & *in Monasterien.* 15 *Maji* 1723;
& *in aliis relatis per Monacell. in supplem.
ad tom.* 3, *num.* 130.

Et quia in *Animadvers. ad tit.* 11, *n.*
8, *lib.* 2, innuimus Inquisitores non
amittere quotidianas Distributiones, dum
causis contra hæreticam pravitatem in-
cumbunt, pro pleniori notitia hujusmo- 18
di Conclusionis videantur *Barbos. de po-
test. Episc. alleg.* 53, *num.* 156, & *de Ca-
nonic. cap.* 24, *num.* 2; *Dian. Coord. tom.*
5, *tr.* 10, *ref.* 135, *Garz. de benefic. p.*
3, *cap.* 2, *num.* 356; *Pistacch. de superst.
tom.* 3, *par.* 2, *cap.* 2, *num.* 33, & *cap.*
5, *num.* 10, *Caren. de off. SS. Inquisit. p.*
1, *tit.* 8, *num.* 67; *Passerin. de stat. hom.
tom.* 1, *quæst.* 185, *art.* 5, *num.* 141; *Emi-
nentiss. Petra ad Const.* 19 *Innoc.* IV, *num.*
14, & 15, *tom.* 3, *pag.* 187.

Ad materiam Indultorum Jubilationis
ob servitium 40 annorum, abs re non erit 19
hic adnectere nonnulla dubia resoluta a
Sacr. Congreg. Concilii die 17 Decem-
bris 1718, prout infra, quæ deservire po-
terunt etiam pro regula in casibus, quo
per Statuta Capitularia debeatur Cano-
nicis, seu Beneficiatis ob quadragenarium
servitium Indultum dictæ Jubilationis.

Dubia Jubilationum.

1. An indulgenda sit Jubilatio Cano-
nicis, & Beneficiatis, qui spatio 40 an-
norum Ecclesiis inservierunt; licèt dicto
temporis spatio cum debitis licentiis, &
Indultis absuerint ab Ecclesiis, vel ex
causa infirmitatis, vel ex causa studiorum,
vel pro suæ Ecclesiæ servitio, vel ratione
munerum, pro quibus obtinuerunt Indulta
abessendi pro diebus & horis, vel Indulta
simpliciter & absolutè abessendi ab Ec-
clesia, durante officio ipsis commisso.

2. An indulgenda sit Jubilatio illis, qui
inservierunt spatio annorum 40; sed par-
tim in una Ecclesia, partim in alia, aut
tamquam Canonici in ambabus, aut tam-
quam Beneficiati in una, & Canonici in
alia; nec non illis qui in una & eâ-
dem Ecclesia per totum tempus inservie-
runt, sed partim tamquam Clerici Be-
neficiati, partim tamquam Beneficiati,
& aliquando partim tamquam Beneficia-
ti, & aliquando partim tamquam Bene-
ficia-

ficiati, partim tamquam Canonici, vel partim tamquam Coadjutores, & partim tamquam Principales, & Titulares.

III. An indulgenda sit Jubilatio illis, qui inservierunt spatio annorum 40, non obstante parvo numero aliorum, qui remanent addicti Ecclesiæ servitio; & qualis sit parvus numerus inservientium in casu, & ad effectum, de quo agitur.

IV. An, non obstante Jubilationis Indulto, Jubilatus cogi possit ad inserviendum, si Divinus cultus detrimentum patiatur.

V. An, non obstante Jubilationis Indulto, Jubilatus teneatur ad residendum, licèt non teneatur ad interessendum.

Ad 1 Respondit affirmativè quoad absentes causâ infirmitatis præviis licentiis seu Indultis, vel pro suæ Ecclesiæ servitio, vel pro Indultis abessendi pro diebus, & horis. Negativè quoad absentes ex causa studiorum, & quoad habentes Indulta abessendi absolutè durante officio.

Ad 2 Negativè quoad primam partem, affirmativè quoad secundam.

Ad 3 Dabitur resolutio in casibus particularibus.

Ad 4 Affirmativè.

Ad 5 Negativè, juxta Decreta.

ADDITIO IV.

De Jurisdictione Episcopi in exemptos.

ARGUMENTUM.

Episcopi jurisdictionem habent in exemptos, in concernentibus curam Animarum, illosque punire valent, si circa eamdem delinquant; & quando dicantur in eorum officio delinquere. Agitur etiam de jure visitandi Ecclesiam Cathedralem, & Capitulum, licèt exemptum; & afferuntur ad materiam plures ac variæ Sac. Congreg. Conc. resolutiones.

SUMMARIUM.

1 *Capitulares, Curam Animarum exercentes, si circa illam delinquant, Episcopo subjacent, non obstante exemptione.*

2 *Quando quis dicatur in officio delinquere.*

3 *Recensentur ea, circa quæ Parochus exemptus subest Episcopo.*

4 *Ob delictum, ex quo in Populo scandalum oritur, potest idem Parochus exemptus ab Episcopo puniri.*

5 *Et generaliter omnia, quæ concernunt vitam, & mores Parochi, in curam ipsam influunt, & quare.*

6 *Præcipuum Parochi munus, & recta Animarum cura, a bono ejus exemplo pendet.*

7 *Parochus, scandalosè vivens, impossibile est, quòd Animas sibi commissas cum fructu regat.*

8 *Scandalum in hoc proposito non comprehendit omne delictum, quod curam Animarum indirectè solùm tangat;*

9 *Sed necesse est, quòd agatur de delictis, vel concernentibus Officium Parochiale, vel ipsius exercitium impedientibus.*

10 *Episcopus facultatem habet visitandi Ecclesiam Cathedralem, ejusque Capitulum, licèt exemptum, absque Adjunctis, non obstante contraria consuetudine, etiam immemorabili;*

11 *Et non obstante etiam Concordia, seu Statuto, quod a S. Sede confirmatum fuerit in forma communi.*

12 *Quamvis cum Concordia, & Statuto concurrat Immemorabilis.*

13 *Sublatis Partium concordiis, & juramentis, eò fortiùs sublata censentur Statuta, quæ sunt his debiliora.*

14 *In fundatione Ecclesiæ Cathedralis non potest ea per Statutum eximi a visitatione Episcopi, & quare.*

15 *Et hujusmodi privilegio, quod ex fundatione competeret, derogatum censetur a Sac. Conc. Tridens. sess. 25, cap. 6, de reform.*

16 *Neque Episcopum obligaret juramentum de observando tali Statuto.*

17 *Maximè si juramentum præstitum fuisset in genere de observandis Statutis.*

18 *Juramentum contra Canonicas sanctiones, & Decreta Sac. Conc. Trident. est potius execratio, & perjurium, quam juramentum.*

19 *Dantur per extensum ad hanc materiam Sac. Congr. Conc. resolutiones, & num. 20, & 21.*

22 *Quando detur omnimoda exemptio ab jurisdictione, & visitatione Episcopi, & num. 23.*

24 *Ubi agitur de derogatione Conc. Trident. ea non requiritur specifica; sed sufficit, quòd Summus Pontifex decernat aliquid, quod Concilìari dispositioni adversetur.*

Exemptionem, quam, ut alibi ostensum est, habent aliqua Capitula, & Capitularium Personæ, non se extendere ad illos Capitulares, qui Curam Ani- 1
marum exercentes circa eamdem delinquunt, planum est, ex sanctione *Sac. Conc. Triden. sess. 25, cap. 11, de Regular.* nam in concernentibus eamdem Curam, etiam ipsimet Regulares non gaudent exemptione, sed subsunt Episcopo. Difficultas tamen occurrit in decernendo an & quando dicatur, quis delinquere circa eamdem Animarum Curam, ita ut Episcopus possit in Personam, alioquin exemptam, liberè animadvertere; pro qua-

explananda, præmittendum est, quòd
2 tunc aliquis delinquere dicitur in officio,
quotiescumque favore, vel colore, au-
ctoritate, prætextu, vel contemplatione
officii delinquit, juxta Bald. Salyc. in
leg. 2, C. ubi, de ratiocin. quem sequitur
Farinacc. in prax. quæst. 19, num. 44, &
Rot. dec. 754, num. 2, par. 1, divers. &
cor. Gregor. dec. 233, num. 6; ac proinde
indubiè subest Episcopo Curatus, exem-
ptione gaudens, si ageretur, quomodo
3 conservetur SS. Sacramentum, quomodo
calices, & decentia Paramenta, ad deco-
rem administrationis Sacramentorum, pro-
videantur. Barbos. ad Concil. d. cap. 11,
num. 15, & de potest. Episc. allegat. 74,
n. 18, & 20. Tamburin. de Jure Abbatiss.
disput. 3, quæst. 3, num. 3. Rot. cor. Se-
raphin. dec. 1067.

Sed ulterius, si talis Curatus, licèt præ-
cisè non delinquat in officio, & admini-
stratione Curæ, aliud delictum commit-
4 teret, per quod scandalum in Populo ori-
ri posset, ex quo minùs rectè suum offi-
cium implere valeret, ut plenè probat
Card. de Luc. de jurisdict. disc. 4, ubi ita
pluries resolvisse Sac. Congregationem te-
statur sub num. 2, & 6; & generaliter
omnia, quæ concernunt vitam, & mores
Parochi, influunt in ipsam Curam, ra-
5 tione scandali; quod impedit debitum
ipsius Curæ exercitium, & fructuosam ad-
ministrationem Sacramentorum, ut pro-
sequitur idem Card. de Luc. loc. cit. sub
num. 6. Cum enim præcipuum Parochi
munus, & recta Animarum Cura pendeat
6 ab ejus exemplo, in quem Parochiani ocu-
los suos conjiciunt, & ad ejus normam
mores componunt, ut advertit Barbos. de
Paroch. par. 1, cap. 6, num. 1; Pignatell.
consultat. 52, num. 1, tom. 1; impossibile
est, quòd Parochus vivens scandalosè,
cum Animarum sibi commissarum fructu
7 Curam exerceat, Plebemque suam in spi-
ritualibus dirigat, & bonis moribus in-
struat, juxta notata per Abbat. in cap. 1,
num. 9, de elect. Bellett. disquisit. cleri-
cal. par. 1, tit. de disciplina Cler. § 15,
num. 17. Guttier. Canon. quæst. lib. 2, cap.
7, num. 4.

Non verò adeò latè hæc materia scan-
dali, in proposito, de quo agimus, est
accipienda, ut evertatur exemptio, quam
præservare voluit Sac. Conc. Trid. in d.
cap. 11, sess. 25, de Regul. respectu eo-
rum, quæ Animarum Curam non respi-
ciunt. Siquidem non est accipienda ra-
8 tio scandali largo modo, ut comprehen-
dat omne delictum, quod indirectè tan-
git Curam animarum, quia alioquin elu-
deretur omnino exemptionis privilegium,
ut advertit Rot. d. dec. 1058, num. 1, cor.
Seraphin. Ad hoc enim, ut Episcopus pos-
sit procedere contra Parochos exemptos,
oportet, ut delicta per eos commissa, vel
concernant ipsum officium Parochiale, 9
vel illius exercitium impediant, juxta
sensum Sac. Congregationis Concilii in
decretis relat. in d. disc. 4, Card. de Luc.
de Jurisdict. sub num. 2, & 6.

Pariformiter, non obstante quacum-
que exemptione, vel consuetudine in con-
trarium, indubitatum est, quòd Episco-
pus habet omni jure amplissimam potesta-
tem visitandi Ecclesiam Cathedralem, &
Capitula, ac singulares Personas de eo-
dem Capitulo, licèt exempto, absque 10
Adjunctis, etiamsi contraria adesset con-
suetudo, & quidem immemorabilis; quia
etsi Concilium Tridentinum in sess. 6, cap.
4, de reform. non derogaverit immemo-
rabili consuetudini, hoc expressè fecit in
cap. 6, num. 25, quæ derogatio extensa
quoque censetur ad prædictum præcedens
caput 4, ut pluries resolvit Sac. Congr.
Conc. prout testatur Gallemart. in d. cap.
4, sess. 25, num. 29, ubi derogatio imme-
morabilis, de qua in hoc capite extendi-
tur ad disposita in cap. 4, sess. 6, & an-
tea sub num. 6, juxta ea, quæ latè de-
duximus in animadvers. ad tit. 4, lib. 4.
Verùm ulterius habet dictam potestatem,
licèt Capitulum ad sui favorem deduce-
ret concordiam, sive Statutum, etiam con- 11
firmatum a Sede Apostolica in forma com-
muni, nimirùm absque causæ cognitione,
& ex certa scientia; Garz. de benefic. par.
3, cap. 2, num. 222. Gonzal. ad regul.
8; Gloss. 25, num. 14. Lotter. de re bene-
fic. lib. 1, quæst. 25, num. 86. Saravia
de Adjunctis d. cap. 25, num. 4, & seqq.
Marsil. lib. 4, tit. 7, num. 22. Rota di-
versor. dec. 715, part. 4. Seraphin. dec.
775, num. 6, dec. 4, post Marchesan. de
commiss. appellat. ab interlocut. par. 1,
§ 1.

Etiamsi cum eis concurrat immemora-
bilis. Barbosa cap. 4, sess. 6, sub num. 16, 12
& sess. 25, cap. 6, num. 58. Garz. ubi su-
pra num. 223. Saravia d. cap. 25, num.
19. Rota d. dec. 715, num. 4, par. 4, ubi
refert resolutionem Sacræ Congregatio-
nis in Coneben. per Manticam in Rota
expeditam. Multò fortius censentur sub-
lata Statuta, quæ debiliora sunt pactis 13
partium, concordiis solemnibus, & ju-
ramentis, per quæ Statuta ipsa tolluntur,
adeoque de his ad Statuta currere argu-
mentum probat text. in l. ultima, C. de
fidejuss. Rot. dec. 191, num. 2, par. 2,
divers.

Et quamvis Statutum, ejusque confir-
matio processerit ex fundatione, atta-
men ad effectum, de quo agitur, nil
etiam inferri potest. Quia quicquid sit,
an in Hospitalibus, & Capellaniis Lai-
calibus ex fundatione cessare possit Visi-
tatio Episcopi, hoc certè practicari non
potest in Ecclesia Cathedrali, etiam ex Sta-
tuto fundationis. Cùm enim idem sit Ca- 14

thedralis, & Episcopatus, imo Cathedralis ipsa dicatur Episcopatus, *cap. postquam* 11, *distinct.* 50, *cap. obeuntibus, distinct.* 35, *cap. deliberatione, de offic. legat. in* 6, *ubi Moez. Fusch. de Visitat. lib.* 1, *cap.* 15, *num.* 4. Si in Cathedrali ad alium jurisdictio, & visitatio pertineret, jam Episcopus esset Cathedra, & Episcopatu destiturus, in suamet Ecclesia fieret non Episcopus, quod implicat, ut in terminis similis prætensionis Capituli Illerden. advertit *Rota in recent. dec.* 62, *sub num.* 5, *vers. visum est, par.* 1.

Hinc hujusmodi etiam Statutis, & privilegiis ex ipsa fundatione competentibus expressè etiam derogatum fuit quoad
15 prædicta a Sac. Conc. Trid. *seß.* 25, *cap.* 6, per illa verba specialia: *non obstantibus quoad prædicta privilegiis etiam ex fundatione competentibus*; quæ verba apertè excludunt omnem difficultatem in hac materia, cùm Statutum a Papa in fundatione confirmatum sit privilegium, quo sublato ex fundatione, etiam Statutum cessare debet, *Rota dec.* 473, *num.* 3, *par.* 2, *divers.* ubi, quòd si Concilium tollit exemptiones, & privilegia, tollit etiam hujusmodi Statuta.

Quod adeò verum est, ut etiamsi Episcopus tempore possessionis Episcopatus jurasset de observando hujusmodi Statu-
16 to, nullatenus eum obligaret; cùm tale juramentum sit de directo contrarium Decretis Concilii Triden. eoque maximè si juramentum prædictum sit præstitum in genere de observandis Statutis,
17 ut statuit Gregor. XIII *in sua Constitut.* 93, § *Ac etiam*, ut de simili juramento servandi consuetudines dixit *Rota cor. Coccin. dec.* 1700, *num.* 7, 8, 9. *Mantic. dec.* 52, *num.* 8.

Nec enim censeri potest, quòd ex ipsa intentione jurantis actum sit de materia contra Canonicas Sanctiones, & Sac. Concilii Decreta, contra quæ non fuisset Jura-
18 mentum, sed potiùs execratio, & perjurium, ut specificè adnotat *Uvanes. Concil. de Jur. benef.* 62, *sub num.* 8, *junctis traditis antecedentibus, num.* 6, & 7; necnon firmatur *per Fagnan. in cap. Venient, n.* 20, & 21, *de transact.*

Prædicta autem confirmantur per sequentia Decreta.

Corduben.

Die 2 Martii 1595. Sacra Congregatio Concilii ad primum respondit. Si hujusmodi Rationarii non sunt de consuetudine in omnibus, & per omnia de Capitulo, non teneri Episcopum contra eos pro-
19 cedere cum Adjunctis. Ad secundum respondit. Si hujusmodi Statutum, vel Concordia revera non fuerit confirmata a Sede Apostolica, ex certa scientia, & cum Causæ cognitione, esse sublatam per Decretum, *d. cap.* 6, *seß.* 25. Ideoque Episcopum dicto Statuto, vel concordia non obstante, posse contra Capitulares procedere cum Adjunctis, juxta formam a Concilio, *dicto cap.* 6 traditam.

Ita reperitur in Regesto autographo Decretorum ejusdem Sac. Congregationis, *lib.* 8, *fol.* 108. In fidem &c. Hac die 28 Maji 1689.

Ita est. A. Altovitus Secr.

Conchen. Jurisdictionis.

Die 1 Julii 1593. Sacra Congregatio Concilii censuit per Concilium Tridentinum, *seß.* 25, *cap.* 6, derogatum fuisse concordiæ firmatæ a Papa in forma com- 20
muni, cum qua concurrat consuetudo immemorabilis.

Ita reperitur in Regesto autographo Decretorum ejusdem Sacræ Congregationis, *lib.* 7, *fol.* 115. In fidem &c. Hac die 28 Maji 1689.

Ita est. A. Altovitus Secr.

Astoricen.

Ad instantiam Reverendiss. Episcopi Astoricen. fuerunt per Illustriss. Congregationem declarata plura dubia pro ejusdem D. Episcopi parte proposita, & in- 21
ter alia super eo, quod *cap.* 6, *seß.* 25, intelligitur de Fiscali Ordinario Episcopi; nec non quòd Vicarius possit procedere in domo Episcopi, vel in consueto Tribunali.

Dicitur pro parte Capituli, tunc non fuisse præsuppositum, quòd super præmissis in Ecclesia Astoricen. extaret Statutum. Quare supplicatur declarari, An in casibus prædictis sit observandum Statutum, non obstante Decreto *cap.* 6, *seß.* 25.

Et videtur dicendum, quòd sic, quia in *dicto cap.* 6 non derogatur Statutis, sed tantùm privilegiis, consuetudinibus, sententiis, juramentis, & concordiis; de Statutis autem Concilium nullam facit mentionem in derogatione prædicta, quibus nunquam censetur derogatum, nisi exprimatur, *cap.* 1, *de Constitut. lib.* 6, & ibi scribentes.

Confirmatur, quia Sac. Concilium Trid. quando voluit derogare etiam Constitutionibus, & Statutis, id facere consuevit, ut est videre in *cap.* 4, *seß.* 22; *cap.* 1, *seß.* 23; *cap.* 2, & *cap.* 4, *seß.* 24; & *cap.* 9, *seß.* 25.

Cùm igitur in *dicto cap.* 6 id non fecerit, Statutis derogare voluisse non censetur, *ad Text. in l.* 1, § *Sed ut varietatis, Cod. de caducit. tollen.* & *cap. Ad audientiam, de Decimis cum simil.*

Propterea quoad Vicarium Episcopi etiam

etiam dicitur, quòd per Illustriss. Congregationem inter Episcopum, & Capitulum Salamantinum fuit declaratum, quòd ipse Vicarius debet convenire in loco consueto, dum tamen sit extra corpus ipsius Ecclesiæ. Idem igitur videtur in Ecclesia Astoricen. observandum; quia cùm Concilium *in dicto cap. 6*, circa locum respectivè Vicarii nihil disponat, id remansit in dispositione Statutorum, & Consuetudinis, quæ est, quòd in loco consueto unà cum deputatis a Capitulo convenire solet ad procedendum contra Personas Ecclesiæ Cathedralis delinquentes; ad *Text. in l. commodiùs ff. de liber. & Posthum. Quare &c.*

Ita reperitur in Regesto autographo Decretorum ejusdem Sacræ Congregationis, *lib. 2, fol. 25*, in fidem &c. Hac die 28 Maji 1689.

Ita est. A. Altovitus Secr.

Illud denique circa hanc materiam non
est omittendum, quòd potest dari omnimoda exemptio a Jurisdictione, & Visi-
tatione Episcopi, tam jure proprio, quàm
22 delegato; quando Jus delegatæ Auctori-
tatis residentis penès Ordinarium, transitum fecerit vigore peculiaris Privilegii, seu immemorabilis præscriptionis in alium Visitatorem specialiter delegatum, ut optimè comprobat *Fagnan. in cap. Irrefragabilis, 13, n. 5, de Offic. Ordinarii. Pignatell. consult. 204, n. 13, in fin. t. 4, Card. Pallavicin. in adnotat. ad Concil. d. cap. 8, sess. 7. Tamburin. de Jure Abbatum, disput. 19, quæst. 13, num. 4, tom. 1. Barbos. de Episc. allegat. 129, num. 11, cum seq. Molina de Just. & Jur. tom. 1, num. 2, disput. 79, lit. E, & disput. 85, lit. A, quem laudat, & sequitur Kochier. de Jurisd. in exem. tom. 1, par. 3, quæst. 27, ant. num. 1, & p. 4, q. 23, in fin.*

Itemque quando agitur de privilegio
expresso exemptivo a Visitatione Ordi-
23 narii, concesso a Summo Pontifice post
Concilium Tridentinum, ut advertunt *Nicol. Can. Lucubr. lib. 3, tit. 39, de Censu & Visitat. versic. 4, ampla in fin. & repetit. in suis Floscul. versic. Visitatio ordinaria, sub num. 1, versic. Item nisi exemptio*, ubi dat resolutionem Sac. Congregationis Concilii, & ex eo *Rot. in Palentina Juris visitandi super negocio principali, coram R. P. D. Lancetta, 25 Junii 1700, § Ita etiam.*

Non attento, quòd in eadem confir-
matione nulla fiat mentiò derogatoria Concilii Tridentini, vel alterius in genere, aut in specie. Quia utcumque in cæteris Conciliis Oecumenicis requiratur
perneceſſe nota specificæ derogationis,
24 id unum certum est in ordine ad Con-
cilium Tridentinum, Quod cum in *cap. fin. sess. 25, de reformat.* expresè, & nominatim præservata legatur authoritas Sedis Apostolicæ, pro ejus derogatione non est opus specificæ mentionis, sed sufficit, quòd Summus Pontifex decernat aliquid, quod opponatur Concilio, ut ad mentem Sacræ Congregationis Concilii observat *Fagnan. in cap. ex parte, 18, de Privil. num. 26. Gratian. cap. 940, num. 15, & 16, ibique Adden. num. 9. Corrad. in Prax. 3, cap. 1, num. 28. Rot. in rec. dec. 498, p. 19, tom. 2, num. 26, & 27*, ubi concordan. & *in d. Palentina Juris visitandi, cor. Ursino, 17 Maji 1697, § Haud resistente*. Et tandem notan-
dum, quòd in casibus, quibus Episcopus
potest visitare Ecclesias, seu loca exempta
tenetur se declarare ad talem actum de- 25
venire jure delegato, ne, omissa hujusmodi declaratione, remaneat dubium, an hujusmodi actus expletus fuerit auctoritate ordinaria in præjudicium exemptionis, ut ex *declarat. Concilii Trid. & Beati Pii Quinti* animadvertunt unanimiter *Fagn. in cap. cum dilectus, de Relig. dom. num. 43, in fin. Nicol. dicto titul. 39, versicul. limita tamen. Cardinal. de Luca, de Jurisdiction. disc. 4, sub num. 3, disc. 100, num. 16, & disc. 101, num. 6.*

ADDITIO V.

De Reparatione Ecclesiæ unitæ Capitulis.

ARGUMENTUM.

Ad hoc, ut Parochiani compelli possint ad expensas pro reparatione Ecclesiæ unitæ Capitulo, necesse est probare insufficientiam redditum illius; & quomodo ea probetur. Quando Capitulum teneatur ad reparationem, etiam probata tenuitate reddituum Ecclesiæ.

SUMMARIUM.

1 *Obligatio reparandi Ecclesiam primò spectat ad illius Rectorem, & deinde in subsidium ad Parochianos.*

2 *Non probata insufficientia reddituum Ecclesiæ, locum non habet actio subsidiaria contra Parochianos.*

3 *Et ad hunc effectum status reddituum, ac fructuum desumi debet a tempore præsenti, & affertur ratio, & n. 4.*

5 *Paupertas de tempore præterito non probat paupertatem de tempore præsenti.*

6 *Priùs detrahenda est congrua pro manutentione Parochi, & quæ in illam imputanda sint.*

7 *Emolumenta Parochialia incerta, ad certitudinem reduci possint, & quomodo.*

8 *Congrua pro Parocho, qui sit Vicarius amovibilis ad nutum, quando possit excedere summam scutorum quinquaginta.*

9 *Capitulum obligatum videtur ad reparationem Ecclesiæ unitæ, etiam justificata tenuitate redditaum ejusdem, quando unio non est æquè principaliter facta, sed accessoriè, & per viam incorporationis, & num. 14.*

10 *Quæ sit natura, & effectus unionis accessoriæ, & num. 11.*

12 *Data insufficentia redditnum Ecclesiæ, obligatio illam reparandi transit in Patronum, priusquam descendat in Parochianos.*

13 *Capitulum personam Patroni Ecclesiæ unitæ repræsentat, & jura.*

15 *Ecclesia, cui facta fuit unio, subire tenetur omnia onera alterius Ecclesiæ unitæ, & declaratur Turricell. de union. cap. 4, num. 13.*

16 *Ampliatur conclusio sub num. 9 posita, etiamsi Parochiani quandoque sponte contribuissent ad dictam reparationem.*

UT plurimum Capitula Cathedralium, & Collegiatarum habent Ecclesias Parochiales sibi unitas, quarum cura per Vicarios perpetuos, sive temporales, vel ad nutum amovibiles, exercetur; ac proinde frequens est quæstio, an reparatio hujusmodi Ecclesiarum pertineat ad Capitula prædicta, sive ad Parochianos; unde de eadem differere incongruum non erit. In primis itaque præsupponendum est, explorati juris esse, primam, ac præcipuam obligationem reparandi Ecclesiam Parochialem pertinere ad ejus sponsum, qui est Parochus; ad
1 Parochianos verò ejusdem reparationis onus non aliter spectare, quàm in subsidium, hoc est, in casu, quo fructus, & proventus qualescumque ipsius Ecclesiæ ad tantam tenuitatem redacti fuerint, ut præter necessariam Parochi substentationem, nulla supersit quantitas, quæ in hanc causam restaurationis Ecclesiæ converti valeat, juxta disertissimam legem sancitam *in Sac. Conc. Trident. sess. 21, cap. 7, de reformat. ibi = Parochiales verò Ecclesias, etiam si jurispatronatus sint, ita collapsas refici, & instaurari procurent ex fructibus, & proventibus ad easdem Ecclesias quomodocumque pertinentibus; qui si non fuerint sufficientes, omnes Patronos, & alios, qui fructus aliquos ex dictis Ecclesiis provenientes percipiunt, aut in illorum defectum Parochianos omnibus remediis opportunis ad prædicta cogant =* & consonant communiter tradita per *Gonzal. in cap. Quicumque, num. 7, de Eccles. ædifican. &c. Aob. consf. 70, num. 2, par. 1. Rip. respons. 22, circa med. versic. & ibi redditus. Caren. resolut. 248, sub n. 1. Mans. consultat. 248, num. 11. Mart. de Jurisdict. par. 2, cap. 48, num. 9, & seq. & Tusch. conclus. Jur. in Verb. Fabrica, conclus. 3, num. 3, & seq. Solorzan. de Jur. Indiar. tom. 2, lib. 3, cap. 23, num. 9. Balsamed. de collect. quæst. 56, num. 6. Barbos. ad Concil. loco supracit. num. 13; & de offic. & potest. Paroch. par. 1, cap. 13, num. 6; & de offic. & potest Episc. par. 3, allegat. 64, num. 7. Lambertin. de Jurepatron. artic. 2, quæst. 7, num. 4, vers. tertius est casus; & num. 7, versic. etsi iste Beneficiati. Franc. de Eccles. Cathedral. cap. 13, num. 67, & seq. Costa de remed. 106, illat. 2, num. 1, & seq. & de ration. rat. quæst. 175, num. 9, & seq. Bellet. disquisit. Clerical. tit. de Clerico debitore, § 14, num. 11. Ventrigl. prax. For. Ecclesiast. tom. 2, annot. 18, § Unic. n. 16. Salgad. de Reg. Protect. par. 3, cap. 5, num. 7. Cortiad. dec. 180, num. 17. Thomat. dec. 5, num. 10. Panimoll. dec. 15, annot. 1, num. 1. Sperell. dec. 67, num. 9. Rot. dec. 545, num. 1, par. 3, rec. dec. 12, num. 14, inter recollect. ad ornat. Card. de Luca de Jurisdict. & in Leodien. Reparationis Campanilis, 9 Junii 1687, § Responderunt, cor. Reverendiss. Hervault.* Proindeque non probata insufficientia redditum Ecclesiæ Parochialis, sequitur factum non esse locum exercitio hujus Subsidiariæ actionis adversus Universitatem, ejusdemque oneris implementum incumbere Parochialis Ecclesiæ spirituale, ac temporale Regimen habentibus.

Neque ad probandam Redditum tenuitatem, & insufficientiam adduci potest antiqua Bulla Unionis, & valor in ea expressus, quia ratio de hujusmodi enunciativa haberi non potest; nam pro
justificando casu subsidiarii remedii, nullius relevantiæ dignoscitur esse status adeo remotus, & antiquus; sed status redditum, ac fructuum desumi debet ex tempore præsenti, ob multiplicem variationem, quæ intra plurium Annorum decursum contingere valuit, & pinguiores Proventuum accessiones, quæ post primam dotationem supervenire potuerunt, ut advertit *Cortiad. dec. 180, num. 27; Rot. dec. 27, num. 11, post Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 3*; proindeque non probata insufficientia redditum Ecclesiæ Parochialis, non potest esse locus exercitio subsidiariæ actionis adversus Parochianos. 3

Minusque ad probandam redditum tenuitatem, & insufficientiam pro se exonerando ab onere restaurationis, sufficit, quòd Capitulum justificet exiguitatem dotis Ecclesiæ de tempore unionis, quia status antiquus, præsertim post centenariam, præsumitur immutatus, cùm post longum decursum annorum contingere potuerit, quòd Ecclesia pinguiores proventus post primam dotationem acquirere potuerit, ut advertit *Cortiad. d. dec. 180, num. 27. Rot. dec. 27, num. 11, post Tamburin. de Jure Abbat. tom. 3.* 4

Sicque generaliter receptum est, quòd pau-

paupertas de præterito probata nullum
præstet argumentum paupertatis de tem-
5 pore præsenti, cùm facultatum carentia
non sit habitus permanens, sed variabi-
lis, ac potius vigeat præsumptio pro
successivo in dies Patrimonii incremento,
novarumque opum accessione, ad literam
*Text. in l. Spadonem, § qui absolutus, ff.
de excusat. Tutor. l. Cura. § Deficientium,
ff. de muneribus, & honorib. l. si defun-
ctus, C. de d. Arbitrum Tutel. Bartol. in
l. ex diverso, § Ult. in fin. ff. solut. ma-
trim. Pacian. de Probat. lib. 1, c. 54, n.
25, & num. 29, vers. Huic tamen. Menoch.
de præsumpt. lib. 6, præsumpt. 25, num. 9.
Gutier. de Tutel. & Cur. par. 3, cap. 46,
num. 5. Rot. dec. 348, num. 4, coram Cels.
dec. 170, num. 3, par. 4, dec. 283, num.
6, & 7, par. 10, dec. 307, numer. 9, par.
18, tom. 1, rec. dec. 95, num. 5, post Tam-
burin. de Jure Abbat. tom. 3,* cum cæte-
ris cumulatis *apud Balduc. rer. Judicat.
tit. 5, de Feud. & emphyt. dec. 2, num. 8,
& seqq.*

Detrahenda tamen priùs est congrua
pro manutentione Parochi, quia; si ea de-
tracta non remenerent redditus, fieret lo-
cus subsidiariæ actioni contra Parochia-
6 nos. Illud tamen pro firmanda congrua
Parochi observandum est, quòd in eam
imputanda sunt omnia, quæ Parocho in-
tuitu Ecclesiæ, etiam ex devotione fide-
lium, obveniunt, & indubitantiùs ea,
quæ proveniunt ab emolumentis Paro-
chialibus, *ad Text. in cap. Quia Sacerdo-
tes, cap. Sanctorum 10, quæst. 1. Fagnan.
in cap. Pastoralis, num. 17, & seq. de his,
quæ fiunt a Prælat. Ferett. conf. 143, n.
2, & seq. Barbos. de offic. & potest. Pa-
roch. cap. 24, num. 24, & seq. Marescot.
variar. resolut. lib. 2, cap. 42, & seq. Pi-
gnattell. consult. Canon. 83, num. 1, &
seq. tom. 6. Bertacchin. Vot. dec. 191, n.
2. Panimol. dec. 10, num. 45. Rot. dec.
256, num. 1, par. 1, rec. dec. 400, num.
22, & seq. par. 18, tom. 1, dec. 480, n.
5, 6, & 10, coram Merlin.*

Hæc siquidem emolumenta, licèt incer-
ta, reduci possunt ad certitudinem mora-
7 lem, ita ut possent annuatim locari, &
certa quantitas ab illorum conductore
exigi, ut ex traditis in specie hujusmodi
oblationum per *Ludovic. de Bell. cons.
115, num. 3,* ibi — *diceremus etiam dicto-
rum emolumentorum habendam esse ratio-
nem, cum ad certitudinem reduci possint;
investigandum enim est, quantum hujus-
modi emolumenta locari possent — Felin. in
cap. Ad aures, num. 14, versic. Sed Petrus
de Rescript. Ancharan. in Clement. Unic.
num. 4, versic. Sed adverte, de concess.
Præben. Lotter. de re Beneficiar. lib. 1,
quæst. 32, num. 63. Card. de Luc. de Pen-
sion. disc. 8, num. 9, & de Jurepatron. disc.
10, num. 17. Rot. dec. 51, num. 6, & seq.
& dec. 99, num. 22, junctis nn. anteceden-
tibus, cor. Cerr. & dec. 222, num. 7, par.
11, rec.* cum aliis congestis per *Em. Pe-
tram in Commentar. Constitut. Apostolic.
tom. 2, pag. 37, num. 25.*

Pariter observandum est ad hunc ef-
fectum, quòd taxa congruæ favore Pa-
rochi, agendo de Vicario ad nutum amo-
vibili, excedere non debet summam scu-
torum quinquaginta, nisi ageretur de 8
aliqua Parochia valde numerosa, vel de
Ecclesia, quæ ob aliquas particulares cir-
cumstantias exigeret majorem redditum
pro sustentatione Parochi, cùm ad men-
tem Bullæ S. Pii V, super congrua assi-
gnanda Vicariis satis sit, quòd non sit
minor scut. quinquaginta, in *Bullar. nov.
tom. 3, constit. 47, § 1, & 2; Fagnan. in
cap. 3, num. 9, de Cleric. ægrotan. Passe-
rin. in cap. suscepti Regiminis, num. 12,
& 13, de Præben. & Dignitat. Pignattel.
consult. 60, num. 13, tom. 8. Card. de Luc.
de Paroch. disc. 20, num. 5. Carol. An-
ton. de Luc. ad Ventrigl. in prax. anno-
tat. 20, § 2, num. 4, tom. 1. Barbos. ad
Concil. sess. 7, cap. 5, de Reformat. n. 7.
Pellegrin. prax. Vicar. par. 1, sect. 8, n.
6, vers. Isti Vicarii. Gonzal. ad Regul. 8
Cancell. gloss. 5, § 3, num. 78, & seq.*

Esset verò valde dubitandum, quòd
Capitulum non posset se eximere ab one-
re reparationis Ecclesiæ etiam justifican-
do tenuitatem redditunm ejusdem, quan-
do unio Parochialis fuisset facta non per 9
modum æquè principalem, sed accesso-
riè, & subjectivè, & per viam incorpo-
rationis, de qua specie unionis loquun-
tur *Garz. de Benefic. par. 12, cap. 2, n.
51, & 56. Barbos. de Offic. & Potestat.
Episc. alleg. 66, num. 48. Turricell. de
Union. cap. 4, sub num. 44, § Similiter.
Hoyed. de incompat. Benefic. par. 2, cap. 3,
sub num. 3, versic. Nam si sit unio, &
versicul. Tamen incorporatio; Castropol.
Oper. moral. tom. 2, tractat. 13, disput.
6, punct. 2, § 1, sub numer. 11, versic. Si
autem; Rot. decis. 599, numer. 2, & 4,
coram Cavaler. decis. 304, numer. 1; cor.
Gregor. decis. 421, numer. 7, & seq. cor.
Bich. dec. 786, num. 2; cor. Emer. Jun.
dec. 257, num. 2, part. 3, dec. 30, num.
1, par. 6, dec. 305, num. 21, & 23, par.
11, dec. 10, num. 2, par. 14, dec. 49, n.
7, par. 15, & dec. 231, num. 1, cum seqq.
par. 19, rec.*

Cujusmodi subjectivæ unionis natura,
& effectus est omnimodam inducere sup-
pressionem, & extinctionem tituli Eccle- 10
siæ unitæ, eamque efficere quasi prædium,
sive membrum Capituli, cujus favore
unio facta fuit, *Turricell. de Union. cap.
4, & per tot. Garz. de Benefic. par. 12,
cap. 2, num. 12, cum seq. Gonzal. super
regul. 8 Cancell. gloss. 5, § 7, num. 3,
4, & 5, & seqq. Adden. ad Gregor. dec.
112,*

112, *num.* 5. *Rot. dec.* 645, *num.* 2; *cor. Seraphin. dec.* 303, *num.* 2; *cor. Duran. dec.* 330, *num.* 5; *cor. Cavaler. dec.* 328, *num.* 7; *cor. Cocein. dec.* 37, *num.* 1; *coram Merlin. dec.* 710, *num.* 2, *par.* 2, *dec.* 330, *num.* 23, *par.* 9, & *dec.* 30, *num.* 5, & 9, *par.* 11, *rec.* Ita ut, bona Proventus, &
11 Jura dictæ Ecclesiæ unitæ nullo modo amplius discerni valeant a Bonis, Proventibus, & Juribus ejusdem Capituli, *Calderin. cons. ult. de Reb. Eccles. non alienand. Gonzal. ad regul.* 8 *Cancell. gloss.* 5, § 7, *num.* 2, & *seq. Barbos. de offic. & potest. Episc. allegat.* 66, *num.* 34. *Murga de Benef. quæst.* 2, *num.* 78, 140, & 335; *Mans. consultat.* 306, *num.* 8, & *seq. Turricell. de Union. dicto cap.* 4, *num.* 11; *Garz. de Benefic. par.* 12, *dicto cap.* 2, *num.* 14; *Paris. de Resignat. Benefic. lib.* 12, *quæst.* 3, *num.* 50, *tom.* 2. *Rot. dec.* 304, *num.* 1, *cor. Gregor. dec.* 206, *num.* 2, *par.* 5, *rec.* & *dec.* 817, *num.* 2, *cor. Merlin. dec.* 33, *num.* 31, *par.* 9, *dec.* 30, *num.* 5, *par.* 11, *dec.* 49, *num.* 31, & *dec.* 65, *num.* 8, *par.* 15, *dec.* 81, *num.* 5, & 37, *par.* 18, & *dec.* 631, *num.* 8, *cum seq. par.* 19, *tom.* 2, *rec.*

Itaque quemadmodum data insufficienti tenuitate reddituum Ecclesiæ Parochia-
12 lis, obligatio reparationis priùs transit in Patronum, quàm descendat in Parochianos, *ex dicto Sac. Concil. Trid. in sess.* 21, *cap.* 7, *de Reformat. Franc. de Eccles. Cathedral. cap.* 13, *num.* 67; *Solorzan. de Jur. Indiar. lib.* 3, *tom.* 2, *cap.* 23, *ex n.* 14; *Costa de Remed. subsidiar. remed.* 106, *illat.* 2, *num.* 1; & *de Rat. Rat. quæst.* 157, *num.* 9; *Bellett. disquisit. Clerical. par.* 1, *tit. de Clerico debitore*, § 14, *num.* 11; *Salgad. de Reg. Protect. par.* 3, *cap.* 5, *num.* 15; *Thomat. dec. Maceraten.* 5, *num.* 10. *R. P. D. Petra in Commentar. Constit. Apostolic. tom.* 1, *pag.* 81, *num.* 15. Ita pari ratione hujusmodi obligationem residere dicendum est penes Capitulum, Patroni Personam, & Jura re-
13 præsentans, ob plenarium dominium, & proprietatem dictæ Parochialis Ecclesiæ, mediante unione, acquisitam, *Murga de Benefic. quæst.* 2, *num.* 297, ibi -- *Prælatus, & Conventus, quibus Ecclesiæ sunt, ut præfertur, unitæ, sunt earum Patroni* -- In ordine enim ad reparationem Ecclesiæ unitæ eodem modo sunt affecti quicumque reditus Ecclesiæ, cui facta fuit unio,
14 perinde ac sunt affecti pro restauratione ipsius Ecclesiæ, cujus pars, & membrum, ex vi unionis, effecta est Ecclesia unita, prout luculenter firmant *Franc. de Eccles. Cathedral. cap.* 13, *num.* 78. *Bertacchin. vot. dec.* 100, *sub num.* 10, atque ita a Sac. Congregatione Concilii sub die 18 Februarii 1601, resolutum fuit in *Sorana*, ut refert *Nicol. in lucubr. Canon. lib.* 3, *tit.* 48, *de Eccles. ædifican. vel reparan. sub num.* 2, ibi -- *Et si Ecclesia, præsertim Parochialis, sit membrum alicujus Abbatiæ, debet restaurari ex fructibus Ecclesiæ Principalis* -- & recentiùs in *Spoletana Restaurationis Ecclesiæ*, in cujus hypothesi quæstio erat, an Communitas Terræ Montis Leonis teneretur ad restaurandam Ecclesiam Parochialem Sancti Nicolai, terræmotu penè dirutam; & quamquam concludentissimè probaretur insufficientia reddituum ejusdem Ecclesiæ, nihilominus ex hoc unico motivo, quòd illa unita reperiebatur Ecclesiæ Collegiatæ Sancti Gregorii Civitatis Spoletanæ, dicta Sacra Congregatio, *sub die* 12 *Decembris* 1705, respondit: *Onus Restaurationis non ad Communitatem Parochianorum, sed ad Capitulum præfatæ Ecclesiæ Collegiatæ spectare*, ut latiùs ex prædicta resolutione d. Sacræ Congregationis extensa.

Et quamvis *Turricell. de Union. cap.* 4, *num.* 13, generaliter firmet onera Beneficii uniti non communicari, nec transfundi in beneficium, cui facta fuit unio, videtur hoc intelligendum, ut qualitas Benefici uniti non transeat in Beneficium, cui facta est unio, ita ut si illud habet onus residentiæ, non evadat alterum residentiale, juxta *decis.* 122, *num.* 3, *versic. Nec obstat, cor. Merlin.* Non verò quòd ex inde inferri valeat, quòd beneficium, cui facta est unio; subire non debeat onera alterius Ecclesiæ, sive Beneficii uniti, ut videre est apud *Franc. de Eccles. Cathedral. cap.* 8, *num.* 111, ibi -- *Ecclesia, cui facta fuit unio, tenetur omnia onera subire alterius Ecclesiæ unitæ* -- *Idem Turricell. de Union. cap.* 4, *num.* 13, *versic. Et licèt Religiosi*; *Rot. dec.* 1020, *n.* 20, *cor. Penia.*

Denique videtur etiam, quòd Capitulum habens Ecclesiam Parochialem unitam modo præmisso, se eximere non possit ab onere restaurationis ejusdem, ac pariter illam providendi de necessariis
supellectilibus; etiamsi quandoque Paro- 16
chiani sponte contribuissent ad dictam reparationem; quia pro inducenda in hac materia consuetudine in futurum obligatoria, necessaria foret pluralitas actuum; & insimul, quòd Parochiani id fecissent animo inducendi consuetudinem exclusivam voluntariæ obligationis, ut in specie advertunt *Rip. respons.* 1, *num.* 6, & *resp.* 26, *num.* 2, & *seq. Tondut. resolut. Beneficial. cap.* 39, *sub num.* 7. *Franc. de Eccles. Cathedral. cap.* 13, *num.* 10, & *seqq. Antonell. de Regim. Eccles. lib.* 1, *cap.* 2, § 3, *num.* 20; & *de temp. legal. cap.* 70, *num.* 8. *Bellet. disquisit. Cleric. par.* 1, *tit. de Clerico debitore*, § 13, *num.* 10. *Ventrig. in prax. rer. notab. tom.* 2, *annot.* 18, § *Unic. num.* 4, & *seq. Cortiad. dec. Catalon.* 180, *num.* 3, *in fin. tom.* 3.

Ar-

Articulus iste decisus fuit a *S. Rat.* in *Savonen. Restaurationis Parochialis Ecclesiæ*, 8 *Martii* 1709, *cor. b. m. Card. Scotto*, quam post hæc scripta vidimus penes *D. de Farguam de Jurepatr. p.* 1, *can.* 4, *cas.* 11, *pag.* 122, *tom.* I.

ADDITIO VI.

De Præcedentia Capellanorum, seu Mansionariorum Ecclesiæ Cathedralis.

ARGUMENTUM.

An, & quando, in Funeribus, Parochi præcedere debeant Capellanos, seu Mansionarios Ecclesiæ Cathedralis. Et quid de Sacerdotibus, vice Parochorum, & de eorum mandato intervenientibus. Agitur etiam de præcedentia Clericorum ejusdem Ecclesiæ Cathedralis supra Clericos aliarum Ecclesiarum inferiorum.

SUMMARIUM.

1 *Qui scripserint contra Capitula Cathedralium, & contra earum Capellanos, & num.* 2.

3 *Pro Capitulo Cathedralis extant resolutiones Sac. Rit. Congregationis.*

4 *Sed hoc procedit quando intervenit Capitulum in corpore; secus si Capitulares interveniant uti singuli, vel eorum Mansionarii, seu Capellani.*

5 *Adducuntur rationes, pro Parochis militantes, & n.* 6, 7, 8, 9, *&* 10.

11 *Secus quoad Parochos, qui in Funere non exercent officium Parochiale, sed invitantur tanquam simplices Clerici, & num.* 13, *&* 16.

12 *Parochus non dicitur Persona in dignitate constituta.*

14 *Vicarius Episcopi, si interveniat tanquam Canonicus, non habet in choro præcedentiam, ut Vicarius.*

15 *Episcopus pariter, qui sit simul Canonicus, & tanquam talis interveniat in Capitulo, non præcedit, sed postponitur antiquioribus Canonicis.*

17 *Clerici Ecclesiæ Cathedralis de jure communi præferuntur Clericis aliarum Ecclesiarum inferiorum, & num.* 18. *Reliquæ Ecclesiæ respectu Cathedralis, dicantur minores ibid.*

19 *Multò magis præcedere debeat Capellani, seu Mansionarii, qui ex Indulto Apostolico deferunt Almutias, seu Pelles.*

Prædictæ Almutiæ, seu Pelles non conceduntur, nisi Canonicis Cathedralium, vel aliis Personis ex privilegio Apostolico, eodem n. 19.

20 *Ex habitu digniori infertur ad locum digniorem, & è converso, & n.* 27.

21 *Item prædicti Capellani præcedunt, quando Capellani, seu Mansionarii, ex privilegio Apostolico, efformant Collegium, & quare.*

22 *Etiamsi Capellani, seu Mansionarii hujusmodi sint amovibiles; & affertur ratio.*

23 *Vicarius Episcopi est amovibilis, & tamen dicitur habere dignitatem.*

24 *Eique debetur præcedentia etiam a Canonicis, & Capitulo Cathedralis.*

25 *Limitatur conclusio posita sub num.* 11, *quando Capellani non incedunt simul cum Capitulo, nec ex privilegio verum Collegium constituunt; & afferuntur resolutiones Sac. Rit. Congregationis, & num.* 26.

28 *Habitum habens magis dignum præcedere debet habenti minus dignum.*

29 *Indultum deferendi Almutias, concessum Capellanis, illis suffragatur tantùm in casibus, quando in sacris functionibus interveniunt unà cum Capitulo, tanquam ejus membra.*

30 *Non ita quoad Canonicos, quorum privilegium propriis insignibus utendi non circumscribitur loco.*

FUit sæpissimè disputatum, an Capitulis Ecclesiarum, tam Cathedralium,
quàm Collegiatarum, & earum Capellanis, seu Mansionariis deberetur præcedentia adversùs Parochos defuncti ince-
dentes cum Stola. Et contra Capitula Ca- 1
thedralium acerrimè scripsit *Theodos. de Rub. ut in ejus Consult. impress. inter Singular. Rotæ tom.* 2, *par.* 4, *in tract. de præced. fol.* 469, *repetit. apud Gratian. discept. forens. cap.* 298, & contra Ca- 2
pellanos Ecclesiæ Cathedralis prætendentes similem præcedentiam scripsit, & obtinuit in Sac. Rit. Congregatione *Card. de Luca, de præem. disc.* 21.

Et quamvis fuerit judicatum favore Capituli Cathedralis, ut ex resolutionibus 3
adductis per *Barbosam de off. & potest. Parochi, cap.* 9, *num.* 8, *&* 10, *de Canonicis, & Dignitat. cap.* 18, *num.* 67; *& in Summa Apostolic. dec. Collectan.* 91, *num.* 38. *Rota coram Seraphin. dec.* 445. *Carol. Anton. de Luca ad Gratian. discept. forens. cap.* 298, *num.* 9. *Panimol. dec.* 1, *annot.* 9, *num,* 14, *& seq.* Nihilominus certum est, quòd quando non intervenit Capitulum, sed interveniunt, vel Capitula- 4
res uti singuli, vel eorum Mansionarii, seu Capellani, tunc Parocho defuncti debeatur præcedentia adversùs omnes.

Rationem adducunt hujus præcedentiæ
omnes supracitati Doctores, & quotquot 5
viderim in hac materia; quoniam Parochus Defuncti exercet proprium officium, & propriam Jurisdictionem, prosequendo funus sui Parochiani cum superpelliceo, & orario, ut constat ex *Card. de*

Lu-

Luca, *d. discur.* 21, *num.* 5, ubi ob hanc
rationem tribuit præcedentiam Parocho
adversùs Capellanos, & sub *num.* 9, &
ibi -- *Secus autem in illis functionibus*, *in
quibus Paróchus intervenit jurisdictionali-
ter*, *& tanquam Prælatus*, *seu Pastor*, *&c.*
Et latiùs in *d. consult. Rubei apud Gra-
tian. cap.* 298, ubi rationem præcedentiæ
fundat primò in eo, quòd Parochus ha-
bet jus sepeliendi proprium Parochianum,
6 *num.* 42. Secundò, quia incedit cum Stola,
7 *num.* 54, *& seq.* Tertiò, quia exercet of-
8 ficium suum, *num.* 68, *& seq.* Quartò quia
gerit vices Episcopi, in actu Curæ ani-
9 marum, *num.* 71, *& seq.* Quintò, quia ha-
bet jurisdictionem in illo funere, *num.* 77,
10 *& seq.* Et demum sextò, sub *num.* 48, ex
mente Sac. Congregationis generaliter
tradit, quòd tota ratio præcedentiæ fun-
datur in delatione Stolæ per hæc forma-
lia verba -- *Ubi est animadvertendum*,
*quòd Congregatio non se fundat in perso-
na*, *seu dignitate personæ*, *quia sit Prior*,
vel Curatus, *sed in delatione Stolæ*, *&c.*
Et idem de Parocho proprium officium
exercente intra suam Ecclesiam, concilian-
do decreta hujus Sac. Congregationis, tra-
dit *Panimoll. d. decis.* 1, *adnotat.* 9, *num.*
20; & de Stola, *num.* 28; easdemque ra-
tiones fusè prosequitur *Capon. disceptat.
forens. cap.* 4, *per tot.*

Et hæc quidem inconcussa videntur;
solùmque quæstio cadere potest quando
Parochi invitantur ad funus, uti singu-
11 li, nullumque exercent officium Paro-
chorum in funere, non incedentes cum
Stola, sed vicem simplicium Clericorum
gerentes, an scilicet istis Parochis debea-
tur præcedentia super Capellanos Eccle-
siæ Cathedralis.

12 Et quidem contra Parochos militat
quòd extra propriam Ecclesiam, vel Pa-
rochiam nullam habeat jurisdictionem,
neque dici valet Persona in dignitate
constituta; *adnotat. per Doctores in cap.
super specula*, *ne Clerici*, *vel Monachi*, *&
in cap.* 1, *eodem tit. in* 6: *cap. quòd Dei
timorem*, *de statu Monach. Federic. de Se-
nis*, *consil.* 86, *sub num.* 1. *Pignatell. Con-
sult. Canonic.* 46, *sub num.* 9, *in fine*, *to-
mo* 7, ibi -- *Idque etiam si dictus alienus
Parochus solo nomine dignitatis Archipre-
sbyter nuncupetur*; *cùm enim careat Colle-
gio*, *& Jurisdictione*, *non est verè*, *& pro-
priè Dignitas*, *atque adeò nullam prærroga-
tivam meretur*, *&c.* & superiùs circa me-
dium, *unde quatenus etiam est simplex Pa-
chus*, *Præcedentiam in processionibus habe-
re non debet in Ecclesia aliena*, & firma-
vit Rota cor *Penia*, *decis.* 1547, *per tot.
juxta impress. Lugdunen.* optimè *Capon. d.
discept.* 5, *num.* 13, ibi -- *Nam nervosè ne-
gatur Parochum esse in aliqua Dignitate
constitutum*, *quia nullibi ex Pontificum
Constitutione*, *& Conciliis Generalibus re-
peritur Parochis aliquid Dignitatis esse
attributum*, *sed solùm pro Fidelium Ani-
marum Cura officium tantùm habere digno-
scitur*, *&c.* & num. 16, *Ex alio Parochi non
consideratur Dignitas*; *nam is dicitur in
Ecclesiastica Dignitate constitutus*, *cui cau-
sa terminanda per Sedem Apostolicam de-
legatur*; *sed Parochis nunquam*, *nec ullo
tempore visum fuit causam per Sedem Apo-
stolicam delegari*, *quia nulla decorantur
dignitate*, *sed officio tantùm*, *&c. Pacian.
de probat. tom.* 2, *cap.* 27, *num.* 59, *&
seq. idem Pignattell. consult.* 27, *num.* 2,
tom. 4. Quinimo quamvis impropriè Pa-
rochus Dignitas dici possit, nihilominus
cùm in hujusmodi funeribus non inter-
veniat uti Parochus, sed vices gerat 13
cujuscumque simplicis Clerici, Dignitas
non suffragaretur eidem ad obtinendam
præcedentiam, quia ea tunc non utitur,
nec facit ad actum, *Barbos. Vot.* 126, *n.*
252, *& num.* 270, ubi latissimè *tom.* 2.
Massol. in Trimeg. legal. ratiocin. 75, *per
tot.* Optimè in nostris terminis *Rota coram
Arguell. decis.* 72, *& dec.* 304, *part.* 10
Recent. utrobique num. 26; ut videmus in
Vicario, qui ubi intervenit tanquam Ca- 14
nonicus, & non tanquam Vicarius, non
potest in Choro præcedentiam obtinere
uti Vicarius; *Carol. Anton. de Luca de plu-
ralit. Hom. legal. cap.* 32, *num.* 3, *& in
adnot. ad Gratian. discept. forens. cap.* 11,
num. 16; ubi resolutiones Sac. Congre-
gationis Episcoporum adducit *Panimol-
la decis.* 1, *adnotat.* 5, *num.* 46. Clarius
est exemplum in Episcopo, qui, ubi si-
mul sit Canonicus, & tanquam talis in- 15
terveniat in Capitulo, non præcedit, sed
postponitur antiquioribus Canonicis, non
obstante Ordine, ac Dignitate Episcopa-
li, quæ non facit ad actum; *Gloss. in cap.
A collatione de appellat. in* 6, *in fine*; *DD.
communiter*, *in cap. postulasti*, *de Concessio-
ne Præbendæ Cassan. in Cathal. Hom. le-
gal. cap.* 19, *sub num.* 9, *versic. in stricta
Juris Censura*; *Francisc. Marc. dec.* 136.
Capycer. dec. 26; *Franc. dec.* 120, *a num.*
1; latissimè *Barbos. Vot. decis.* 126, *num.*
129, *tom.* 2; *Massol. in Trimeg. legal. ra-
tiocin.* 75, *num.* 8, *& seq. Rota cor. Sera-
phin. dec.* 716, *num.* 15: & distinguendo
inter casum, in quo Parochus, uti Pa-
rochus, intervenit ab alio, in quo inter-
venit uti Clericus, *Theodos. Rub. apud Gra-
tian. discept. forens. dicto cap.* 298, *num.*
50, *& seq.* per hæc formalia verba -- *Ita
Parochus cùm consideretur uti Clericus*,
*& uti Parochus in actibus spectantibus ad
Clericos*, *&c.* & inferius -- *& in talibus
actibus esse Parochum nihil eis suffragatur
ad præcedentiam*, *cùm non sit officium*, *ne-
que Dignitas Capitularis*, *ut supra diximus*. *Quando verò est in actu Curæ Ani-
marum*, *& sic in proprio officio*, *non consi-
deratur ut Clericus*, *sed uti Sacerdos cum*

signo

signo Sacerdotali Stolæ, & ita omnes de-
bent anteire, &c. Et pro Capellanis Ec-
clesiæ Cathedralis contra Parochos dixit
Rota in Recent. decis. 304, numer. 26,
part. 10, & coram Arguell. dec. 72, nu-
mer. 26.
E contra verò Clerici Ecclesiæ Cathe-
dralis præferendi sunt, de Jure communi,
17 Clericis reliquarum Ecclesiarum inferio-
rum ratione prærogativæ, qua gaudet
eorum Ecclesia super reliquas inferiores,
ad Text. in cap. ex parte, el 2, de rescri-
ptis in Clement. prima, ubi Glossa, verbo
Matricem, & ibi Barbos. de sentent. Ex-
comm. Est enim Mater & Magistra reli-
quarum Ecclesiarum, Gonzalez. in capit.
Venerabili 22, de verbor. signific. num. 2,
ubi concordan. & reliquæ Ecclesiæ dicun-
tur minores respectu illius, idem Gonza-
lez. in cap. fin. de Officio Archipresbyte-
ri, num. 4, optimè Rota in Recent. decis.
3, num. 1, par. 5. Et sicut ratione talis
prærogativæ debetur præcedentia Cano-
nicis Cathedralium supra reliquum Cle-
18 rum, ita debetur eorum Mansionariis;
quia licèt Canonicis dignitate pares non
sint, sed post eos immediatè sequantur, sunt
tamen membra ipsius Corporis Ecclesiæ, sic-
ut Canonici, cujus Corporis Caput est Epi-
scopus, ut per hæc præcisa verba firmat
Mans. consult. 589, num. 10, & declara-
vit hæc Sacra Congregatio sæpissimè, ut
apud Barbos. in summa decis. Apostolic.
Collect. 122, num. 6: & præcedentia, quæ
debetur Capitulo, debetur pariter ejus
membris, ne eadem res diverso jure cen-
seatur contra regulam Text. in cap. co-
gnovimus 12, quæst. 2, in leg. cum qui ædes,
ff. de usucap. ut dixit Rota post Tambu-
rin. de Jure Abbatum, decis. 113, & cor.
Coccin. decis. 1731, utrobique numer. 3,
& 4.
Eoque fortius quando Capellani, sive
19 Mansionarii ex Indulto Apostolico defe-
runt Almutias, sive Pelles, quæ sunt In-
signia Dignitatis, nec conceduntur nisi
Canonicis Cathedralium, vel aliis Per-
sonis ex privilegio Apostolico, ut per
Text. in Concil. Viennen. sub Clement. V,
relat. in Clement. prima, § Statuimus, de
statu Monachorum, in illis verbis -- Almu-
tiis de Panno nigro, vel Pellibus, firmat
ibidem Cardin. Zabarell. num. 3; Pignat-
tel. consul. Canonic. 59, num. 9, tom. 6;
Barbos. in summa decis. Apostolic. in ver-
bo Almutia, Collectan. 20, per totam; No-
varius quæst. forens. par. 1, quæst. 24,
per tot.
Absurdum verò esset, quòd habens
habitum digniorem postponeretur haben-
ti minus dignum; & ex digniori habitu
20 infertur ad digniorem locum, & è con-
tra; Rota in Recent. dec. 252, num. 13, par.
6. Et quod debeat præcedere qui habet
habitum magis dignum, Speculator in tit.
de Advocat. § Sequitur videndum co-
lumna 2; Tusc. litt. D, conclus. 430, nu-
mer. 7; Colleg. Bononien. post consil. Za-
barell. consil. 2, numer. 25. Cassan. in
Catalog. glor. Mundi, par. 7, Conside-
rat. 44, & par. 12, considerat. 96; opti-
mè in nostris terminis Gratian. discept.
forens. cap. 845, num. 5, & seq. Solorzan.
de Jure Indiar. lib. 2, cap. 18, num. 68,
tom. 1; Pignattell. cons. Canonic. 54, in
fin. tom. 6.
Item quando hujusmodi Mansionarii,
seu Capellani ex privilegio Apostolico ef-
formant Collegium; quia Collegia de ju-
re præferenda sunt Personis singularibus, 21
ut latè probat Cassan. in Cathal. Glor.
Mund. par. 4, consider. 38, versic. Octavò
facit Collegium. Et loquendo de Mansio-
nariis, Pignatell. cons. Canon. 50, numer.
6, tom. 3; Rot. dec. 36, numer. 3, part.
6, rec.
Quod quidem procedit etiamsi hujus-
modi Mansionarii sint amovibiles, quia
amovibilitas Mansionariorum non vide- 22
tur obstare eorum præeminentiæ, ea ra-
tione a priori, quia donec fuerit ad actum
deducta, semper perseverat qualitas, in
qua fundatur præcedentia; aliàs enim
actum esset de Dignitatibus, nam infini-
ti sunt Magistratus amovibiles in Repu-
blica, quibus extra controversiam est præ-
cedentiam deberi. Et ne immoretur in
profanis, Vicarius Episcopi est amovi-
bilis, gloss. ult. in Clem. finali, de procu-
rat. in verb. & per electionem, & in Cle-
ment. etsi principalis, de rescriptis, &
ibi Card. num. 10, & Abbas num. 9; Ho-
stien. in summa de officio Vicarii, § Ex
quibus, vers. Sed numquid; Bero. cons.
22, num. 34, lib. 1; Rebuff. in praxi be-
neficiali, tit. forma Vicariat. Archiep. n.
129; Sbrozz. de Vicario Episcopi, lib. 3,
quæst. 32, num. 1; Bertach. in tract. de
Episcopo, par. 7, quæst. 11. Valenzuel. cons.
105, num. 9, tom. 2, cum aliis apud Boe-
rium, dec. 347, num. 1, & seq. per totum.
Et nihilominus, hoc non obstante, Vica-
rius Episcopi dicitur habere Dignitatem,
donec ejus amovibilitas non sit ad actum 23
deducta, mediante illius actuali remotio-
ne ab officio; gloss. in Clem. 2, verbo de-
legatus, & ibi Ancharan. in princ. Card.
num. 22; Imola num. 18, de rescriptis; Ant.
de Prato de Jurisdict. Episcopi, cap. 6, n.
51; Valenzuel. d. cons. 101, num. 69, tom.
2; eique deberetur præcedentia etiam a 24
Canonicis, & Capitulo Cathedralium,
latissimè Panimol. dec. 1, annot. 5, num.
1, & seq. ubi plures adducit resolutiones
hujus Sacræ Congregationis.
Hæc autem quæstio præcedentiæ inter
Parochos, & Capellanos Ecclesiæ Cathe-
dralis decidenda videtur juxta diversita-

25 tem casuum, nam si Capellani non ince-
dant unâ cum Capitulo, nec ex privile-
gio particulari verum ac proprium Col-
legium efforment, reputandi erunt tan-
quam simplices Clerici, ac proinde præ-
cedentia supra ipsos debita erit Parochis,
licèt non faciant officium, sed tantùm
sint invitati ad funus, prout resolvit *S.
Rit. Congregatio in Aretina Præcedentiæ
12 Septembris* 1705, in qua proposita fue-
26 runt sequentia dubia:

Dub. I. *An in Processionibus funeralibus debeatur Præcedentia Parochis supra Mansionarios tam Ecclesiæ Cathedralis, quàm S. Mariæ Plebis, incedentes sine Canonicis & Capitulo, & quatenus affirmativè.*

Secundum. *An eadem Præcedentia debeatur Sacerdotibus vice Parochorum, & de eorum mandato intervenientibus in dd. Processionibus funeralibus.*

Et prodiit responsio ad primum -- *Deberi præcedentiam Parochis in casu, de quo agitur* -- Ad secundum -- *negativè, nisi agatur de vice-Parochis, exercentibus jus funerale.* Prout etiam aliàs declaravit *ead. Sac. Congregatio in una Nucerina Paganorum, 11 Julii 1637, & in alia Maceraten. 10 Junii 1656, & in Interamnen. 22 Novembris 1636, relat. per Pignattell. consultat. 46, num. 4, tom. 7.*

Neque ad vindicandam præcedentiam
Capellanorum supra Parochos potest con-
siderari Indultum deferendi Almutias ex
eo, quia ex digniori habitu inferatur ad
27 digniorem locum, & è contra. *Rosa in
recent. dec.* 252, *num.* 13, *par.* 6. Et quòd
28 debeat præcedere qui habet habitum
magis dignum, *Florian. in l. sed, & si
quid, § Manciptorum, ff. de usufructu; Ludovic. de Penna in l. 2, Cod. de vest. Oloseric. lib. 11, ubi Scribentes; Bald. cons. 387, lib. 1, circa medium, vers. Insignia etiam nobiliora faciunt digniorem, &c. Cassan. in Catalog. glor. Mundi, par. 7, considerat. 44, & par. 12, considerat. 96*; cum aliis superius allegatis *in § Eoque fortius, num.* 20.

Etenim Indultum hujusmodi deferendi
Almutias suffragatur tantummodo Capel-
29 lanis, seu Mansionariis, quando consideran-
tur tamquam membra Capituli, & cum ipso unum corpus efformant processionaliter incedendo, vel in aliis Sacris functionibus cum eodem interveniendo, prout respondit *ead. Sac. Congregatio Rit. in d. Aretina Præcedentiæ ad tertium dubium tenoris seq.* -- *An sit licitum Mansionariis Ecclesiæ S. Mariæ Plebis, incedentibus, ut supra, ubsque Capitulo deferre Pelles super brachio in dd. Processionibus funeralibus.* Ad tertium respondit -- *Negativè.* In cujus casu Indultum deferendi Almutias conceptum erat sub his verbis importantibus liberam facultatem utendi Almutiis, nempe -- *Mansionariis verò ejusdem Ecclesiæ B. Mariæ, quòd super Cotta Almutias ex pellibus rubeis confectas deferre liberè; & licitè valerent indulsimus, &c.* & nihilominus censuit hujusmodi facultatem eisdem Mansionariis non competere, nisi quando incedebant unâ cum Capitulo; quod quidem non procedit respectu Canonicorum Cathedralis, quorum privilegium utendi insignibus peculiaribus non circumscribitur loco, nec alterationem patitur ab actibus, ubicumque, & qualitercumque extra Cathedralem gerendis, ut præter ea, quæ alibi diximus ex auctoritate *Ceccoper. & Piton.* In proposito inquit *Rota in Romana Juris honorifici super petitorio 24 Martii 1702, § Agnoscebant, cor. Molines.*

ADDITIO VII.

De Præcedentia Dignitatum supra Canonicos.

ARGUMENTUM.

Referuntur prærogativæ, quibus gaudent Dignitates supra Canonicos. Agitur etiam de præeminentiis, quibus frui non valent Primæ Dignitates Ecclesiarum Collegiatarum. Super quâ materia nonnullæ adducuntur Sac. Rit. Congregationis resolutiones.

SUMMARIUM.

1 *Ad primam Dignitatem spectat Sacramenta ministrare Episcopo decumbenti: eoque defuncto, officium funebre peragere.*

2 *Facere funus Episcopo, sicuti etiam alteri Viro primario, inter functiones majores, & Pontificales numeratur.*

3 *Etiamsi adesset Canonicus, exercens Curam Animarum, quique solitus esset Canonicis, in propriis domibus decumbentibus, Sacramenta ministrare.*

4 *Et non obstante contraria consuetudine, nisi esset immemorabilis, cum suis requisitis benè probata, & n.* 12.

5 *Cæremoniale Episc. irritat contrarias consuetudines.*

6 *Ad Dignitates pariter spectat functiones solemnes peragere, nolente, vel impedito Episcopo.*

7 *Et si prima Dignitas sit impedita, succedit secunda, & sic gradatim alia.*

8 *Ita ut neque Episcopus valeat, in præjudicium primæ Dignitatis, id committere ejus Vicario Generali; neque*

ipsa

ipsa prima Dignitas, si sit impedita, alteri sibi benè viso, in præjudicium Dignioris.

9 *Episcopo nolente, vel impedito celebrare, subintrant reliquæ Dignitates, non ex obligatione, sed ex voluntate.*

10 *In facultativis, sive voluntariis quando inducatur consuetudo.*

11 *Decretum irritans inficit quamcumque contrariam possessionem.*

13 *Quæ dicta sunt de Dignitatibus, procedunt etiamsi istæ non sint de Capitulo.*

14 *Adducuntur in hoc proposito decreta Sac. Rit. Congregationis.*

15 *Quæ sint functiones Pontificales, peragendæ a prima Dignitate, atque ab aliis gradatim, nolente, vel impedito Episcopo eas peragere.*

16 *Sedes, seu Stalla Dignitatum absentium occupari non possunt ab aliis Dignitatibus inferioribus, sive Canonicis.*

17 *Sedes propria, & fixa, pro certo genere Personarum destinata, non potest ab aliis occupari.*

18 *Declara conclusionem num. 16, positam, quando sedes distinctæ sunt per cancellos, & traditur possessio Dignitati in ipsa sede.*

19 *Primæ Dignitati Ecclesiæ Collegiatæ non debentur præeminentiæ, ex dispositione Cæremonialis Episcoporum competentes Episcopis, neque possunt ab ea præscribi.*

20 *Decreta Sac. Rit. Congregationis circa præcedentiam debitam Abbatibus, Pontificalibus indutis, suprà Canonicos.*

PRima Præcedentia occurrit illa mini-
strandi Sacramenta Episcopo decum-
1 benti, eoque defuncto officia celebrandi,
quæ fundata est in literali dispositione *Cæ-
remonialis Episc. l. 2, c. 38*, ibi -- loquendo
„ de Episcopo ægrotante, tunc majori,
„ qua poterit devotione, & humilitate sa-
„ crum sumat Viaticum, quod illi deferat
„ prima Dignitas comitante Capitulo --
„ & circa finem loquendo de Episcopo
„ defuncto -- Collocetur feretrum in me-
„ dio Ecclesiæ, & ibi Prior, sive dignior
„ Canonicorum, vel prima Dignitas, si
„ adsit indutus Pluviali, faciat officium --
„ ac pro indubitato admittunt *De Luc.
de Praemin. disc. 19, num. 12, & 13; Pi-
gnattell. consult. 180, num. 5, tom. 4. Mar-
chet. de Sepult. tit. 38, § 2, num. 83. Ba-
uldr. de Sacr. Cærem. cap. 38, num. 4,
& 26. Pistor. Castal. in prax. Cærem. lib.
1, sect. 10, cap. 12, num. 3, & 11.*

Ratio autem, ob quam incumbit pri-
mæ Dignitati, scatet ex hoc, quòd fa-
2 cere funus Episcopo, sicuti etiam altero
Primario viro, numeratur inter functiones
majores, & Pontificales, ut observat
idem *Card. de Luca, dicto disc. 19, num.
12, & 13*, ubi, quòd nulla videtur dif-
ferentia inter functiones concernentes Per-
sonam Episcopi infirmi, vel mortui; &
functiones majores, & Pontificales sem-
per pertinent ad primam Dignitatem,
quia illa dicitur dignior, & facit primam
figuram, eodem modo, quo juxta pra-
xim dignior, seu primus alicujus corpo-
ris pro omnibus loquitur; & eodem mo-
do, quo Christus interrogans totum Col-
legium Apostolorum, *quem esse dicerent*,
Petrus tantùm inter eos primus respon-
dit: *Tu es Christus filius Dei vivi*, sic-
uti egregie in comprobationem materiæ
exornat idem *Card. de Luca, d. disc. 19,
num. 11.*

Quod quidem procedit etiamsi in Ec-
clesia Cathedrali adesset Canonicus exer-
cens curam Animarum, quique solitus
esset administrare Sacramenta Canonicis
decumbentibus in propriis domibus; quia
hoc non procederet respectu Episcopi, 3
licèt sit caput Capituli, & cum eo unicum
corpus constituat; neque pariter suffraga-
retur contraria consuetudo, nisi illa esset
immemorabilis cum suis requisitis benè 4
probata, *de Luc. de præeminentiis, d. disc.
19, num. 4*, maxime attenta resistentia
dicti Cæremonialis, quod irritat contra- 5
rias consuetudines, ut advertunt *Pignat.
consultat. 7, numer. 25, tom. 1, & con-
sult. 18, num. 12, t. 3. Panimoll. dec. 1,
adnot. 2, num. 39; Unde proposito in Sac.
Rit. Congregat. hujusmodi dubio in Ga-
runden. functionum Pontificalium die 11
Februarii* 1702, quamvis allegaretur con-
traria consuetudo contra Dignitates, pro-
diit responsum -- *Servetur Cæremoniale in
omnibus* --

Altera prærogativa Dignitatum est,
quòd ad eas spectat facere functiones so-
lemnes, nolente, vel impedito Episco-
po celebrare. Fundata enim est intentio
Dignitatum super hoc in dispositione ejus- 6
dem *Cæremonialis lib. 1, cap. 26*, in quo
expressè declarantur quæ sint functio-
nes Pontificales, ac etiam *in Decreto d.
Sac. Congregat. edito in Andrien. 3 De-
cembris* 1672, infra referendo; ita tamen,
ut si prima Dignitas sit impedita succe-
dat secunda, & sic gradatim alia, ita ut 7
nec Episcopus in præjudicium primæ Di-
gnitatis possit committere ejus Vicario
Generali, vel alteri, neque ipsa prima 8
Dignitas si impedita sit, in præjudicium
dignioris, valeat alteri benevisо, & pro
libito, vices suas delegare, & sic loquen-
do de cæteris, ut punctualiter firmant
*Card. de Luc. de Præeminen. discur. 19,
num. 11, de Regular. disc. 64, num. 2; &
in Miscell. Ecclesiastic. disc. 73, num. 8;
Pignattell. consult. Canon. 6, n. 2, tom. 1*,
ubi quòd aliàs prærogativæ confunde-

rentur, & quod semper ita fuit servatum a Sacra Congregatione, ut pluribus resolutionibus ejusdem relatis tradunt, idem *Pigaattell. consult. Canon.* 27, *num.* 5, *tom.* 4. *Barbos. de Canon. & Dignit. cap.* 5, *num.* 46, & 47, & *latè in Collectan. Apost. decis. Collectan.* 253, *num.* 6, 15, & *num.* 18, *cum seqq.*

Absque eo quod pariter officere possit contraria consuetudo, quia Episcopo
9 nolente, vel impedito celebrare, reliquæ
Dignitates subintrant, non ex obligatione, sed ex voluntate, ut relato *Barbos. in summa Apostol. decis. collect.* 40, *num.* 20, *in fin.* indicante resolutionem hujus Sacræ Congregationis *in Regien.* 9 *Decembris* 1600, nec non etiam *dec.* 244, *sub num.* 5, *par.* 3 *Recent.* firmat *Pignattell. dicta consult.* 6, *num.* 9, *tom.* 1; & regula est, quòd in facultativis, seu voluntariis numquam inducitur consuetu-
10 do, nisi concurrat prohibitio, & acquiescentia, a quo tantum tempore ipsa nascitur, ut generaliter tradit *Gratian. discept. Forens. cap.* 298, *num.* 10, & in his punctualibus terminis prosequitur *Pigaattell. consult.* 6, *sub d. num.* 9; & notatu dignum est, quòd in confirmatione d. Cæremonialis, facta per Clementem VIII, habetur Decretum irritans, ob
11 quod inficitur quæcumque contraria possessio. *Card. de Luc. Miscell. Ecclesiast. discurs.* 37, *num.* 10, quæ aliàs rejecta fuit ab hac Sacra Congregatione in hoc præcisè, de quo quæritur juxta Decretum in *Brictinoren.* 26 *Settembris* 1682 ibi — *allegata consuetudine in contrarium non obstante*; quæque in hac materia, in qua inferior faceret functiones primarias,
12 omisso majori in ordine, deberet in omnem
casum esse immemorabilis, rigorosè probata, ut supra diximus, ut benè ponderat idem *Cardinal. de Luc. de Præeminent. disc.* 19, *num.* 4, & *melius discur.* 20, *num.* 16.

Quod etiam procedit, quando Dignitates non sunt de Capitulo; quia celebratio dictarum functionum eisdem com-
13 petit, ratione eorum Præeminentiæ, &
qualitatis; nihilque refert, an sint nec nè de corpore Capituli, quod tantummodo consideratur respectu actuum merè Capitularium, ut distinguit idem *Card. de Luc. discur.* 19, *de Præeminen. num.* 11, *in fin.*

Hæc quæstio fuit pariter resoluta per *Sac. Congregationem Rituum in d. Gerunden.* 11 *Februarii* 1702, *ad secundum du-*
14 *bium, tenoris sequen.*

An nolente, vel impedito Episcopo celebrare in solemnitatibus majoris Hebdomadæ, Paschatis, Pentecostes, ac cæteris expressis in Cæremoniali Episcoporum, signanter cap. 34, *lib.* 2, *prout etiam occasione Processionum Sanctissimi Corporis Christi, & similium, tam istæ, quàm cætera Functiones, expleri valeant in ejus locum a Vicario Generali, sive Statore Canonico Episcopi, sive Canonico Hebdomadario, sive alio quocumque Canonico, vel potius peragendæ fiat a prima Dignitate; istaque impedita, gradatim ab aliis, ordine successivo* — Ad hujusmodi dubium prodiit responsio — *spectare ad primam Dignitatem; eaque impedita, gradatim ad alias, &c.*

Sequitur Decretum supra enunciatum *Sacr. Rit. Congregationis.*

Andrien.

Decretum Sac. Congregationis Rituum de Functionibus Pontificalibus pro prima Dignitate privativè quoad alios.

Proposita per Eminentiss. D. Cardinalem Gualterium in Sac. Rituum Congregatione habita 28 Februarii 1671 Controversia inter Carolum Capellanum Archidiaconum primam Dignitatem, & Antonium del Cantore Archipresbyterum secundam Dignitatem Andrien. super eo, ad quem spectat, absente, vel impedito Episcopo Functiones Pontificales facere, & celebrare, ac Vesperas decantare, & resoluta ad favorem d. Archidiaconi, modò ead. Sac. Congregatio ad tollendas differentias, & ad conservandam pacem, referente eodem Eminentiss. D. Gualterio declaravit, functiones Pontificales esse — Festum Nativitatis Domini, Epiphaniæ, Ascensionis, Pentecostes, Apostolo- 15
rum Petri & Pauli, Assumptionis B. M. Virginis, omnium Sanctorum, Dedicationis Ecclesiæ Cathedralis, Tituli ejusdem Ecclesiæ, Patroni Civitatis, nec non Commemorationem omnium Defunctorum, Distributionem Candelarum, Cinerum, Palmarum, Celebrationem Officii feriæ 5 in Cœna Domini, feriæ 6 in Parasceve, Festum Paschatis Resurrectionis Domini nostri, Diem solemnem Corporis Christi cum Processione. Hac die 3 Decembris 1672.

Tertia prærogativa Dignitatum ea est, 16
ut eorum Sedes, aut Stalia, ipsis absentibus ab Ecclesia, non possint occupari a Dignitatibus inferioribus, seu a Canonicis. Hujusmodi disputatio favore Dignitatum resoluta fuit in præallegata Gerunden. de anno 1702 ad quintum dubium, in qua, proposito dubio: *An liceat Canonicis occupare, seu sedere in stallis, vel sedilibus pro Dignitatibus destinatis, tam præsentibus quàm absentibus eisdem. Sacr. Congregat. respondit negativè, & amplius.* Et antea idem resolutum fuit ab eadem *Sacr. Congregat. in Placentina, die* 25 *Maji* 1632, sub his verbis —

Se-

Sedes Dignitatum absentium, non debere occupari ab aliis Dignitatibus, seu Canonicis, sed unamquamque Dignitatem in proprio Stallo permanere debere; & præcedenter etiam in una *Capuana*, 12 *Martii* 1618; & firmant *Gavant. in Manual. Episcopor. verbo, Canonicorum munera, in addit. num.* 3; *Barbos. de Canon. & Dignit. cap.* 18, *num.* 41; *Pignatell. consult. Canon.* 83, *num.* 5, *& consult.* 104, *num.* 6, *tom.* 4; *Panimoll. decis.* 1, *adnot.* 8, *n.* 36. Quotiescumque enim concurrit qualitas Sedis propriæ, & fixæ, pro certo
17 genere personarum destinatæ, in aliquo particulari loco, & situ, non potest ab aliis occupari, *Rot. decis.* 288, *num.* 10, *par.* 6, *& decis.* 224, *num.* 6, *& seqq. p.* 7 *Recent.* ideoque solùm cadere potest aliqua dubietas, quando coæqualia essent omnino scamna, nempè unita, & non divisa a cancellis; quo casu ad evitandam quamdam dispersionem, & interruptionem unitatis chori, possent inferiores occupare locum Digniotum, ut distinguendo docet *Card. de Luc. in Miscell. Eccles. disc.* 39, *num.* 14, *&* 15; non
18 verò quoties Sedes sunt distinctæ per cancellos, & quando traditur possessio Dignitati in ipsa sede; cum hujusmodi traditio possessionis in particulari sede, præseferat qualitatem propriæ sedis, quæ ab alio non potest occupari, ut notant *Butr. in cap. in litteris, num.* 30, *versic. & si non sint, de restitut. spoliat. Roman. consil.* 482, *num.* 2; *Rot. coram Cavaler. decis.* 198, *num.* 1.

Quatenus verò pertinet ad præeminentias, quas sibi vindicant nonnullæ ex primis Dignitatibus Ecclesiarum Collegiatarum, illud advertendum est, quòd si sint
19 de illis præeminentiis, quæ ex dispositione Cæremonialis Episcoporum debitæ sunt Episcopis, non possunt eæ præscribi a primis Dignitatibus Collegiatarum, prout articulo acriter discusso *in Sac. Congregatione Rituum in Lucana præeminentiarum* inter b. m. D. Amedeum de Saminiatis, Priorem Insignis Collegiatæ SS. Joannis, & Reparatæ Lucanæ Civitatis, & nonnullos Canonicos ejusdem Collegiatæ; censuit eadem Sac. Congregatio sub die 15 Martii 1721, negativè in omnibus respondendum, quamvis feriberet doctè de more, ad favorem memorati D. Prioris Saminiati, b. m. D. Pitonius, cujus consultatio habetur inferiùs, unà cum consultatione contraria Auctoris anonymi, & præfatæ Sac. Congregationis resolutionibus.
20 Denique, pro complemento hujus quæstionis, libet addere resolutionem *Sac. Rit. Congregationis in Ragusina super præcedentia* inter Canonicos, & Abbates de die 12 Julii 1727, & de 24 Novembris 1731; fuerunt enim proposita infrascripta Dubia.

1 An Abbatibus, Pontificalibus indutis, uti coabsolventibus, debeatur præcedentia in Processionibus Funerum supra Canonicos.

2 An Abbatibus Pontificalibus indutis, & invitatis pro assistentia in Processione, & Missa alicujus Festivitatis, debeatur locus immediatè post Episcopum.

3 An Abbatibus, ad aliquam Festivitatem extra propriam Ecclesiam invitatis, ac Pontificalibus indutis, debeatur usus pulvinaris, etiam præsente Episcopo.

4 An Abbates in hujusmodi Processionibus ducere secum valeant duos Clericos, vel Monachos Cotta Indutos, pro usu, & servitio Mitræ, & baculi Pastoralis.

Et in omnibus prodiit resolutio favorabilis prædictis Abbatibus.

ADDITIO VIII.

De functionibus peragendis a Coadjutoribus.

ARGUMENTUM.

Adducitur differentia, quæ in hoc proposito intercedit inter Coadjutorem Dignitatis, & Coadjutorem Canonici, & alia ad materiam.

SUMMARIUM.

1 *Coadjutor dignitatis potest, ac debet facere omnes functiones, dignitati Coadjutæ in suo Turno incumbentes.*
Contra verò, Coadjutor Canonici non potest facere functiones in Turno sui Coadjuti, sed post omnes Canonicos, ibidem, & num. 3.
Nisi ageretur de Missis, quas Canonicus Coadjutus celebrare teneretur, vigore Testamenti, seu fundationis Canonicatus, ibidem.
2 *Amplia conclusionem de Coadjutore Canonici, etiamsi in litteris Coadjutoriæ concessæ illi fuerint omnes prærogativæ, præeminentiæ, & honores, prout Coadjutus haberet, si præsens esset, & de ratione.*
Coadjutus lucrari non valet per Coadjutorem inservientem emolumenta Canonicatus, ad quæ percipienda propria culpa inhabilis esset, & exemplificatur.
5 *Ac pariter si Coadjutus non haberet Ordinem, ex Statuto requisitum, pro lucrandis fructibus, & emolumentis: & illum haberet Coadjutor.*
6 *Coadjutus quando ex persona Coadjutoris eadem emolumenta consequi valeat.*

PRO declaratione eorum, quæ dicta
sunt de Functionibus spectantibus ad
Coadjutores, notanda est differentia, quæ
intercedit inter Coadjutorem Dignitatis,
& Coadjutorem Canonici; nam primus,
1 utpore residens in Stallo Dignitatis, ac
supra alios Canonicos potest ac debet
facere omnes functiones, Dignitati Coad-
jutæ in suo Turno incumbentes; & è
contrario Coadjutor Canonici, qui sedet
post omnes Canonicos, non potest facere
easdem functiones in Turno sui Coadjuti,
vel solummodo post omnes Canonicos,
nisi ageretur de Missis, quas Canonicus
Coadjutus celebrare teneretur vigore te-
stamenti, vel fundationis Canonicatus.
Pignattell. consult. 185, num. 3, & 4, tom.
4, ut etiam decisum fuit in *Patavina re-
lata in Animadvers. ad tit. 12, lib. 1.* Et
hoc non obstante, quòd in literis Coad-
jutoriæ Canonico Coadjutori sint conces-
sæ omnes & singulæ prærogativæ, præe-
minentiæ, & honores in Choro, Proces-
sionibus, & aliis actibus Capitularibus,
quas, & quos Canonicus Coadjutus ha-
2 beret, si præsens esset; cùm hæc ver-
ba stare dicenda sint ad exclusionem alio-
rum inferiorum, non autem ad exclusio-
nem aliorum Canonicorum. *Lotter. de re
benefic. lib. 2, quæst. 25, num. 36. Gonzal.
ad reg. 8 Canc. gloss. 5, § 9, a num. 97,
& præsertim num. 102, & seqq.* Ac proin-
de proposito dubio in Æsina præcedentiæ
in Sac. Congregatione Concilii -- *An no-
lente, vel impedito Canonico Coadjuto,
Missa solemnis, quæ juxta Turnum ab eo-
dem esset celebranda, celebranda sit a Ca-
nonico Coadjutore, vel potiùs sit celebran-
da a Canonico in ordine Canonicorum suc-
cedente;* sub die 1 Aprilis 1719 respon-
sum fuit *Ad primam dubii partem nega-
tivè; Ad secundam affirmativè.* Qua re
3 proposita sub die 16 Decembris ejusdem
anni cum alio dubio -- *An Canonici Coad-
jutores, in ordine Presbyterali constituti,
& Missam solemnem non cantantes in hebdo-
mada juxta Turnum tangente eorum Coad-
jutis, teneantur eandem Missam cantare ex
propriis personis, post completum Turnum
aliorum Canonicorum.* Respectu Dubii re-
soluti sub die prima Aprilis, responsum
fuit *in decisis*; & ad secundum dubium
*teneri ad cantandum, ut compleat Turnum
Canonicorum.*

Ulteriùs advertendum, quòd in casibus,
quibus Coadjutus vel incurreret aliquam
inhabilitatem, veluti si esset excommu-
nicatus, vel justè carceratus, ob quam
4 non posset consequi emolumenta Cano-
nicatus, eadem non potest lucrari per
Coadjutorem inservientem, *Ventrigl. in
prax. tom. 2, annot. 13, § Unico, num. 43.*
Itemque si Coadjutus non haberet Ordi-
nem, ex Statuto requisitum, pro lucran-
5 dis fructibus & emolumentis, & illum
haberet Coadjutor, quia neque in hoc
casu ex persona ipsius Coadjutoris potest
eadem emolumenta lucrari: *Barbos. de Ca-
nonic. & Dignit. cap. 29, num. 38; Cleri-
cat. de Benefic. discord. 91, num. 5;* quod
tamen secus dicendum esset, quando Coad-
jutus propter aliquem naturalem defe-
ctum, veluti ob morbum comitialem, im-
pediretur ascendere ad Sacros Ordines,
& ob eam causam ei datus esset Coadju-
tor; quia tunc ex persona Coadjutoris, 6
& ob servitium ab eo præstandum con-
sequi deberet dicta emolumenta, maximè
si concurreret forma literarum Coadjuto-
riæ, ut plenè probat idem *Clericat. d.
discord. 91, a num. 6, ad fin.*

ADDITIO IX.

*De applicatione Sacrificii Missæ,
tam Parochialis, quàm Ca-
nonicalis.*

ARGUMENTUM.

An, & quando Parochi teneantur Sacri-
ficium applicare pro ovibus suis; &
quid si non habeant congruam alimen-
tarem. Referuntur per extensum plu-
res resolutiones Sac. Congregationis
Concilii, circa applicationem Missæ
Parochialis & Conventualis, in Ec-
clesiis Cathedralibus & Collegiatis,
quæ sint etiam Parochiales.

SUMMARIUM.

1 *Parochus non tenetur quotidie Sacrum
facere; sed sufficit, quòd per se, vel
per alium ad Altare ascendat diebus
dominicis, aliisque Festis solemnibus.*
2 *Idem non tenetur, juxta aliquorum
opinionem, dictis diebus Sacrificium
pro suis Populanis applicare.*
3 *Sed satis esse, quòd ipsos universali-
ter Deo commendet.*
4 *Alii verò tenent, Parochum obliga-
tum esse aliquando Sacrum particula-
riter pro suo Populo immolare; & cir-
ca determinationem temporis unaquæ-
que eorum opinio refertur.*
5 *Diebus festis licitum est Parocho,
loco Missæ popularis, celebrare &
applicare Missam pro aliquo defuncto,
de proximo sepeliendo, & num. seqq.*
6 *Prædictis diebus permissum est, præ-
sente corpore, Missam de requiem ce-
lebrare.*
7 *Attenta præsertim universali consue-
tudine cadavera sepeliendi cum Mis-
sa de requiem, etiam diebus festis.*
8 *Quod ampliatur etiam in Feria V ma-
joris hebdomadæ in illis Ecclesiis, ubi
talis consuetudo vigeret.*
9 *Respondetur contrariis, & n. 10.*

11 *Quan-*

11 *Quando licitum sit recipere duplicem eleemosynam pro una eademque Missa.*
12 *Parochus diebus festis tenetur Missam pro Populo applicare, etiamsi non habeat congruam, & quomodo in hoc casu providendum, & num. 13.*
14 *Dantur nonnullæ Sacræ Congregat. Conc. resolutiones circa materiam applicationis Missæ Parochialis & Conventualis in Ecclesiis Cathedralibus & Collegiatis, quæ sunt etiam Parochiales.*
15 *An obligatio celebrandi, & applicandi Missam pro Benefactoribus in Ecclesia Cathedrali, seu Collegiata, extendatur etiam ad Canonicos noviter auctos.*
16 *Quando Canonici Cathedralis, sive Collegiatæ eximantur ab onere applicandi Missam Conventualem pro Benefactoribus.*

QUamvis Sacrosancta Tridentina Synodus seriò admoneat Episcopos, ut sedulò invigilent, quòd Rectores Ecclesiarum Parochialium tam frequenter Missas celebrent, ut suo muneri satisfaciant, quemadmodum videre est in *sess. 23, de reformat. cap. 14, prope finem*, nihilominus communi placito receptum est, quòd abunde Parochus proprio officio munus exequitur, quoties vel per se, vel per alium ascendat ad Altare in die-
1 bus dominicis, aliisque festis solemnibus, adeo ut non teneatur quotidie sacrum peragere, ut præter Authoritates latissime recensitas per *Barbos. in comment. ad d. sess. 23, cap. 14, num. 4*, prænotarunt quoque *Fragos. de regim. reip. Christian. part. 2, l. 10, disp. 21, § 1, num. 17, Engel. in Colleg. Jur. Canon. lib. 3, & tit. 41, num. 2; P. Moron. respons. 93, num. 2, & 3; Antonell. de Jur. & oner. Cleric. lib. 2, par. 6, cap. 6, num. 2.*

Ex hoc autem principio, in quo concordant omnes Canonistæ, & Morales, non levis inter eosdem suborta est opinionum scissura, in disquirendo, utrum in iis diebus, in quibus Parochus de necessitate obstringitur Missam celebrare ad hoc, ut populus adimplere valeat præceptum Ecclesiæ, teneatur etiam Sacrificium pro suis Parochianis præcise applicare.
2 Pro omnimoda namque libertate sacrificii favore Parochi plenè scripserunt *Nald. in summ. verb. Parochus, num. 18, Ægid. Conninch. de Sacram. quæst. 83, art. 1, dub. 11, conclus. 3; Gavant. in rubr. Missal. par. 3, tit. 11, num. 27; Fraxinell. de oblig. Sacerd. sect. 3, prænot. 2, § 2; P. Moron. dicto respons. 93, num. 10; Layman. Theol. moral. lib. 5, tract. 5, cap. 3, num. 3; P. Coton. contr. moral. lib. 3, contr. 6, cap. 1, num. 16, cum 2 seqq. Cecoper. lucubr. Canon. lib. 3, num. 171; Antonell. de Jur. & oner. Cleric. dicto lib. 2, par. 6, cap. 6, num. 5, & 6.*

Idque præmissæ authoritates de plano procedere affirmant, non obstante quòd Sacrum Concilium in præcitata *sess. 23, cap. 1, in princ.* expresse determinet teneri Parochum ex præcepto divino pro suis ovibus sacrificium offerre; non enim exinde Parochus necesse habet sacrificium specialiter applicare pro suis Parochianis; sed sufficit, quòd eos genericè, sive universaliter Altissimo commendet, ut 3
prosequitur *P. Coton. d. contr. 6, cap. 1, sub num. 17, vers. nec obstat Tridentinum; Tamburin. in method. celebrat. miss. lib. 2, cap. 3, § 16, num. 5; Engel. in Jus Canon. dicto lib. 3, cap. 41; Giballin. de Simon. quæst. 18, consecut. 7, num. 13, Tarun. in Director. sacrificant. par. 3, sect. 3, cap. 3, § Sed dices, vers. probatur consequentia, fol. mihi 415; Amostazz. de Caus. Piis, lib. 2, cap. 3, num. 58, ad med.*

Alii verò opinati sunt, quòd hæc Parochi libertas intelligenda sit juxta prudentis arbitrium, videlicet, quòd aliquando debeat particulariter pro suo popu- 4
lo sacrum immolare, nimirum vel una vice pro singulis tribus diebus festivis, & in hac classe recensentur *Suarez, Vasquez, Reginald. aliique collecti per Fragos. de regim. reipubl. par. 2, lib. 10, disp. 21, § 1, num. 18*; vel in quolibet die dominico, & in præcipuis solemnitatibus Ecclesiæ, aut saltem semel in hebdomada, ut per *Bonaccin. oper. moral. tom. 1, de Sacrament. disp. 4, q. ult. punct. 7, num. 5, in fin.*

Transeundo autem a diebus feriatis ad dies festivos de præcepto Ecclesiæ, in quibus, juxta decreta S. Congregationis Concilii superius enunciata, generaliter, & abstractivè tenetur Parochus applicare Sacrificium pro suis ovibus, videtur tolerandum, ut etiam in dictis festis diebus, 5
loco Missæ popularis, liceat celebrare, & applicare Missam funebrem pro aliquo defuncto de proximo sepeliendo, qui sit ejus Parochianus.

Siquidem generalitas obligationis, quam habet Parochus applicandi Missam pro populo in diebus festivis, satis evidenter temperata noscitur per Rubricas missalis, quæ in *parte 1, tit. 5, de Miss. defunct. § Præterea*, expresse permittunt 6
celebrari posse in diebus festivis Missam de requiem insepulto, & præsente cadavere; & idipsum resolutum fuit a Sacra Rituum Congregatione de anno 1603, ut referunt *Gavant. in Manual. Episc. verb. Missa, n. 27; Barbos. de offic. Paroch. pars. 1, cap. 11, num. 25; Amostazz. de caus. piis, lib. 6, cap. 2, num. 4; Turrea. in direct. Sacrific. par. 3, sect. 3, cap. 3, § Responde tamen, fol. mihi 421; Cortiad. d. decis. 244, num. 30.*

At-

Attenta præsertim universali consuetudine, juxta quam receptum est ubique, quòd cadavera Fidelium defunctorum sepelire non solent etiam in diebus festi-
7 vis, absque præambulo suffragio Missæ de requiem, prout ultra proximè adductos, communi calculo comprobant *Azor. Instit. moral. tom.* 1, *lib.* 10, *cap.* 22, *quæst.* 7; *Genuen. Manual. Pastor. cap.* 72, *num.* 6; *Lezan. in summ. quæst. regular. cap.* 21, *sub num.* 28, *vers. Missa quoque*; *Ceccoper. lucubrat. canon. lib.* 3, *sub num.* 62, *vers. similiter*; *Nicol. in Floscul. verb. Missa*, *n.* 7, *in fine*; *Romaguer. ad constitut. Synod. Gerunden. lib.* 3, *tit.* 9, *cap.* 2, *num.* 3, & 5, ubi cum *Cortiad. dict. decis.* 244, *num.* 29, *lib.* 4, ampliative subnectit id permissum esse etiam in Feria Quinta ma-
8 joris Hebdomadæ, quotiescumque vigeret consuetudo, etiam in Ecclesiis particularibus, non tumulandi cadavera sine Missa.

Neque his contradicunt decreta generalia prædictæ Sacræ Congregationis prohibentia duplicis oneris satisfactionem cum unica Missa, minusque alterum particu-
9 lariter editum in *Fanen.* 1 *Septembris* 1629, in quo firmatum fuit, quòd Parochus, quibus diebus tenetur pro suis Parochianis Missam celebrare, nequeat manualem eleemosynam ab aliis recipere, pro ejus applicatione, ut videre est apud *Zacch. de Salar. q.* 85, *num.* 28; aliosquè supra congestos in § *His præmissis*.

Etenim decreta generalia confirmata a fan. m. Urbano VIII, non loquuntur de Parochis, qui nullum accipiunt stipendium pro celebratione Missæ popularis in
10 diebus festivis; sed solummodo agunt de Capellanis, aliisque Beneficiatis, qui licèt ratione Beneficii, Capellæ, Legati, aut Salarii teneantur ad celebrandum certum Missarum numerum cum speciali applicatione pro fundatoribus Capellaniarum, seu Beneficiorum: adhuc ab aliis piis fidelibus exigunt, pro Missis votivis, vel Defunctorum; perperam putantes, quòd cum unica Missa possint utrique obligationi satisfacere, ut recognosci valet ex lectura eorumdem decretorum impressorum in *Bullar. tom.* 4, *post Constitut.* 45, *fan. me. Urbani VIII*, *in declaratione*, *seu responsione ad dub.* 4.

Quod licitum tantummodo esse potest, quoties is, qui secundo loco offert eleemosynam, non ignorat Sacerdotem esse obligatum ad celebrandum pro alio, prout accidere potest regulariter, tam occasio-
11 ne dd. Funerum, quàm celebrationis Matrimonii diebus festivis, in quibus Parochus pro Parochianis applicare tenetur; quia tunc videtur licita perceptio duplicis eleemosynæ pro una eademque Missa per ea, quæ docent *Enriquez. in summ. Theol. moral. lib.* 9, *cap.* 22, *sub num.* 6, *vers. potest etiam*; *Engel. in Colleg. Jur. Canon. lib.* 3, *tit.* 41, *num.* 9; *Layman. Theol. moral. lib.* 5, *tract.* 5, *cap.* 3, *n.* 4; *Marchin. de Sacrament. Ordin. tract.* 3, *cap.* 23, *num.* 10; *Gibalin. de Simon. quæst.* 18, *consect.* 7, *num.* 11, *propè fin. vers. sufficit quoque*; *P. Coton. contr. moral. lib.* 3, *contr.* 5, *cap.* 3, *num.* 53, *Nicol. in Floscul. verb. Missa*, *sub num.* 34, *limit.* 2.

Quatenus etiam pertinet ad onus applicationis Missæ diebus festis, intelligendum est locum habere, etiamsi Parochi non
habeant congruam, sicuti rescripsit Sac. 12
Congregatio Conc. Episcopo Pistoriensi, ut infra.

Reverendissime Domine, uti Frater „ Relatis in Sac. Congregatione Concilii Litteris Ampl. tuæ unà cum Precibus Parochorum istius Civitatis, seu Diœcesis, supplicantium eximi ab onere applicandi Sacrificium pro Populo, attenta redituum tenuitate: Eminentissimi Patres, inhærendo declarationibus, pluries hac de re editis, quòd nempe Parochi teneantur diebus festis sacrificium applicare pro Populo; Amplitudini tuæ rescribendum esse censuerunt, prout hisce facimus, quatenus decreta hujusmodi omninò servari mandet; & quoad Parochos congruam non habentes, ad subministrandam, contra quos de jure, & prout juris fuerit, procedat. Ita exequetur Amplit. Tua, cui omnia prospera precamur a Domino.

Romæ 29 Martii 1710.

Quando verò redditus Parochialium sunt ita tenues, ut nec alimentari congruæ correspondeant, nec aliud suppetat juris remedium pro supplendo eorum inopiæ, eadem Sac. Congregatio aliqua indulgentia usa fuit, ut constat ex sequen- 13
ti responso in Visitationibus Sacrorum Liminum Albinganen. Episcopo, 4 Maji 1697, *lib. litterar.* 19, *pag.* 67, *tergo*.

„ Respondentes autem Postulatis circa Parochos suæ Diœcesis, non valentes ex tenuitate redditum Sacrificium pro Populo diebus festis applicare, &c. suo arbitrio remittendum esse censuerunt Eminentiss. PP. ut quid in Domino magis expediens hac in re judicaverit, decernere valeat, dummodo tamen in aliquibus saltem diebus magis solemnibus præfati Parochi Sacrificium applicare non prætermittant, &c.

Pro majori declaratione eorum, quæ dicta sunt de applicatione Missæ Parochialis, & Conventualis in Ecclesiis Cathe- 14
dralibus, & Collegiatis, quæ sunt etiam Parochiales, opportunè subnectuntur plures resolutiones *Sac. Congregationis Concilii in Balneoregien. Missæ Parochialis, & Conventualis* 19 *Augusti* 1713.

1 An Canonici Ecclesiæ Cathedralis, & Parochialis Balneoregii teneantur appli-

plicare quotidie Missam Conventualem pro Fundatoribus, & Benefactoribus in casu &c. & quatenus affirmativè.

2 An singuli Canonici teneantur a die adepti Canonicatus satisfacere Missas Conventuales, usque adhuc non applicatas, in casu &c.

3 An Missæ de Anniversario, quæ cantantur in Choro in quatuor mensibus anni, diebus non impeditis, cedere debeant loco Missæ Conventualis in casu &c. & quatenus negativè.

4 An Canonici teneantur celebrare, & applicare, tam dictas Missas de Anniversario, quàm Conventuales in casu &c.

5 An ultra Missam Conventualem sit celebranda, & applicanda diebus festivis Missa Parochialis a Canonicis per Turnum, sive potius a Canonicis Curatis in casu &c. & quatenus affirmativè, vel a Curatis, vel a Canonicis singulis per Turnum.

6 An occurrente, quòd prædicti duo Canonici Curati, vel alii Canonici celebrent Missam Conventualem per Turnum diebus Dominicis, ac festivis de præcepto, tunc teneantur per alium celebrari facere Missam Parochialem in casu, &c.

7 An quatenus Missa Parochialis sit celebranda in diebus festivis a Canonicis Curatis in Parochia Contradæ Rhoiæ, seu potiùs ambo Canonici Curati teneantur ad applicationem supradictæ Missæ in casu &c.

8 An Canonicus Curatus Ecclesiæ Parochialis Contradæ Civitæ, ubi residere tenetur, exemptus a servitio Chori, teneatur per Turnum cantare, & applicare in Cathedrali Missam Conventualem, & celebrare aliam Missam in Aurora, quæ celebratur per Turnum in dicta Ecclesia ab omnibus Canonicis tam diebus festivis, quàm ferialibus in casu &c. & quatenus affirmativè in omnibus.

9 An occurrente, quòd celebret per Turnum Missam Conventualem, sive aliam in Aurora diebus festivis de præcepto, tunc teneatur per alium celebrari facere Missam Parochialem in Ecclesia Parochiali Civitæ in casu &c.

Ad Primum responsum fuit *Affirmativè* -- Ad 2 *Affirmativè, & ad mentem* -- Ad 3 *Negativè* -- Ad 4 *Affirmativè* -- Ad 5 *a Canonicis Curatis.* -- Ad 6 *Affirmativè* -- Ad 7 *Unam sufficere* -- Ad 8 *Negativè* -- Ad 9 *Provisum.*

An autem hoc onus celebrationis, & applicationis Missæ, pro Benefactoribus in Ecclesia Cathedrali, sive Collegiata,
15 extendatur etiam ad Canonicos auctos, sive novæ fundationis, decisum fuit per eamdem Sacr. Congregationem in *Narnien. servitii, & Punctaturarum* 14 *Aprilis* 1714, sequentis tenoris.

4 An onus applicandi Missam Conventualem, pro Fundatoribus, & Benefactoribus, spectet ad omnes Canonicos ejusdem Ecclesiæ, tam antiquæ, quàm modernæ fundationis per Turnum, vel solùm ad Canonicos primæ Erectionis in casu &c. & quatenus omnes teneantur.

5 An Canonici secundæ Erectionis debeant admitti ad participationem emolumentorum extra massam consistentium, sive in Eleemosynis Communitatis Societatum Rosarii, & SS. Sacramenti pro Missis Cantatis & Processionibus, sive in relictis Benefactorum favore Capituli, seu pro Funeribus Anniversariis, & Missis Cantatis, etiam de Requiem, & pietate Fidelium provenientium in casu &c.

Sacra Congregatio respondit.

Ad quartum *affirmativè, quoad primam partem* -- *Negativè quoad secundam.* Idemque censuit antea in *Camerinen.* 6 *Junii* 1705, & 5 *Junii* 1706.

Ad quintum *negativè quoad provenientia ex dispositionibus relictis Capitulo ante erectionem novorum Canonicatuum* -- *Affirmativè quoad relicta Capitulo post eamdem erectionem, & quoad emolumenta manualia.*

Illud est observandum circa applicationem Missæ Conventualis in Cathedrali, seu Collegiata, quòd regula generalis, quòd illam teneantur applicare pro Benefactoribus, locum non habeat quan- 16
do constat de fundatione, ac de particularibus obligationibus injunctis per Fundatorem, maximè quando omnes redditus proveniant ex liberalitate ipsius Fundatoris, quia tunc videtur Canonicos teneri tantummodo ad applicationem tenore fundationis. *Pasqualig. de Sacrific. Miss. quæst.* 899, *num.* 2, & 4, cum aliis penes *Ursajam tom.* 3, *par.* 2, *discept.* 23, *num.* 69 usque ad finem.

ADDITIO X.

De Reservatione Beneficiorum ex Regula Quinta Cancellariæ Apostolicæ.

ARGUMENTUM.

Examinatur quæstio, an per deputationem Canonici a Capitulo factam, super exactione Taxæ Spoliorum, in iis Locis, in quibus inter Cameram Apostolicam, & Clerum concordatum fuerit de solutione certæ summæ, intret Regula V Cancellariæ Apostolicæ. Et hac occasione adducuntur aliæ limitationes Regulæ prædictæ.

SUMMARIUM.

1 *Per exercitium Officii Subcollectoris, de-*

deputati a Capitulo, in locum Cameræ Apostolicæ subrogato, regulariter inducitur Beneficiorum reservatio, & quare, & num. 2, & 5. Contrarium num. 11, 12, & 14.

3 *Debet tamen hujusmodi Subcollector esse unicus, & generalis in tota Civitate & Diœcesi, & num. 13, 23 & 24.*

4 *Et sufficit aliquem fuisse Subcollectorem unico etiam temporis momento.*

6 *Sicuti pariter ad hoc, ut dicatur Subcollector generalis, sufficit, quòd sit deputatus ad omnia Spolia Civitatis & Diœcesis.*

7 *Neque generalitas resoluta remanet ex limitatione, respectu spoliorum adversus illicitos negociatores.*

8 *Neque etiam ex deputatione aliorum Subcollectorum.*

9 *Dummodo non doceatur, quòd sint in eadem specie, & num. 10.*

15 *Cessante unicitate in Subcollectore, deputato a Nuntio Apostolico, ob concursum cum altero deputato a Capitulo, cessat etiam reservatio.*

16 *Ita pariter cessaret, si Subcollector, deputatus a Nuntio Apostolico, non esset Ecclesiastica dignitate insignitus.*

17 *Vigore prædictæ Regulæ, reservata existunt Beneficia Subcollectorum, quæ durante eorum officio obtinebant, & a quibus, seu ad quæ Jus eis competebat.*

18 *Episcopus potestativam Jurisdictionem habet etiam in Parochos existentes, sive effectos Subcollectores, & n. 21.*

19 *Subcollectores, inter cætera privilegia Apostolica, quibus gaudent, plenariè exempti sunt a potestate Ordinarii.*

20 *A quo Pontifice primùm concessa fuerit Subcollectoribus ejusmodi exemptio.*

22 *Regulares, non obstante amplissima eorum exemptione a potestate Ordinarii, in spectantibus ad Curam Animarum, subjiciuntur, non secus ac cæteri Parochi, proprio Diœcesano.*

25 *Si post deputationem unius Subcollectoris, alter deputetur, posterior ipso facto, ad tollendam multiplicitatem, alterum detrudit.*

26 *In persona, rebus, & Beneficiis Subcollectorum, qui sunt Papæ Officiales, non decet Inferiorem, seu Ordinariorum manus apponere.*

27 *Reservatio, in memorata Regula contenta, apud plerosque censeri solet odiosa, ratione præjudicii, quod, ob multiplicationem Subcollectorum, sentiunt Ordinarii.*

28 *Ubi unus deputatur a Generali Cameræ Apostolicæ Thesaurario, alter verò a Nuncio S. Sedis; tunc duplicitas non impedit reservationem vigore d. Reg. V, & affertur ratio.*

29 *A Dominio, & jurisdictione temporali non valet illatio ad Dominium, & Jurisdictionem Spiritualem.*

30 *Adducitur præjudicium, quod Papæ inferretur, admissa, in casu de quo agitur, duplicitate.*

31 *Deputatio Subcollectoris, in verbis non tam ampla, quantum aliàs requiritur, quando dicatur in actu, & in effectu unica.*

AD evitandas Subcollectorum Apostolicorum vexationes, occasione Spoliorum, in pluribus Diœcesibus concordatum fuit cum R. C. Apostolica, de solvenda eidem certâ taxâ, exigendâ per Capitula Cathedralium a Beneficiatis Diœcesis, prout etiam hæc praxis viget in Diœcesi Pistoriensi, in qua Capitulum Cathedralis per Canonicum, quolibet anno deputatum, hujusmodi exactionem facit. Unde dubitari contingit, an per hujusmodi munus Subcollectoris intret reservatio, ex regula V Cancellariæ de reservatione Beneficiorum hujusmodi Subcollectorum; & quæstio sanè non est adeò plana, ut declaratione non indigeat. Proinde primò est præmittendum, quòd
per exercitium officii Subcollectoris, de- 1
putati a Capitulo, subrogato in locum Cameræ Apostolicæ, regulariter inducitur Beneficiorum reservatio, ex antedicta regula V, ut resolvit *Rot. dec. 155, num. 12, & seqq. par. 11, rec.* Etenim deputatio facta per Capitulum procedit ex speciali facultate, & concessione Came-
ræ Apostolicæ, cujus nomine fit exactio, 2
ipsique fit solutio; quo stante ita deputatus non potest dici nudus minister ad exigendum, sed verus Collector, ut respondit *Rot. dec. 715, num. 7, par. 1; & dec. 155, num. 4, & 7, p. 11; & dec. 100, num. 4; & dec. 111, num. 12, cum seqq. cor. Dunozet. Jun. & cor. Duran. dec. 233, num. 19.* Oportet tamen, quòd ad effe-
ctum prædictæ reservationis dictus Col- 3
lector sit unicus & generalis cum jurisdictione in tota Civitate & Diœcesi, *Rot. apud Novar. in summ. Bullar. dec. 46, n. 3, & seqq.* Quæ unicitas sufficit ad effe-
ctum dictæ reservationis, etiamsi verifi- 4
cetur, aliquem fuisse Subcollectorem unico momento temporis; *Ros. de execut. Lit. Apost. in Addit. ad cap. 7, num. 103. De Luc. de Benefic. disc. 10, num. 15, cor. Cerr. dec. 884, num. 7; & dec. 51, num. 6, &
seqq. par. 15,* & in terminis Subcollecto- 5
ris deputati a Capitulo, subrogato in locum Cameræ, *d. dec. 155, num. 12, &
seqq. part. 11,* & respectu generalitatis 6
satis est, quòd Subcollector sit deputatus ad omnia spolia Civitatis & Diœcesis; *Rot. d. dec. 884, num. 5, & 6, cor. Cerr. & dec.*

& dec. 46, num. 16; & dec. 48, num. 19; & dec. 50, num. 11, cum seqq. apud Novar. in Sum. Bullar. absque eo quòd generalitas remaneat resoluta vigore specialis exceptionis, sive limitationis, circa
7 Spolia adversùs illicitos negociatores, ut
in puncto respondit *Rot. dec. 715, sub num. 7, versic. nec ex eo quòd in concordiâ initâ cum Camera sint exceptuata spolia, part. 1 rec.* sive vigore deputationis
aliorum Subcollectorum; tum quia depu-
8 tatio particularium Subcollectorum ad
certa, & particularia, sive specialia Spolia non tollit unicitatem generalis Subcollectoriæ, ut præcisè respondit *d. dec. 884, num. 6, cor. Cerr.* Tum quia Subcollectorum unicitas, sive generalitas non excluditur, ex quo adsint alii Subcolle-
9 ctores, dum non ostenditur, quòd sint in
eadem specie, ut ait *Rot. apud Novar. in sum. Bullar. dec. 49, num. 26, & dec. 111, num. 11, cor. Dunozet. Jun.* Ubi quòd
unicitas potest concurrere in pluribus, ob
10 negociorum diversitatem, Ideoque in iis
casibus duplicitas non tollit reservationem dictæ regulæ; *Gonzal. ad reg. 8 Cancell. gloss. 43, num. 197, & gloss. 51, num. 76. Rot. dec. 262, num. 4, part. 8, & dec. 51, num. 6, part. 15 rec.*

Hæc autem, quæ diximus, quòd Beneficia hujusmodi Subcollectorum a Capitulis deputatorum, reservata existant per d. reg. V Cancellariæ, quamvis validis sint innixa fundamentis, tamen negativa sententia non caret æquali, ac forsan majori ratione, saltem cum declarationibus infra dicendis. Etenim postquam *Rot. cor. Coccin. dec. 988, repetita in rec. dec. 715, p. 1,* censuerat, Beneficia hujusmodi Subcollectorum, a Capitulis deputatorum,
11 esse reservata, propter d. reg. V Can-
cellariæ, recessit a decisis, *cor. eodem dec. 1009, 1055, & 1132,* & postea *cor. Rembold. dec. 293, & dec. 336, & cor. Dunozet. dec. 5,* sub motivo, quòd hujusmodi Subcollector deputatus a Capitulo non fuerit unicus, cùm alius deputatus reperiretur Subcollector a Nuntio Apostolico, pro exigendis spoliis, ad Cameram Apostolicam spectantibus. Quapropter quam-
12 vis in Subcollectore, deputato a Capitu-
lo, subrogato in locum Cameræ Apostolicæ, verificetur, juxta præmissa, qualitas requisita per d. reg. V si polleat auctoritate, & jurisdictione generali ad exigenda omnia spolia Clericorum Civita-
13 tis & Diæcesis, ut declarando dictas de-
cisiones *cor. Coccin. & cor. Rembold.* advertit *Rot. d. dec. 233, num. 19, cor. Dunozet. & dec. 111, num. 12, cum seqq. cor. Dunozet. Jun.* Tamen, si deficiant dictæ conditiones, vel si adsit alter Subcollector deputatus a Nuntio Apostolico cum generali deputatione, prout sequitur in hac Diæcesi Pistorien. ubi adest Subcolle-
ctor, deputatus a Nuntio Apostolico Flo- 14
rentiæ, cum generali deputatione, locum habere non potest quoad Canonicos, qui annis singulis deputantur a Capitulo ad exactionem taxæ spoliorum a Clericis Civitatis, & Diæcesis, dicta regula V, excluso necessario requisito unicitatis, ex firmatis per *Rot. in dd. decis. 233, cor. Dunozet. & dec. 111, num. 12, cor. Dunoz. Jun.*

Quinimmo videtur eadem ratione dicendum, quòd neque alterius Subcollectoris, deputati a Nuntio Apostolico, cum
generali facultate, Beneficia sint reser- 15
vata ex regula prædicta, quia ob concursum eodem tempore Subcollectoris deputati a Capitulo, exclusa remanet unicitas per eamdem regulam pernecesse requisita: quod etiam faciliùs esset dicendum, si dictus Subcollector deputatus a Nuntio Apostolico esset simplex Sacer-
dos, vel Clericus nulla dignitate Eccle- 16
siastica insignitus, quia munus Subcollectoris debet Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ demandari; per *Text. in cap. Statutum de Rescript. in 6; Rot. dec. 46, num. 14, & dec. 48, num. 11, & dec. 50, num. 4, apud Novar. in sum. Bullar. & dec. 933, num. 1, cum seqq. cor. Cerr.* ubi animadverrit, quòd, etsi aliquando deputentur Collectores, qui non sint in Dignitate constituti, tamen ex hoc dici non potest, quòd eorum Beneficia cadant sub prædicta reservatione.

Subnectitur ad materiam sequens S. Rotæ Romanæ Decisio.

R. P. D.

A N S A L D O.

Brictinorien. Parochialis.

Veneris, 25 Novembris 1712.

UTrùm in casu Regulæ, vel potiùs unius ex limitationibus, quas adnotavit *Mandos. in suis commentar. ad Regul. 4 Cancell. quæst. 3,* propriùs versaremur, acriter disceptari contigit in præsenti Causa inter Petrum Paulum, & Josephum Antonium; primo exhibente provisionem controversæ Parochialis Ecclesiæ *Arcis S. Casciani*, obtentam a suo Ordinario; & altero Apostolicam Collationem, & coram *R. P. D. meo Falconerio sub die 14 Martii* 1712, triumphavit postremus, respondente *Rota, Literas Apostolicas esse exequendas*; & id ipsum in ulteriori prosequutione *coram Me* hac die *Tribunal* sancivit, utpotè rescribens rursùs, ac firmiùs pro legitima decretæ executionis executione.

Regula, de qua erat sermo, constituebatur ab ipsa Regula priùs in ordine *la 4,* & hodie 5, Apostolicæ Cancellariæ, per quam non solùm reservata remanse-

runt cuncta Beneficia generalium Colle-
ctorum fructuum, & proventuum ipsius
Cameræ Apostolicæ, sed etiam subalter-
nantium Subcollectorum. Nulla etenim
quæstio effectivè insurgebat ex facto; cer-
tum quippè apparebat, quòd Dominicus
ultimo loco Parochus defunctus, & de
cujus vacante Beneficio agebatur, fuisset
creatus Subcollector ab Apostolico Nun-
cio apud Serenissimum Magnum Etruriæ
Ducem residente, usque sub die 29 *No-
vembris 1686*, quodque in hujusmodi Of-
ficio perseverasset usque ad Annum 1691,
ideoque cùm tempore intermedio idem
Dominicus fuerit Parochus constitutus,
& consecutiva munia, juraque Parochia-
lia exercuerit, de plano sequebatur, quòd
17 videretur esse locus *Regulæ quintæ* prædi-
ctæ, quæ etiam in litera id exprimebat
ob ea verba -- *illa videlicet Beneficia dum-
taxat, quæ durante eorum Officio obtine-
bant, & a quibus, seu ad quæ Jus eis com-
petebat*, prout quoque citra contradicto-
rem connotarunt *Æneas Falcon. de re-
ser. quæst. 4, princip. effect. 22, in princ.
Bellencin. tract. de charit. subsid. quæst.
119, num. 2. Mandos. super eadem Regul.
4, in princ. Gonzal. ad Regul. 8 Cancell.
glos. 51, num. 67. Garz. de Benefic. par.
5, cap. 1, num. 352. Card. de Luca de
Benefic. disc. 9, num. 4. Rot. decis. 259,
num. 4, par. 9 rec. & decis. 249, num. 3,
par. 18*; & in terminis alterius deputa-
tionis factæ a Nuncio Florentino *in Bur-
gi S. Sepulchri Beneficii*, 12 *Junii* 1702,
§ *Reservatio, coram Reverendissimo D. meo
Molines Decano*, confirmata 27 *Junii* 1703,
coram eodem.

Quin ullo modo excipi mererentur ab
eadem *Regula* Beneficia Parochialia sub
prætextu obsistentiæ Decretorum Sacra-
rum Congregationum Concilii, & Eccle-
18 siasticæ Immunitatis, quæ reintegrare
videntur Ordinarium in sua potestativa
Jurisdictione super Parochis, etiam exi-
stentibus, sive effectis Subcollectoribus,
ut penès *Monacell. in Formul. Eccles. par.
10, in Append. pag. 361, num. 28*. Quo-
niam memorata Decreta nihil statuebant
contra, vel in ordine ad præmissam *Re-
gulam* reservatoriam, sed quia inter cæ-
tera Privilegia, quæ Summi Pontifices
dispensarunt hujusmodi Subcollectoribus,
ut par est, pro indigentiis, sive exigen-
tiis Cameræ Apostolicæ impigrè laboran-
tibus, specialiter indulserint plenariam
19 ipsorum Subcollectorum exemptionem a
potestate Ordinarii, ut habetur ex *Re-
buff.* qui in ejus Commentariis ad prædi-
ctam *Regul.* antiquitùs *quartam* Cancel-
lariæ, *in prax. Benefic. fol.* 443, tenendum
est (inquit, atque testatur) ejusmodi
exemptionem exordium usque sumpsisse
20 a *Constitutione Joannis XXII*, exarata
Avenione, postmodum confirmata per
Clementem VI, quòdque ipse viderit Di-
ploma concessionis; quamobrem de hoc
ampliùs non dubitarunt *Zerol. in praxi
Episc. par. 2, § Exemptio, vers. 5. Novar.
in summa Bullar. Comment. 122, num. 2,
part. 2. Mandos. ad Regul. 4, quæst. 8,
sub num. 3*, cum aliis *in dicta Burgi S.
Sepulchri Beneficii*, 12 *Junii* 1702, § *Cer-
tius*.

Hinc jure meritò prælaudatæ Sacræ
Congregationes declararunt, seu decre-
vere, quod si Subcollectores Cameræ Apo-
stolicæ non existant simplices Beneficia-
ti, seu Clerici, aut Sacerdotes, verùm
sint Parochi effectivi, ex quo Animarum 21
Cura immediatè pertinet ad Episcopos,
idcircò in concernentibus ejusdem Curæ,
& Sacramentorum administrationem, ti-
tulus, & exemptio illis minimè suffrage-
tur, quin ratione præfatæ Curæ directè
subjaceant correctioni, & omnimodæ po-
testati ipsorum Episcoporum, quorum
quodammodò speciem Vicariatus exer-
cent, sicuti animadverterunt *Cardinalis
de Luca, Miscell. Eccles. disc. 1, num. 70;
Nicol. in Floscul. verb. Subcollector, num.
2*, cum aliis plenè relatis *in secunda bre-
vi Decisione hujus Causæ 3 Junii mox cla-
psi, § Quo verò, coram R. P. D. meo Fal-
conerio*.

Idque videmur in longè fortioribus
terminis Regularium, antiquiori, & for-
san generaliori, atque fortiori exemptio-
ne suffultis, quòd adhuc, ea non obstan-
te, in spectantibus ad prædictam Anima- 22
rum Curam subiiciuntur uti cæteri indis-
ferenter Parochi proprio Diœcesano,
*Card. de Luca de Regul. disc. 15, num.
4, & disc. 32, num. 2, & de Jurisd. disc.
4, num. 4, vers. Circa verò, & de Paroch.
disc. 13, num. 4. Spada consil. 57, num. 6,
lib. 1; Pignatell. tom. 3, consult. 58, n.
5; Rot. dec. 391, num. 4, & 5, par. 13,
dec. 20, num. 7, par. 18 recent. & in Fir-
mana Jurisdictionis super reservatis*, 15
Aprilis 1701, § *Idque, coram Reverendiss.
D. Molines Decano*.

Hæc circa Regulam in se; sed ab ea,
illiusque visceribus literaliter quoque
pariformiter insurgebat castigatio, ac li-
mitatio, nimirum quòd isti Subcollecto-
res subeuntes reservationem *Regulæ* 5,
seu sub illa cadentes, debeant esse *unici*
in quacumque Civitate, vel Diœcesi, ut
ibi -- *& unicorum in quacumque Civitate,
vel Diœcesi, qui suo tempore Officium exer-
cuerint, Subcollectorum*; quare cùm sub
eisdem annis fuisset a Reverendissimo
Thesaurario expressè quoque deputatus
in Subcollectorem hujuscemet Civitatis,
& Diœcesis Archidiaconus Tamberlichius,
quin etiam hæc eadem illius deputatio
per triduum prævenisset factam in Perso-
nam Dominici prædefuncti, & ulterius
postmodum perdurasset usque ad annum
1694,

1694. deficere palam videbatur prædi-
23 ctum essentiale requisitum *unicitatis*, sine qua ampliùs locum sibi non vindicat præfata *Regula quinta*, ad passim affirmata per *Mandos. ad d. Regul. quæst.* 1, *num.* 1, & 2; *Gonzal. ad Regul.* 8 *Cancell. gloss.* 51, *num.* 73; *Garz. de Benefic. par.* 5, *cap.* 1, *num.* 357; *Barbos. de potest. Episcops, allegat.* 57, *num.* 117, *par.* 3; *Modern. Clericat. de Benefit. discord.* 38, *num.* 14; *Rot. coram Cavalcr. dec.* 16, *num.* 1, cum pluribus aliis allegatis *in Zamoren. Canonicatus, impress. post Novarium in summ. Bullar. dec.* 46, *num.* 15, & *dec.* 47, *num.* 12. Adeout, ad differentiam generalium Collectorum, utrique in Subcollectoribus non
24 tantùm requiratur hujusmodi unicitas Officii, sed quòd existat eadem unicitas illis attributa per totam Diœcesim, cum plenatia, omnimoda, & universali Jurisdictione, quemadmodum prosequuntur *idem Gonzal. ad Regul.* 8, *gloss.* 51, *num.* 73; *Garz. de Benefic. par.* 5, *cap.* 1, § 6, *num.* 375; *Barbos. de potestat. Episcopi par.* 3, *allegat.* 57, *num.* 119; *Card. de Luca de Benefic. disc.* 8, *num.* 6; *Rot. in Zamoren. Canonicatus, impressa post Novar. in summ. Bullar. dec.* 46, *num.* 11, cum aliis in *cit. Burgi S. Sepulchri*, 27 *Junii* 1703, § *Et quamvis, coram Reverendiss. D. meo Decano*. Quòdque è converso si eodem
25 tempore alter deputetur, pro hac multiplicitate tollenda, ipso facto unus, nempè posterior, alterum detrudat, testis est *Bellencin. de Charit. subsid. quæst.* 109, *in princ. Mandos. ad d. Regul.* 4, *q.* 10, *num.* 2; *Verall. dec.* 138, *num.* 1, *par.* 2, & *dec.* 385, *num.* 6, *par.* 5, & *dec.* 249, *num.* 15, *par.* 18 *recent.* cum aliis *in dicta Burgi S. Sepulchri Beneficii*, 12 *Junii* 1702, § *Prout etiam*.

Addito, quòd licèt hujuscemodi reservatio Beneficiorum, quæ obtineantur ab actu existentibus Subcollectoribus, admodum videatur esse rationabilis, ex quo hujusmodi Subcollectores statim efficiuntur Papæ Officiales, & illius Ministerio, & servitio incontinenti remanent adscripti,
26 proindeque non deceat, quòd Inferior, sive Ordinarius manus apponat in eorum Persona, rebus, & Beneficiis, ut rectè observavit *Bellencin. dicto tract. de Charit. subsid. quæst.* 94, *in princ. Mandos. ad dictam Regul.* 4, *quæst.* 8, *sub num.* 3, *post medium*; *Lotter. de re benef. lib.* 2, *quæst.* 32, *num.* 164; *Gonzal. ad Regul.* 8 *Cancell. Gloss.* 51, *sub. num.* 1; *Barbos. in collect. ad Concil. Trid. sess.* 24, *cap.* 11, *num.* 6, *de reformat. Rot. in recent. decis.* 265, *num.* 2, *par.* 2 *recent.* & *in supedicta Burgi S. Sepulchri*, 12 *Junii* 1702, § *Certiùs*, *cor. Reverend. D. meo Decano*.

Nihilominus ex altera non minùs æquipollenti ratione [& si oriente ab æquitate, & moderatione Summorum Pontificum] neque etiam congruit, quòd per multiplicationem horum Subcollectorum Ordinarii sentiant præjudicium tot reservationum, ac impendiantur conferre paulatim cuncta Beneficia propriæ Diœ- 27
cesis, quod inter fructus illorum residentiæ apprimè numeratur, & adscribitur, & proinde apud plerosque eadem reservatio interclusa *in Regula* v, censeri solet odiosa, ex traditis per *Rebuff. in prax. Benefic. in not. ad dictam Regul.* 4, *vers. notandum*, *Cochier. de Jurisd. in exempt. par.* 1, *quæst.* 4, *num.* 6; *Mandos. ad dictam Regul.* 4, *q.* 9, & *num.* 3, & 4; *Marant. respons.* 44, *num.* 9, *par.* 2.

In hoc igitur conflictu regulæ, & limitationis utrinque pugnantium, & in facto justificatarum, ac magis in abstracto indubitabilium prævaluit apud Dominos accurata, æquitativa, & juridica ponderatio, quòd tunc unicitati adversetur duplicitas Subcollectorum, quando hæc proveniat ab eodem fonte, & ad eumdem effectum; sed si eorum alter extiterit Deputatus ratione propriæ pote- 28
statis (prout hic) a generali Cameræ Apostolicæ Thesaurario, alter verò a Nuncio S. Sedis, tunc eadem duplicitas minimè faciat, quominùs satis superque remaneat subjectus prædictæ *Regulæ quintæ*, ut loquendo etiam in casu similium deputationum practicatarum in una eademque Civitate, atque Diœcesi uno ore affirmarunt *Card. de Luca de Benef. disc.* 10, *num.* 6; *Rosa de execut. lit. Apostol. par.* 1, *cap.* 7, *num.* 73; *Rot. coram Dunoz. Jun. decis.* 100, *sub num.* 6, & *dec.* 111, *num.* 11, & *dec.* 876, *num.* 8, & *coram Emerix Jun. decis.* 1020, *num.* 9, & *in recent. decis.* 255, *num.* 6, *par.* 5, *tom.* 1; & firmavit *altera Decisio in hac causa die* 14 *Martii labentis Anni*, § *Quandoquidem*.

Quantumvis enim litera præfatæ *Regulæ quintæ* videatur, ut supra, desiderare hanc unicitatem *in quacumque Civitate, vel Diœcesi*, atque ideò ratio, propter quam uno, eodemque tempore aderant in hac Diœcesi duo Subcollectores, motivum, congruentiam, aut necessitatem desumeret a Dominiorum, & Principum separata Ditione, nempè S. Sedis, & Magni Ducis, & propterea adhuc ea non tolleret, quòd nun esset violata singularitas loquendi, adhibita per eamdem *Regulam*, dum, non ex eo, quòd Diœcesis, seu Territorium Spirituale hujus, vel alterius Episcopi amplectitur loca sita in diverso, ac etiam independenti Dominio temporali, scinditur ipsa Diœcesis, & de una fiunt duæ; cùm a Domi- 29
nio, & Jurisdictione temporali minimè valeat illatio ad Dominium, & Jurisdictionem Spiritualem, juxta ponderata in his terminis per *Textum in cap.* 1, juncta *Gloss.*

Gloss. in verb. locis, de Relig. Domib. Gloss. in Clement. ne Romani, § Sane, in verb. Diœcesis, de elect. Card. de Luc. de Jurisd. disc. 1, num. 16, & 17, in fin. cum cæteris plena manu adductis in illa *Fulden. seu Nullius Jurisdictionis, 1 Junii 1708, § 88, & in Nullius, seu Caputaquen. Jurisd. 14 Decembris 1711, § Cæterùm, coram Me.*

Siquidem facilè obviam ivit huic animadversioni altera in his terminis consideratio, deprompta ex eisdem præcordils allatæ superiùs congruentiæ, per quam Summi Pontifices præscripserunt in *Regula* hanc unicitatem, nempe ut minus præjudicium inferretur Ordinariis, sed & hic idem discursus oculariter retorquebatur; nè enim unquam præsumi possit,
30 quòd Papa cum Episcopis judicetur ad imparia, ideo debeant etiam iidem Episcopi tolerare, quòd in his circumstantiis non tàm passim contingibilibus, nempè concessionis ejusdem S. Sedis, quòd ad instantiam Principum pro eorum territoriis alii Subcollectores, & Ministri deputentur, ipse Papa, ipsa S. Sedes haud deperdat totum suum Jus, totamque *Regulam in sui* detrimentum destruat, & infirmet, retento quippe sensu contrario, & dato, quod duo quodammodò necessariò destinentur in his casibus Subcollectores, ecce quòd nunquam in hisce Diœcesibus, per existentiam horum duorum, Summus Pontifex conferre posset illorum Beneficia, ut affirmaverant, & rectè, superiùs allegati *in § Hæc circa regulam,* quibus addi possunt *Bellencin. dicto tract. de Charitat. subsid. quæst.* 118; *Ventrigl. in prax. rer. notab. Eccles. tit. de reservat. Benefic. annot.* 2, § 2, *num.* 52; *Maranta dicto responso* 44, *num.* 8, *par.* 2; *Rot. coram Royas decis.* 347, *num.* 8.

Quamobrem ex opposito, quia, ut tritum est, ratio est anima legis, & si regulariter ille unicus Subcollector, *Regulæ quintæ* obnoxius, debeat plenariam, universalem, ac omnimodam habere Jurisdictionem in tota Diœcesi; nihilominus quoties tractatum fuit de unico, & in rei veritate deputato Subcollectore cum non tam ampla apparentia, & plenitudine Jurisdictionis, attamen nisi eodem tempore adfuerit alter Subcollector, quia tunc præservantur Jura Ordinariorum, & præservatur Jus S. Sedis, solidè, & geminatè resolutum fuit, quòd
31 sufficiat deputario, minùs quidem effrænata in verbis, & in Diplomate, sed in actu, & in effectu unica, ut lato calamo in sæpè allegata *Burgi S. Sepulchri Beneficii, 12 Junii 1702, § Certiùs, & 17 ejusdem mensis 1703, § Et hic, coram Reverendiss. D. meo Molines Decano.*

Atque ex his adhæsivè etiam de cætero ad ea, quæ luculentiùs ostensa fuerunt in præcedenti Istantia *coram R. P. D. meo Falconerio*, ut præmisi, *sub diebus 14 Martii, & 3 Junii 1712*, in hodierna quoque Audientia *coram Me*, Domini, Josepho tantùm informante, responderunt.

ADDITIO XI.

De Adjunctorum jurisdictione in casu quo Capitulum deliquerit contra Episcopum.

ARGUMENTUM.

Quando Episcopus procedere teneatur, vel non, cum Adjunctis a Capitulo, hujusmodi privilegium habente, electis. Et an Adjunctos adhibere debeat Superior, ad quem in suis casibus devolvatur causæ cognitio; & qui sint.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus, seu Archiepiscopus omnimodam Jurisdictionem habet contra quoscumque sibi subjectos, etiam contra Capitula Cathedralium, tam de Jure antiquo, quàm de Jure novo, & num. 2, & 3.*

Attento Jure novo habent Capitula hoc privilegium, quòd contra Capitulares procedatur, cum duobus Adjunctis, a Capitulo, & ex eodem Capitulo eligendis, eodem num. 2.

4 *Privilegium Adjunctorum quibus Capitulis concedatur.*

5 *In quibus casibus Episcopus, seu Archiepiscopus procedere valeat absque Adjunctis, & quare, & n. 6, 7, 8, & 9.*

10 *Si Episcopus, vel Archiepiscopus procedere nolit, vel non possit contra Capitulum, vel Canonicos, privilegio Adjunctorum gaudentes, jurisdictio devolvitur ad Superiorem, & n. 11.*

12 *Et devolutio est libera, nec alligata cum Adjunctis, & num. 13.*

14 *Hujusmodi privilegium Adjunctorum locum habet in causis, seu delictis singulorum Capitularium, ad quorum cognitionem proceditur ex officio, vel ad petitionem partis; non autem in causis, vel delictis commissis contra Episcopum, vel Archiepiscopum, & de ratione, & n. 17, 20, 25, & 26.*

15 *Capitulum, seu quilibet alia Universitas, tripliciter delinquere dicitur, nempe committendo, ratum habendo, & omittendo; & omnes hi tres modi explicantur, & num. 16.*

18 *In discordia inter Episcopum, seu Archiepiscopum & Adjunctos, eligi debet tertius de Capitulo.*

21 *Felin. in cap.* Irrefragabili de ff. ordin. *declaratur.*

22 *Resolutiones pariter Sac. Congrega-*

tionis Concilii in hoc proposito declarantur, & num. 23, & 24.

Episcopus, sive Archiepiscopus habet omnimodam, & liberam Jurisdictio- 1 nem in Jure communi fundatam contra quoscumque, etiam Capitula Cathedralium, *per Text. in cap. perniciosam 1, & c. irrefragabili 13, ubi glos. verbo Capitulum, de offic. Jud. Ordinar. cap. cùm Episcopus, eodem tit. in 6, cap. cum personæ, de privileg. in 6*; & ubique communiter scribentes.

Præfatam Jurisdictionem contra Capitula Cathedralium, per privilegia exemptionum, consuetudines, concordias, & 2 similia, ablatam, plenariè restituerat *Sacrum Concilium Tridentinum, sess. 6, cap. 4*, & denuo confirmavit *sess. 25, cap. 6*, additis solummodò, favore Capitularium, duobus Adjunctis a Capitulo, & ex eodem Capitulo eligendis, de quorum consilio, & assensu contra eos procedere teneatur.

Utriusque Decreti dispositio Episcoporum Jurisdictionem confirmat, & in hoc 3 invicem famulantur & conveniunt, ut observat *Rota, dec. 743, par. 1, & dec. 328, par. 2, divers. Jacob. Pignattell. consult. Canon. 162, num. 2, tom. 4*. Concessio verò Adjunctorum Capitulis facta *in cap. 6, sess. 25*, non emanavit in gratiam Capitulorum, vel Capitularium omnium Cathedralium universaliter, ut aliquid 4 omnibus de novo concederetur, sed solummodò ad favorem Capitulorum, aliqua libertate, seu exemptione a Jurisdictione Ordinarii gaudentium, ne ea totaliter privarentur, & omnimodæ voluntati, & discretioni Episcoporum, cum quo sæpe lites, & controversias habent, ad quem effectum exemptiones paraverant, Capitulares submitterentur, ut pluries per hanc Sac. Congregationem decisum fuit, & dicunt *Lotther. de re benef. lib. 1, quæst. 25, num. 62; Grattian. discept. 892, num. 26; Barbos. de Canon. & Dignit. cap. 28, num. 2, & 3; & in Collect. ad dictum cap. 6, sess. 25, num. 3, & 4; Saravia de adjunct. quæst. 12, num. 17; Card. de Luca, de Canonic. & Capitul. disc. 23, num. 8, tom. 12*, & pleniùs *in Miscellan. Ecclesiast. disc. 24, num. 3, cum duobus seqq. tom. 14; Rota dec. 142, par. 1, dec. 328, par. 2, divers. Seraphin. dec. 493, num. 1, & dec. 497, num. 2.*

Talis autem Adjunctorum Jurisdictio eisdem non ita tribuitur, ut pernecesse cum ordinaria Episcoporum Jurisdictione semper concurrant, ac sint Conjudices, ita ut sine ipsis nunquam procedi valeat; sed dumtaxat admittuntur quando Episcopus, sive Archiepiscopus ipse contra suos Capitulares procedit, & quando Jus 5 commune non resistit; ac proinde Episcopus, sive Archiepiscopus sine Adjunctis procedit contra Canonicum alterius Diœcesis, qui in sua Diœcesi delictum commisit, ut plenè probat *Saravia de Adjunct. quæst. 22, per tot.* Procedit sine eis contra suos Canonicos, si in princi- 6 pio anni Capitulum Adjunctos non elegit, *Saravia dicto tract. quæst. 10, per tot. Barbos. de Canonic. cap. 28, num. 4, & in collect. ad d. cap. 6, num. 5.* Sicut sine Adjunctis procedit, quando totum Capitulum deliquit; *Rota cor. Seraphin.* 7 *decis. 1050, per tot. d. Saravia quæst. 6, per tot. Barbos. de Canonic. cap. 28, n. 23, & in Collect. ad cap. 6, num. 21*, & in aliis pluribus casibus; & horum 8 omnium unica ratio est ejus ordinaria Jurisdictio in Jure communi fundata. Ratio autem, quare cesset Jurisdictio Adjunctorum, quando delinquit Capitulum, ea est, ne ipsi in causa propria Capituli, præsertim gravi, & criminali evadant 9 Judices & Partes, quòd menti Patrum Concilii, & dispositioni Juris omnino repugnat, ut benè ibidem docet *Barbos. num. 22, & de Canonic. quæst. 28, num. 23; Ludovic. a Saravia de Adjunct. Jurisdict. quæst. 9, num. 4; Grattian. discept. 892, num. 4; Ricc. in prax. par. 4, resolut. 194; Fermosin. de offic. Archipresb. quæst. 24, a num. 99, Pax Jordan. var. lucubrat. tom. 2, lib. 7, tit. 1, a num. 141; Tondut. res. benefic. 61, num. 6; Seraphin. dec. 1050, num. 6*; & ita resolvisse hanc Sac. Congregationem *in celebri Abulen.* & in aliis testatur *Farinacc. in suis Collectan. ad idem cap. 6, sess. 25, de reformat. pag. 111.*

E converso, si ipsemet Episcopus, vel Archiepiscopus non procedit contra Capitulum, seu Canonicos, privilegio Adjunctorum gaudentes, vel quia nolit, 10 vel quia non possit, non devolvitur Jurisdictio, & facultas procedendi ad Adjunctos, sed ad Superiorem, qui respectu Episcopi est Archiepiscopus, & respectu Archiepiscopi est Sedes Apostolica, ut latissimè probat *dictus Saravia, quæst. 5, per tot.* & in terminis delicti commissi a Capitulo contra Archiepiscopum (qui non debet esse Judex in causa propria) 11 quòd cognitio devolvatur ad Superiorem, *Barbos. in Collect. ad dictum cap. 6, num. 22; Rota cor. Seraphin. dec. 1050, num. 6*, & clariùs *Valenzuel. cons. 184, n. 77, & 78, lib. 2*, ubi, quòd devolvitur ad Papam, ad effectum committendi, *Tondut. resol. benef. par. 1, cap. 61, n. 6, in fine.*

Hujusmodi devolutio est libera, & non alligata cum Adjunctis. Sacrum enim Concilium *in dicto cap. 6*, solùm Episcopis formam procedendi præscripsit, ut indicant illa verba — *procedit, procedere teneatur* — non autem disponit, quòd si causa devolvatur ad Archiepiscopum, sive

ve ad Papam, procedi debeat cum Ad-
junctis Capituli, seu Canonici delinquen-
tis; ideo tanquam casus omissus rema-
net sub dispositione Juris communis, a
12 quo determinandus est. In Jure autem
nullibi legitur; nec ullus Canonista di-
xit, causas Capitularium, juxta antiquos
Canones, ab Episcopo, seu Archiepisco-
po cum consilio sui Capituli judicandas,
devolvi ad Superiores, cum onere requi-
rendi consilium Capituli, & modo Conju-
dicum Adjunctorum Capitularis judican-
di; sed libera semper fuit devolutio, ut
istum casum expressè decidit *Textus in*
cap. Irrefragabili, § Cæterum, de offic. Ju-
dic. Ordinar. ubi in Concilio Generali
statuitur, quòd excessus Capituli, maxi-
mè in contemptum Episcopi, ad ipsius
querelam a Metropolitano castigetur, *&*
ibi post gloss. in verbo super hoc delegatus,
quærit Innocent. num. 5. ibi -- *Sed quare*
Episcopus non corrigit excessus Canonico-
rum suorum? respondeo, quòd sic placuit
Papa, & non sine causa, quia videretur Ju-
dex in causa propria, quamvis non sit, &
quia ardua contra Capitulum, unde non
debet eam audire nisi cum Capitulo suo;
sed cum eis audire non posset, quia idem
Juris esset, quamvis non essent Rei, & Ju-
dices, -- quem ibi sequuntur *Hostien. n.*
14; Anchcaran. n. 10; Jo. And. in gloss. mar-
ginali ad d. § Cæterum, ubi Aob. num. 3,
versus finem; Jo. ab Imola, num. 5, cæteri-
que scribentes.

Præterea, pro exclusione Adjunctorum
in causis devolutis ad Superiorem, ur-
get, quòd si Archiepiscopus, qui est prin-
cipalis, & habet ordinariam jurisdictio-
13 nem, non procedit, nec procedere po-
test, quomodo, & qua ratione Accesso-
rii, quales sunt Adjuncti, admitti de-
bent, juxta regulam *l. fin. § Cùm mihi*,
ibi -- *quia nisi a me vim accipiat obligatio*
nihil potuit valere, ff. de verb. obligat. &
in l. nam cum, ibi -- *non invenimus quis Ad-*
junctus sit, quia non est qui petere pos-
sit -- *ff. de stipulat. Servor.* quo argumen-
to, ad excludendam devolutionem in Ad-
junctos, quando Episcopus nolit, vel nun
possit procedere, eamque totaliter trans-
ferendam in superiorem, utitur *Saravia*
de Adjunct. quæst. 5, num. 11, ultra alias
rationes in eadem quæstione per ipsum
ponderatas.

Urget etiam, quòd privilegium Adjun-
ctorum a Sacro Concilio Capitulis con-
cessum, respicit solùm causas, seu de-
licta singulorum Capitularium, ad quo-
rum cognitionem Episcopus, seu Archie-
piscopus, ex officio, vel ad petitionem
14 Partis, procedit; non verò comprehen-
dit causas, & delicta commissa contra
Episcopum, vel Archiepiscopum; in qui-
bus, cùm devolvantur ad Superiorem,
non habet locum privilegium Adjuncto-
rum, ut ex *Alciato, respons. 164, num.*
21, in nostris terminis advertit *Valenzuel.*
cons. 164, num. 78, lib. 2.

Tripliciter autem delinquere dicitur
Capitulum, seu quælibet alia Universi-
tas, nimirum committendo, ratum ha- 15
bendo, & omittendo; ac proinde, quam-
vis Capitulum, sive Universitas non de-
derit expressum mandatum ad delinquen-
dum; tamen si gesta ratificavit, vel omi-
sit satisfacere, quando poterat, Superio-
ri offenso, censetur deliquisse; *Misinger.*
cent. 4, obser. 79, per tot. Bajard. ad Clar.
§ Fin. quæst. 16, a num. 11 ad 21; Cu-
ria Pisan. lib. 4, cap. 3, num. 1 ad 6;
Magon. dec. Lucen. 72, a num. 16, ad 19.
Sicuti quando Capitulum omisit impe-
dire violentias, seu alia crimina, patra-
ta a suis Capitularibus contra suum Epi-
scopum, vel Archiepiscopum, quo casu 16
arguitur mandatum a principio de eis-
dem violentiis inferendis, juxta senten-
tiam *Butr. in cap. cùm ad Sedem, de re-*
stit. spoliat. Farinacc. de inquisit. quæst.
24, num. 142, & 143; Menoch. de recu-
peran. remed. 9, num. 129, Mascard. de
probat. conclus. 1420, num. 19, & 20;
Ossasch. dec. 138, num. 3; Afflict. dec. 373,
num. 2, Magon. dec. Lucens. 72, n. 18.

Alia denique ratio, ob quam in casu,
quo deliquerit Capitulum, cesset juris-
dictio Adjunctorum, maximè quando
delictum sit patratum contra Episcopum,
seu Archiepiscopum, sed liberè devolutio
fiat ad Superiorem, absque onere proce-
dendi cum Adjunctis Capituli, est, quia sic 17
omnia delicta remanerent impunita; nam
isti Adjuncti semper in favorem Capitu-
larium judicarent, & essent de contra-
ria sententia Judicis; in quorum discor-
dia, cùm Tertius eligi debeat de Capitu- 18
lo, ut plenè firmat *Pignatell. consult. 129,*
per tot. tom. 9, referens plura decreta *Card.*
de Luca, de Canonic. disc. 23, per tot. lib.
5, dub. 23; Pac. Jordan. dicto tit. 1, n.
144; Fermosin. de Offic. Archipresbyt.
quæst. 4, num. 11; Rota cor. Eminentiss.
D. Cardinali Cerro, dec. 339, num. 5; iste
etiam Tertius, uti de Capitulo, semper ju- 20
dicabit ad favorem Capitularis; & ma-
teria Judicii semper erit inæqualis, vel
saltem semper Capitulares erunt suspe-
cti in causa Capitularis; *Altesen. in cap.*
ex parte, de offic. delegat. Vames. cons. Ca-
non. 4, num. 4, de rescript. Sarau. de Ad-
junct. quæst. 9, num. 10.

Neque contra præmissa applicabilis est
conclusio, quòd nolente, vel recusante
Episcopo, devolutio fiat ad viciniorem,
cum suo onere, videlicet, cum Adjunctis,
ex Felin. in cap. Irrefragabili, sub num. 3,
ad fin. de Offic. Ordinarii; nam ipse lo-
quitur in terminis, quando scilicet Epi- 21
scopus non vult, vel negligit, seu Par-
tibus suspectus est; tunc enim forsan pos-
set

set procedere hæc assertio. Secùs autem quando delictum est in personam Episcopi, vel delinquit Capitulum; tunc enim idem *Felinus* contrarium tenet, & causa devolvitur ad Metropolitanum; & quando agitur de Metropolitano, ad Papam, qui, ut supra diximus, non tenentur judicare cum Adjunctis, quinimo ipse *Felinus* confirmat supradicta *loc. cit.*, ibi -- *Declarat secundo loco gloss. in dicto cap. Ne pro defectu, nisi* ex delicto solius Prælati *actus devolveretur ad alium; quia, ex quo Capitulum non deliquit, debet ille subrogatus Episcopo requirere Capitulum in illo actu, sicut tenebatur Episcopus, &c. & sic habes casum, in quo succedens de jure devoluto requirit Capitulum* -- Ex quo patet, quòd *Felinus* dicit subrogatum Episcopo debere requirere Capitulum, quando devolutio ad ipsum fit, propter delictum Prælati, & Capitulum non deliquit; secus verò in casu contrario, in quo solum Capitulum deliquit, non autem Episcopus.

Prout nec obstare poterit, quòd aliàs a Sac. Congregatione Concilii fuerit declaratum, quòd in casu, in quo discordantibus duobus Adjunctis, in devolutione, quæ fit ad Episcopum viciniorem, pro electione Tertii, quando Episcopus & Capitulum non sunt concordes, talis
22 Episcopus vicinior debeat talem Tertium eligere de gremio ejusdem Capituli, ea ratione, quia non licet, ut omissis membris ejusdem Ecclesiæ, in ejus negociis, aliena adhibeantur consilia; & quia devolutio non immutat naturam electionis devolutæ, ex traditis per *Rot. cor. Cerr. dec.* 339. Ut sic ex eisdem rationibus in devolutione, quæ fit hoc casu ad Superiorem, ita iste debeat judicare cum Adjunctis quemadmodum judicare debeat Episcopus, a quo devolvitur.

Siquidem cessat dubitatio, animadvertendo, ideo eo casu Tertium Adjunctum esse eligendum de gremio ejusdem Capituli, quia causa adhuc decidenda remanet ab ipso Episcopo, ut sic cum discordantibus duobus Adjunctis Capitularibus,
23 nullum remaneat suffragium pro Capitulo, tertius addi debeat, qui causam cum Episcopo terminare possit; quod non procedit quando causa devolvitur ad Superiorem ex eo, quia vel Episcopus, vel Capitulum non debent esse Judices in causa propria, dum agitur de unius, vel alterius delicto puniendo, & sic nullum amplius possit esse judicium Episcopi; nam tunc nedum non militant rationes superius adductæ, sed imo sunt potiùs diver-
24 sæ, ut de se patet; & propterea devolutio fit ex diverso jure, quo attento nunquam transit cum prioribus qualitatibus, ut tradit *Rebuff. de congr. num.* 27; & in his terminis egregie *Pignatell. consult. Canon.* 162, *num.* 20; & 50, *lib.* 1. Et præcisè distinguendo casum a casu non obscurè tradit, si benè perpenditur, *Card. Delug. respons. moral. lib.* 5, *dub.* 23, *sub num.* 8.

Nec sine maxima ratione, quia hoc casu Capitulum judicaret contra Episcopum, exercendo in personis Adjunctorum propriam, & separatam jurisdictionem, quam non habent; & quod magis est, 25
judicarent in causa propria, & sine dubio contra Episcopum, cujus Jurisdictioni semper Capitulum solet esse contrarium, juxta notata per *Alvar. Palag. de Planct. Eccles. lib.* 2, *cap.* 26, *vers. Nono quia*; junctis traditis ad rem per *Araux dec. moral. d. tract.* 2, *quæst.* 20, *dub.* 7, *num.* 37.

Alio pariter urgente motivo, quia eo casu Capitulum, ut diximus, privatur beneficio Adjunctorum; ideoque quando totum Capitulum delinquit, nullus remanet, qui in Judicem valeat eligi; si- 26
quidem manus Judicis, & Rei in eandem personam, respectu ejusdem, nequeunt coincidere; coincidere autem opus esset, si toto Capitulo peccante, aliquis ex Capitulo ad judicandum eligeretur, ut disertè probat *Araux, d. Tract.* 2, *quæst.* 20, *dub.* 1, *sub num.* 6. Sicque multò minus admitti potest, quòd Capitulum Judicis partes explere possit, quando Episcopus judicando est exclusus, ea ratione, quia sicut iniquum esset, peccante Capitulo contra Episcopum, eundem in illud animadvertendi retinetet facultatem; ita iniquum esset Capitulum debere animadvertere contra Episcopum, in quem deliquit, juxta ea, quæ benè prosequitur idem *Araux*, ubi *supra sub eod. num.* 6, *versic. Circa quam animadverte*.

ADDITIO XII.

De electione Abbatissæ Perpetuæ.

ARGUMENTUM.

An in electione Abbatissæ perpetuæ, servanda sit forma *Textus in cap. Quia propter, de elect.* Agitur etiam de electione primarum Dignitatum Ordinum Regularium, aliisque materiam electionis concernentibus.

SUMMARIUM.

1 *In electione Abbatissæ temporalis, quæ non habet Jurisdictionem in Ecclesia, servanda non est solemnitas, inducta in* cap. Quia propter, de elect.

2 *Sed satis est, quòd eligatur a majori parte Capituli, etiamsi vota data fuerint a singulis extra Capitulum.*

3 Secus verò quoad electionem Abbatissæ perpetuæ, habentis clavem Ordinis, & Jurisdictionis in Ecclesia & Personis, prout in Germania.
4 Quod fortius procedit, ubi concurrit antiqua consuetudo.
5 Electores quando censeantur se voluisse coarctare ad servandam dispositionem d. cap. quia propter, ita ut ob defectum formæ, ibidem præscriptæ, electio sit nulla.
6 Ad vitandam nullitatem electionis, ob non servatam formam d. Textus, non possunt Electores allegare errorem Juris.
7 Sed hoc casu intrat devolutio ad habentem facultatem confirmandi.
8 Eodem modo, quo in Beneficiis Juripatronatus devolvitur collatio ad Ordinarium, seu ad alium inferiorem, ad quem spectaret institutio.
9 Si nullitas electionis sequatur absque culpa & dolo eligentium, fit locus novæ electioni, sive scrutinio.
10 Hoc tamen procedit, quando jam non præcessit sententia privationis, vel lapsum non fuit tempus ad eligendum.
11 Declarata nullitate a Jure, vel ab Homine, res non est amplius integra.
12 Etiamsi sententia prolata fuerit, adhuc pendente termino ad eligendum.
13 Et tunc licitum est Ordinario procedere ad collationem.
14 Electio Abbatissæ, quæ habet clavem Ordinis & Jurisdictionis, habet hoc peculiare, ut ad ejus validitatem non sufficiat major pars votorum, sed requirantur duæ ex tribus partibus.
15 Et hæc opinio videtur verior.
16 Ad validitatem hujusmodi electionis, requiritur, ut præcesserit convocatio Canonissarum, de mandato Superiorissæ.
17 Ubi convocatio Capituli fit per alium, quàm per eum, ad quem spectat illud convocare, resolutiones non sustinentur, & de ratione, & num. 18.
19 Nulla pariter est electio, si admissus fuerit ad votandum aliquis inhabilis.
20 In electionibus primarum Dignitatum Ordinum Regularium, necessarium est juramentum omnium vocalium, & quomodo præstari debeat.
21 Alias omissio dicti juramenti nullam reddit electionem.
22 An simile juramentum præstari debeat in electionibus, quæ fiunt a Capitulis Monialium, sive Canonissarum, de Abbatissis, sive Decanissis perpetuis.
23 In istis electionibus illud certum est, quòd, sub pœna nullitatis, servandæ sunt Constitutiones Capituli.
24 Etiamsi dictæ Constitutiones non irritent actum, & affertur ratio.
25 Præcipuè quando electio esset facta contra formam Constitutionum Clem. VIII, & Urb. VIII.
26 Verbum inviolabiliter de sui natura infirmat actum, aliter expletum.
27 Quando particulares Constitutiones Religionis, sive Capituli requirunt in eligendis certas qualitates, electio facta de aliquo non habente tales qualitates non subsistit.
28 Et est revocanda, & annullanda.
29 Maximè quando Constitutio concepta est per verba universaliter negativa, & cujus naturæ ea sint, & num. 30, & 31.
32 In casu, quo deveniendum sit ad novam electionem, quia electio jam facta declarata fuerit nulla, & locus non esset devolutioni, qui ad novam Capituli celebrationem, & electionem admitti debeant.
33 Quando locus sit sanationi electionis nulliter factæ.
34 Exceptio illegalitatis Jurium, seu documentorum quando rejicienda veniat.
35 Ultimus Status contradictus non est attendendus.
36 Ubi validitas, vel nullitas electionis pendet ab examine boni Juris in Petitorio, non admittitur ultimus Status.
37 In antiquis etiam Scripturæ informes & illegales plenam probationem constituunt.
38 Exceptio serotina præsumitur irrelevans.
39 Attestatio interesse habentis fidem non meretur.
40 Probationes æquivocæ non relevant.
41 Prælatus quando eligi valeat extra gremium Capituli.
42 Revocatio confessionis, non docto de errore, non attenditur.
43 Historicorum testimonio valde deferendum est.
44 Una eademque Scriptura diverso Jure censeri non debet; & verificata, atque observata in una parte, admittenda, & præsumenda quoque est vera in reliquis illius partibus.
45 Actus, gestus præsumitur ex titulo, de quo constat.
46 Observantia qualificat scripturam informem.
47 Consuetudine quadragenaria induci potest, quòd una Ecclesia teneatur de gremio alterius sibi Prælatum eligere.
48 Electio Prælati præsumitur effectuata, nisi in contrarium doceatur alium fuisse electum.
49 Observantia Statuum subsequentium præsumere facit effectuationem præcedentis.
50 Status subsequentes continuati centenariam declarant ex antecedentibus inductam.

51 Ef-

51 *Effectuatio Status subsequentis inducit realitatem Scripturæ, continentis Statum antecedentem, præsertim in antiquis.*

52 *Electio ipsa, & confirmatio attendi debent, non autem clandestinæ protestationes, & conventiones cum eligendis præventivè factæ.*

53 *Neque etiam hujusmodi protestationes, & declarationes nocent aliis Capitularibus, qui illas non approbarunt.*

54 *Status, seu actus, ad formam Fundationis expleti, superlativum probationis constituunt, pro firmanda boni Juris assistentia.*

QUamvis in electione Abbatissæ tem-
poralis, quæ non habet jurisdictio-
1 nem in Ecclesia, servanda non sit sole-
mnitas inducta per *Text. in cap. Quia*
propter, de elect. ad notata per *Abbat. in*
cap. ad probandum 24, num. 19, ad fin. de
sent. & re judic. Passerin. de elect. cap. 9,
num. 56; & cap. 40, num. 10; Rot. cor.
Duran. dec. 232, in fin. ita ut ad ejus
validitatem satis sit, quòd quoquo mo-
2 do appareat de consensu majoris partis
Capituli, etiamsi vota data essent a sin-
gulis extra Capitulum, *Gloss. in cap. sicut*
verb. famam, in fin. de elect. Rot. dec. 20,
num. 9, & seqq. p. 9 rec. attamen quo-
ties agitur de electione Abbatissæ perpe-
tuæ habentis clavem Ordinis, & Jurisdi-
3 tionis in Ecclesia, & personis, prout se-
quitur in Abbatissis Collegiatæ utriusque
sexus Germaniæ, servanda est forma *d.*
Textus, ut communiter ibi docent DD.
& signanter *Joannes Andreas, num. 59,*
vers. & idem intellectus; Zabarell. sub n.
3, vers. Sed etiam Abbatissa; Ancharan.
in princ. vers. octavo; diebus Abbas num.
8; Fagnan. num. 13; Rot. dec. 17, post
Tamburin. de jur. Abbat. tom. 3, & dec.
796, par. 18, tom. 2 rec. & dec. 813, n.
1, & 2, part. 19. Quod itidem proba-
tur ex litera *Text. in cap. Indemnitatibus*
43, § Sub dicta, de elect. in 6, ubi Gloss.
verb. Provinciarum, & in cap. dilecta,
verb. Canonicos 20, de majorit. & obed.

Quod sanè de plano procedit, quando
4 adest antiqua consuetudo, ut dixit *Rot.*
in d. dec. 813, part. 19 rec. vel quan-
do Electores processerunt ad electionem
5 per viam scrutinii; nam in hoc casu cen-
sentur eos se voluisse arctare ad servandam
dispositionem *d. Text.* & consequenter
si defuerint in observantia formæ per eum
præscriptæ, electio nullitatis vitio labo-
rat; quamvis ratione dignitatis, ad quam
fit electio, non esset necessarium serva-
re formam prædictam, *Rot. cor. Coccin.*
dec. 1592, num. 16, & d. dec. 813, n. 2,
par. 19 rec. quando verò Electores non
se arctaverunt ad servandam formam præ-
dictam, & alioquin hoc non erat neces-
sarium, si in aliquo defecerint, electio
non vitiatur, *Rot. dec. 363, num. 10, cum*
seqq. p. 6 rec.

In casu autem quòd non servata fuerit
forma *d. Textus*, non possunt Capitulares
allegare, ad vitandam nullitatem electio-
nis, errorem juris; quia hoc excusare po- 6
test a pœna, nunquam tamen præserva-
re electionem a nullitate, maximè pro-
pter decretum irritans appositum in *d.*
cap. quia propter, ut in terminis electio-
nis nulliter factæ a mulieribus, *Sperell.*
dec. 161, num. 25, ad num. 31; & in hoc
casu intrat devolutio ad habentem facul-
tatem confirmandi, ut est *Text. in cap.* 7
Cumana de elect. & in cap. quamquam
18, & cap. si Compromissarius 37, eod. tit.
in 6; Ancharan. in cap. auditis, num. 3,
versic. aut non erant privati, de elect. Bar-
bos. in cap. cum in cunctis, eod. tit. Lotter.
de re benefic. lib. 2, quæst. 18, num. 1,
& 2. Exemplo devolutionis in Beneficiis
jurispatronatus, in quibus ad Ordinarium 8
devolvitur collatio, si ad eum institutio
spectat; si autem ad inferiorem, ad eum-
dem, *Passerin. de elect. cap. 43, num. 49;*
Lap. allegat. 28, num. 18, in princ. & in
fin. Vivian. de Jurepatr. lib. 14, cap. 6, n.
16; Rot. dec. 816, num. 1, p. 18, tom.
2 rec.

Et quamvis posita nullitate electionis 9
absque culpa & dolo eligentium, pos-
sit esse locus novæ electioni, sive scruti-
nio, per *Text. in cap. si electio, de elect.*
in 6; Fagnan. in cap. publicato, num. 36,
de elect. Valenz. cons. 32, num. 97; Rot.
d. 210, num. 36, par. 9 rec. hoc proce-
dit quando adhuc res est integra, nem-
pe, quando non præcessit sententia pri- 10
vationis, vel non lapsum fuit tempus ad
eligendum. Cæterum prolata sententia
super nullitate, illico avulsum est ab Ele-
ctoribus etiam jus novæ electionis, juxta
censuram *d. Text. in cap. Cumana, de elect.*
Barbos. in d. cap. quia propter, num. 33;
Franc. Marc. dec. 1340, num. 1, lib. 1;
Lotter. de re benefic. lib. 3, q. 17, num.
105, & seqq. Nam declarata nullitate a
Jure, vel ab homine, desinit esse res in- 11
tegra, *Lavor. de elect. cap. 12, num. 29,*
& seq. Passerin. d. tract. cap. 31, n. 23,
& seq. etiamsi sententia prolata fuerit, 12
adhuc pendente termino ad eligendum;
Lotter. d. q. 17, n. 106, & 107, ideoque
licitum est Ordinario, ad quem facta fuit 13
devolutio, ad collationem procedere,
Lotter. ubi supr. Passerin. d. tract. cap.
31, num. 33.

Illud peculiare est in electionibus Ab-
batissæ Collegiatæ habentis clavem Or-
dinis, & jurisdictionis, quòd illius ele-
ctio fieri debet duabus ex tribus parti- 14
bus votorum; nec sufficit, quòd fiat a
majori parte Capituli, per *Text. in d.*

cap. indemnitatibus, de elect. in 6, cum
quo procellit Rot. d. dec. 17, post Tam-
bur. de Jur. Abbat. tom. 3; & quamvis
non desint contrarium sentientes, tamen
15 hæc opinio verior videtur, quia pro ea
militat etiam authoritas Sac. Congre-
gationis, teste Novar. in Lucern. Regul.
verb. electio, num. 13; Tamburin. de Jur.
Abbat. disput. 28, q. 9; Barbos. Apostolic.
decis. collect. 6, num. 19, & de Jur. Ec-
cles. cap. 45, num. 27, lib. 1, &c.

Ad hoc autem ut electio sit valida, ne-
cesse est, ut præcesserit convocatio Ca-
pituli Canonissarum, vocem habentium,
16 facta de ordine, & mandato Decanissæ,
penes quam, uti superiorem, residet fa-
cultas indicendi Capitulum; nam ubi con-
vocatio Capituli fit per alterum, quàm
per eum, ad quem spectat convocare,
17 tunc resolutiones non substinentur, juxta
communem Canonistarum sententiam in c.
1, de major. & obed. Abb. in cap. cum olim
nobis num. 9, de elect. & in cap. auditis,
sub numer. 3, eod. tit. Faguan. in capit.
Ut Abbates, num. 28, de ætat. & qualit.
Passerin. de elect. cap. 11, q. 1, num. 3;
De Luc. de Canon. & Capitul. disc. 27,
n. 7, & 8; & in terminis convocationis
Capituli Canonissarum Rot. in Leodiens.
Coadjutoriæ, 17 Maji 1680, § Nec suffra-
gari, cor. Vice-Comite; & in Gerunden. Ju-
risdictionis, super validitate resolutionum
factarum 19 Junii 1702, § Principale, cor.
Priolo. Non enim dicitur legitimè congre-
gatum Capitulum, & consequenter nul-
18 la sunt omnia, quæ in tali Conventicu-
la, seu Pseudo-Capitulo tractantur, aut
perficiuntur, quemadmodum unanimiter
comprobant Pyrin. de Regular. tom. 3,
tit. de privileg. cap. 13, num. 12; Samuel,
de Elect. disput. 2, contr. 1, sub numer.
4, vers. alias gesta Capitularia nulla sunt,
& vana; Murg. ad Constit. Apost. Constit.
6, num. 630, & seq. Card. de Luca de Ca-
non. & Cap. disc. 27, num. 7, & seq. &
pluries firmavit Rota, & signanter in
Leodien. Coadjutoriæ, 17 Maji 1680, §
Nec suffragari Vice Comite, & in Gerunden.
Jurisdictionis, super validitate resolutio-
num 19 Junii 1702, § Principale enim, cor.
R. P. D. Priolo.

Ac pariter nulla esset electio, quando
admissus esset ad votandum aliquis, qui
esset ob aliquem notorium defectum re-
19 jiciendus; cùm ex hoc resultet nullitas
Capituli, prout in puncto unius dumta-
xat inhabilis scienter ad votandum rece-
pti pro nulllitate Electionis communi cal-
culo responderunt Navar. cons. 11, num.
1, de Election. Barbos. Vot. dec. 47, num.
196, & seq. lib. 2, & de Jur. Eccles. Uni-
vers. lib. 1, cap. 19, num. 57; Suarez.,
tom. 4, de Relig. tract. 8, cap. 4, num. 9;
Lezan. Oper. moral. tom. 1, lib. 2, cap. 12,
num. 29, Lavor. de elect. tit. 4, cap. 15,
num. 45. Milaz. assert. 4, num. 8; Faguan.
in cap. Massana, sub num. 32, vers. & ra-
tionem, de Elect. Fermosin. in cap. Illa quo-
tidiana 31, in prælud. num. 2, eod. tit.
Pignattell. consultat. Canon. tom. 10, con-
sult. 38, num. 26; Cardinalis de Luca de
Regular. discurs. 53, num. 13; Sperell. dec.
161, num. 38.

Illud pariter non omittendum, quòd
in electionibus primarum Dignitatum Or-
dinum Regularium necessarium est jura-
mentum omnium vocalium, nimirùm, 20
quòd formiter Electores jurent de eli-
gendo digniores magis idoneos, prout ex
decretis generaliter editis pro Reforma-
tione omnium singulorum Ordinum Re-
gularium a Clemente VIII, in Bullar. tom.
3, Constit. 70, fol. 81, § 36, confirmata
ab Urbano VIII, d. Bullar. tom. 4, Con-
stit. 28, § 36, & 40, fol. 66, & seqq.
Omissio autem dicti juramenti reddit nul-
lam electionem, prout unanimiter asserunt 21
Megal. in Promptuar. verb. Electio, num.
37; Tamburin. de Jur. Abb. tom. 1, disput.
5, quæst. 6, num. 29; Lezzan. Oper. mo-
ral. tom. 1, par. 1, cap. 15, num. 14; Do-
nat. in prax. Regular. tom. 2, tract. 4, de
Elect. quæst. 22, per tot. & quæst. 23, n.
6, & 7; Novar. in Lucern. Regular. verb.
Electores, num. 10, Murg. ad Constit. Apo-
stol. Constit. 6, num. 701.

An autem censura dictarum Apostoli-
carum Constitutionum afficiat etiam Ele-
ctiones, quæ fiunt a Capitulis Monialium,
sive Canonissarum de Abbatissis, sive
Decanissis perpetuis, definire non au-
deo; & negativam sententiam sequerer, 22
quoties non adesset Consuetudo præstan-
di simile juramentum ab Electricibus. Il-
lud verò certum est, quòd in hujusmodi
electionibus servandæ sunt Constitutiones
Capituli; quibus non servatis, subintrat 23
nullitas Capituli, & electionis, ex cen-
sura Sac. Concilii Tridentini, sess. 25, de
Regular. cap. 7, in fine, communiter com-
probant Majol. de Irregular. lib. 4, cap.
7, num. 3, in fine, vers. in Regularibus quo-
que; Mirand. in Manual. Prælat. par. 2,
quæst. 16, art. 3, conclus. 5; Barbos. Vot.
dec. 47, num. 160, & 165; Sigismund. a
Bonon. de elect. dub. 8, num. 5, & 7; Sa-
muel, eodem tractat. disput. prima controv.
14; Tondut. resolut. Benefic. par. 3, cap.
125, num. 8, Lezan. Oper. moral. tom. 2,
tit. de Elect. inter Regular. ex num. 56,
cum plurib. seqq. & signanter num. 59,
fol. 201, ubi testatur de stylo inconcusso
Sac. Congregationis Episcoporum, & Re-
gularium cassandi electiones contra Con-
stitutiones peractas; & in idem refert du-
plicem resolutionem promulgatam sub
diebus 6, & 20 Novembris 1647; Murg.
ad Constit. Apost. Const. 6, num. 3.

Idque adeò verum, ut etiam Con-
stitutiones Ordinis, præscribentes formam
in

in Electionibus servandam, ulterius non procedant, irritando actum; adhuc ele-
24 ctio aliter facta, sit ipso jure nulla, veluti gesta contra determinationem Legis; quamvis lex infirmationem actus, aliter expleti, minimè decernat, ad clarum *Text. in l. non dubium*, § *Quòd ad omnes*, *Cod. de legibus & Constit.* ibi -- cætera-„ que quasi expressa, ex legis liceat vo-„ luntate colligere, hoc est, ut ea, quæ „ lege fieri prohibentur, si fuerint fa-„ cta, non solùm inutilia, sed pro in-„ fectis etiam habeantur, licèt Legislator „ fieri prohibuerit tantùm, nec specia-„ liter dixerit, inutile esse debere quod „ factum est -- & idipsum antea cautum fuerat *in l. Jubemus* 14, § *Sanè in fine*, *Cod. de Sacrosf. Eccles.* quarum Legum dispositio canonizzata legitur per Jus Canonicum *in Can. Imperiali*, *caus.* 25, *quæst.* 2; *& in cap.* 64, *de regul. Jur. in* 6; & his perpensis egregiè firmat *Fagnan. in cap. cum accessissent*, *num.* 14, *de Constit. Lezan. consultat.* 10, *num.* 15, *& seqq. Pignattell. Consult. Canon.* 77, *num.* 5, *tom.* 10, *& Rot. dec.* 202, *num.* 2, *cor. Carrillo*. Quod quidem de plano proderet, quan-
25 do electio esset facta contra formam dictarum Constitutionum *Clementis VIII*, *& Urbani VIII*; *in prima namque in* § 23, præcisè Statuitur, quòd in Superiorum, & Officialium omnium Electionibus forma præscripta a Sac. Conc. Trid. & Ordinis Constitutionibus inviolabiliter servetur; cum vis dicti verbi *inviolabili-*
26 *ter* adeò strictam exigat observantiam, ut de sui natura infirmet actum aliter expletum, ut benè notat idem *Lezan. Oper. moral. tom.* 1, *par.* 1, *cap.* 15, *num.* 67. Hinc proinde quando particulares Constitutiones Religionis, sive Capituli re-
27 quirunt certas qualitates in eligendis, si electio facta fuerit de aliquo non habente tales qualitates, ea non subsistit ex traditis *per Surd. consil.* 369, *num.* 39; *Rota cor. Royas*, *dec.* 470, *num.* 5; *& cor. Bich. dec.* 661, *num.* 13, *& in Recent. dec.* 379, *num.* 7, *par.* 5; *& dec.* 244, *num.* 13, *par.* 12, cum reliquis notissimis; ideoque
28 tanquam de persona vestem nuptialem non habente, & ineligibili, est revocanda, & annullanda; *Spad. consil.* 93, *num.* 10, *lib.* 3; *Donat. in prax. Regular. tract.* 1, *quæst.* 5, *num.* 3; *Passerin. de Elect. cap.* 10, *num.* 2; *Rot. dec.* 1539, *num.* 36, *cor. Coccino*. Eoque maximè quando Constitutio Ordinis, sive Capituli, prout regulariter accidit, est concepta per ver-
29 ba universaliter negativa, veluti, *nullus potest eligi*; quæ non solùm important præcisam necessitatem, auferendo pote-
30 statem aliter faciendi, ut pluribus adductis firmavit *Rota*, *dec.* 515, *num.* 3, *in fine par.* 1, *& dec.* 167, *num.* 7, *par.* 2 *rec.* Sed etiam adeò sunt malignantis natu-

ræ, ut virtualiter inducant nullitatem 31
actus diversimodè expleti, ex *notatis per Barbos. diction.* 268, *n.* 3, 4; *Magon. dec. Lucens.* 66, *num.* 11; *Lezan. Oper. moral. tom.* 2, *verb. Clausula*, *num.* 47, *& verb. Electio inter regulares*, *num.* 24, *&* 25; *Censal. dec. Lucens.* 7, *num.* 10.

Illud denique non omittendum, quòd in casu nullitatis electionis, quodque locus non esset devolutioni ad Superiorem, sed juxta Constitutionem Ordinis, sive Capituli, nulla declarata electione jam fa-
cta, deveniendum esset ad novam Capi- 32
tuli celebrationem & electionem, ad illam essent admittendi solummodo ii, qui ab illegitima electione appellaverunt, penes quos per Jus accrescendi, aut non decrescendi consolidata fuit eligendi facultas, quia privati remanserunt ii, qui per nullas non minus, quàm indignas electiones proprio Jure abusi fuerunt, sicuti per *Text. in cap.* 2, *de postul. prælat. & cap.* 2, *de Elect. in* 6, affirmant *Roman. cons.* 482, *num.* 9, *& seqq. Petr. Gregor. Tholos. de Elect. cap.* 7, *num.* 11, *& cap.* 19, *num.* 22. *Pirhing. in Jus Can. lib.* 1, *tit.* 5, *de postul.* § 5, *num.* 29; *& tit.* 6, *de Elect. sect.* 1, § 7, *num.* 56, *&* § 8, *n.* 58, *& seq. Castellin. de Elect. cap.* 5, *n.* 67, *vers. solùm*; *Lotther. de Re Beneficiar. lib.* 3, *quæst.* 17, *num.* 244; *Bellon. de Jur. accrescen. cap.* 6, *quæst.* 54, *num.* 4, *& seqq. Passerin. de elect. dicto cap.* 31, *n.* 2, *in fin. cum seqq. Rot. dec.* 219, *num.* 5, *&* 6, *par.* 9, *rec.*

Itemque, quòd quando agitur de Electione, quæ sincere, ac bona fide facta fuisset, ac de persona præstantibus meritis ornata, sed tantummodo Electio peccaret in non benè servata aliqua ex solemnitatibus, sive formalitatibus præ-
scriptis in *cap. quia propter*, *de Elect.* 33
tunc juxta praxim, & stylum Sac. Congregationis Episcoporum, ad quam regulariter hujusmodi controversiæ deducuntur, solent consimiles Electiones Regularium ab eadem sanari; ad differentiam casus, quando dolus, & machinatio in electione adhibita fuit, ad hoc ut eadem caderet in aliquam personam inhabilem, vel indignam, ne detur ansa aucupandi per fas & nefas Prælaturas, & Officia Religionis cum spe prædictæ sanationis, ut, distinguendo inter utrumque casum, advertit *Card. de Luc. de Regul. disc.* 1, *n.* 94, *&* 95, *disc.* 11, *n.* 12; & ita observatum fuit ab eadem Sac. Congregatione *in Mantuana nullitatis Electionis Provincialis Servitarum*, in qua sub die 20 Septembris 1680, referente Eminentiss. D. Card. Præfecto, rescriptum fuit -- *Electionem esse nullam*, *& supplicandum Sanctissimo D. Nostro pro sanatione medio tempore gestorum* -- & rursus *in Lusitana Rectoratus Provincialis* ad relationem Eminentissi-

tissimi Coloredi, die prima Julii 1695, responsum pariter fuit -- *In decisis quoad nullitatem Electionis; & quoad gesta per Patrem Caravalbum cum Sanctissimo pro facultate sanandi*, &c. Necnon etiam recentiùs *in Lusitana Provinciæ Algarbiorum*, die 13 Martii 1698, proponente Eminentiss. Tanara.

Pro complemento hujus materiæ hic additur sequens decisio, in qua agitur de Jurisdictione Abbatissæ perpetuæ, ac de aliis consentaneis nostro instituto.

R. P. D.

C R I S P O

Essendien. seu Relliughausana Præpositura.

Luna prima Julii 1720.

VArium in partibus emersit Judicium super controversia excitata inter Capitulares utriusque sexus Collegii Rellinghausani, & Abbatissam Collegiatæ Ecclesiæ Essendien. circa jus eligendi Præpositam præfati Collegii. In prima nempè discussione hujus Causæ habita de anno 1713, coram Administratore Nunciaturæ Coloniæ definitum fuerat, *Capitulares prædictas cogi non potuisse ad eligendum in Præpositam unam ex Capitularibus Essendien. quatenus tamen, istæ in posterum Jus proprium melius non probassent*. Modernus verò Nuncius de anno 1716, aliter determinavit, pronunciando, *illas teneri, & obligatas esse ad eligendam in Præpositam unam de gremio Ecclesiæ Essendien.* Ast delato hoc dissidio per appellationem ad Tribunal nostrum, constans perpetuò fuit Judicantium sententia uniformis illi prolatæ a Nuncio Apostolico favore Capitularium Essendiensium. Quoniam in relatione habita per R. P. D. meum Cerrum in præcedenti instantia super dubio -- *An electio sustineatur, seu potius sit eligenda Persona de gremio Capituli Essendien.* prodiit rescriptum *negativum* quoad primam partem; *affirmativum* verò quoad secundam, & sub hoc Themate fuit etiam Causa expedita. Devoluta autem per ulteriorem appellationem coram Me denuò formali cognitione ejusdem litigii, non dissimilem sortem Capitulares Essendien. expertæ sunt. Interrogati namque a me hodie Domini super dubio -- *An sententia Rotalis sit confirmanda, vel infirmanda*, non hæsitarunt pro omnimoda confirmatione respondere.

Frustra siquidem in hodierna audientia impugnabatur legalitas documentorum, quando ab initio introducti Judicii eadem oppositio facta prænoscebatur in partibus, ad cujus opportunitatem fuerunt coram Judice, citata parte, exhibita omnia originalia documentorum, præter Instrumentum fundationis, quod partes jam concordarunt non reperiri. Hac autem facti circumstantia animadversa, sanè exceptio circa illegalitatem, & exhibitionem jurium videtur prorsus rejicienda, quoties constat exhibitioni prædictæ etiam Collegium Rellinghausanum acquievisse non solùm coram Judice primæ instantiæ, expressè admittendo omnium documentorum legalitatem, excepto dumtaxat fundationis folio; sed etiam in secunda instantia agitata in Tribunali Nunciaturæ Coloniæ, ubi Procurator Collegii, non impugnata dd. documentorum legalitate, ad impugnandum tantummodò fundationis documentum se restrinxit. Unde propterea evanida prorsùs convincitur hujusmodi exceptio, ad tradit. per *Spad. consil.* 252, *num.* 2, *lib.* 3; *Rot. coram Priolo, dec.* 143, *n.* 10, ac alibi passim. 34

Neque tursus opitulari visum fuit replicatum objectum circa ultimum statum & quasi possessionem, quandoquidem objectio isthæc, neque Facti, neque Juris assistentiam habet; in facto enim satis exploratum videtur, quòd ultimus status est undique plenus litigio, contradictionibus, & præservativis, animadvertendo, quòd secuta adversus hujusmodi actum reclamatione, confirmatio electionis non aliter facta comperitur per Abbatissam, nisi cum clausula jurium præservativa; superaddito, quòd emergente controversia super præeminentiis inter Decanissam Rellinghausanam, & Præpositam, contra legem fundationis, & observantiam extra Gremium Capituli Essenden. electam; & inita, & stabilita subinde concordia mediante opera Abbatissæ, ne ex ea in posterum electio prædicta, in personam qualitates per fundationem volitas non habentem, expleta, vel in minimo censeretur approbata, expressè declaratum fuit, quòd ex d. Concordia nullum penitus pro futuris vacationibus irrogatum foret præjudicium Capitularibus Essendien. quoad jus passivæ electionis sibi spectantis; ex quo manifestum fit inefficacem penitus existere prædictum ultimum statum, qui nunquam proficuus reputatur, ubi apparet tam solemniter contradictus, ad tradita per *Marescott. variar. resolut. lib.* 1, *cap.* 15, *num.* 30, & 31; *Vivian. de jurepatr. lib.* 5, *cap.* 2, *num.* 12, & *cap.* 4, *num.* 54, & *lib.* 11, *cap.* 6, *num.* 14; *Garz. de benef. par.* 5, *cap.* 5, *num.* 65, & 108; *Rot. decis.* 290, *num.* 10, *par.* 18 *recen.* & *in Imolen. Juríspat.* 4 *Junii* 1710, § *Absque eo quod, coram Reverendiss. meo Decano*. Profectò, & in Jure nec suffragatur ponderando, quod in hypothesi ver- 35

versamur in mero, ac simplici petitorio,
dum super hoc Judicio, tam Judices de
Partibus, quàm Sacrum nostrum Audito-
rium pronunciarunt, ut animadvertit *De-
cisio 6 Februarii 1719, § Præmisso enim,
cor. R. P. D. Cerro*, & dictum fuit *in
Placentina Beneficii, 27 Martii 1719, §
Quod enim præsens, coram eodem*. Unde ul-
timus status non admittitur, quia vali-
36 ditas, vel nullitas electionis pendet ab
examine boni Juris, ut firmavit *Rot. in
Asten. Prioratus super institutione 6 Mar-
tii 1711, § Et altera coram bo. me. An-
saldo, & in Gerunden. eleemosynæ panis,
14 Martii 1718, § Siquidem coram, R. P.
D. Cerro*.

His præmissis, denuò aggrediendo exa-
men boni Juris, quod assistere videbatur
Capitulo Essendien. sanè ad illud dime-
tiendum præmittendus occurrit titulus
fundationis factæ per Methildem Impe-
ratoris Otthonis Secundi filiam, quæ li-
cèt de per se authenticum testimonium
non præbeat ex informitate, & illegali-
37 tate scripturæ, attamen novum non est,
quod in antiquissimis plenam in Judicio
probationem constituat, ut latè expen-
dit decisio præcedentis Instantiæ R. P. D.
mei Cerri sub § *Quod verò*, & dixit *Ro-
ta in Compostellana Parochialium, 13 Mar-
tii 1716, § Absque eo quod, coram bon.
mem. Ansaldo*, præmaximè ubi concur-
runt adminicula, & circumstantiæ reali-
tatem scripturæ suadentes; & ubi potis-
simum peculiaris præstat observantia, ut
in *eadem decis. 6 Februarii 1719, § Quod
verò, coram R. P. D. meo Cerro, & in Tu-
den. Parochialis, 25 Junii 1718, § Sed ne-
que, coram bo. mem. Ansaldo*.

Neque ad declinandam legem funda-
tionis præstantissimis adminiculis, & lon-
ga observantia comprobatam, meruit ani-
madversionem attestatio extrajudicialis,
ac ad alium effectum, & pro diversa cau-
sa exarata per Nobilitatem Comitatus
Marchiæ Unniæ, nuperrimè pro parte
Collegii Rellinghausani exhibita, ex qua
concludi præsumebatur illud per quosdam
de eorum Comitatu extitisse fundatum.
Quoniam ultra irrelevantiæ præsumptio-
38 nem, quam serotina hujusmodi exhibitio
subministrat, omnem sustulit difficulta-
tem duplex, & æquè valida responsio;
prima nempè, quòd eadem attestatio in
maximum tendit honorem præfatæ No-
39 bilitatis, utpote quia fundatio Collegii
ejus majoribus adscribitur, qua de re
nullam sibi promeretur fidem. Et altera,
quòd Collegium prædictum ex incendio
sequuto de anno 1264, juxta Testimo-
nium Patris Buccellini, ferè totum confla-
gratum extitit, atque ideò cùm funda-
tio, de qua mentio fit in dicta attesta-
40 tione, verificari valeat in restauratione
post incendium sequuta, nullatenus ex
ea diminuta remanet fides, quam folium
fundationis tot adminiculis, & observan-
tia munitum promeretur.

Hinc inapplicabiles evadunt ad propo-
situm *Sacri Canones, & Concil. Trid. in
contrarium allegati*. Verùm siquidem est
in jure, quòd Collegium eligere debeat
Prælatum de suo gremio; sed vera quo-
que est hujusce regulæ limitatio, quando 41
nimirum, vel ex lege fundationis, vel
ex consuetudine 40 annorum contrarium
stabilitum appareat ad literalem *Textum
in cap. cum dilectus, de consuetudin. ubi
Hostien. num. 16; Butr. num. 1; Abbas
num. 1; Fagnan. num. 1; Gonz. ad reg. 8
Cancell. Glossa 8, num. 110; Passerin. de
Elect. cap. 2, num. 45*; & plenè firmat *de-
cisio R. P. D. mei Cerri, sub § Præmisso
enim*.

Adminicula autem, & circumstantiæ
convincentes veritatem scripturæ, illicò
sese offerunt, nedum ex confessionibus
Judicialibus Collegii Rellinghausani, si- 42
ve ejus Procuratoris, quarum subsecuta
revocatio per Capitulares facta non docto
de errore minimè attendi debet, sed etiam
ex testimonio *P. Gabriel. Bucellin. Ordi-
nis Sancti Benedicti, in tract. Germ. To-
pocronst. tom. 2, par. 2, fol. 143, & 144*,
ubi recensendo enunciatam fundationem
factam a Methilde, clarè patefacit, tale 43
Jus eligendi ad Capitulum Essendien. per-
tinere, & similibus Historicis valde defe-
rendum esse monuit *Rot. coram Arguell.
decis. 20; & in Placentina Cathedralita-
tis, 22 Junii 1703, § Finali, coram bo. me.
Molines; & in Neapolitana Primiceriatus,
9 Junii 1719, § Hisce constabilitis, coram
Me*; atque insuper reflectendo, quòd
juxta legem fundationis, non solùm Præ-
positissa eligi debeat de gremio Essendien.
sed etiam in ea sic electa accedere de-
beat confirmatio per ipsam Abbatissam
Essendien. explenda; & ita quemadmo-
dum confirmatio perpetuò exquisita fuit,
nec a Capitularibus Rellinghausan. im-
pugnatur, ne una eademque scriptura 44
diverso jure censeri debeat, verificata,
& observata altera illius parte, admit-
ti etiam debet, & præsumenda quoque
est vera in reliquis illius partibus, *Rot.
decis. 595, in fine, par. 4 diversorum; Ad-
den. ad Buratt. decis. 10, num. 33, & co-
ram bo. me. Ansaldo, dec. 47, num. 8, &
decis. 38, num. 11*.

Circumstantiis prædictis superaccedit
observantia ex statibus electionum pro
tempore factarum, quorum vim, & effi-
caciam elidere student Defensores Colle-
gii Rellinghausani sub obtentu, quòd eo-
rum nonnullæ fuerint secutæ, ob causam
grassantis hæresis, ad effectum Collegium
prædictum providendi de Capite poten-
tiori. Verùm quàm debile sit hujusmodi
fundamentum, nedum ex eo deprehendi-
tur,

tur, quòd nec fumus datus fuerit, quòd
hæreses in Civitate Rellinghausana, vel
locis adjacentibus expletarum electionum
tempore vigerent; sed etiam quia non
tanta quoad potentiam, & nobilitatem
inter Capitulum Essendien. & Collegium
Rellinghausanum intercedit diversitas, ut
revera subsistat suppositum, quòd non ex
alia causa electiones in personam Essen-
diensium processerint, quàm quia Rein-
ghausanæ voluerint de potentiori Capi-
te sibi providere; & idcirco incongruum
45 est referre electiones ad hanc causam,
sed illas utique, suadendum est, proces-
sisse ex lege fundationis, de qua constar
per antiquissimam scripturam, licèt mi-
nus authenticam, ad tradita per *Rot. dec.*
330, *num.* 5, *par.* 5, *rec. & coram Emerix
jun. dec.* 1167, *num.* 8.

Et sanè observantia plusquam centena-
ria concurrit ex novem statibus præce-
dentibus, ab anno nempe 1523 usque ad
annum 1639, ex quibus dilucidè patet,
fuisse electam Præpositam Collegii Rel-
linghausani de gremio Essendien. Quæ
46 adeò longæva observantia non solùm qua-
lificat Instrumentum fundationis, juxta
animadversa per *Rot. in Florentina Cano-
nicatuum*, 8 *Maji* 1705, § *Etenim*, *coram
Reverendiss. meo Decano*; & *in Theatina
Jurisdictionis*, 14 *Maji* 1708, § *Et licet*,
coram Eminentiss. Scotto. Verùm etiam
apertam inducit restrictionem, ita inde-
47 finitè eligendi, cùm ad istum effectum
sola consuetudo quadragenaria sufficiat,
ut ex *cap. cum dilectus*, *de consuetudine*,
& *cap. Abbate*, *de verb. signific.* tradunt
Lavor. de elect. tit. 4, *cap.* 16, *num.* 1;
Passerin. de elect. cap. 2, *num.* 45, & *seqq.
Castell. eodem tract. cap.* 9, *num.* 36; *Do-
nat. de elect. tract.* 1, *quæst.* 10, *num.* 2,
posthabitis exceptionibus in contrarium
allatis circa status præcedentes. Rem enim
48 exordiendo a statu 1523, iste est undique
clarus, neque requiritur ulterior proba-
tio effectuationis, dum aliam tunc tem-
poris non docetur in contrarium extitis-
se electam Præpositam, quinimò acce-
49 dente observantia in statibus subsequen-
tibus, effectuata præsumitur, ut ad rem
ponderat *Rot. decis.* 85, *num.* 9, *coram
Duran.* & *decis.* 155, *num.* 4, *coram Ca-
rill.* & *dec.* 220, *num.* 7, *par.* 6 *recen.* &
in Dertbusen. Jurisdictionis, 6 *Februarii*
1696, § *Prout etiam*, *coram bon. mem. Pio*;
quòdque ipsa Anna de Limburg electa
de anno 1523, revera fuerit Præpositissa
Collegii Rellinghausani, manifestum sit
ex ejus Epistola, conscripta Abbatissæ Es-
sendien. unde colligitur electio, & subse-
cuta effectuatio; & ex eadem quoque
Epistola eruitur ipsam Annam extitisse de
Collegio Essendien. quoties in ea ab ex-
traneo Collegio ad illud Civitatis Rel-
linghausanæ recipiendi causa Installatio-
nem Præpositura accessisse se profitetur;
quidquid vero sit de hujus generis pro- 50
batione, & relevantia talis documenti,
meritò status subsequentes continuati
centenariam declarant, ex antecedenti-
bus inductam, ut in specie respondit *Rot.
dec.* 211, *sub num.* 10, *coram Dunozzett.
senior.* & *in recen. decis.* 290, *num.* 8, *par.*
18, & *in Majoricen. Benef.* 11 *Maji* 1705,
§ *Etenim*, *in fine*, *coram bo. me. Muto*; &
in Compostellana Benef. 15 *Martii* 1717,
§ *Verum*, *coram Eminentiss. Altban.*

Æque clarus emergit secundus status
anni 1539, unde evincitur electam fuisse
in Præpositam Catharinam de Clinchen,
quæ Decanissarum Essendien. obtinebat;
& quamvis documentum super hoc exhi-
bitum, tanquam illegale, minus justè impu-
gnetur, optimè tamen corroboratur ex
statu subsequentis anni 1553, ubi Capitu-
lum Rellinghausanum elegit Mariam de
Sperghelbergh ad Præposituram, veluti
vacatam per obitum præfatæ Catharinæ:
quòdque eadem Catharina revera Deca-
nissa Collegii Essendien. extitisset, satis
dilucidè patet, nedum ex litera collatio-
nis cujusdam Beneficii, in qua explici- 51
tè uti talis enunciatur, sed etiam ab
actuali effectuatione status subsequentis,
qui, quatenus etiam documentum rela-
tum videretur minus in forma probanti,
præcipuè dum versamur in antiquis, scri-
pturæ realitatem inducit ad firmara per
Rot. in Tuden. Parochialis, 29 *Junii* 1701,
§ *Recensitè*, *coram Eminentiss. Scotto*; &
in Mediolanen. Capellaniæ, 25 *Junii* 1703,
§ *Addito*, & 25 *Aprilis* 1704, § *Sive
quia*, *coram bo. me. Molines*; & *in Gerun-
den. eleemosynæ panis*, 14 *Martii* 1718, §
Jure igitur, *coram R. P. D. Cerro*.

Status verò subsequentes annorum 1553,
1564, & 1591, cùm appareant ineludibi-
les, meritò non impugnantur; innegabi-
le namque redditur in illis perpetuò, &
absque ulla hæsitatione ad Præposituram
Rellinghausanam, cooptatas fuisse Capi-
tulares Essendien. Duorum autem ex tri-
bus statibus mox prænotatis vim, & ef-
ficaciam frustra declinare satagunt præci-
tati Defensores Collegii, sub clypeo ge-
minarum declarationum anni 1591, &
1589, in quibus explicitè protestatum
fuit, & declaratum, electiones præfatas
faciendas fuisse cum præservatoria Jurium,
& sine præjudicio juris in posterum libe-
rè eligendi Capitulares Rellinghausanas.
Præterquamquòd enim actus electionis,
& subsecutæ confirmationis comperti sunt
undequaque liberi, & celebrati absque
ulla conditione, & limitatione, atque 52
ideo isti debent attendi, non autem quid-
quid clandestinè cum eligendis pactiona-
tum, & præventivè capitularum fuit, ut
dixit *Rot. dec.* 220, *num.* 22, *part.* 11
recent. & *in Majoricen. Beneficii*, 28 *No-*
vem-

vembris 1704, § *Hanc autem*, *coram bo. mem Muto*; *& in Cremonen. Beneficii* 14 *Maji* 1706, § *Præsentatio*, *coram bo. mem. Kaunitz*. Urget insuper reflexio, quòd præmissæ declarationes, quarum alteram indubitanter jus activæ electionis respicit, quod Rellinghausanis competere non dubitatur, nullam penitùs efficaciam habent; tum quia artificiosè extortæ præsumuntur per Collegium Rellinghausanum in fraudem legis fundationis, & contrariæ observantiæ, tum, & fortius, quia emissæ prænoscuntur ab ipsismet Capitu-
53 laribus electis, non autem ab universo Capitulo; atque ideò minus prodesse debent consimiles declarationes, & protestationes, per quas nullum penitus præjudicium irrogari valuit Capitularibus Essendien. quæ pacta prædicta non approbarunt, *Rota*, *coram Bichio*, *dec.* 368, *num.* 9, *& coram Durano*, *decis.* 74, *num.* 58; *& in recent. decis.* 136, *num.* 38, *par.* 19; *& in Colonien. Vicariæ*, 6 *Martii* 1719, § *Quo enim*, *coram Me*.

Modò statuum succedentium methodum prosequendo, sese offert alter Anni 1605, qui majorem firmitatem Juris induit pro Capitulo Essendien. quippè quia contradictus apparet ab Agnete de Limburgh de gremio Collegii S. Lamberti Rellinghausani, concurrente Maria Clara de Spaur Comitissa Essendien. siquidem ex subsecura dimissione ejusdem Præposituræ ab eadem Clara exarata, palam fit, ipsam Claram, non autem Agnetem, suam contradictricem assecuram fuisse controversam Præposituram, ultra quod non deficiunt plures facti circumstantiæ ad id concludendum relatæ per Defensores Capituli Essendien. quæ manifestam reddunt hujusmodi status realitatem; & licèt per mox relatam dimissionem Anna Sofia de Lymburgh, quæ erat de Collegio Rellinghausano, assequuta fuerit Præposituram, nihilominus æquè constat eamdem quoque obtinuisse Canonicatum Essendien. & uti de gremio Capitularium Essendien. receptam fuisse, ut præsefert actus confirmationis; & manifestum quoque facit ipsa adnotatio facta in extremitate confirmationis editæ ab eadem de Spaur, quæ promota fuit ad gradum Abbatissæ Essendien. & sic ex isto etiam statu Annæ de Lymburgh Jus Capitularium Essendientium confirmatur.

Subsequens vero status anni 1625, eamdem præsefert claritatem, quia memorata de Limburgh resignavit Præposituram favore Annæ Ælenæ de Stoffen, quæ Præposituram obtinuit usque ad annum 1639; quòdque ipsa fuerit de Capitularibus Essendien. nullo pacto dubitari valet, & in contrarium admittitur, & sic completa dicitur centenaria, neglecto subsequenti ultimo statu, qui vel non modicam dubietatem involvit, vel in universum non suffragatur, ut supra prænotatum est.

Enumerati status simul juncti, & insimul ponderati cum lege fundationis, licèt non authenticè exhibita, sed non semel admissa a Collegio Rellinghausano, & comprobata testimonio laudati Historici Patris Buccellini, vindicati ulterius ab 54
omnibus exceptionibus in oppositum cumulatis, superlativum constituunt gradum probationis circa assistentiam boni Juris Capituli Essendien. ad cujus tramites in hoc themate procedi debet, ut notat decisio prioris instantiæ sub § *Præmisso*, *&* § *Citra quod*, *& in Placentina Benef.* 17 *Martii* 1719, § *Quod enim*, *coram R. P. D. meo Cerro*.

Et ita utraque parte viriliter contendente, approbativè ad firmata in prælaudata decis. R. P. D. mei Cerri conclusum fuit.

ADDITIO XIII.

De Praecedentia in Actibus Collegialibus.

ARGUMENTUM.

Agitur de Præcedentia in Actibus, & Sessionibus Capitularibus, & Collegialibus. Beneficiati, & Clerici Ecclesiæ Cathedralis, vel Collegiatæ, in quo loco sedere debeant, in concursu aliorum Clericorum.

SUMMARIUM.

1 *In actibus, & sessionibus Capitularibus, vel Collegialibus, præcedentia debetur antiquioribus, seu primo loco receptis.*
2 *In materia præcedentiæ ratio non habetur majoris dignitatis alicujus Collegialis, quando in Collegio non residet nomine ipsius dignitatis, & n.* 4.
3 *Non est inconveniens, quòd una eademque Persona, juxta diversos respectus, diverso jure censeatur.*
5 *Reges, qui aliàs, ratione supremæ dignitatis, Cardinales ipsos præcedunt, in Consistorio, & Capella Pontificia sedent sub primo Episcopo, vel post antiquiorem Cardinalem.*
6 *Ita Episcopi, & Archiepiscopi, in aliena Ecclesia Canonicatum obtinentes, in Capitulo, seu Collegio sedent in loco Canonicatus, quamvis extra cæteros antecellant.*
7 *Abbates, qui sunt digniores Canonicis, nisi singulis, minus digni reputantur, quando sunt Collegialiter congregati.*
8 *Inquisitor, in actibus, qui administrationem ejus Officii concernunt, alios præcedit; in illis verò, qui fiunt in-*

 tra

tra septa Monasterii, præcedit Prior, cæterisque magis antiani.

9 *Auditores Sac. Rotæ, etsi Archiepiscopali, seu Patriarchali Dignitate insigniti, ubi Collegialiter congregantur, sedent juxta ordinem eorum admissionis.*

10 *Cardinalis Vice-Cancellarius, Camerarius, & Pœnitentiarius, non habet in Capellis, aliisque functionibus Collegialibus, ratione Officii, prærogativam præcedentiæ, & quare.*

11 *Sedes, pro Beneficiatis, & Clericis Ecclesiæ Cathedralis, sive Collegiatæ, occupari non possunt ab aliis Clericis, qui nec post ipsos in eodem ordine sedere debent.*

12 *Ex residentia, & sucessu dd. Beneficiatorum post Canonicos, eorum major dignitas resultat, saltem in ipsa Ecclesia, respectu aliorum Clericorum.*

13 *Iidem Beneficiati non debent a Canonicis separari.*

14 *Quis locus tribuendus sit Clericis Seminarii Ecclesiastici, eorumque Rectoribus, & Præfectis, quando in Ecclesia Cathedrali, sive etiam Collegiata Sacris functionibus assistunt, & num. 16.*

15 *Quædam species monstruositatis est unum Corpus cum alio confundere.*

17 *Confusio in Hierarchia Ecclesiastica semper vitanda est.*

18 *Quando procedat conclusio, quòd in hac præeminentiarum materia standum sit consuetudini, & num. 19, & 20.*

Regulariter in actibus, & sessionibus Capitularibus, vel Collegialibus,
1 præcedentia tribuenda est antiquioribus,
seu primo loco receptis, ad *Text. in l. prima, ff. de Alb. scriben. l. 1, C. de Consul. lib. 12, cap. 1, de majorit. & obed. Rot. cor. Seraphin. dec. 326, num. 3; & cor. Pamphil. dec. 92, num. 1*; itaut in hoc casu nullatenus habenda sit in consideratione major dignitas alicujus Collegialis, quando, nomine ipsius Dignita-
2 tis, in Collegio non residet, licèt propter illam Dignitatem quis habeat præcedentiam extra Collegium; cùm præcedentia non Collegialis, quamvis magna, nil habeat commune cum præcedentia Collegiali; *Gratian. discept. 106, num. 3, & seqq. & discept. 298, num. 26, & pluribus seqq. Barbos. de Canonic. cap. 9, num. 11; Rot. cor. Arguelles, dec. 72, num. 26, & duobus seqq. repetit. in recen.*
3 *dec. 254, part. 10*; non enim est inconveniens, quòd una, & eadem persona diverso jure censeatur, ac magis, vel minùs digna, secundùm diversos respectus,
4 reputetur, ut, omissis generalibus, in subjecta materia præcedentiæ tradunt *Tiraquell. de Nobilit. cap. 28, num. 15; Menoch. cons. 902, num. 71; Gratian. discept. 111, num. 13; & discept. 29, num. 26.*

Exemplum habemus in Regibus, qui, in supremo Dignitatis culmine constituti, ubique locorum Cardinales præcedunt, & tamen id non obtinent in Con-
sistorio, & Capella Pontificia, in qua se- 5
dent sub primo Episcopo, vel post antiquiorem Cardinalem, ut videre est in *Libro Pontificali sub rubrica de recept. Reg. & sub rubr. de ingress. Imperatoris*; & refert *Menoch. cons. 902, num. 71, vers. ita quoque, cum aliis*, quos allegat *Gratian. d. discept. 111, num. 6; & discept. 298, n. 27, & 28.*

Sic etiam videmus in Episcopis, & Archiepiscopis, in aliena Ecclesia Canonicatum obtinentibus, qui, quamvis extra
Capitulum cæteros antecellant, nihilo- 6
minus in Capitulo, seu Collegio sedent in loco Canonicatus; *Gloss. in cap. A collatione 12, in verb. Prælatus, de Appellat. in 6; Barbos. de Canonic. cap. 36, num. 2, & 3; Rot. cor. Seraphin. dec. 437, num. 5.* In Abbatibus, qui sunt digniores Canonicis, quando considerantur uti singuli,
minores tamen reputantur, quando sunt 7
Collegialiter congregati, *cap. Quamvis, il pr. § Quanquàm, ubi Geminian. num. 3, de Præben. in 6; Menoch. d. cons. 902, num. 71, & seqq. Gratian. d. discept. 111, num. 15.* In Regulari electo ad munus Inquisitoris, qui, etsi in actibus concernen-
tibus administrationem ejus officii, præce- 8
dat aliis; in illis tamen, qui fiunt intra septa Religionis, non præcedit Priorem, cæterosque magis antianos, ut ex mente Sac. Inquisitionis decisum refert *Caren. de Sanct. Offic. part. 1, tit. 5, § 1, num. 66.* In Auditoribus Sac. Rotæ, quamtumvis Archiepiscopali, & Patriarchali dignitate insignitis, qui nihilominus, ubi
collegialiter congregentur, sedent juxta 9
ordinem admissionis. In Cardinalibus, Vice-Cancellario, Camerario, & Pœnitentiario, quorum officia, quamvis in Ro-
manâ Curiâ cæteris majora, nullam ta- 10
men tribuunt præcedentiæ prærogativam in Capellis, aliisque functionibus Collegialibus; *Rot. cor. Seraphin. decis. 716, num. 10*, & ea allegatâ, *Gratian. d. discept. 298, num. 31, & 32*, ubi reddit rationem, quia non sunt Dignitates Collegiales, cum aliis pluribus similibus relatis per *Joan. Piccard. inter cons. Menoch. cons. 52; Menoch. cons. 902; Cassan. in Catal. glor. Mund. part. 4, considerat. 14; & part. 7, considerat. 39; & Gratian. in locis sæpè citatis.*

Huic quæstioni consentanea est illa de Beneficiatis, & Clericis Ecclesiæ Cathedralis, sive Collegiatæ, quorum sedilia in Ecclesia pro eis destinata, non possunt, nec debent ab aliis Clericis, alio-
quin dignis, occupari, nec etiam in eo- 11
dem ordine post ipsos Beneficiatos sede-

re

re eis licet; quia prædicti Beneficiati,
quamvis Canonicis inferiores, tamen sunt
pars Corporis, & membra ipsius Eccle-
siæ, ob idque post ipsos Canonicos ince-
dunt, & in subselliis immediatè post
eosdem resident, *Barbos. in Collect. verbo
Capellanus*; ex quorum residentia, & in-
12 cessu post ipsos Canonicos, eorum major
dignitas, saltem in ipsa Ecclesia, respe-
ctu aliorum Clericorum, resultat *ex Gloss.
in § Alium, verb. altiori, instit. de bon.
possess. Pacian. de Probat. lib. 2, cap. 26,
num. 94, & 95*, nec a Canonicis sunt se-
parandi, ita ut nulla persona debeat eos
13 ab illis dividere, quia, licèt membra in-
feriora dicti Corporis Ecclesiæ, debent ta-
men cum Canonicis membris nobiliori-
bus uniri, ut bene advertit *Mans. cons.
589, num. 2, tom. 6.*

Quocirca Clerici Seminarii Ecclesiasti-
ci, cùm non sint de Corpore Cleri Ca-
thedralis, nec sub ejus appellatione ve-
niant, licèt aliquando sacris functioni-
bus assistant, & in eis inserviant, non
debent neque ipsi, neque eorum Recto-
res, & Præfecti cum Beneficiatis, & re-
liquis Clericis servitio Ecclesiæ mancipa-
tis, quique constituunt Corpus Cleri ipsius
Cathedralis, sive etiam Collegiatæ, in-
14 termisceri, tam in Choro, quam in Pro-
cessionibus, sed eisdem locus separatus,
& distinctus est tribuendus, inferior aliis
Clericis Ecclesiæ, ut ex mente Sacr.
Rit. Congregationis firmavit *Barbos. in
Collect. Verb. Clerici, fol. 176, & in Verb.
Seminarium, fol. 632*, quem sequitur *Mans.
d. cons. 589, num. 11*; nam esset quædam
species monstruositatis unum corpus cum
15 alio confundere, contra juris sanctionem
in *l. eum qui ædes, ff. de Usucap. & in
cap. Cognovimus 12, quæst. 2.* Ac proin-
de etiam Rectores, sive Præfecti Semina-
rii non congruit, ut in sedibus Capella-
norum resideant, vel cum eis in Proces-
sionibus incedant; sed ad servandum de-
16 bitum ordinem, tamquam Capita ipsius
Seminarii, unà cum suis membris, cum
quibus corpus omnino diversum a Capel-
lanis, & Clero Cathedralis constituunt,
sedere, & incedere debent, ne sequatur
confusio semper in hierarchico Ecclesiæ
17 ordine vitanda, ad *Text. in cap. 1, dist.
12, cap. Novit. de his quæ fiunt a Prælat.
Rot. dec. 111, num. 4, par. 5 rec. Mans.
d. consult. 589, num. 13, & 14.*

Denique pro declaratione Conclusionis,
in hac materia præeminentiarum passim
circumferri solitæ, quòd totum faciat
consuetudo, etiamsi huic quandoque Jus
adversetur, observandum est, quòd ea
non ita generaliter est accipienda, ut
hanc præcipuam limitationem non reci-
piat, nempe quando contentio non est
18 inter pares, vel in ordine æquales; nam
in hoc casu consuetudo, quæ tribueret
præcedentiam alicui Personæ inferioris
ordinis supra majorem in ordine, non
esset reputanda nisi corruptela ineffi-
cax ad tribuendum jus aliquod, quia per
eam speciosissimus ordo in Ecclesiasticis
gradibus designatus destrueretur, ut be-
ne advertit *Manriq. de Præceden. quæst.
18, num. 6, ad 10; Cassan. Catal. glor.
Mund. p. 3; Mans. Consult. 589, num. 20,
tom. 6*; aut saltem in hoc casu necesse 19
esset, quòd consuetudo foret per quadra-
genariam legitimè præscripta; *Gratian.
discept. 9, & discep. 298, num. 7, 8; Ma-
rescott. Var. resol. cap. 100; Rot. cor. Se-
raphin. dec. 326*, & ulterius, quòd ea
fuerit inducta, & approbata voluntate,
& potestate eorum, ad quos spectat de
præcedentiis legem statuere, ex ratione,
quòd qui non habet potestatem legis 20
condendæ super hac materia, non valet
consuetudinem approbare, & tacito suo
consensu legem non scriptam inducere;
*Abb. in cap. ult. de consuet. latè Suarez
de legib. lib. 7, cap. 9, num. 7, & seqq.
Manriq. d. tract. d. quæst. 18, num. 11,
& seqq.* ubi alias dictæ regulæ limitatio-
nes adducit.

ADDITIO XIV.

De Capellaniis cum onere Missarum.

ARGUMENTUM.

Capellaniæ an & quando dicantur Ec-
clesiasticæ, tam quoad materiam Si-
moniæ, quàm etiam quoad alios effe-
ctus; idemque pariter circa Hospita-
lia examinatur.

SUMMARIUM.

1 *Capellaniæ cum onere Missarum, absque
auctoritate Ordinarii erectæ; sunt res
merè temporales, & profanæ, & num.
3, 4, & 6.*

2 *Etiamsi habeant annexum onus cele-
brandi Missas, & necessariò exigere-
rent in Capellanis Sacerdotium, &
num. 5.*

7 *Idcirco in iis non cadit labes simonia-
ca, & num. 8, 9, 10, & 16.*

*Immò etiamsi essent fundatæ ex bonis Ec-
clesiæ, non tamen censerentur Eccle-
siasticæ, si deficiat auctoritas, & con-
firmatio Episcopi, eodem n. 7, & 8.*

11 *Qua deficiente, nulla datur ratio spi-
ritualis annexionis.*

12 *Rectoria, seu administratio Hospita-
lium, quorum erectio approbata non
fuit ab Ordinario, vendi potest absque
simonia, & affertur ratio, & n. 13.*

14 *Hujusmodi Hospitalia, neque quoad
locum, neque quoad bona, gaudent
privilegio Clericali.*

15 *Et non solùm non dicuntur Beneficia, sed ne quidem sunt loca sacra, & pia.*
16 *Laicus potestatem non habet annectendi bona temporalia Officio Spirituali, quod esset inconveniens, & absurdum.*
17 *Eodem modo, quo absurdum esset, quòd Laicus rem aliquam ex profana faceret sacram.*
18 *Sustinetur nominatio ad Capellaniam, non collativam, cum pacto remissionis fructuum administratorum, ad favorem nominantis, nec subjacet vitio simoniæ.*
19 *Licèt Capellaniæ hujus generis non sint materia simoniæ, dispositio tamen de illis facta, seu nominatio, mediante pretio, est actus irreligiosus, non admittendus, & num. 21.*
20 *Maximè quando Capellania instituta fuit pro Clerico.*
22 *Auctoritas, seu approbatio Ordinaris non semper reddit Capellanias verè Ecclesiasticas, & collativas; sed solùm illa, quæ easdem Capellanias in esse Beneficii constituit.*
23 *In Capellania laicali, habilitas, seu qualitas, in Capellano per Fundatorem volita, verificari debet de tempore vacationis, & num. 28.*
24 *Capellaniæ hujusmodi regulantur ad instar Legatorum piorum.*
25 *Successio debita est habenti qualitatem requisitam de tempore apertæ successionis, etiam ad exclusionem propinquioris, & quare, & num. 26, 30, & 31.*
27 *Neque datur suspensio, donec proximior, sive prædilectus reddatur capax.*
29 *Et etiam non curata prærogativa lineæ.*
32 *Capellaniæ merè laicales an erigi possint in Beneficium Ecclesiasticum contra Fundatoris dispositionem, remissivè.*

FRequens est quæstio supra proposita, sicuti frequentissimæ sunt hodiernis temporibus erectiones, hujusmodi Capellaniarum. Pro regula itaque statuendum est, quòd hæreditates, & legata cum
1 onere Missarum absque auctoritate Ecclesiastica sunt omnino res temporales, & laicales, ut uno ore fatentur tum Theologi, tum Canonistæ, & casus præcisè decisus fuit a *Rota in una Melphiten. legati pii, cor. Dunoz. inter suas dec.* 101, cujus meminerunt fere omnes Doctores, qui præsens punctum attigerunt. In ea dubium proponitur de legato, in quo a Testatore relictum fuerat prædium duobus Sacerdotibus, singulis pro medietate cum onere, ut singuli tres Missas celebrarent qualibet hebdomada; & addita facultate nominandi Sacerdotes, qui singuli singulis succederent, tum in parte prædii, tum in onere Missarum annexo. Et DD. firmaverunt dictum legatum esse quid laicale & temporale, non obstante quòd haberet onus annexum cele- 2
brandi Missas, & quòd exigeret necessariò Sacerdotium in legatariis; & hoc ideò, quia connexio prædii cum onere Missarum non fuit auctoritate Ordinarii confirmata; cujus confirmationis defectus facit, quòd res temporalis maneat in sua temporalitate, & habeatur ut profana & laicalis, in quo constanter concor- 3
dant Theologi, & Jurisperiti *Castropal. tract.* 13, *qui est de beneficiis, disp.* 1, *punct.* 6, *n.* 1, ibi -- *Quandoubsque auctoritate Episcopi instituuntur, nihil aliud sunt, quàm quædam legata relicta cum obligatione dicendi tot Missas, vel tot preces recitandi; Pasqualig. de Sacrific. nov. leg. tom.* 2, *quæst.* 1116, *num.* 4, in fine, ibi -- *Capellania non collativa, cùm sit quid profanum, & consistat solùm in obligatione ad servitium* -- Thomas *Hurtado de resid. lib.* 6, *resol.* 3, *n.* 1, ibi -- *sine Episcopi auctoritate erecta, est quid laicale & temporale; Gibalin. tract. de simonia, quæst.* 20, *consect.* 6, -- *Capellaniæ, quæ pendent ex sola voluntate instituentis, sunt quædam legata relicta cum onere dicendi certum Missarum aut precum numerum; Azor. instit. moral. part.* 1, *lib.* 10, *cap.* 3, *quæst.* 5, -- *vocant Capellaniam non collativam, nos appellemus profanam* -- *Alphons. de Leon. de Offic. Capellani quæst.* 3, *sect.* 2, *num.* 20, ibi -- *Capellania non collativa seu profana est illa, &c. Nicolaus Baldell. Theolog. moral. tom.* 2, *lib.* 3, *disput.* 27 -- ibi *Fundata sine auctoritate, approbatione, aut acceptatione Episcopi dicitur profana* -- ita similiter loquuntur *Moron. in resp. moral. resp.* 7, *num.* 3; *Filiuc. tom.* 3, *tract.* 41, *cap.* 1, *num.* 15.

Consentiunt Canonistæ communissime; 4
Barbos. de Jur. Eccles. univers. lib. 3, *cap.* 5, *num.* 6. ibi -- *Capellaniarum privata auctoritate institutarum, bona laicalia reputantur, quamvis opera pia, & Missarum onera ipsis injuncta sint; Perez de Lara de Anniverf. & Capellan. lib.* 2, *cap.* 1, *num.* 34, ibi -- *& dicetur illa Capellania secularis & profana* -- *Lotter. de re Benefic. lib.* 1, *quæst.* 5, *num.* 59, ibi -- *Constitutæ sine auctoritate Episcopi censentur laicales, & temporales; Francisc. Amostaz. de caus. piis, lib.* 3, *capit.* 2, *numer.* 4, ibi -- *Quando quis fundum reliquerit alicui, vel duobus Presbyteris cum onere Missarum ab ipsis dicendarum, & cum facultate, ut ipsi alios nominent absque Episcopi auctoritate, &c. memoria illa Laicalis relinquitur.* Similiter loquuntur *Garz. de benefic. par.* 1, *cap.* 2, *num.* 81, & 102; *Gonzal. super regul.* 8 *Cancell. Gloss.* 5, *num.* 25; *Petr. Gregor. Syntag. Jur.* 2, *lib.* 15, *numer.* 5, & 11;

Ma-

Marescott. var. resol. lib. 2, *cap.* 3, *num.*
1, 2, & 3, & aliis omissis, *Cardin. de*
Luca tom. 10, *de fideicom. disc.* 8, *num.*
2; ubi tradit, quòd quamvis talis Ca-
pellania erigatur sub titulo alicujus Ec-
clesiæ, & cum oneribus Missarum, & cum
5 qualitate Sacerdotali, nisi cum auctori-
tate Ecclesiastici Superioris fiat formalis
erectio, censetur Jure piorum Legatorum
cum generalibus regulis profanis.

Hoc idem pluries firmavit, *Rota præci-*
puè tamen in una Ulisbonen. cor. D. Pen-
na, 16 *Januarii* 1591, *quæ est* 125, *in or-*
dine, *num.* 5, ubi expressè notavit aucto-
6 ritatem Laici institutoris adnectentis bo-
na profana oneri, & Officio Spiritua-
li, non tollere a talibus bonis suam tem-
poralitatem; quapropter licèt verum sit
simoniam locum habere etiam extra ma-
teriam Beneficiorum, certissimum tamen
7 est in rebus purè temporalibus, & pro-
fanis nunquam simoniam committi: De-
fectus autem Ecclesiasticæ institutionis,
nedum tollit rationem Beneficii, verùm
etiam impedit spiritualitatem, quæ ex
ipsa resultat, & relinquit bona in suo
esse profano, & temporali, ut per au-
ctoritates allegatas, quibus addi potest
Rota in *Pampilonen. Capellaniæ*, 25 *Maji*
1646, *cor. Corrado, impressa apud Piton.*
de contr. Patron. alleg. 33, *num.* 22, *& in*
Senogallien. Capellaniæ, 16 *Aprilis* 1695,
cor. Molines; & in Hydruntina Capella-
niæ, 10 *Maji* 1697, *cor. dell' Olmo; in Man-*
tiss. ad Card. de Luc. de benef. lib. 12,
dec. 11, *& de jurepatr. lib.* 13, *dec.* 5,
& dec. 44, *tom.* 4. Quamobrem in iis ven-
dendis, vel quovis modo deducendis in
pactum, excluditur simonia, quod in ter-
minis individualibus præcisè ex defectu
talis institutionis unanimiter deducunt
Theologi, & Canonistæ, quotquot hanc
materiam pertractarunt; *Thomas Hurtad.*
loc. cit. num. 3 -- *Imò etiamsi esset ex Bo-*
8 *nis Ecclesiæ, nisi ejusdem Episcopi aucto-*
ritas, & confirmatio accedat, &c. sine qua
etiamsi intercedat pactum de dando illam,
non intersit simonia -- *Alphons. de Leon. de*
Offic. Capellan. quæst. 3, *sect.* 3, *n.* 33, ubi
inter ea, quæ distinguunt Capellaniam
profanam a collativa, numerat, quòd
9 in ista committitur simonia, secùs in il-
la; & idem docet *quæst. citata, sect.* 5,
num. 76; *Castropal. tract.* 17, *de simon.*
disput. 3, *punct.* 13, *num.* 14, ibi -- *Idem*
a fortiori dicendum de Capellaniis auctori-
tate Episcopi non erectis, quæ possunt absque
labe simoniæ pecunia obtineri -- *Gibalin.*
tract. de Simon. quæst. 20, *consect.* 6, ibi --
Priores Capellaniæ, scilicet collativæ, sunt
materia simoniæ, non verò posteriores, &
Laicæ, quia sunt quædam stipendia, & sa-
laria, cum aliis adductis per *Piton. de*
controv. Patron. alleg. 67, *num.* 2, & 7,
tom. 2.

Expressiùs, si dici potest, idem con-
cludunt Canonistæ ex solo defectu ejus- 10
dem institutionis; *Barbos. de Jur. Eccles.*
univers. lib. 3, *cap.* 5, *num.* 18, ibi -- *Nec*
pactum factum ratione illius, sine Papæ
auctoritate, inducit simoniam; Verall. dec.
356, *part.* 2; *Ricc. in collectan. dec. col-*
lect. 789, ibi -- *Pactum factum, ratione ta-*
lis Capellaniæ, sine Papæ auctoritate, non
inducit simoniam; & citat Rotam, dec. 365,
part. 2 *divers.* & idem docet *in prax.*
for. Eccles. part. 1, *resol.* 78, *num.* 4, *Fran-*
cisc. Amostaz. de caus. piis, lib. 3, *cap.* 2,
num. 55, ibi -- *Illud denique sciendum, in*
his Capellaniis laicalibus, neutiquam simo-
niam committi, cùm nihil in iis reperiatur
Spirituale -- *Pirr. Corrad. in prax. Be-*
nefic. lib. 4, *cap.* 5, *num.* 57, ibi -- *in qui-*
bus proinde non cadit ipsa simonia, nem-
pe si fuerint Capellaniæ quædam, quæ sæ-
pe fundari solent sine consensu Ordinarii,
&c. & subdit: *licèt fuerint perpetuæ, ha-*
beantque cætera requisita præter institu-
tionem.

Et ne videatur hoc solum esse verum de
Capellaniis, quibus est annexum onus Mis-
sarum, idem prorsus docetur a Theologis,
& Canonistis de quocumque alio opere 11
spirituali annexo hæreditati, vel lega-
to, sed sine Episcopi auctoritate; ex eo
præcise, quia hac deficiente non subsi-
stit ulla ratio spiritualis annexionis, *Gon-*
zal. Tellez in comment. super capit. insi-
nuatum extra, de Simon. num. 8, ibi -- *in*
Capellaniis, Hospitalibus, Pensionibus,
quæ non habentur pro Beneficiis, quia nec
per institutionem conferuntur, &c. simoniam
non committi -- *Lotter. de re benefic. lib.*
3, *quæst.* 29, *num.* 91 -- *Onus psallendi*
etiam in choro non causat spirituale ali-
quod jus, nisi sit canonicè institutum; ne-
que Præbenda, quæ pro hujusmodi munere
præstando assignatur, reputatur quomi-
nus sit expers simoniæ.

Quod idem patet in simili de Hospita-
libus, quorum Rectoria, & administratio
vendi potest absque simonia, si eorum 12
erectio ab Ordinario approbata non fue-
rit; & ex opposito, si accesserit aucto-
ritas Ordinarii communiter docent Theo-
logi non posse vendi sine simonia; *Suarez,*
de simon. cap. 27, *num.* 12; *Filiuc. tom.* 3,
tract. 45, *cap.* 6, *num.* 7; *& diserte Ca-*
stropal. tract. 17, *disput.* 3, *punct.* 13, *n.*
15, *ubi alios citat.*

Bona enim temporalia, quamvis ordi-
nata ad Dei servitium, & ad alendos
Sacerdotes pro Missis vel aliis Officiis, di-
cuntur non esse spiritualizata, ex quo 13
non sunt acceptata, & dedicata per au-
ctoritatem Ordinarii; *Perez. de Lara,*
loc. cit. num. 34; *Alphonsus de Leon. loc.*
cit. num. 20, *& alii omnes supra allega-*
ti. Et deducitur manifeste *ex cap. Ad hæc*
extra, de religiosis domibus, ubi Gloss. vers.
au-

authoritate Pontificis, *hoc ideò dicit*, *quia privatus locum non facit sacrum*; & sequuntur ibidem communiter Juris interpretes, *Host. num.* 1; *Butr. num.* 3; *Anchàran. numer.* 5, ubi advertit non solùm
14 quoad locum, sed neque quoad bona tale Hospitale censeri sacrum, & ideo neque quoad bona gaudere privilegio Clericali; quo, inquit, gauderet, si esset Episcopi authoritate fundatum; In cujus *cap.* Commentariis *Gonzal. Tellez. n.* 5, animadvertit ad nostrum propositum, quòd defectus authoritatis Episcopalis
15 non solùm facit tale Hospitale non esse beneficium, sed quòd nullimodè sit locus sacer, & pius.

Quovis igitur nomine bona temporalia, sive loca Deo dedicentur, numquam veniunt adnumeranda inter Ecclesiastica & Spiritualia, aut Spiritualibus legitimè annexa.

Aliter namque, ut notant Theologi, maximum sequeretur inconveniens, & absurdum, quòd scilicet Laicus haberet
16 potestatem annectendi bona temporalia Officio Spirituali, & sacrandi fructus, ut ait *Castropal. tract.* 13, *disp.* 1, *punct.* 1, *num.* 3; quæ potestas solùm est penes Prælarum Ecclesiasticum, ad quem pertinet Officia in Ecclesia instituere, eisque fructus adjungere, ut Ecclesiæ cultus exigit; alioquin esset magna perturbatio, & confusio, ut per hæc verba dixit *Filiucc. tom.* 3, *tract.* 41, *cap.* 1, *sub num.* 4. Etenim ficuti esset absurdum quòd laicus rem aliquam ex profana faceret sacram; ita
17 quòd bona ex profanis converteret in Ecclesiastica, quod expendit *Azor. instit. moral. part.* 1, *lib.* 10, *cap.* 3, *quæst.* 5, *vers. hoc ut clarius*; & post ipsum *Nicol. Baldel. tom.* 2 *Theolog. mor. lib.* 3, *disp.* 27, inquiens -- *quemadmodum laicus sine authoritate Episcopi non potest ex re profana facere sacram V. G. Hospitale*, *aut Oratorium*, *can. quæ semel*, *caus.* 19, *quæst.* 3, *& cap. ad hæc*, *de relig. Dom. ita neque potest ex bonis profanis facere sacra*.

Unde in casu, in quo dubitabatur, an sustinerentur nominationes ad duas Capellanias, non collativas, factæ mediante remissione fructuum administratorum, ad favorem nominantium, fuit a Congregatione particulari, deputata a S. M.
18 Clemen. XI, responsum, pro validitate nominationum: nec potuisse intrare simoniam, ut restatur *Eminentissimus Petra ad constit.* 7 *Eug. IV*, *sub num.* 21, *tom.* 4.

Est tamen notandum, quòd licèt hujusmodi Capellaniæ non sint materia simo-
19 niæ; nihilominus actus de iisdem disponendi sive nominandi, mediante pretio, uti irreligiosus, non est admittendus; maxime quando Capellania est instituta pro
20 Clerico; ad differentiam Capellaniæ, de qua sunt capaces laici & fœminæ, unde pluries consulta Sacra Congregatione Concilii nunquam approbavit
commercium similium Capellaniatum; itaut 21
pro nominatione, vel cessione earundem pretium exigi posset, juxta resolutiones relatas ab eodem *Eminentiss. Petra*, *ubi supra*, *sub num.* 22, *& per D. Fagnan. de Jurepatr. part.* 2, *cas.* 7, *pag.* 224, *num.* 8, *& 9*.

Cùm autem, ut supra, luculenter probatum fuit, sola Ordinarii Ecclesiastici auctoritas sit illa, quæ Capellaniam efficit Ecclesiasticam, puto observandum, quòd non omnis auctoritas, ureunque interposita ab Ordinario hujusmodi Capellaniis, illas non reddit verè Ecclesiasticas, & collativas, quæ a Beneficiis Ecclesiasticis non distinguuntur; sed illa tantum-
modò, quæ dictas Capellanias in esse Be- 22
neficii constituit; itaut in earum provisione actus institutionis veniat adhibendus; proindeque decretum, quod per Ordinarium quandoque interponitur, super approbatione Capellaniæ, sive Capellani, meo judicio, non efficit Capellaniam Ecclesiasticam; sed illam relinquit in suo statu laicali, in qua fuit erecta; itaut regulanda non veniat cum principiis in materia beneficiali cadentibus, sed ad instar Legati pii, juxta deducta in voto Domini mei Advocati de Villanis, per me impresso in *tom.* 1, *decis.* 62, *num. final.* & conserunt ea, quæ in proposito docuit *Mart. de jurisd. cent.* 2, *cas.* 113, *numer.* 17, *alisque apud eum*, nimirum, quòd non semper auctoritas etiam Apostolica, nedum ordinaria, efficit Ecclesiasticum locum, qui talis non sit, vel si repugnet, & adverletur illius fundatio.

Ex his ego consultus super dubio, an in Capellania laicali habilitas Clericatus, volita per fundatorem in Capellano, necessaria foret de tempore vacationis, vel satis esset, quòd ista superveniret in tem-
pore a Jure dato ad præsentandum; nega- 23
tive respondi, quoad secundam partem dubii, quia *Tex. in cap. cùm propter*, *de Jurepatr.* procedit tantummodo in Beneficiis Ecclesiasticis, & collativis, in quibus necessaria est auctorizzabilis institutio Ordinarii; non autem in Capellaniis me-
re laicalibus, quæ ad instar Legatorum 24
piorum regulantur. *De Luc. de fideicom. disc.* 9, *num.* 2, *& plenè Rot. in mantis. ad de Luc. de Jure patr. d. dec.* 5, *ferè per tot.* & melius etiam in *dec.* 46, *ferè pariter per tot. & signanter num.* 14, *& seq.* Sed necesse est, quòd habilitas requisita ad obtinendam Capellaniam adesset de
tempore vacationis, seu potius apertæ 25
successionis, cùm in hoc casu eadem qualitate pollenti debita sit successio, etiam ad exclusionem propinquioris; *Rot. post de Luc. ad materiam de fideicom. lib.* 10, *dec.* 60, quia in qualitatibus, quæ habilita-

16 litatem personæ respiciunt, attendendum est tempus, quo successio defertur; *Rot. post de Luc. ubi supra, dec. 60, num. 2.* Non enim admittitur suspensio post apertam successionem ad primogenituram, seu fideicommissum, donec aliquis pro-
27 ximior, sive prædilectus reddatur capax; sed alter, licèt remotior, actu habilis existens, ad eamdem successionem est admittendus. *De Luc. de fideicom. disc. 7, n. 18; Rot. dec. 93, par. 11 rec.*

Et quòd etiam in hujusmodi Capellaniis, debitis certo generi personarum, nulla admittatur suspensio, sed necessaria
28 sit habilitas de tempore facti casus, ita ut remotior habilis præferendus veniat etiam proximiori, ea destituto, quamvis de proximo qualificando, firmat *Card. de Luc. de fideicomm. disc. 8, num. 5; & disc. 9, num. 6;* quinimmo etiam non cu-
29 rata prærogativa lineæ, ut in terminis Clericatus requisiti ad obtinendam Capellaniam, sive pium legatum; *de Luc. d. disc. num. 8, de fideicomm. Rot. cor. Ottob. dec. num. 70; & cor. Celso, dec. 159, & 183.*

Idque duplici ratione, altera nempe, quia cum in hujusmodi Capellaniis agatur de jure merè personali, neque in eis
30 detur ordo successivus, exclusus ob defectum qualitatis requisitæ, potest, processu operis, admitti ad jus, quod alteri qualificato defertur; proindeque non agitur nisi de temporali ejus præjudicio, ad differentiam successionis, quæ de una ad aliam lineam transitum faceret, ut animadvertit idem *Card. de Luc. d. disc. 9, num. 10; Rot. dec. 206, part. 3 rec.* Altera verò, quia si expectanda foret capacitas personæ, cum exclusione actu capacis, casus dari posset, ut finis, & effectus desideratus a Testatore multum dif-
31 ferretur, cùm nullus in Jure terminus reperiatur constitutus, quo admitti, & tolerari debeat, quòd in pendulo remaneat successio, maximè in casu istiusmodi jurium personalium, ex connotatis per eumdem de *Luc. disc. 8, num. 5; & disc. 9, num. 14, de fideicomm.*

An autem hujusmodi Capellaniæ laicales possint erigi contra dispositionem
32 Fundatoris in Beneficium Ecclesiasticum, tractat supra citatus *Fargas, de Jurepatr. part. 2, can. 8, cas. 3, pag. 145, tom. 2.*

ADDITIO XV.

De Collegiis recepititiis, seu non numeratis.

ARGUMENTUM.

In Collegiis recepititiis non datur certus numerus, sed tot recipi debent, quot juxta facultates Ecclesiæ sustentari possint; & consortiales ad hoc compelli valent ab Episcopo, & alia ad materiam. Ecclesia è converso numerata quando talis dicatur; & an ad hoc sufficiat consuetudo. Utrum Canonici Cathedralis, vel Collegiatæ valeant admitti, vel remanere in Collegio, quando a statu simplicis Presbyteri ascensum fecerunt ad illum Canonicorum.

SUMMARIUM.

1 *In Collegiis non numeratis tot recipi valeat, pro quibus sustentandis suppetunt facultates Ecclesiæ.*

2 *Et ad hunc tacitum, & ab Jure subintellectum numerum complendum, possunt Canonici, sive Consortiales per Ordinarium compelli, & quare, & n. 7, & 8.*

3 *Episcopus est Sac. Canonum Executor.*

4 *Hujus generis duæ extant in Civitate Pistorii Congregationes Presbyterorum sæcularium.*

5 *De natura Consortii, seu Collegii est, quod ad illud spectet aggregare alios in Consortium; non possunt autem Consortiales, seu Collegiales ab aliquo compelli, ut Personas invitè recipiant.*

6 *Etiamsi Statuta Collegii, sive Consortii disponant, ut recipiendi certis qualitatibus prædìti esse debeant.*

9 *Auctoritas, quam habet Episcopus, cogendi Consortiales ad augendum numerum, juxta facultates Ecclesiæ, non competit Capitulo Cathedralis, quamvis Consortium, sive Confraternitas erecta reperiatur tatra septa ipsius Cathedralis, & num. 11.*

10 *Capitulum de Jure non habet jurisdictionem in Collegia, & Personas, licèt ab Ecclesia Cathedrali dependentes.*

12 *Ad hoc ut Ecclesia aliqua reputarè debeat numerata, requiritur, quòd adsit Statutum, certum numerum præfiniens.*

13 *Neque ad hunc effectum sufficit consuetudo, nisi fuerit præscripta cum suis requisitis, & quæ sint, & num. 14.*

15 *An, & quando Canonici Cathedralis, sive Collegiatæ admittendi veniant in Collegio, seu Consortio; vel in ipso remanere valeant, quoties de statu simplicium Presbyterorum ad illum Canonicorum elevati fuerint, & num. 16, 17, & 20.*

18 *Officia personalia nequeunt per alium adimpleri, & omnimodam incompatibilitatem de facto inducunt.*

19 *Capellania simplex, onus habens celebrandi Missas per ipsum Capellanum, est incompatibilis cum Beneficio, per quod talis obligatio impeditur.*

21 Ca-

21 *Canonici ex prædictis Congregationibus indumentis Canonicalibus in sacris functionibus utuntur; se abstinendo a muneribus congregationis, quæ gradui Canonicali non convenire censentur.*

22 *Præcedentiæ lis inter Canonicos dictarum Congregationum, & alios Confratres decisa fuit per Sac. Rit. Congregationem, & quomodo.*

IN hujusmodi Collegiis non numeratis, nempe in quibus per eorum Statuta, non est firmatus numerus Consortialium,
1 eidem Collegio adscribendus, tot debent recipi, quot absque penuria, consideratis Ecclesiæ facultatibus, sustentari possunt, ut est optimus *Text. in cap. primo de institutione* ibi -- *amplius non suscipientur, quàm se regere de bonis Ecclesiæ absque penuria possint* -- quem Textum loqui de Ecclesia non numerata, testatur ibidem *Abbas, num. 7; Barbos. num. 5, vers. Additque; Fagnan. ibid. num. 5; Ventrigl. in prax. for. Eccles. par. 1, annot. 18, § Unic. num. 22; Lotter. de re benefic. lib. primo, q. 14, num. 19, & seqq. Card. de Luc. de Canon. & dignit. disc. 21, sub n. 20; & disc. 36, sub num. 8; Rot. dec. 229, num. 5, cor. Mantic. & dec. 32, num. 4, & 5, par. 14 recent.*

Quamvis autem in talibus Ecclesiis, sive Collegiis non numeratis non detur certus numerus, & expressus, tamen datur numerus tacitus, a Jure subintellectus, ut videlicet tot in Ecclesia esse debeant, quot possunt esse, facultatibus Ec-
2 clesiæ connumeratis. Et ad istum tacitum numerum, & a jure subintellectum, complendum, compelli possunt Canonici, sive Consortiales per Ordinarium; ne ipsi respiciendo ad eorum proprium commodum, minorem numerum adscribant, & sic Ecclesia debito fraudetur servitio, ut bene *Imola in d. cap. ex parte, num. 2; Butr. ibidem, pariter n. 2*, quandoquidem quoties Collegii, sive Ecclesiæ non est per eorum Statuta præfinitus numerus, totum remittitur ad arbitrium Episcopi,
3 qui est Executor Canonum, ut dixit in proposito *Bellamer. in cap. cum M. Ferrarien. de constit. num. 11.*

Istius naturæ sunt Congregationes Presbyterorum Sanctiss. Trinitatis, & Spiritus Sancti hujus Civitatis Pistorii, quæ non habent numerum præfinitum, & au-
4 getur utplurimum mediante nominatione, quam facit quilibet ex Confratribus Sacerdotibus alterius Clerici, vel Sacerdotis, juxta deliberationem, quæ immimuto numero Confratrum, fieri solet a Corpore ipsius Confraternitatis, approbante Episcopo. De natura enim Consortii, seu Communitatis, vel Confraternitatis est, quòd ad eas spectet aggre-
gate alios in Consortium, quòdque non 5
possint Consortiales cogi ab aliquo, ut inviti recipiant Personas ad eorum Consortium, juxta *allegat. Lap. 31, num. 2, & seqq. Riccius. elucubrat. Ecclesiast. lib. 4, cap. 10, num. 2; Navarr. cons. 1, sub. 12, ut lit. pendent. Oldrad. cons. 97, sub num. 1; Tondut. resolut. benefic. lib. 1, cap. 24, num. 2, & seqq. Adden. ad Buratt. decis. 809, num. 16; Rot. dec. 180, num. 25, part. 9; decis. 388, sub num. 8, versic. ulterius placuit, part. 16, decis. 695, num. 18, & pluribus sequen. par. 18 recent. t. 2.* Idque procedit etiamsi in Statutis Collegii, sive Consortii cautum sit, quòd in eo admittendi certis qualitatibus pollere
debeant; nam non ideò omnes qualificati de necesse admitti debent, sed hi tantum, quos Consortiales admittere ex qualificatis voluerint, ut egregiè advertit *Rot. d. dec. 180, ex num. 23, usque ad 26, par. 9; & dec. 695, num. 20, 21, & 22, par. 18 rec. tom. 2.* Verumtamen ne fraus fiat divino cultui, negligendo adscriptionem novorum Consortialium, sive Confratrum, ut pinguiores sint distributiones, aliaque emolumenta inter pauciores repartita, potest, ut diximus, Episcopus cogere Consortiales ad augendum
numerum; ita & taliter ut onera Collegio, sive Confraternitati incumbentia, præsertim Missarum, & Officiorum, ritè, & ad mentem Fundatorum impleri valeant, & conferunt notata per *Imol. in d. cap. ex parte; & Bellamer. ubi supr. & Butrius ibid. num. 2*, ibi -- *Nota quòd quanquam in Ecclesiis non numeratis, non sit dare certum, & expressum numerum, est tamen dare quendam Juris numerum, ut videlicet tot in Ecclesia sint, quot esse possunt, facultatibus Ecclesiæ attentis, & ad istum numerum tacitum complendum cogi possunt per Ordinarium.*

Sicuti autem diximus, quòd ad Ordinarium spectat cogere Consortiales, ex causa præmissa, ad complendum numerum competentem, licèt diminuantur lucra Consortialium, sive Confratrum jam ad-
missorum, quia hujusmodi damnum non 8
est habendum in consideratione, respectu publici boni, quod ex majori numero Ecclesiæ inservientium provenit, ut ad rem notarunt *Tusch. lit. D, conclus. 514, n. 13; Tondut. resol. benef. 68, num. 15, lib. 1; Rot. cor. Buratt. dec. 193, num. 22.* Talis auctoritas neutiquam competit Ca-
pitulo Cathedralis, licèt agetur de 9
Consortio, sive Confraternitate, erecta in Capella, existente intra septa ipsius Cathedralis; quia Capitulum de Jure ca-
ret jurisdictione in concernentibus loca, 10
Collegia, & Personas, licèt ab Ecclesia Cathedrali dependentes. *Fagnan. in cap. cùm omnes n. 38, & seqq. de Constit. ibiq. Felin. sub num. 9, in fin. & num. 10, vers.*

4, est

4, *est advertendum ; Feder. de Sen. conf.*
16, per tot. Rot. d. 107, *num.* 7, 8, 9,
& 10, par. 7 *rec. & decis.* 1, *num.* 3, *apud*
Constantin. ad Statut. Urb. tom. 3, *in Bar-*
chinonen. Statuti, 10 *Martii* 1704, § *Nec*
talis potestas, coram Priolo, & in Illerden.
juris mulctandi super negotio principali, §
Et præscindendum, circa med. coram Muto,
& in Illerden. Statuti, 16 *Martii* 1705,
coram eodem. Et in præcisis terminis Con-
11 sortii Presbyterorum existentium in Ca-
pella sita in Claustris Ecclesiæ Cathedra-
lis contra Capitulum Urgellen. respon-
dit *Rot. in Urgellen. Admissionis ad Di-*
stributiones, 8 *Maji* 1705, *cor. Molines*.
Ut autem aliqua Ecclesia censeri de-
12 beat numerata, necesse est, ut adsit Statu-
tum, certum numerum præfiniens. Alio-
quin, quamvis ex consuetudine nonnisi fue-
rit numerus determinatus inservientium
in qualitate Canonicorum, sive Consor-
13 tialium, non per hoc Ecclesia reputari
potest numerata ; cùm numerus inductus
ex consuetudine sit facultativus, ita ut
possit vel minui, vel augeri, prout ipsius
Ecclesiæ facultates exposcunt, juxta re-
gulas superius traditas, ut docuerunt *Jo.*
Andr. in d. cap. ex parte, de concess. præ-
ben. num. 6, *ibiq. Imol. num.* 2, *& numer.*
9; *Butr. num.* 2, *& num.* 7, *Lotter. de Re*
benefic. lib. primo, quæst. 14, *num.* 14, *&*
Rot. cor. Coccin. d. 1902, *num.* 19, *&* 20.
Nisi ageretur de consuetudine præscripta
cum tribus requisitis, quòd habens jus
creandi Canonicos, seu admittendi Con-
14 sortiales, voluisset alios eligere, sive ad-
mittere ultra consuetum numerum, &
fuisset impeditus, & impedimento acquie-
visset, ut ex doctrina *Imol. in d. cap. ex*
parte, num. 9, *& Zabarell. ibid. num.* 6, *in*
fine; docet *Lotter. d. q.* 14, *n.* 15, ac post
eum *Piton. discept. Ecclesiast.* 17, *num.* 16,
& seqq. par. prima, pag. 312, penes quem
latè agitur de materia Ecclesiæ non nu-
meratæ, ac de admissione novorum Ca-
nonicorum, seu Consortialium ob excre-
scentiam reddituum ipsius Ecclesiæ.
Hic non inopportunè agendum est, an
ad Consortium Presbyterorum admitten-
di veniant Canonici Cathedralis, sive
15 Collegiatæ, vel in ipso Collegio rema-
nere valeant, quoties a statu simplicis
Presbyteri ascensum fecerint ad illum Ca-
nonicorum. Hujusmodi quæstio agitata
fuit in Sacra Congregatione Concilii in
una *Regien. Consortii*, 23 *Januarii* 1706.
16 Etenim cùm in Parochiali Ecclesia Oppi-
di Herberiæ Diœcesis Regiensis institutum
reperiretur quoddam Consortium Presby-
terorum, qui Statutis diebus, præsertim
festivis, eidem Ecclesiæ in divinis defer-
viebant, ac plura legata Missarum, &
Officiorum adimplebant, percipiendo Di-
stributiones a communi massa provenien-
tes, fuit eadem Ecclesia authoritate Apo-
stolica elevata ad statum Collegiatæ, &
nonnulli ex Presbyteris Consortialibus
creati Canonici novæ Collegiatæ ; hinc
inter istos, & alios Consortiales orta est
controversia, an prædicti novi Canonici
possent remanere in numero Consortia-
lium, ac participare de Distributionibus
antedictæ massæ ; & concordato dubio --
An Consortiales possint obtinere Canonica-
tum in eadem Ecclesia, & in Consortio re-
manere: negativa prodiit responsio ; non
quia incompatibile esset Canonico rema-
nere in Consortio Presbyterorum ; sed 17
quia incompatibile erat in casu prædicto
servitium, quod Ecclesiæ tamquam Col-
legiatæ præstare debebant Canonici, cum
servitio, quo astringebantur tamquam
Consortiales ; ex impossibilitate namque
adimplendi eodem tempore duo munera,
sive officia, quæ per alium adimpleri ne-
queunt, utpote personalia, resultat omni- 18
moda incompatibilitas de facto ; *Amostaz.*
de caus. piis, lib. 3, *cap.* 12, *num.* 34; *Pa-*
nimoll. decis. 31, *adnotat. prima, numer.*
31. Et in terminis Capellaniæ simplicis,
habentis onus celebrandi per se Missas,
quòd sit incompatibilis cum Beneficio, 19
hujusmodi celebrationem impediente, tra-
diderunt *Barbos. de offic. & pot. Episc. p.*
2, *alleg.* 24, *n.* 47, *& de Univers. Jur. Ec-*
cles. lib. 3, *cap.* 5, *num.* 19, *in fin. Gonzal.*
ad reg. 8 *Cancell. Gloss.* 5, *num.* 100;
Antonell. de regim. Eccles. lib. 3, *cap.* 3,
num. 6. *Sac. Congr. Concil. in Tirasonen.*
Capellaniæ, 12 *Januarii* 1697, *lib.* 47,
Decretor. fol. 4.
Quapropter cùm ista incompatibilitas
Servitii non verificetur in Congregatio-
nibus supra memoratis hujus Civitatis
Pistorii, & similium, quæ sunt Floren-
tiæ, cùm servitium, quod præstant Con- 20
fratres Presbyteri ex obligationibus, Con-
fraternitati incumbentibus, non sit in-
compatibile cum servitio, cui Canoni-
ci sunt addicti in eorum Ecclesia Cathe-
drali, sive Collegiata, ratione diversita-
tis temporis, ideo in istis Congregatio-
nibus admittuntur simul cum simplicibus
Sacerdotibus etiam Canonici, qui in hujus
functionibus indumentis Canonicalibus
uruntur ; solùmque se abstinent ab iis mu- 21
neribus Congregationis, concernetibus ad-
ministrationem, & similia, gradui Canoni-
cali aliquatenus incongrua. Exorta tamen
jamdiu fuit controversia inter dictarum
nostrarum Congregationum Canonicos,
& alios Confratres super modo præceden-
di, prætendentes simplices Presbyteri,
Canonicos, uti Confratres, nulla gaude-
re debere prærogativa, ratione Canoni-
calis dignitatis, juxta ea, quæ alibi di-
ximus agendo de præcedentia in Colle-
gio, ad quam nullatenus conferr digni-
tas extra Collegium. Canonici verò il-
lam sibi deberi contendebant salrem ra-

tione delationis habitus Canonicalis, quem in sacris functionibus Congregationum gestare consueverant. Eadem verò controversia sopita fuit per sequens decretum *Sac. Rit. Congregationis*, quòd pacificè usque ad hæc tempora fuit observatum.

PISTORIEN.

Contendentibus inter se Confratribus Societatum SS. Trinitatis & Spiritus Sancti Civitatis Pistorii, videlicet, Canonicis Cathedralis ejusdem Civitatis ex una, & aliis Presbyteris non Canonicis ex altera partibus super delatione habitus Canonicalis, & præcedentia in dictis Societatibus servanda. Sacra Rituum Congregatio, referente Illustriss. de Torres censuit Canonicos juxta eorum antiquam consuetudinem uti debere in dictis Societatibus habitu Canonicali; eosdemque Canonicos, sive sint Priores, ac etiamsi sint duo Priores ejusdem Societatis eodem tempore, sive sint Officiales, vel unus, vel plures, sive nullus eorum habeat Officium, omnes simul residere semper debere in primis locis ad sinistram Chori, atque inter eos, Officiales præcedere aliis, Officium non habentibus, non obstante majori dignitate, aut priori receptione in Canonicatu. Presbyteros verò non Canonicos Priores, etiam si duo ex eis Priores unius Societatis pari modo sint, sedere e contra debere ad dexteram Chori. Coadjutores autem Canonicorum nulla in dictis Societatibus prærogativa Canonicorum gaudere posse. In reliquis nihil omninò immutari voluit, & ita servari mandavit, facto verbo cum Sanctissimo. Hac die 12 Junii 1628.

Jo. Baptista Cardinalis Datus Præf.
F. Fulvius Benig. Secr.

ADDITIO XVI.

De Præeminentiis Magistratus Sæcularis.

ARGUMENTUM.

Inter cætera obsequia, Magistratibus Sæcularibus debita, dum in corpore, & propria figura resident, ostenditur hìc, exhibendam illis esse salutationem, seu reverentiam, etiam a Personis Ecclesiasticis; concurrente præsertim consuetudine, & alia ad materiam.

SUMMARIUM.

1 *Magistratui Sæculari, quoties in corpore, & propriis insignibus indutus, alicui sacræ functioni assistit, debetur salutatio, seu reverentia, & num. 4.*
2 *Principis personam repræsentat.*
3 *Ac proinde obsequiis, tali repræsentationi respondentibus, fas est ut honoretur.*
5 *Immo dictam salutationem malitiosè omittentes puniendi essent, etiamsi a Magistratus potestate exemptionem prætenderent.*
6 *Ad præstandam salutationem Magistratui tenentur etiam Ecclesiastici; & si recusent, & ipsi subjacent pœnæ.*
7 *Sacerdotes, transeuntes ante Magistratum, occasione progrediendi ad Altare, pro sacro faciendo, vel inde ad Sacristiam redeuntes, debent illum salutare capite cooperto.*
8 *Concurrente præsertim consuetudine, quæ in hac materia totum operatur.*
9 *Tam de Jure Civili, quàm Canonico, & quæ sit inter unum & alterum differentia.*
10 *Quod fuit per legitimum tempus observatum, in futurum quoque practicari debet.*
11 *Actus facultativi apti non sunt inducere consuetudinem obligatoriam; nec proinde ex eis ullum jus quasi possessionis acquiritur.*
12 *Limita, quando actus prædicti fuerint per longum tempus continuati.*
13 *Actus, gesti erga aliquem Magistratum, seu Publicum a Personis privatis, an dici possint merè facultativi.*
14 *Consuetudinis, & soliti effectus est, ut præstet titulum sufficientem illum habenti, ad obtinendum etiam in futurum id, quod ex mera voluntate fieri consuetum fuit.*
15 *Actus voluntarii, per cursum decem annorum, transeunt in necessitatem.*
16 *Reverentiam Magistratus e converso non tenentur facere Sacerdotes, post finem Missæ, antequam ab Altari discedant.*
17 *Dantur nonnulla decreta Sac. Rit. Congregationis ad materiam.*

In augmentum eorum, quæ alibi acta sunt, circa præeminentias Magistratuum Sæcularium, hic adnectere lubet, quòd præter alia obsequia illi debita, dum in corpore, & propriis insignibus indutus, sacris functionibus assistit, salutatio, seu reverentia Magistratui facienda est. Cùm enim ipse in propria figura resideat, & Principis personam repræsentet, per textum in l. *Etiam eos, Cod. de appellat. l. Item eorum, § Decuriones, ff. quòd cujusque univ. nom. l. municipes, ff. ad municipal. Bovadill. lib. 3, polit. cap. 1, n. 41; Cassan. Cathalog. glor. Mund. part. 7, consid. 10, per tot. in fin. Gratian. discept. 284, num. 1, 8, & 9, ibique Carol. Ant. de Luc. num. 1; Cboell. in Bull. bon. regim. cap. 30, in fin. Raynald. observ. crim. cap. 2, § 6, & 7, num. 21; Pignattell. consultat.* 1 2

sultat. 26, *n.* 2, *in fin. t.* 1. *Panimoll. decis.*
3 1, *adnot.* 11, *num.* 4, decet proinde, ut obsequiis tali repræsentationi respondentibus honoretur, prout *ex Cassan. & Gratian.* docet *Panimoll. loc. mox citat, n.* 4; *Bovadill. lib.* 3, *polit. cap.* 1, *num.* 41, *& cap.* 2, *num.* 6; *Scannarol. de Visit. carcerat. lib.* 2, § 33, *cap. unic. n.* 44; *Raynald. observ. crim. cap.* 2, § 6, *&* 7, *num.* 8, *&* 9; *Paulut. Dissert.* 86, *art.* 1, *num.* 4, *&* 11.

Et in puncto salutationis, seu reve-
4 rentiæ est Textus in *l.* 1, *cod. de silentiar. & decurion. l.* 12, *& l.* 1, *cod. de Præposit. Sac. Cubicul. lib. eodem; ibique Joan. de Plat. in Comment. Sigaroll. cons.* 108, *lib.* 1, *vers. Redeo ad primum; Menoch. cons.* 126, *num.* 17, *lib.* 2; *Caravit. rit.* 5, *num.* 11, *&* 12; *Bovadil. lib.* 3, *polit. cap.* 1, *num.* 45; *Mastrill. de Magistr. lib.* 5, *cap.* 3, *num.* 25; *Gratian. d. discept.* 248, *in princ. & per totam, & ibi Adden. Capyc. Latr. const.* 43, *num.* 16.

Quinimò prædictam salutationem maliotiosè omittentes, pœna digni forent, li-
5 cèt prætenderent exemptionem, aut libertatem ab ejusdem Magistratus potestate; *Negusant. cons.* 157, *num.* 10; *Rugiell. pract. quæst. cap.* 47, *num.* 65; *Caravit. Rit.* 5, *num.* 10, *& seqq. Muta, regn. Pragm. tit.* 4, *num.* 43, *part.* 2; *Giurb. cons. crim.* 38, *num.* 15; *Conciol. Verb. Officialis, resol.* 2, *num.* 1; neque ab hujus-
6 modi obsequii exhibitione erga Magistratum soluti sunt Ecclesiastici; quos pariter, si præstare recusent, pœnæ subjacere, scriptum reliquerunt *Bovadill. lib.* 2, *polit. cap.* 18, *num.* 89, *seqq. de Inhibit. cap.* 7, § 3, *num.* 198; *Giurb. d. cons.* 38, *num.* 15; *Avendan. in Thesaur. tom.* 1, *tit.* 4, *cap.* 13, § 1, *num.* 104; *&* § 2, *num.* 105, & concordant *Sess. de Inhibit. cap.* 8, § 3, *num.* 198; *de Luc. ad Gratian. c.* 284, *num.* 4, *&* 6; *Conciol. verb. Officialis, dict. resol.* 2, *per totam*; *Raynal. observ. crim. cap.* 2, § 6, *&* 7, *num.* 10; *D. Aud. Bonfin. ad Bannim. general. cap.* 42, *num.* 24. Eamdem salutationem, & reverentiam Magistratui tenentur facere etiam Sacerdotes, ante illum transeuntes, occasione progrediendi ad Altare pro sacro
7 faciendo, vel inde ad Sacristiam redeundi, capite tamen cooperto, ex iis, quæ loquendo de Magnate, seu Viro aliquo insigni, tradit *Bauldry, sac. cæremon. part.* 3, *tit.* 2, *de præparat. Sacerdot. & de ingress. ad altar.* cùm Magistratus munere fungentes, dicantur in dignitate, & honore maximo constituti, *ex Mastrill. de Magistr. lib.* 5, *cap.* 3, *num.* 24; *Amay. ad tit. de Decurion. in Rub. num.* 15; *Garz. de nobilit. glos.* 48, § 4, *num.* 77.

Potissimum, si concurrat consuetudo,
8 quæ in hac materia totum operatur, ad communiter tradita per *Hostien. in cap. Pecorum, de ætat. & qualit. ordin. Covarruv. pract. quæst. cap.* 17, *n.* 6, *vers.* 4; *Menoch. cons.* 51; *Altogr. cons.* 1, *num.* 58, *Cboell. in Bull. Bon. regimin. capit.* 37, *numer.* 29; *Cyriac. controv.* 201, *numer.* 168; *Seraphin. decis.* 964, *num.* 1; *Gregor. decis.* 124, *num.* 2, *&* 4; *Merlin. dec.* 70, *num.* 17; *& post Antonell. de jur. & oner. Cleric. decis.* 19, *num.* 10, *& decis.* 21, *num.* 13, *decis.* 202, *num.* 17, *&* 18, *part.* 10 *rec. & in Pampilonen. Præeminentiarum*, 3 *Feb.* 1700, § *Fortius, in fin. cor. dell' Olmo.*

Idque procedit, tam de Jure Civili, quàm de Jure Canonico, cum hoc solo discrimine, quòd ad inducendam consue- 9
tudinem, Legibus repugnantem, attento Jure Civili, sufficiunt decem anni; juxta verò Canonicas Sanctiones requiritur spatium quadraginta annorum, ut per *Corn. cons.* 193, *num.* 4, *lib.* 2; *Valenzuel. cons.* 34, *n.* 164, *vers. tempus*; *Mastrill. de Magistr. lib.* 5, *cap.* 4, *num.* 33, *& seqq. Pignattell. consult.* 72, *num.* 2, *tom.* 4; *Rot. decis.* 10, *num.* 4, *post Tamburin. de Jur. Abbat. in recent. decis.* 226, *num.* 7, *par.* 14; *& in cit. Pampilonen.* § *Sed etiam.*

Stante igitur consuetudine, practicandum venit, etiam in futurum, quod fuit 10
per legitimum tempus antea observatum, *cap. cum olim extra, de consuet. Fab. de Anna, cons.* 40, *n.* 2, 7, *&* 10, *lib.* 1; *Valenzuel. cons.* 134, *num.* 32; *Lara de Anniver. & Capellan. cap.* 24, *num.* 20, *&* 21, *lib.* 1; *Bartolin. de præcedent. quæst.* 10, *art.* 6, *fol.* 197, *col.* 1, *vers. temporis enim longitudo*; *Altovit. vot.* 8, *post decis. Rembold. latè Cyriac. contr.* 201, *numer.* 165, *& seqq. Salzed. in theatr. honor. gloss.* 49, *num.* 1, *& seqq. & per tot. Francesc. de Eccles. Cathedr. cap.* 25, *num.* 366, *& cap.* 33, *num.* 313, *& seqq. Joan. Limen. de jur. publ. lib.* 4, *cap.* 9, *num.* 46, *&* 52; *Carpsou, decis. saxon.* 7, *num.* 42; *Sperell. decis.* 179, *num.* 1; *Pamphil. decis.* 127, *num.* 9; *Rot. decis.* 202, *num.* 17, *part.* 10; *decis.* 168, *num.* 5, *par.* 16; *decis.* 87, *num.* 6, *par.* 17; *& decis.* 781, *num.* 5, *& seqq. part.* 18 *recen. & in d. Pampilonen. Præeminentiarum*, § *Fortiùs.*

Neque suffragari valeret, si contra consuetudinem opponeretur, quòd actus salutationis sint facultativi, quodque propterea apti non sint inducere consue- 11
tudinem obligatoriam, nec ex eis consequenter acquiratur jus aliquod quasi possessionis, juxta *text. in l. si certis annis, cod. de pact. & notata per Postb. de Manut. observ.* 53, *num.* 10, *& num.* 28; *Pignattell. consult.* 49, *num.* 4, *& per tot. tom.* 7, *cum aliis adductis a Rot. in allegat. Pampilonen. Præeminentiarum, d.* § *Fortius, in fin.*

Præsumptio siquidem facultatis excluditur ex multiplicate actuum, per diutur-

12 turnum tempus continuatorum, quemadmodum ad limitationem enunciatæ regulæ communiter monent *Gratian. discept. foren. cap. 681, num. 6; Episc. Rocc. disput. cap. 167, num. 47, & 48; Postb. de Manut. d. observ. 53, num. 20, & seqq. Cæsar de Grass. decis. 1, num. 3, de caus. possess. Cacheran. decis. Pedemont. 99, n. 19; Panimol. decis. 1, adnot. 2, num. 16; Seraphin. decis. 212, num. 2; Gregor. dec. 162, num. 15, ibique Add. vers. Secundò excluditur præsumptio facultatis, & decis. 572, ubi Add. num. 8, Rot. apud Postb. de manut. decis. 32, num. 9; Bich. decis. 522, num. 19, & decis. 542, num. 10; & dec. 126, num. 1, part. 1, div. & in rec. decis. 126, num. 1, part. 1, & decis. 300, num. 7, part. 4, & in Urgellen. servitutum, 18 Martii 1699, § Et quidem primo, cor Ursino, & in Pampilonen. Præeminentiarum 7 Martii 1701, § Minusque, cor. dell'Olmo, & in Tarraconen. Juris punctandi super manutentione 26 Febr. 1703, § Idem quoque cor. Omanna, & in Monopolitana Præeminentiarum, pariter super manutentione, 16 Junii 1705, § Nec dicatur, cor. Molin.* Maximè quia actus merè facultativi dici posse videntur dumtaxat illi, qui fiunt a persona privata in aliam
13 privatam; non autem ii, qui practicantur erga aliquem Magistratum, seu Publicum a Personis privatis; cùm hoc casu considerationem non mereatur qualitas facultativa, *ut post Rot. decis. 863, part. 4, diver. notat Postb. in objecto allegatus, d. observ. 53, num. 17.*

Et licèt actus isti a principio sint voluntatis, fiunt tamen postea necessitatis, & inducunt consuetudinem, & obligationem in futurum præstandi id, quod per longum temporis spatium voluntariè
14 præstari consuetum fuit; qui sanè est effectus consuetudinis, & soliti, ut conferat titulum sufficientem illum non habenti, ad exigendum in futurum illud ipsum, quod ex mera voluntate præstare quis consuevit, ex *Card. de Luc. de præemin. disc. 39, num. 14, vers. Quoniam; Rot. apud Postb. de manut. decis. 311, num. 4, cor. Bich. decis. 543, num. 1, in recent. decis. 363, num. 6, part. 2, & in Brundusina electionis super bono Jure, 25 Junii 1706, § Bonum namque Jus, vers. Et quamvis, cor. Card. Priol.* ad quem effectum solus cur-
15 sus decem annorum sufficit; nam eo transacto, actus, ex libertate gesti, transeunt in necessitatem, ut ex Auctoritatibus præallegatis, quibus modò addimus eamdem *Rot. dec. 522, num. 17, & 18, in Urgellen. servitutum, 15 Martii 1697, § Et quidem, cor. Ursin. & in Monopolitana Præeminentiarum super manutentione, 16 Junii 1704, § Nec dicatur, cor. Molin.*

Hujusmodi autem reverentiam e con-
16 verso non tenentur facere Magistratui celebrantes post finem Missæ, antequam ab Altari discedant, ut resolutum fuit *a Sac. Rit. Congregatione in Veliterna, 10 Septembris 1718, ad quartum dubium*; quæ resolutio unà cum aliis, in eadem causa
emanatis, sunt tenoris sequentis, vide- 17
licet:

I. An Magistratus Velitrarum in Festo S. Francisci Xaverii possit incedere cum Clava, & eodem Comitatu, ac incedit in Festivitatibus Quatuor Sanctorum Patronorum Civitatis, Sanctissimæ Conceptionis, & Beatissimæ Mariæ Gratiarum.

II. An idem Magistratus in Ecclesiis extra Cathedralem sit thurificandus triplici ductu.

III. An eidem Magistratui sit dandum osculum pacis per amplexum, seu potius per Instrumentum, & a quo.

IV. An Celebrantes post finem Missæ tam solemnis, quàm privatæ debeant, antequam ab Altari discedant, reverentiam facere Magistratui per Capitis inclinationem.

V. An eodem Magistratu interessente Missæ privatæ, liceat in Altari accendere quatuor candelas.

VI. An Magistratus, immediatè post Canonicos, & ante Beneficiatos, cæterosque de Clero, admitti debeat ad Crucis adorationem, & Cineres.

VII. An Magistratus, ejusque Officiales in Processionibus, in quibus deferunt Intorticia, illa propriis manibus deferre debeant.

VIII. An Magistratu accedente ad Cathedralem, aliasque Ecclesias Civitatis, cum Comitatu & Clava, licitus sit sonitus Tubarum intra easdem Ecclesias.

IX. An eodem Magistratu in Cathedrali, aliisque Ecclesiis Sæcularibus, & Regularibus interessente Missæ privatæ, licitus sit intra ipsas Ecclesias sonitus Tubarum in actu elevationis Sanctissimæ Eucharistiæ.

X. An eidem Magistratui liceat in Ecclesia Parochiali S. Mariæ de Trivio retinere scamnum intus Presbyterium.

XI. An eidem Magistratui, in Ecclesiis S. Martini, S. Francisci, S. Claræ & S. Theresiæ, liceat retinere scamnum a cornu Evangelii.

Sacra &c. respondit.

Ad I *affirmativè*

Ad II *Negativè*

Ad III *Dandam esse Pacem per Instrumentum ab aliquo Ministro superpelliceo induto.*

Ad IV *Negativè*

Ad V *Affirmativè, dummodo incedat in habitu consulari*

Ad VI *Negativè*

Ad VII *Affirmativè*

Ad VIII, *&* IX *Affirmativè, sed extra Januam.*

Ad

Ad x *Negativè*
Ad xi *Arbitrio Eminentiss. Ordinarii & amplius*.
Aliæ ejusdem Sac. Congregationis resolutiones, super similibus controversiis, videri poterunt apud *Monacell. in Formular. leg. pract. form.* 2, *tit.* 13, *num.* 5, & 12.

ADDITIO XVII.

De obligatione residendi, quam habent Episcopi in suis Ecclesiis.

ARGUMENTUM.

Qualis debeat esse residentia Episcoporum in suis Diœcesibus. An incurrant pœnas contra non residentes inflictas, si in Adventu, Quadragesima, aliisque tempotibus, a Sac. Conc. Tridentino præscriptis, a Cathedrali absint. Quando Episcopatus sunt uniti, ubi debeat Episcopus suam residentiam facere.

SUMMARIUM.

1 *Residentia Episcopi in sua Cathedrali non debet esse materialis, sed formalis, & activa, & in quo hæc consistat.*
2 *Non potest abesse a Diœcesi, ultra tres menses.*
3 *Licèt in qualibet parte suæ Diœcesis valeat Episcopus residere, attamen in aliquibus Anni temporibus debet apud Cathedralem suam residentiam facere, & num.* 4.
5 *Sed non residendo apud Cathedralem dd. temporibus, non incurrit pœnam aliquam, & affertur ratio.*
6 *Et in hoc Sac. Conc. Tridentinum moderatum fuit rigorem antiquorum Canonum.*
7 *Refertur in hoc proposito resolutio Sac. Congregationis Concilii.*
8 *Justa, & rationabilis causa excusat a residentia.*
9 *In Episcopatibus unitis, debet Episcopus residere in Ecclesia digniori.*
10 *Ecclesiæ, æquè principaliter unitæ, retinent sua privilegia, ac prærogativas.*
11 *Et censentur inter se distinctæ; & licèt unus sit earum Episcopus, duplicem tamen personam repræsentat.*
12 *Ecclesia dignior, & antiquior præferri debet inferiori etiam in prænominatione.*
13 *Quod intelligendum est generaliter de quacumque alia præcedentia, quæ semper concedenda est Ecclesiæ digniori, & antiquiori; maximè si Ecclesia inferior, ante erectionem in Cathedralem, fuisset de Diœcesi alterius Ecclesiæ.*
14 *Declaratur dec. in Vaden. seu Urbanien. Prænominationis* 20 *Junii* 1687, *cor. Emer.*
15 *Dantur per extensum nonnulla Sac. Congregationis Concilii decreta ad materiam.*
16 *An Synodus celebrata in una ex Ecclesiis unitis obliget aliam.*
17 *Quomodo Episcopus duarum Ecclesiarum debeat apud utramque residere.*
18 *An Episcopus duarum Diœcesum teneatur in utraque Vicarium Generalem deputare.*
19 *An Episcopus duarum Diœcesum teneatur applicare mulctas in illa Diœcesi, in qua fuerunt exactæ.*

Certum est, quòd, sive inspiciamus dispositionem Sacrorum Canonum, sive novissimam dispositionem Sac. Concilii Tridentini, residentia Episcoporum in Ecclesia Cathedrali non debet esse materialis, sed formalis, ac activa, quia boni Pastores in omni labore villicationis suæ debent quærere ea, quæ sunt Jesu Christi, ut ex actibus Apostolorum probat *Rosa de residentia Episcoporum, cap.* 4, *sect.* 1, *num.* 10, quia residentia consistit in mentis sollicitudine erga Gregem, & in assistentia Pastorali cum exercitio Ecclesiastici ministerii, ut prosequitur *Rosa, d. sect.* 1, *num.* 5; nam ut legitur in Actibus Apostolorum, *c.* 20, Episcopis fuit injuncta assidua erga Gregem vigilantia, ibi -- *attendite vobis, & universo gregi, in quo Spiritus Sanctus posuit vos Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo* -- itaut quòd residentia merè corporalis in sua Ecclesia, quæ est infructuosa, & non operativa, dicatur turpis, inanis, & in Episcopo peccaminosa, ut relatis infinitis Theologis, & Canonistis probat *Rosa de residentia Episcoporum cap.* 4, *num.* 1, ibi: *residentia nomen non perfunctoriè accipiendum est, quatenus solum consistat in exhibendo præsentiam corporalem in loco residentiæ, sed sedulò quatenus importat exercitium Pastoris, oves pascendo verbo, & exemplo, & quatenus includit sollicitudinem pastoralem vigilando super gregem, illumque ad æternam felicitatem dirigendo, quapropter requiritur præsentia, non ut simplex interessentia materialis, sed prout est necessaria, ut Pastor suum possit explere munus, & officium, &c. illa enim turpis, & inanis, hæc gloriosa & utilis.* Et proinde Sacrum Concilium Tridentinum, dum imponit Episcopis onus residendi apud Ecclesiam Cathedralem, dictam residentiam non requirit ad hoc, ut Episcopi exhibeant solam corporalem interessentiam in Ecclesia Cathedrali, sed ut munus Pastoris in ea omni vigilantia exerceant, prout dixit Apostolus *in secunda epist. ad* 1

Ti-

Timoth. cap. 4. -- *Tu verò vigila, in omnibus labora, opus fac Evangelistæ, ministerium tuum imple* -- & propterea, inquam, Sac. Conc. Tridentinum requisivit in Episcopo residentiam ad hoc, ut attenderet sibi, & universo gregi, utque ministerium residendo impleret, ut liquet *ex sess. 6, cap. 1, de reform. & sess. 23, pariter cap. 1, de reform.*

Quamvis autem ad istam formalem residentiam teneantur Episcopi, tenentur quoque ad aliam materialem in Diœcesi,
2 itaut non possint ab ea abesse quolibet anno ultra tres menses, ex dispositione *S. Concil. Triden. sess. 6, de refor. cap. primo*. Et licèt residentia uni, vel alteri loco non sit alligara, sed potiunt Episcopi in quacumque parte suæ Diœcesis residere, & hoc modo faciendo excusentur
3 a pœnis contra Episcopos non residentes a Sacris Canonibus, & a Sacro Concilio Tridentino comminatis, ad *Textum in cap. cùm Episcopus, de offic. ordinar. in 6*, & tradunt *Fagnan. in cap. Qualiter, numer. 27, & pluribus seqq. de Cleric. non resident. Pax Jordan. lucubrat. Canonic. lib. 10, cap. 40, num. 14; Nicol. in floscul. verbo Episcopus, sub num. 93, § Potest enim; Antonell. de loco Legal. lib. 1, cap. 14, quæst. 5, num. 39; Pignattell. consult. canonic. 64, num. 7, tom. 7; de Luca Miscellan. Eccles. disc. 1, sub num. 111, & disc. 26, num. 8; & disc. 29, sub num. 9; & ad Concil. disc. 4, num. 5; Rosa de resident. cap. 1, sect. 5, sub num. 19, § Interim; Rota in recent. dec. 115, num. 2, par. 15; & Salisburgen. Testimonialium, 23 Martii*
4 *1702, § Quo verò, coram Scotto*: nihilominus sic residendo in Diœcesi, non adimplent aliud monitum ejusdem Sac. Concilii *in cap. 1, sess. 23, de reformat.* ubi admonet, & in Domino hortatur Episcopos, ne Dominicis Adventus, Quadragesimæ, Nativitatis, Resurrectionis Domini, Pentecostes, & Corporis Christi diebus a Cathedrali ullo pacto absint. Verùm, quia in hac parte Concilium Tridentinum procedit per viam monitionis,
5 & consilii, non per modum præcepti, nec continet aliquam pœnam, ea solùm incurritur per Episcopos in Diœcesi non residentes, ut egregiè explicat *Vener. in examin. Episcopor. lib. 4, cap. 7, tit. de residentia Episcoporum, sub n. 8, & 9*, & sæpiùs resolvit *Sacra Conc. Congregatio*, ut in decretis relatis per *Nicol. in floscul. verbo Episcopus, sub num. 93, versic. Qui rursus; & per Pignattell. dicta consult. 64, n. 16, tom. 7*, quæ inferiùs referentur per extensum; *Rosa de resident. cap. 1, sect. 5, sub num. 19, § Interim, fol. 59*; & hanc quæstionem diffusè tractat *Fagnan. in cap. Qualiter de Cleric. non resident. a num. 27, usque ad num. 34*, ibi -- *quæro an Episcopi temporibus præscriptis, in cap. 1, versic. eosdem interim admonet, sess. 23, de reform. in Cathedrali Ecclesia residere teneantur: an verò satis sit, ut in Diœcesi resideant. Hæc quæstio habet duas inspectiones. Prima est quoad pœnas Episcoporum non residentium: An scilicet Episcopus in diebus Adventus, Quadragesimæ, & aliis a Concilio præscriptis apud Ecclesiam Cathedralem residere teneatur, ut si in Diœcesi resideat, incidat in pœnam amissionis fructuum inflictam decreto cap. 1, sess. 23. Secunda est quoad ipsam obligationem simpliciter, & absolutè: An scilicet Episcopus prædictis temporibus teneatur ex præcepto in Cathedrali residere, quamvis si in Diœcesi resideat faciat fructus suos, neque illis privari debeat.*

Quoad primam inspectionem, verius videtur, Episcopum in Diœcesi quandocumque residentem in pœnas Concilii non incidere; nam decretum in d. cap. 1, sess. 6, ad hoc, ut Episcopi incidant in pœnam privationis quartæ partis fructuum, requirit, ut sex mensibus continuis a suis Ecclesiis extra suam Diœcesim morando abfuerint; unde ad hujusmodi pœnam satis non est, ut abfuerint a suis Ecclesiis tantùm, nisi etiam abfuerint extra Diœcesim, cùm Concilium utrumque copulativè requirat, & sub unica verborum structura &c. quòd maximè procedit in pœnalibus, in quibus si Lex, vel Statutum ad pœnam incurrendam duo requirat copulativè, nullatenus est locus pœnæ, nisi utrumque simul concurrat.

Idque *Fagnanus* ex mente præfatæ Sac. Congregationis pluribus aliis fundamentis, & rationibus confirmat, & corroborat *num. 30, 31, 32, & 33*, ibique exactissimè quæstionem examinat; idemque probat *Vener. in exam. dict. Episcop. c. 7, tit. de resident. Episcop. n. 2, & numer. 9*; & sæpius resolvit hæc Sac. Congregatio præsertim in una *Cassanen. 3, Septembris anni 1622*, quam refert *Nicol. in flosc. verb. Episcopus, sub num. 93, vers. quæ rursus* ibi -- *Censuit Episcopum, si non accedat ad Cathedralem in temporibus a Concilio præscriptis, licèt malè faciat, non tamen incidere in privationem fructuum, impositam a Concilio contra non residentes*; & articulo accuratè discusso per eamdem Sac. Congregationem ita censuit in alia resolutione, quam per extensum refert *Pignattell. tom. 7, dict. consult. 64, n. 16*, ibi -- *Posito decreto Conc. Trident. cap. 1, sess. 6, & cap. 1, sess. 13, An Episcopi temporibus præscriptis in d. cap. 1, sess. 23, versic. eosdem interim admonet, in Ecclesia sua residere teneantur; an verò satis sit, ut in Diœcesi resideant.*

Sacra Congregatio &c. articulo hujusmodi accuratè discusso censuit, Episcopos temporibus, ut supra præscriptis, teneri in Ec-

Ecclesia Cathedrali residere ; nec satis esse, ut in Diœcesi resideant, itaut aliter suæ obligationi non satisfaciant, nisi Episcopalia munia in sua Diœcesi eos aliò vocent. Cæterùm non incidere in pœnas a Sancta Synodo Episcopis non residentibus inflictas, dummodo in Diœcesi resideant.

Non relevante, quòd licèt Episcopus non residens apud Ecclesiam suam Cathedralem temporibus a Sac. Concilio Tridentino præscriptis, non incidat in aliquas pœnas vigore ipsius Concilii; nihilominus alias pœnas incurrit de Jure antiquo statutas in Concilio Chartaginensi, & aliis Conciliis, quæ refert *Faguan. in d. cap. Qualiter, num.* 34, *de Cleric. non resid.* Quoniam per Sac. Concilium
6 Tridentinum, quoad Episcoporum residentiam, moderatus fuit rigor antiquorum Canonum, ut rectè advertit *Faguan. ubi supra, num.* 34, § *Atque hoc supposito, versic. Sed tantùm.*

Hinc est quòd proposito ad instantiam Capituli Urgellensis dubio in Sac. Congregatione Concilii in *Urgellen. residentiæ, sub die* 5 *Septembris* 1705 -- *An in*
7 *casu, quo Episcopus non resideat in Cathedrali temporibus præscriptis a Sacr. Conc. Tridentino veniat puniendus, qua pœna, & a quibus in casu*: emanavit responsum *dilata, & ad mentem*; ac de eadem causa amplius actum non fuit, itaut probabile sit, quòd mens Sac. Congregationis fuerit monere Episcopum de sua obligatione, ad formam ejusdem Concilii, non verò obnoxium fuisse aliqua pœna, maxime quia ejus absentia a Cathedrali causata erat ab inobedientia ejus Capituli, ideoque & justo, & rationabi-
8 li motivo, quod excusat a residentia, ad *Text. in cap. Relatum, de cler. non residen. & cap. Inter quatuor, eod. tit. Barbos. de Episc. alleg.* 53, *num.* 5, *& seqq. Rosa de resident. cap.* 3, *num.* 22, *& seqq.*

Hujusmodi quæstio de facili contingit in Episcopatibus unitis, cùm regulariter moram trahendo Episcopi apud Ecclesiam digniorem, Capitula minus digna queri solent de ejus absentia. Etsi autem Episcopus residens in una, vel altera Diœcesi, ut diximus, adimpleat onus resi-
9 dentiæ; attamen ratione majoritatis residentiam facere debet in Ecclesia digniori, ut tenent *Gratian. discept.* 655, *numer.* 3, loquens de Ecclesia Viterbien. & Tuscanen. *Vivian. de Jur. patron. lib.* 14, *cap.* 5, *num.* 18; *Rebuff. de Union. ubi supra num.* 11. Sac. Congregatio Concilii apud *Garz. de beneficiis, par.* 3, *cap.* 2, *num.* 179, *in respons. ad* 14, *& num.* 185; *Pignattell. consult.* 135, *num.* 1, *tom.* 9, quos refert & sequitur *Piton. discept.* 9, *num.* 7, ex ea ratione, quia cùm unio duarum Ecclesiarum fieri soleat æquè princi-
10 paliter, sequitur, quòd Ecclesiæ hoc modo unitæ retineant sua privilegia, ac prærogativas ut priùs, ad notata per *Card. de Luc. disc.* 1, *sub num.* 38, *in Miscell. Ecclesiast.* ubi addit rationem, quòd istæ Ecclesiæ censentur inter se distinctæ; & 11
licèt unus sit earum Episcopus, duplicem tamen personam repræsentat; *Piton. dict. discept.* 9, *num.* 5; ac proinde Ecclesia dignior, & antiquior præferri debet inferiori, etiam in prænominatione; neque 12
inter Ecclesias, licèt æquè principaliter unitas, servanda est alternativa, sed a digniori fieri debet denominatio; *Rebuff. in prax. benef. titul. de Union. num.* 15, *&* 16, ibi -- *Tertiò, fit unio duarum Ecclesiarum, ut utraque remaneat Episcopalis &c. & tunc dicitur æquè principalis utraque Ecclesia, sed unus erit Episcopus, &c. & tunc qualibet sua habebit privilegia, & Statuta, &c. & tunc nominatio a digniori fieri debet*, itaut ista denominatio fieri debeat prælative ad nominationem alterius Ecclesiæ minus dignæ, postscribendo nomen Ecclesiæ inferioris, & præponendo nomen superioris, prout tradit *Gonzal. ad regul.* 8, *gloss.* 5, § 7, *num.* 31; *Francesc. de Eccles. Cathedral. cap.* 8, *n.* 368, *& seqq.* Et quòd dictum est de prænominatione, intelligendum etiam generaliter venit de quacumque alia præce- 13
dentia, quæ semper danda est Ecclesiæ digniori, & antiquiori, maximè si Ecclesia inferior ante erectionem in Cathedralem fuisset de Diœcesi alterius Ecclesiæ, ac proinde ista fuisset matrix, altera filialis; *Fagnan. in cap. cùm certum, num.* 24, *&* 25, *de majorit. & obed.* ibi -- *Constat fuisse adjudicatam præcedentiam Capitulo Valvensi his præcipuè fundamentis, videlicet, quia Ecclesia Sancti Pelini de Valva &c. semper fuit Cathedralis &c. at verò Ecclesia Sancti Panfili de Sulmona erat Plebania Diœcesis Valvensis*. Neutiquam obstante resolutione *Rotæ in Vaden. seu* 14
Urbanien. Prænominationis, 20 *Junii* 1687, *cor. Emerix*; quia ut advertit *Piton. loc. cit. num.* 10, in casu dictæ decisionis non constabat, quòd una Ecclesia esser dignior, & major altera; itemque quia Pontifex in actu Unionis suppresserat antiquas præeminentias & privilegia utriusque Ecclesiæ.

Cum autem circa prædicta nonnulla fuerint decisa per Sac. Congreg. Concilii in una *Gerutinen. & Cariaten. Synodi, & gravaminum, sub die* 2 *Octobris* 1706, 15
hic subnectuntur dubia & resolutiones, hanc materiam concernentia.

Primò, An Synodus ab Episcopo celebrata in Cathedrali Cariaten. sustineatur, & quatenus affirmativè. 16

Secundò, An liget Diœcesim Geruntinam.

Quartò, An & quomodo Episcopus teneatur residere in Cathedrali Geruntina. 17

Quin-

18 *Quintò An Episcopus teneatur deputare Vicarium Generalem pro Diœcesi Geruntina.*

19 *Octavò, An mulctæ ab Episcopo exactæ a Diœcesanis Geruntinis applicari debeant locis piis ejusdem Diœcesis.*

Responsum fuit ad primum *affirmativè*; -- ad secundum *negativè* -- ad quartum *negativè, & Episcopus curet residere etiam in Ecclesia Geruntinen. saltem in aliquibus diebus solemnioribus* -- ad quintum *in casu de quo agitur, affirmativè* -- ad octavum *affirmativè* --

Ab hujusmodi resolutionibus Episcopus Geruntinensis novam obtinuit audientiam; & causa reproposita sub die 4 Junii 1707, emanavit rescriptum *dilata ad primam*, sed revolutis a me subsequentibus foliis d. Sac. Congregationis, non reperi aliam reptopositionem dictæ causæ; unde censeo Episcopum postea acquievisse ante dictis resolutionibus.

ADDITIO XVIII.

De Prædicatione Verbi Dei.

ARGUMENTUM.

An Capitulum Cathedralis jus aliquod habeat circa ea, quæ concernunt Prædicationem Verbi Dei in Ecclesia Cathedrali.

SUMMARIUM.

1 *Episcopis privativè competit munus annunciandi Evangelicam doctrinam, & alia ad salutem necessaria, & numer. 5.*

2 *Ipsis legitimè impeditis, assumere debent Viros, ad hoc Officium exequendum idoneos.*

3 *Et illud usurpantes, absque licentia Episcopi, vel Sanctæ Sedis, excommunicationi subjacent.*

4 *Multò magis spectat ad Episcopum electio, & deputatio Concionatorum in Ecclesia Cathedrali, aliisque, in ejus ambitu existentibus, non obstante quacumque consuetudine, etiam immemorabili.*

6 *Neque Capitulum prætendere potest, quòd Concionatores, ab Episcopo deputati, ad annunciandum Verbum Dei in Cathedrali, ipsi exhibeant Literas patentes eorum deputationis, & quare, & num. 7, & 8.*

9 *Item non potest prætendere retentionem clavium Pulpiti Ecclesiæ Cathedralis, ubi solitum est clausum retineri, sed ea ad Episcopum spectat, & qua ratione.*

10 *Sicuti retentio clavium, ubi asservatur Sanctissimum Sacramentum, spectat ad illum, cui incumbit Sacramentorum administratio.*

11 *Decreta ad materiam Sac. Congregationis Concilii.*

12 *Si Populus, sive Capitulum subministret expensas, & honorarium pro Concionatore; potest nihilominus Episcopus Concionatoris electionem facere, dummodo paratus sit expensas facere, pro illius manutentione.*

13 *An Christifideles teneantur, & cogi possint ad audiendam Verbi Dei prædicationem, & præsertim in propria Parochia.*

14 *Utrum Canonici teneantur assistere Concioni, tempore Quadragesimæ, & Adventus, & sub quibus pœnis, remissivè. Quando, & quomodo ab iisdem Canonicis præstanda sit assistentia Episcopo, Concionem habenti, pariter remissivè, eodem num. 14.*

CUM Dominus Jesus Christus, mittens Apostolos suos per universum Mundum, prædicare jusserit Evangelium omni Creaturæ, ut habetur *Marc. cap.* 16; Episcopi autem, tamquam in Apostolorum locum suffecti, habent juris assistentiam, pro explendo munere Prædicationis in omnibus Ecclesiis suæ Diœcesis, quinimò compelluntur præcisè ad hoc; ac privativè eis competit munus annunciandi Evangelicam veritatem, & ea, quæ pertinent ad salutem, gentes edocendi, *Can. Episcopi il 3, distinct.* 88; *Can. Diaconi il 2, distinct.* 92; *Can. sicut vir* 7, *quæst.* 1, & disponit *Sac. Concilium Tridentinum sess. 5, de reformat. cap. 2, & sess. 24, cap. 4; Barbos. de Episcop. allegat. 74, num. 1, & seqq. Campanil. in diversor. Jur. Canonic. rubr. 12, cap. 13, num. 13; Panimol. dec. 81, adnotat. 1, n. 3, & seqq. Rota in celebri dec. 598, num. 1, & seqq. cor. Merlino; & in Gerunden. Jurisdictionis super primo dubio, 5 Maji* 1698, § *Fundamentum, & sequen. cor. R. P. D. meo Caprara.* 1

Ipsisque legitimè impeditis, præcipitur, ut assumere debeant Viros idoneos, ad Sanctæ Prædicarionis officium salubriter exequendum, potentes in opere, & sermone, juxta *Textum in Canon. Episcopus nullam* 88, *distinct.* & sancita *in Concilio Tridentino sess. 5, de reformat. cap. 2, & sess. 24, de reformat. cap. 4; Wayme ad 24 constitut. ex Jure antiquo desumptas, & per Concilium Tridentinum innovatas, constitut. 5, num. 2, pag. 40; Barbos. ad Concil. d. sess. 5, de reformat. cap. 2, num. 3; Panimoll. d. dec. 91, adnotat. 1, num.* 8. 2

Posito autem, quòd Jus privativum prædicandi, vel alios deputandi, spectet ad Episcopum, sequitur, quòd Concionatores, qui, impedito Episcopo, Gregem

1 gem suum verbo Dei pascant, deputari debeant ab eodem Episcopo, & ab eo licentia concedi, non ab aliis; adeout
3 officium Prædicationis sine ipsius, vel Sedis Apostolicæ licentia usurpantes, anathemate feriuntur; *Cap. excommunicamus, § Quia verò, de hæretic. cap. cùm ex injuncto, & cap. sicut, eodem titul.* & Statutum fuit in Concilio Lateranensi *in cap. inter cætera, de Offic. Ordinar. & in Tridentin. sess. 5, de reformat. cap. 2; & sess. 24, cap. 4,* & resolvit *Sac. Congregatio Episcoporum apud Leon. Thesaur. for. Eccles. cap. 8, num. 4; Francesf. Pastoral. regular. quæst. 10, num. 15, & seq. Antonell. de regimin. Eccles. Episcop. lib. 1, cap. 15, num. 3; Barbos. ad Concil. sess. 5, de reformat. cap. 2, num. 5, & sess. 24, de reform. cap. 4, num. 2, & de Episcop. allegat. 76, num. 5; Fagnan. in cap. responso, n. 17, & seq. de sentent. excommunic. Card. de Luca miscell. Eccles. disc. 27, num. 4, & 5; Panimoll. d. dec. 91, adn. 2, num. 1, & seqq. Rot. cor. Merlino, d. dec. 598, num. 60, & seq. & in dicta Gerunden. Jurisdictionis super primo dubio, 5 Maji 1698, § Eamdemque, § Seq. § Non obstat, & § Nec suffragatur, cor. R. P. D. Caprara.*

Hocque eò fortius procedit, quando agitur de electione, & deputatione Prædicatorum in Ecclesiis Cathedralibus, aliisque in eorum ambitu existentibus, quæ semper facienda est ab Episcopo, & ab
4 eo licentia prædictis solùm concedi potest, nulla habita ratione cujuscumque consuetudinis etiam immemorabilis; adeout Capitulum, & Canonici non possint in his deputationibus, & concessionibus licentiarum se intromittere, ut censuit Sac. Congregatio apud *Weyms ad 24 constit. ex Jure antiquo desumptas,* & per Concilium Tridentinum innovatas, *constitut. 5, num. 10; Barbos. de Episcop. allegat. 76, num. 6, & seq. & ad Concil. sess. 5, de reform. cap. 2, num. 6, & 8, & in collect. dec. collect. 592, num. 8, & 11; Gavant. Manual. Episcopor. verbo concio Sacra, num. 21; Armandar. in addit. ad recompilat. leg. Navar. lib. 4, tit. 30, leg. 3, de Prædicat. Sac. Scriptur. num. 21; Card. de Luc. Miscellan. Eccles. disc. 27, num. 5; Pignattell. consult. Canonic. 206, sub num. 3, § Quòd jus deputandi, num. 15, 30, 32, & num. 46, in fine, tom. 4; Panimoll. d. dec. 91, adnotat. 2, num. 3.*

Et in puncto, quòd Episcopus habeat Juris assistentiam super privativa Prædi-
5 catione in Ecclesiis suæ Diœcesis, & super concessione licentiarum, pro explendo munere Prædicationis per alium, *Card. de Luca, Miscell. Eccles. disc. 27, sub num. 5; Pignattell. consult. Canonic. 206, num. 46, tom. 4; Ventrigl. de Jurisdict. Archiepiscop. cap. 69, num. 5; Antonell. de Regimin. Eccles. Episcopal. lib. 1, cap. 15, num. 3; Rota in Gerunden. Jurisdictionis super Manutentione, 5 Martii 1692, § Eademque, cor. Reverendiss. Domino Decano,* & in eadem causa super primo dubio, *5 Maji 1698, § Fundamentum, & seq.* ubi plures adducuntur concordantes *cor. Card. Caprara,* itaut nec contraria consuetudo, etiam immemorabilis, contra Episcopum suffragari possit, ut in subjecta materia tradunt *Barbos. de Episcop. alleg. d. 76, num. 6, & seqq. & ad Concil. sess. 5, de reformat. cap. 2, num. 5, & 6, & 8. Gavant. Manual. Episcop. verbo Concio Sacra, num. 21; Panimoll. dicta dec. 91, adnot. 2, num. 3,* aliisque superiùs relatis in § *Hocque.*

Hinc est, quòd Capitulum prætendere non potest de Jure, quòd Concionatores ab Episcopo missi, & deputati ad annunciandum Verbum Dei in Cathedrali, 6
teneantur ipsi exhibere Literas patentes eorum deputationis; nam si Episcopus habet Jus privativum prædicandi Verbum Dei, vel aliis, pro hoc munere explendo, licentiam concedendi, ut supra ostensum est; & si in hujusmodi rebus Capitulum se ingerere nullo modo, nulloque quæsito colore potest, nec directè, nec indirectè, ut in specie notant *Barbos. ad Concil. sess. 5, de reform. cap. 2, sub num. 6, & num. 8, & de Episcop. d. allegat. 76, num. 6, & 7; Stephan. Weyms ad 24 constitut.* ex Jure antiquo desumptas, & per Concilium Tridentinum innovatas, *constitut. 5, num. 10,* ubi refert ita decisum 7
per Sac. Congregationem *Armendar. in addit. ad recompilat. leg. Navarr. lib. 4, tit. 30, l. 3, de Prædicat. Sacræ Scripturæ, n. 21,* non potest petere, ut ei exhibeantur literæ patentes ab Episcopo Con- 8
cionatoribus concessas, ut firmavit *Rota in Caurien. Jurisdictionis, 26 Junii 1702, § Quo verò, in fine, cor. Card. Caprara, & 11 Junii 1703, § Quintum caput, coram eodem;* quia iste est actus Jurisdictionis, circa quam in hac materia se ingerere non potest Capitulum, etiamsi haberet immemorabilem, ut mox dictum est.

In sequelam autem dictæ assistentiæ juris favore Episcopi sequitur, ut non possit Capitulum prætendere retentionem clavium Pulpiti Ecclesiæ Cathedralis; quia cùm Pulpitus institutus ad hoc sit, ut populo verbum Dei annunciari possit, eo ipso, quòd annunciatio Verbi Dei in Ecclesia Cathedrali privativè spectat ad Episcopum, vel ad alium ab eo deputatum, seu electum, retentio Clavium Pulpiti, quatenus consuetum fuerit, quòd clausum retineretur, ad eum pariter spectare debet, quia ista conceditur ei, ad quem possessio, & usus materialis Pulpiti est concessus, *Bald. in l. 2, num. 2, Cod. de verbor. significat. Mascard. de proba-*

tion.

tion. conclus. 198, *num.* 2, *& conclus.* 1184,
num. 17; *Menoch. de retinend. possesr. re-
med.* 3, *num.* 584; *Rot. in Fanen. Eccle-
siæ & Clavium*, 5 *Julii* 1688, *cor. bon. mem.
Emerix*, *nunc impressa inter suas dec.* 859,
num. 6, *& in Augustana Jurispatronatus
super reintegratione*, 31 *Januarii* 1695, §
Constabat, *cor. bon. mem. Ursino*. Conces-
so enim principali munere, concessa cen-
setur retentio Clavium loci illius, qui
pro explendo dicto munere est destinatus,
ut in simili de retentione Clavium, ubi
asservatur Sanctissimum Sacramentum,
10 quod spectare debeat ad eum, ad quem
spectat Sacramentorum administratio, ex
mente hujus Sac. Congregationis probant
Nicol. in Floscul. verbo Clavis, *num.* 2;
Barbosa in Summa Apostolicar. dec. collect.
151, *num.* 2.

Quæstio hæc, supra examinata, propo-
sita fuit in Sac. Congregatione Concilii
die 5 Septembris 1705, de tempore, quo
11 ego intereram privatis studiis causarum
prædictæ Sac. Congregationis apud clar.
mem. Card. Spercilium, & propositis in-
frascriptis dubiis in *Urgellen. Juris concio-
nandi*, videlicet:

Primo. An Concionator deputatus ab Episcopo ad prædicandum in Cathedrali, aliisque Ecclesiis in ejus ambitu existentibus teneatur exhibere literas patentales Capitulo in casu, &c.

Secundo. An liceat Capitulo, seu ejus Decano retinere Claves Pulpiti ejusdem Ecclesiæ Cathedralis.

Tertio. An Episcopus procedere possit per censuras in casu, quo Decanus, & Canonici se opponant in casu &c. non obstante quòd Capitulum se tueretur observantia sibi favorabili, ac prætensione ordinariæ Jurisdictionis super Ecclesia Cathedrali, ejusque ambitu — contraria prodiit reso-
lutio, nimirum, — *quoad primum, & secundum, negativè* — *Ad tertium, affirmativè, & amplius in omnibus.*

Ad hanc materiam notandum est, quòd
quoties ex consuetudine, etiam immemo-
rabili, Populus, sive Capitulum submi-
nistrat expensas, & honorarium pro Con-
cionatore, licere nihillominus Episcopo
12 Prædicatoris electionem facere, dummodo
paratus sit de proprio expensas pro ma-
nutentione Prædicatoris subire, ut do-
cuit *Fagnan. in cap. inter cætera*, *num.*
31, *de Offic. Ordinar. De Luc. ad Concil.
disc.* 3, *num.* 6; ubi quòd observantia
in hoc casu dividi non potest, sed atten-
denda est cum sua causa, videlicet, cum
præstatione eleemosynæ, ab Episcopo pro-
prio faciendæ, *Pax-Jordan. lucubrat. lib.*
6, *tit.* 1, *de Prædicat. verbi Dei*, *num.* 72,
in fine; *Pignatell. consultat.* 202, *sub num.*
40, *tom.* 4.

An autem Christifideles teneantur, &
cogi possint ad audiendam Verbi Dei præ-
dicationem, & præsertim in propria Pa- 13
rochia, doctè de more tractat Eminen-
tissimus *Petra*, *ad Constitutiones Apostoli-
cas*, *constit.* 3; *Gregor.* X, *num.* 8, *& seqq.*
tom. 3, ubi pariter a *num.* 17, *ad finem*
agit de obligatione Canonicorum assisten-
di tempore Quadragesimæ, & Adventus 14
Concioni in Ecclesia Cathedrali, ac sub
quibus pœnis. Itemque quomodo, &
quando præstanda sit a Canonicis assisten-
tia Episcopo Conciones habenti, refe-
rendo resolutiones Sac. Congregationis
particularis a Sanctissimo deputatæ in
Casalen. die 11 *Martii* 1708, ad quem
in occurrentia casus Lectorem remitti-
mus.

ADDITIO XIX.

De Vicariis, aliisque Ecclesiæ Ministris amovibilibus.

ARGUMENTUM.

An licitum sit Vicarios, Capellanos, aliosque Ecclesiasticos Ministros ab Officio removere, etiam sine causa, & quando. Et agitur de præeminentiis, quæ competunt Vicariis deputatis pro exercitio Curæ Animarum.

SUMMARIUM.

1 *Episcopi, aliique Prælati, jus habentes deputandi Vicarios, possunt illos ad sui libitum removere.*

2 *Amplia, etiamsi deputans juraverit Vicarium non revocaturum.*

3 *Idem procedit in quocumque alio Vicario, Curam Animarum exercente.*

Præsertim si deputans facultatem removendi sibi reservavit, quam non potest deputatus, qui Vicariam cum tali reservatione acceptavit, impugnare, eodem num. 3.

4 *Et potest deputans hoc casu Vicarium, seu Capellanum removere, absque obligatione exprimendi causam, & num.* 5, *&* 6.

7 *Exercentes Curam Animarum amovibiliter reputantur tamquam servitores, & conductitii.*

8 *Prædicta procedunt, etiamsi deputationes hujusmodi Vicariorum sequutæ fuerint ob vacationes per obitum.*

In Beneficiis, seu Officiis Manualibus, non datur vera vacatio, sed solùm largo modo, eodem num. 8.

9 *In actibus merè facultativis, ex non usu, non inducitur contrarius status.*

10 *In sententia eorum, qui tenent, deputatum ad aliquod Officium Ecclesiasticum, ad nutum non posse removeri absque causa, Superiori exprimenda, sufficit quælibet causa, etiam levis, & levissima.*

11 Se-

11 *Secus si amotiò sequatur ex odio, vel alia causa, veram malitiam redolente.*

12 *Habenti jus deputandi Vicarios, seu Officiales ad nutum, debetur manutentio.*

13 *Quasi possessio in uno actu suffragatur etiam quoad alios, sub eadem specie comprehensos.*

14 *Manutentio debetur, etiamsi deputans facultatem removendi numquam exercuerit.*

15 *Qui Officium amovibile acceptavit, licèt paratus sit docere, se non potuisse amovibiliter deputari, audiri non potest, nisi priùs dimisso Officio, & num. 17.*

16 Text. in l. si quis conductionis, Cod. locat. *generaliter extenditur ad omnes, habentes causam ab agente.*

18 *Cura Animarum Ecclesiæ Cathedralis ad Capitulum spectat, non autem ad singulos de Capitulo, seu ad aliquam particularem Dignitatem.*

19 *Præsertim quandò Capitulum facultatem habet deputandi unum, seu plures Ministros amovibiles ad Curam Animarum.*

20 *Et Vicarii Curam non exerceat jure proprio, sed uti simplices Ministri, nomine Capituli.*

21 *Ubi Animarum Cura residet apud Capitulum, potest, pro exercitio ipsius Curæ, deputare unum, seu plures Vicarios amovibiles, nec arctari valet ad unum tantùm deputandum, & num. 27, 28, & 29.*

22 *Concurrente maximè consuetudine antiqua plures deputandi.*

23 *In una, eademque Ecclesia duo capita, seu duo sponsi esse non possunt.*

24 *Secus quoad nudum exercitium, quod potest apud plures in solidum residere.*

25 *Capitulum, habens Curam habitualem, potest eam exercere per singulos Canonicos per Turnum, seu per hebdomadas.*

26 *Declaratur motus proprius* S. M. Pii V, *super Parochiis Urbis.*

30 *Cura Animarum Ecclesiæ Cathedralis de Jure exerceri debet per Archipresbyterum, & solùm de consuetudine residet penes Capitulum, præsertim circa liberam deputationem, & amotionem Vicariorum.*

31 *Vicarii pro exercitio Curæ Animarum a Capitulo deputati, non possunt ab Episcopo, postquam eos approbavit, removeri absque legitima, & probata causa.*

32 *Hujusmodi Vicariis convenit nomen Curati Capellani.*

33 *In iis, quæ concernunt administrationem Curæ, & Ecclesiæ servitium, competunt illis eadem jura præeminentialia, quæ haberent, si essent Parochi Titulares.*

34 *An dd. Vicarii gaudeant eadem præeminentia etiam in actibus, & functionibus, Curam Animarum non respicientibus, in concursu Parochorum perpetuorum, remissivè.*

Regula juris est indubitata apud omnes,
quòd Episcopi, aliique Prælati jus
habentes deputandi Vicarios, possint il- 1
los ad libitum, & voluntatem remove-
re; *Clement. principalis, ubi Gloss. & Doctores de rescript. Rebuff. in prax. benefic. par. 1, tit. de Vicar. Episcop. n.* 1; ubi quòd hæc est consuetudo, & *tit. for. Vicar. Archiepisc. num. 192; Pirring. in Jus Canon. lib. 1, tit. 28, num. 75, & 76; Ventrigl. in prax. tom. 2, annot. 14, § 1, num. 37, in princ. Gutier. de juram. par. 1, cap. 1, num. 86; Fermosin. de Offic. & Sac. Eccles. rubr. de Offic. Vicar. quæst. 2, num. 36; Fragos. de regim. Reip. Christ. par. 2, lib. 8, disput. 19, § 4, num. 22; Frasso de Jurep. Indiar. tom. 2, cap. 66, num. 28; Peregrin. de Vicar. par. 1, sect. 2, subsect. 6, num. 2, & sect. 7, subsect. unic. num. 27, de Magistris in Sylv. Ecclesiast. tom. 1, lib. 2, cap. 8, num. 1, fol. mihi* 556, ubi quòd id procedit in quocumque Vicario, cùm generale sit, quòd quisque suum Vicarium pro sua voluntate possit revocare, ex relatis per *Sbrozz. de Offic. Vicar. lib. 3, quæst. 32, num. 3; Rota, dec. 116, num. 31, & seq. par. 9 rec.*

Quod locum sibi vindicat, etiamsi ju-
raverit deputans se eum non revocatu- 2
rum; *Glossa singularis in Clem. ultima de procurat. Castrea. cons. 361, num. 4, lib. 1; Pax-Jordan. tom. 2, lucubr. Eccles. lib. 12, num. 258; Gutier. de juram. par. 1, cap. 1, num. 86; Peregr. de Vicar. par. 1, sect. 2, subsect. 6, num. 6, in fine vers. Notandum, de Magistris, in Sylv. dict. lib. 2, cap. 8, sub num. 1, pag. 556; Konig. ad Jus Canon. lib. 1, tit. de Offic. Vicar. num. 27.*

Idemque procedit in quocumque alio
Vicario exercente Curam Animarum, 3
qui potest ad nutum deputantis amoveti; ac præsectim quoties deputans in actu deputationis talem facultatem sibi reservavit, cum tali casu, qui Vicariam hujusmodi tanquam amovibilem acceptavit, non possit dictam qualitatem impugnare, *ad Text. in leg. conductionis, C. legat. Florcs. de Meza, var. resol. lib. 1, cap. 10, numer. 68; Rota, cor. Buratto, dec. 346, num. 6, & 7, cor. Merlino, dec. 817, num. 3, in rec. dec. 817, n. 8, & duobus seq. par. 18, num. 2,* ubi in terminis Vicarii, & *in Romana Capellaniarum, 13 Aprilis 1701, § Quia, cor. bon. mem. Pio.*

Posito autem, quòd aliqua Vicaria, sive etiam aliqua Capellania sit ad nu-

tum amovibilis, & maximè si in literis
deputationis reservara fuerit facultas amo-
4 vendi, poteſt deputans removere sine ne-
cessitate exprimendi causam, quæ pugnat
cum libera facultate ad placirum revo-
candi; quia hoc importat esse Officium
de sui natura amovibile, & cum tali con-
ditione concessum, & acceptatum, ut
etiam absque ulla causa possit jam ele-
ctus revocari, & alius in ejus locum sub-
stitui; *Passerin. in cap. Licet, num. 7, de
Offic. Vicar. in 6; latè Pignattell. tom. 9,
consult. 143, ex num. 27; Frasso de Regio
Jurepatron. Indic. cap. 66, num. 24; Card.
de Luca de benefic. disc. 97, num. 6; Ad-
den. ad dec. 2, par. 3 rec. num. 222, &
seq. Rota cor. Carillo, dec. 96, num. 1, &
seq. cor. Peutinger. dec. 15, num. 32, &
seq. dec. 53, & num. 82, & dec. 85, num.
19, cum seq. in Senogallien. Capellaniæ, 1
Julii 1686, § Potissimè, cor. Reverendiss.
Hervault. & in Romana Capellaniarum,
15 Aprilis 1701, § Finali, cor. bon. m. Pio,
& in Giennen. Juris mutandi cum causa,
vel sine, 11 Februarii 1704, § Etenim, vers.
tum quia talis, cor. R. P. D. Lancetta; &
in Januen. Transactionis, 15 Decembris ejus-
dem Anni, § Et fortius, in fine, cor. R. P.
D. Omanna.*

Atque ita pluries fuit resolutum in ter-
minis durioribus deputatorum pro exer-
citio Curæ Animarum, & præsertim a Sac.
Congregatione Visitationis de Anno 1692
favore Officialium, sive Ministrorum Lai-
5 corum Ecclesiæ S. Venantii Camerinen.
de Urbe, quòd scilicet liberè pro suo be-
neplacito, arbitrio, & nutu eligere, &
amovere possent Curatum prædictæ Ec-
clesiæ, etiam sine causa, ut refert *Pi-
gnatell. tom. 9, consult. 143, num. 38.*
Deque simili resolutione emanata favore
6 Societatis Coquorum in Tribunali Car-
dinalis Vicarii, approbata in plena Si-
gnatura, ad quam Curatus amotus ap-
pellaverat, testatur *Card. de Luca de
benefic. disc. 81, in princ.* Et meritò, quia
ita exercentes amovibiliter Curam, repu-
7 tantur tamquam Servitores, & Condu-
ctitii, itaut salarium obtinere debeant
ad puram mensuram mercenarii servitii,
ex relatis *in Toletana Decimarum de Ca-
pella quoad Parochos, 13 Maji 1701, §
Hoc unum, in fine, cor. R. P. D. Ansaldo.*

Quod quidem verùm est, etiamsi de-
putationes hujusmodi Vicariorum sequu-
8 tæ fuerint ob vacationes per obitum,
& non mediante remotione Vicarii; tum
quia in Beneficiis, seu Officiis manuali-
bus non datur vera vacatio, sed solùm
largo modo, in quantum deputatus ad
nutum in illorum administratione mori-
tur; *Gonzalez ad regul. 8 Cancell. gloss.
15, § 2, num. 24; Rota dec. 152, num. 16,
par. 10 rec. & in Neapolitana, seu Tra-
nen. praecepti die 3 Martii 1698, § Non
prætereundo, cor. Molines;* tum etiam
quia, si ille, qui deputavit, voluit, ut
electus usque ad obitum perduraret, non
exinde inferri poteſt ad titulum perpe-
tuum, & irrevocabilem; sufficit enim,
quòd potuerit removere, quia in actibus
merè facultativis ex non usu minimè in- 9
ducitur contrarius status *Tambur.; de Jur.
Abbat. tom. 3, disput. 9, quæst. 24, num.
6; Rebuff. de pacific. possess. num. 335;
Sanchez in præcept. decal. lib. 7, cap. 29,
num. 117; Germon. de Indult. Cardinal. §
Regularia, num. 52; Gonzal. ad reg. 8
Cancell. gloss. 5, § 6, n. 36, & seq. Card.
de Luca de benefic. disc. 97, num. 13; Es-
cann. in propugn. Sac. Relig. Hierosol.
discept. 10, cap. 3, num. 10.*

Et licèt aliqui teneant, quòd deputa-
tus ad aliquod Officium Ecclesiasticum
ad nutum non possit removeri absque cau-
sa Superiori exprimenda, præsertim quan-
do remotio denigrare posset aliquo mo-
do existimationem personæ removendæ;
certum est, quòd sufficit quælibet cau- 10
sa etiam levis, & levissima, ut adver-
tunt *Pignattell. tom. 9, consult. 143, num.
37; Rota cor. Carillo, dec. 96, in fine, cor.
Peutinger. dec. 15, num. 44, & dec. 53,
num. 111;* & loquendo de his Vicariis Mi-
litiarum, *Escanno in propugnac. Sac. Re-
lig. Hierosol. d. disceptat. 14, cap. 3, n.
13,* ibi — *Exercitium tamen ob causam be-
ne eis poterit suspendi, & Vicarii munus
auferri, etiam ex causa levi;* & latè fuit
dictum in *Nullius Provinciæ Hispalen.
Juris amovendi Vicarium, 21 Februarii
1707, cor. Molines Decano, impressa apud
me, part. 1, decis. 46, in ordine.* So-
lumque sustineri posset contraria opinio,
quoties probaretur amotionem factam
fuisse odio impellente, vel ex alia cau- 11
sa, veram redolente malitiam, ut expli-
cant *Faguan. in cap. Ad Monasterium, de
statu Monachorum, num. 42; Pignattell.
consult. 143, num. 34, in fin. part. 9; Ro-
ta decis. 53, numer. 42, cor. Peutinger.
& in prædicta nullius Provinciæ Hispalen.
confirmatoria præcedentis, 10 Junii 1707,
cor. eod. Molines, § Finali.*

Quod adeò verum est, ut illi, cui com-
petit jus deputandi Vicarios, seu Officia-
les ad nutum, concedenda veniat manu-
tentio; cùm effectus deputandi aliquem 12
in Ministerio, ad nutum deputantis, il-
le sit, ut ad simplicem illius volunta-
tem, & beneplacitum amoveri valeat, vel
existente causa, vel non, ex congestis
*per Rotam, cor. Card. Cerro, dec. 330, sub
num. 3, & 4; & dec. 15, num. 14, cum
seqq. cor. Peutinger.* Quasi autem posses-
sio in uno actu extenditur ad alios com- 13
prehensos sub eadem specie; *Rota d. dec.
15, num. 8, & 9, cor. Peutinger.* Quini-
mo hujusmodi manutentio competit,
etiamsi deputans nunquam exercuerit fa-
culta-

cultatem amovendi, cùm sufficiat, ut vi-
14 gore suæ facultatis potuerit amovere, li-
cèt de facto illa usus non fuerit, quia
cùm tale exercitium, ut diximus, sit facul-
tativum, & non fuerit perductum ad actum,
ex quo non placuit illud exercere, non
potest Vicarius, sive alter Officialis alle-
gare quasi possessionem de non amoven-
do, quæ mereatur manuteneri, ex tra-
ditis in puncto per *Garz. de benef. par.* 1,
cap. 2, *num.* 87; & dixit *Rota in dec.* 1,
de restitut. spoliator. in antiq. quam sequi-
tur *in dec.* 15, *num.* 35, *cum seq. cor. Peu-
tinger. & d. dec.* 330, *num.* 5, *cor. Card.
Cerro*; ac per consequens, qui accepra-
vit Officium amovibile, etiamsi doce-
re paratus esset, se non potuisse amovi-
15 biliter deputari, audiri adhuc non pos-
set, nisi priùs dimisso officio, juxta *Text.
in l. si quis conductionis, Cod. Locati*, ibi --
*si quis conductionis titulo agrum, vel aliam
quamcumque rem accepit, possessionem priùs
restituere debet, & tunc de proprietate
litigare*; cujus Textus censura, non so-
16 lùm obtinet locum, quando quæstio est
inter locatorem, & conductorem, sed
generaliter applicatur adversus omnes
habentes causam ab agente, ex congestis
per *Adden. ad dec.* 420, *num.* 5, *par.* 4,
tom. 2 *rec.* ubi censura dictæ legis latè
explicatur, & ampliatur, & in terminis
17 dixit *Rota in eadem nullius, seu Provin-
ciæ Hispalen. super manutentione*, 21 *Fe-
bruarii* 1707, § *Cæteroqui, cor. Molines*.

Consentaneè ad materiam supra exa-
minatam quærere hic placet de Cura
Animarum Ecclesiæ Cathedralis, quæ per
Vicarios ad nutum amovibiles exerceri
solet. Ac in primis prænotandum est,
quòd regulariter hujusmodi Animarum
18 Cura de jure ad Capitulum spectat, non
autem ad singulos de Capitulo, vel ad
aliquam particularem Dignitatem; *Pignat-
tell. consult.* 24, *num.* 1, *tom.* 1; *Fagnan.
in cap. Ex parte*, *n.* 14, *de Offic. Ordi-
nar. Rot. cor. Cavaler. dec.* 274, *num.* 5,
ibi -- *cùm Cura non penes Priorem, sed
penes Collegium resideat*.

Quod quidem indubitatum est, quoties
Capitulum habet facultatem deputandi
unum, seu plures Ministros amovibiles
19 ad Curam Animarum, quia tunc evidens
est, ut penes ipsum Capitulum habitua-
lis Cura resideat, privativè quoad alium;
Innocentius in c. cum non ignores n. 2, *de
præb.* ubi etiam *Joan. Andreas*, *num.* 3; ubi
quòd isti Vicarii non habent Curam Ani-
marum, sed ipsum Collegium, seu Capi-
tulum; *Butrius num.* 5; *Anania num.* 2;
Pignattell. consult. 24, *num.* 3, *tom.* 1, ibi --
*Ex eo quòd non Dignitates, sed Capitulum
deputat Vicarios annales pro exercitio Cu-
ræ, a quibus illa exerceatur; sequitur,
quòd Rector, Curam habens, sit Capitu-
lum, non autem aliqua Dignitas*; *Gabriel.
cons.* 190, *num.* 8, & 9, *lib.* 2, ibi -- *cùm
in Ecclesia &c. sint duo Vicarii, impossibile
est, ut dici queat, penes Vicarios esse Cu-
ram actu, & ambos habere titulum*, quia
in una Ecclesia non potest nisi unus ha-
bere Curam, & titulum; idcirco tunc
Cura omnino est penes Capitulum; &
Vicarii non proprio Jure Curam exer- 20
cent, sed uti simplices Ministri nomine
Capituli, *Peutinger. dec.* 53, *num.* 32, &
33; *Oldrad. cons.* 67, *num.* 1; *Lotter. de
re benef. lib.* 1, *quæst.* 14, *num.* 93; *Ton-
dut. quæst. benef. lib.* 1, *cap.* 1.

Ubi enim Animarum Cura residet pe-
nes Capitulum, habet etiam pro se Ju-
ris assistentiam super facultate deputan-
di, pro exercitio ipsius Curæ, unum, seu
plures Vicarios ad nutum amovibiles, 21
itaut non possit arctari ad deputandum
unum tantùm Vicarium; *Joan. Andr. in
cap. cùm non ignores, de præbend. num.* 3,
ibi -- *ipsum Collegium committit Curam
Animarum quibus vult, & quando vult*;
Pignattell. d. consult. 24, *num.* 5, *tom.* 1,
ibi -- *Ubi Cura Ecclesiæ, vel Capitulo in-
cumbit, sive per unum, sive per plures ad-
ministratur*; maximè quando adest con-
suetudo antiqua plures deputandi, quæ 22
immutari non decet; *ad Text. in leg.
minimè sunt mutanda, ff. de legibus, & in
cap. Quod Dilecti de ætate, & qualitate*;
*Rota in Aretina Jurium Parochialium super
bono Jure*, 11 *Januarii* 1703, § *Cæterum,
cor. R. P. D. Ansaldo*. Quamvis enim
Sacri Canones prohibeant in una, eadem- 23
que Ecclesia duo Capita, seu duos spon-
sos adesse, *Rot. dec.* 39, *num.* 1, *par.* 15
rec. & dec. 90, *num.* 3, *& seqq. p.* 16; *Lot-
ter. de re benef. l.* 1, *q.* 20, *n.* 111; *Ton-
dut. quæst. benefic. lib.* 1, *cap.* 1, *num.* 1;
Greg. dec. 370, *n.* 5; nihilominus cùm in
hoc casu Capitulum sit unicus Parochus,
Ministri autem ab eo deputati habeant
simplex, & nudum exercitium, nulla 24
adest repugnantia, quòd istud apud plu-
res in solidum resideat; *Rot. dec.* 90, *n.*
10, *par.* 16 *rec. Gregor. dec.* 370, *num.*
9; *Lotter. de re benef. dict. quæst.* 20,
num. 116, *& seq.*

Hinc est, quòd Capitulum, habens Cu-
ram habitualem, non tenetur deputare
Curatos, sed potest Animarum Curam 25
exercere per singulos Canonicos per Tur-
num, sive per hebdomadas; *Pignattell.
consult.* 141, *num.* 2, *tom.* 10; *Cesped. de
exempt. regular. dub.* 178, *num.* 1, *ver-
sic. ut ab ipsis Canonicis*; nihil obstante
motu proprio Sanctæ memoriæ Pii V, su-
per Parochiis Urbis, in quo decrevit Cu-
ram Animarum deberi per unicum Cura- 26
tum exerceri, quia, ut ait *Fagnan. in
cap. cùm Ecclesia Vulterrana*, *num.* 38, *de
elect. & in cap. ex parte*, *num.* 35, *de Of-
fic. Vicar.* dictus motus proprius respi-
cit tantùm Curatos Urbis in undecim Vi-
ca-

cariis; quod patet etiam ex eo, quòd Di-
vus Carolus Borromæus, post novem An-
nos ab obitu Pii V, qui dictam disposi-
27 tionem fecerat, jussit in sua Diœcesi Cu-
ram Animarum exerceri per tres Curatos,
omnino inter se independentes, ut refert
Rota dec. 225, *vers. erant*, *& num.* 3, *&*
12, *par.* 19, *tom.* 1 *rec.* & generaliter
28 *Fagnan. in d. cap. ex parte*, *num.* 13, *de*
Offic. Vicar. ibi - *In Ecclesiis Sæcularibus*,
& Collegiatis videmus, *quòd unus*, *vel*
duo exercent Curam nomine Collegii; *nec*
per hoc notatur diversitas, *quia is facit*,
cujus nomine fit, *& sanè inspecta Juris*
communis dispositione, *res videtur satis cla-*
ra — & comprobat praxis quamplurium
Ecclesiarum Orbis Catholici, in quibus
plures Vicarii in solidum Curam exercent
29 animarum. Et ita etiam censuit *Sac. Con-*
gregatio Concilii in Assisien. Administra-
tionis Curæ ad secundum dubium die 16
Novembris 1709.

Id verò, quod diximus de Cura Ani-
marum in Ecclesia Cathedrali, quòd nem-
pe resideat penes Capitulum, intelligen-
dum est, attenta consuetudine, maximè
circa liberam deputationem, & amotio-
30 nem Vicariorum; quia alioquin videtur
de Jure, exercitium Curæ actualis esse
apud Archipresbyterum, itaut ad eum
saltem spectent functiones Parochiales no-
biliores, per ea, quæ habentur apud *Ni-*
col. in Flosc. in verb. Cura Animarum, *n.*
3; cum aliis penès *Piton. discept.* 45, *n.*
1, *& seqq. tom.* 2.

Notandum tamen est, quòd etsi Capi-
tulum, habens jus deputandi Vicarios pro
exercitio Curæ Animarum, possit, ut di-
ximus, eosdem ad suum placitum amo-
vere, aliosque deputare, approbandos ab
31 Episcopo, non potest ipse Episcopus jam
approbatos absque legitima, & probata
causa, removere, ut decrevit S. Congr.
Conc. teste *Nicolio in Floscul. verb. Cu-*
ra Animarum, *num.* 3, *in Assisien.* 14 *No-*
vembris 1603, *sequen. ten.*

An Vicarii amovibiles deputati ad nu-
tum Capituli pro exercitio Curæ prævia
approbatione Episcopi, *possint ab ipsò Epi-*
scopo sine causa amoveri.

Sacr. Congr. censuit, *Vicarios prædi-*
ctos posse a Capitulo amoveri ad nutum
Capituli. *Ab Ordinario verò non*, *nisi ex*
causa legitima, *& probata*, *propter quam*,
etiamsi perpetui essent, *amoveri possent.*

Duo denique pro complemento hujus
materiæ adjungimus; primo nimirum,
quòd hujusmodi Vicariis deputatis pro
exercitio Curæ Animarum convenit no-
32 men Curati Capellani, prout dicta Sac.
Congr. resolvit in supra citata *Assisien.*
16 *Novembris* 1709, *ad* 3, in qua pro-
posito dubio — *An Capellani possint assu-*
mere titulum & nomen Curatorum dictæ
Ecclesiæ in casu. Respondit — *esse appel-*
landos Capellanos Curatos. Secundò, quòd
hujusmodi Vicariis, licèt ad nutum, duran-
te eorum deputatione, in iis, quæ con- 33
cernunt Curæ administrationem, & Ec-
clesiæ servitium, competit eadem præe-
minentia, quæ ipsis competeret, si essent
Parochi Titulares. An autem eadem præ-
cedentia iisdem sit debita in aliis con-
gressibus, & functionibus, non respicien- 34
tibus Curam Animarum, sed competen-
tibus Parochis, & quibus prærogativis
gaudeant in concursu dictorum Parocho-
rum perpetuorum videatur *Ursaja discept.*
Ecclesi. 18, *p.* 1, *tom.* 2.

ADDITIO XX.

De Canonicorum Lateranensium capacitate circa regimen Parochialium Ecclesiarum, & assecutionem Canonicatuum in Cathedralibus & Collegiatis Ecclesiis, & nonnulla de spoliis, quibus subjacent extra Claustra, ex causa præmissa degentes.

ARGUMENTUM.

Examinatur quæstio, an Canonici Regulares Lateranenses assumere possint regimen Curæ Animarum, atque Canonicatus obtinere in Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis, cum sola licentia Abbatis Generalis, absque Sedis Apostolicæ indulto; & an de Parochialibus provisi recuperent bona, ante Professionem renunciata. Discutitur etiam, in materia spoliorum, an, & quando bona, acquisita per Regulares, extra Claustra degentes, spectent ad Cameram Apostolicam.

SUMMARIUM.

1 *Privilegia concessa Canonicis Regularibus Lateranensibus a S. M. Benedicto XII remissivè.*

2 *Prædicti Canonici Regulares assumi possunt ad regimen Ecclesiarum Parochialium.*

3 *Sed requiritur, ultra licentiam Abbatis Generalis, etiam indultum Apostolicum, tam ex rescripto Gregor. XIII, quàm ex decreto Sac. Congr. Episc. & Regularium, & num.* 5, *&* 9.

4 *Quod tamen rescriptum probabile est expirasse per mortem ipsius Pontificis, & quare.*

6 *Collatio, institutio, & deputatio facta contra dictum decretum Sac. Congreg. & alterius consimilis successivè emanati, censenda est prorsus irrita, neque suffragatur triennalis, aut etiam longior possessio.*

7 *Tam Canonici Lateranenses, quàm S. Salvatoris, S. Georgii in Alga, &*
Cru-

Cruciferi, cum sola Abbatis licentia nec etiam possunt admitti ad concursus Parochialium.

8 *Et si provisi fuerint de aliquo Beneficio etiam Curato, absque dispensatione Apostolica, potest idem Beneficium, uti vacans, impetrari.*

10 *Quoad Beneficia non Curata, restitit iisdem Canonicis Regularibus Juris Communis dispositio.*

11 *Hujusmodi Canonici Regulares, de licentia Sanctæ Sedis de Parochialibus provisi, non recuperant Bona renunciata ante Professionem, neque etiam ad favorem eorum Ecclesiarum.*

12 *Religiosus ad Episcopatum promotus voto paupertatis remanet obstrictus.*

13 *Jus tamen nihilominus habet vindicandi paternam hæreditatem.*

14 *Hæreditates, sibi delatas, post adeptum Episcopatum, recuperat, quoad proprietatem, ad utilitatem suæ Ecclesiæ, & quoad usumfructum, ad proprium commodum.*

15 *Neque obstat cessio, seu renunciatio, dummodo hæreditas non fuerit altere, ante adeptum Episcopatum, acquisita.*

16 *Regulares, decedentes extra claustra, occasione Ecclesiarum Parochialium regiminis, suppositi sunt, ad favorem Cameræ Apostolicæ, spolio Ecclesiastico.*

17 *Et Monasterium non succedit, nisi in Libris, & in iis, quæ probarentur quæsita, antequam dd. Regulares Ecclesias Parochiales obtinuissent.*

18 *Renunciatio, facta per Canonicos Regulares, cum conditione, quòd ea per reditum ad sæculum resolveretur, adhuc firma manet in casu, quo, cum dispensatione Apostolica, degeret extra claustra, & quando secus.*

19 *Dispensatio manendi extra claustra, cum retentione Beneficii Sæcularis, non operatur, ut Regularis censeri debeat effectus sæcularis, & num. 22.*

20 *Et tenetur ad vota Religionis, & ad Regulæ observantiam.*

21 *Idque evincitur ex litera* Textus in cap. quòd Dei timorem, de stat. Monach.

23 *Pactum, seu conditio recuperandi proprietatem Bonorum, in casu reditus ad sæculum, est de directo contrarium voto paupertatis, ideoque nullum.*

24 *Prædicta conditio, seu reservatio intelligi debet, respectu solius usufructus Bonorum renunciatorum, & numer. 25.*

26 *Defuncto Canonico Lateranensi extra claustra, non obstante d. pacto reversivo, ejus bona non spectant ad Cameram, sed ad Renunciatarium, & num. 28.*

27 *Constitutio 43 Gregor. XIII procedit quoad bona, quæsita a Religiosis extra Claustra, nec extenditur ad ea, quæ habebant ante ingressum in Religionem.*

29 *Spolium intrat, etiamsi Regularis degat extra Claustra de licentia suorum Superiorum.*

30 *Limita in quæsitis antea in claustro, in quibus succedit Religio.*

31 *Item Camera non succedit in bonis, quæsitis extra Claustra, quando Religiosus redit ad eadem Claustra, ibique decedit.*

32 *Monasterium non tenetur ad debita, contracta per Religiosum, vagantem extra Claustra, quique ad ea redit, nisi ratione utilitatis, habita ex spolio.*

33 *Camera succedit in spolio Religiosi, decedentis extra Claustra, licèt ejectus fuisset a Religione uti incorrigibilis.*

PRæclarissimus Ordo Canonicorum Lateranensium, qui ortum suum in primitiva Ecclesia habere non immeritò gloriatur, inter cætera privilegia, quibus fruitur, & a Sede Apostolica cumulatus fuit, ut abundè patet *ex Constitutione* 1
Benedicti XII, relata in Bullar. inter suas constitut. 6, tom. 2, illo præ cæteris Ecclesiæ Dei Regularibus Ordinibus congaudet; ut illius Sectatores assumi possint ad regendas Ecclesias, qui- 2
bus Cura Animarum imminet, ex celebri responso *Innocent. III, in cap. quòd: Dei timorem, de Statu Monach.* Illud autem adhuc est in controversia, an prænominati Canonici valeant ad Ecclesias curatas assumi absque Sedis Apostolicæ permissione, cum sola Abbatis Generalis licentia; exoriente difficultate hujusmodi, primò ex rescripto *S. M. Gregor. XIII,* ac itidem ex decreto *Sac. Congreg. Episcoporum, & Regularium* de anno 1671, *sub S. M. Clementie X.* In pri- 3
mo siquidem interrogatus præfatus Sum. Pont. Gregor. prodiit responsum, „ *Sanctiss. D. N. Gregorius XIII, noluit licere Canonicis Regularibus Lateranen. etiam de licentia sui Generalis, absque permissu Summi Pontificis assumere curam etiam ad tempus, multoque minùs Beneficium etiam in titulum.*

Quatenus pertinet ad supradictum rescriptum, non sine ratione, ac probabili fundamento, asseri potest expirasse cum ipso Gregorio, utpote emanatum, non per 4
viam Legis universalis, sed ut simplex rescriptum ad instantiam partis petentis; ut disertè docuit *Gonzalez ad Regul. 8 Cancellar. Gloss. 5, num. 5, § Cæterùm; Pirrh. Corrad. in prax. dispensat. Apostolicarum, lib. 6, cap. 1; Rot. in Burgen. Ju-*

Juris deputandi Curatum, 3 *Julii* 1684, *cor. Albergat.*

Verùm evitari non potest efficacia sub-
sequentis Decreti, emanati *a Sac. Con-
gregatione Episcoporum*, & *Regul. die*
8 *Martis* 1681, auctoritate *Clement.* X
editi, & publicati, in quo statutum
5 fuit, ut nemo ex Canonicis Regulari-
bus Congregationis Lateranen. quamvis
non translatus, ad Curam Animarum in
Ecclesiis Sæcularibus, etiam de Jure Pa-
tronatus in perpetuum, seu ad tempus,
quocumque titulo exercendam, admitta-
tur, nisi præter Abbatis Generalis licen-
tiam, expressum quoque Sedis Apostolicæ
Indultum accedat, quòd juxta Sacr. Mi-
nistrorum penuriam, & prout Animarum
postulabit utilitas, in contingentibus ca-
sibus, concedetur. Itaut quælibet colla-
tio, institutio, & deputatio in favorem
hujusmodi Canonicorum aliter facta, ir-
rita prorsus, atque inanis censeatur, &
6 sit; ac nulla etiam triennalis longior pos-
sessio iisdem suffragetur, ut optimè reas-
sumendo jus antiquum, & modernum
docet *Eminentissimus Petra ad constit.* 1
Anastasii IV, *sess.* 1, *num.* 39, & *seq.* &
ferè per tot.

Quod ita verum est, ut tam prædi-
cti Canonici Lateranenses, quàm S. Sal-
vatoris, S. Georgii in Alga, & Cru-
ciferi, neque possint admitti ad concur-
7 sus ad Parochiales, cum sola licentia
proprii Generalis, prout rescripsisse Sac.
Congreg. Conc. refert *Eminentissimus Pe-
tra, ubi sup. num.* 40. Quinimmo si provisi
fuerint de aliquo Beneficio etiam Curato,
8 absque dicta dispensatione Apostolica, po-
test illud, uti vacans, impetrari per alium,
ex notatis per *Gonzalez in cap. quòd Dei
timorem, de statu Monachorum in fin.* &
præsuppositum fuit *in Leodien. Parochia-
lis*, 4 *Julii* 1692, & 11 *Decembris* 1693,
cor. Pio, virtute maximè relati Decreti
d. Sac. Congregationis sub Clement. X,
§ *Quapropter*, in quo hoc expressè de-
cernitur, ut advertit idem *Eminentiss.
Petra, ubi sup.* Quapropter donec aliud
a S. Sede super hoc puncto decernatur,
juxta preces, quas Congregatio Latera-
nensis porrexit S. Mem. Clementi XI,
9 qui quæstionem examinandam remisit Sac.
Congregationi Conc. sub die 30 Aprilis
1713, & de quo Rescripto mentio fit ab
eodem *Card. Petra*, *tom.* 5, *pag.* 522, §
In quo, videtur omninò procedendum ad
tenorem dicti Decreti Clement. X, neque
admittendos esse Canonicos Lateranen-
ses ad Beneficia curata & multò minus
ad alia simplicia, sive etiam Canonica-
tus in Cathedralibus, sive Collegiatis,
cùm quoad Beneficia non curata, ipsis ex-
10 pressè resistat jus commune, ex latè fir-
matis per Canonistas, inter quos *Barbos.
de Ep. par.* 3, *alleg.* 57, *num.* 170, & *de
Jure Ecclef. lib.* 3, *cap.* 4, *num.* 34, & *ad
Conc. Trid. sess.* 14, *cap.* 10; *Garzias de
benef. par.* 7, *cap.* 10; *Paris. de resign. lib.*
4, *quæst.* 5, *num.* 2; *Gonzal. ad reg.* 8
Cancell. Gloss. 8; *Vivian. de Jurepatr. par.*
2, *lib.* 6, *cap.* 2; *Lotter. de re benef. lib.*
1, *quæst.* 34, *num.* 7, & 8; *Corrad. in
praxi dispens. lib.* 1, *cap.* 6, *n.* 4; *Card.
de Luc. de benef. discurs.* 75, *numer.* 19,
& 20.

Hujusmodi autem Canonici Regula-
res de licentia Sedis Apostolicæ provisi
de Parochialibus non recuperant pro-
prietatem, seu dominium Bonorum re- 11
nunciatorum ante Professionem, nec
etiam ad favorem suæ Ecclesiæ, ut re-
spondit *Sac. Congreg. Conc. in Firmana
renunciationis*, 17 *Julii* 1723, ad distin-
ctionem Religiosi ad Episcopatum pro-
moti, qui licet voto paupertatis rema- 12
neat obstrictus, & proprium habere non
possit, juxta *Divum Thom.* 2 2, *quæst.* 185,
art. 8, *ad* 3, nihilominus paternam vin- 13
dicat hæreditatem per Text. *in Can. Sta-
tutum* 18, *quæst.* 1, ibi „ *Monachus, quem
Canonica electio a jugo Regulæ Monasticæ
Professionis absolvit, & Sacra Ordinatio
de Monacho Episcopum facit, velut legiti-
mus hæres paternam sibi hæreditatem po-
stea Jure vindicandi potestatem obtineat.*
Et ita censuit *Rota*, *dec.* 115, *num.* 7, &
seqq. & *num.* 22, & *seqq. par.* 4, *tom.* 2
rec. & concordant resolutiones prædictæ
Sacræ Congregationis, & signanter in
una Neapolitana 7 Decembris 1639, lib.
16 decret. fol. 306, ibi — *Quæritur, an
N. Regularis professus incapax Bonorum
ad Episcopatum assumptus recuperet jus
succedendi quoad hæreditates, post assum-
ptum Episcopatum sibi delatas. Secundò,
an eidem obstet cessio, & renunciatio ejus-
modi hæreditatum facta ad favorem Fra-
tris ad præscriptum Sac. Conc. Trid. cap.*
16, *sess.* 25, *de regul. Sacra &c. Ad pri-* 14
*mum respondit, recuperare jus succedendi
ad hæreditates post adeptum Episcopatum,
ad utilitatem suæ Ecclesiæ, sibi delatas
quoad proprietatem, & ad proprium com-
modum, quoad usumfructum. Ad secun-
dum; eidem non obstare supradictam cessio-* 15
*nem, & renunciationem, quoad hæredita-
tes, quæ non sint alteri, ante adeptum
Episcopatum, acquisitæ.*

Transeundo ad Spolia, quibus sunt sup-
positi prædicti Canonici Lateranenses,
prætermittendum est, quòd decedentes ex-
tra Claustra occasione dictarum Ecclesia- 16
rum Parochialium sint suppositi Spolio Ec-
clesiastico ad favorem Cameræ Apostoli-
cæ, etsi Clerus Diœcesis, in qua moran-
tur, esset compositus cum Camera pro
Spoliis, & Regulares uti Parochi dictam
compositionem solvissent; & Monaste-
rium non succedit nisi in Libris, & in iis,
quæ probarentur quæsita fuisse per Re- 17
gula-

gulares, antequam Parochiales habuissent ita *Congregatio Spoliorum* 15 *Septembris* 1701, *in una Bononien.*

Secundò item, quòd facta per hujusmodi Canonicos Lateranenses renunciarione ante professionem, etiam sub expressa conditione, quòd renunciatio resolveretur per reditum ad sæculum, ea
18 firma manet in casu, quo Canonicus Lateranensis, cum dispensatione Apostolica, maneret extra Claustra, & tantummodò censenda esset resoluta renunciatio, quatenus vel ejus professio nulla declarata fuisset, vel dispensationem a Summo Pontifice obtinuisset a votis, quibus in Professione se obstrinxit; cùm in his casibus solummodo dici possit, quòd Regularis effectus sit sæcularis, & propriè ad sæculum redierit. Sola enim
19 dispensatio manendi extra Claustra cum retentione Beneficii Sæcularis, non efficit, ut Regularis censeri debeat Sæcularis, & quòd ad Sæculum redierit, dum etiam in hoc statu, ut diximus, est verè, ac propriè Regularis, & ad vota solemnia Professionis, & ad Regulæ observantiam obligatus, prout manifestè
20 apparet in cit. *cap. quòd Dei timorem, de statu Monach. & ibi Butr. num.* 23; *Jo. Andr. num.* 7; *Fagn. num.* 5; & etiam hoc disertè cautum fuit in *Constit.* 6 *Benedicti XII*, § 32, *Bullar. nov. tom.* 1; *Bordon. in Apolog. pro Canonicis Lateranen. num.* 66; *Sanchez ad præcepta Decalog. lib.* 6, *cap.* 6, *num.* 36; *Rot. in Anconitana successionis* 23 *Februarii* 1722, § *Nihilominus cor. R. P. D. Calcagnino.*

Et quòd hoc verum sit, evincitur ex litera Textus in eodem *cap. quòd Dei timorem*, cùm in eo præscribatur, quòd prædicti Canonici Regulares dispensati ad Beneficia Sæcularia debeant secum retinere alium Canonicum Regularem, uti socium pro adimplenda regulari observantia, ibi „ *sic annuendo induximus po-*
21 *stulatis, ut exercens Plebani officium, si commodè fieri poterit, unum Canonicum Regularem tecum habeas ad cautelam, cujus in his, quæ Dei sunt, & Regularis observantiæ tam consortio, quàm solatio perfruaris; ubi Gloss. in verb. regimen in Presbyteros, circa fin.* ait, *debet vivere Regulariter tanquam professus*; & subinde, in verb. Regularis, *sed numquid tenetur regulam observare propter illam Professionem? dico quòd sic*; idemque præscriptum fuit in super allato Decreto Sacr. Congreg. Episcoporum, & Regularium sub Clemente X, quem refert *Monacell. in Appendice ad tom.* 1, *formul. legal. fol.* 315.

Et hinc profluit, quòd Canonicus Regularis dispensatus ad retinendum Bene-
22 ficium Sæculare, & consequenter ad morandum extra Claustra, uti obstrictus voris, & observantia Regulari, non potest propriè dici, quòd ex Religione transierit ad Sæculum, sed simpliciter dispensatus ad Beneficium Sæculare, & & ad vivendum extra Claustra, manente obligatione votorum, & regulæ.

Neque aliter intelligi potest conditio adjecta renunciationi emissæ per Canonicum Regularem reversionis ad bona renunciata in casu reditus ad Sæculum; nam alioquin dicendum foret, quòd conditio importaret facultatem recuperandi proprietatem bonorum in tempore, quo Regularis, utpote professus, proprietatis est incapax. Cumque simile pactum sit de directo contrarium votis substantialibus Religionis, & præserrim paupertatis, repugnantis cum facultate possidendi, seu retinendi aliquid tanquam proprium, esset irritum, nulliusque momenti, prout
advertit *Gloss. in Auth. Ingressi C. de Sacrosanct. Eccles. verb. dedicans* ibi — *Item si ex pacto aliquo retinuerit; responde, non valet pactum, sed ingressus non vitiatur* — *Salsed. ad Bernard. Dia. Reg.* 521, *in fin.* ibi — *Tertia, & ultima conclusio, si tale pactum, quòd Monacho liceat habere proprium, interponatur ex intervallo, vitiatur; & ingressus validus remanet* — *Carol. de Tapia in d. Auth. ingressi C. de Sacrof. Eccles. verb. ingressi, cap.* 14, *num.* 1, — ibi *Primus igitur casus est, quando tale pactum ex intervallo fuit appositum; tunc enim concludendum est quibuscumque verbis hæc reservatio fiat, tale pactum non valere* — *Less. de Justit. & Jur. lib.* 2, *cap.* 4, *num.* 62; *Barbos. de Jur. Eccles. lib.* 1, *cap.* 42, *num.* 150, & *seq. Rot. in Anconitana successionis* 23 *Februarii* 1722, § *Nihilominus, cum duobus seqq. cor. R. P. D. Calcagnino.* 23

Hinc est, quòd similis conditio, seu reservatio ad summum intelligi potest respectu solius usufructus bonorum renunciatorum, non autem proprietatis; 24
& quidem proposito hujusmodi articulo in *Sac. Rot. in d. Anconitana successionis* ad instantiam Abbatis Nicolai Ferretri, qui ante suam Professionem inter Canonicos Lateranenses renunciationem emisetat, cum pacto reversivo in casu, quo provisus esset de aliquo Beneficio; proindeque cùm provisus fuisset de Parochiali, petierat immissionem ad bona renunciata, sub obtentu, quòd ob reditum ad sæculum propter collationem sibi factam de Parochiali, factus fuisset locus dicto pacto reversivo; & proposito dubio An, & quomodo pro qua rata sit danda immissio, resolutum fuit, dandam esse Immissionem in usufructu, ex motivo nullitatis pacti reversivi respectu proprietatis, prout latè discursum fuit *in dicta Anconitana* 23 *Februarii* 1722, & potissimùm a § *Nihilominus usque ad* § *In-* 25

præmissis, *cor. R. P. D. Calcagnino*.

His autem firmat is, sequitur, quòd bona, quæ renunciavit Canonicus Lateranensis; cum pacto reversivo, in casu reditus ad sæculum, uti quoad usumfructum verificabili, excepta proprietate, cadere non possint sub Spolio ad favorem
26 Rev. Cam. sed spectant ad renunciatarium, uti etiam declaravit *Sac. Congreg. Conc. in supra allegata Firmana renunciationis*, 17 *Julii* 1723, in cujus casu quidam Canonicus Regularis in renunciatione ante Professionem expressum pactum adjecerat reversionis *in caso, che per qualunque accidente tanto volontario, che necessario fosse tornato al secolo*; & proposito dubio, ad quem spectaret proprietas bonorum, de quibus agebatur, responsum fuit, non spectare ad ipsum Canonicum Regularem, & amplius; & hoc licèt Jura Rev. Cameræ Apostolicæ, quo ad Spolium vigore *Constit.* 43 *S. m. Gregorii XIII*, latè deducta fuissent, prout videre est in folio ejusdem Congregationis.

Alia etiam urgente ratione, quia antedicta *Constit.* 43 *Gregorii XIII*, loqui-
27 tur de bonis de novo quæsitis a Religiosis extra Claustra degentibus, ex causa testati, vel intestati; unde comprehendere non valet bona, quæ Religiosus habebat ante ingressum in Religionem, cùm dici non possint bona de novo quæsita extra Claustra, cùm verè, ac propriè sint bona patrimonialia; eodem prorsus modo, quo eadem Constitutio non comprehendit bona ab eodem non quæsita ante egressum Religionis, ex quo hujusmodi bona non sunt quæsita de novo extra Claustra, de quibus solùm disponit eadem Constitutio, ut advertit *Rot. dec.* 121, *num.* 18, & *seq. par.* 6 *rec.*

Et in præcisis terminis resolvit *Congregatio Spoliorum in Pistorien. die* 11 *Decembris* 1731; cùm enim D. Sigismundus de Celleus Canonicus Regularis Lateranensis ex Indulto Apostolico provisus de Canonicatu in Cathedrali Pistoriensi si-
28 milem fecisset renunciationem cum pacto reversivo in casu reditus ad sæculum, articulo acriter discusso, prodiit resolutio contra Reverendam Cameram sub hac formula: *nihil constare pro Camera*.

Sequendo verò notabilia in materia Spoliorum, quoad Regulares extra Claustra degentes vigore antedictæ Constitutionis Gregorii XIII, receptum est, quòd bona apud Religiosum defunctum reper-
29 ta, qui extra Claustra degebat de licentia etiam suorum Superiorum, spectant ad dictam Cameram, prout *ex Filliuc. in append. de spol. tract.* 43, *cap.* 6, *a num.* 4; *Bellet. disquisit. cleric. tit. de bonis cleric.* § 8, *num.* 2, *tradit Amostaz. de caus. piis*, *lib.* 8, *cap.* 14, *num.* 5, cum declaratione tamen, quòd eadem Camera succedat Regulari extra Claustra degenti, in bonis quæsitis per eum extra eadem Claustra; nam respectu bonorum quæsitorum in Claustro succedit Religio, ut decla-
rat *Capon. discept.* 256, *num.* 8. 30

Et pariformiter Cameræ non applicantur bona Religiosi vagantis extra Claustra, quique postea rediit ad Monasterium, in eoque mortuus est, etiam respectu bonorum, quæ quæsierat extra Claustra; quia Bulla Gregorii loquitur tantummodo de Religiosis extra Clau-
stra vagantibus, & extra eadem decedentibus; *Novar. in summ. Bullar. par.* 2, *comm.* 9; *Ricc. par.* 3, *dec.* 176, & *dec.* 177; *Capon. d. discept.* 256, *num.* 8. 31

Advertendum tamen est, quòd Monasterium non tenetur ad debita contracta per Regularem, qui mansit etiam extra Claustra tanquam fugitivus, & Apostata, & ad Monasterium rediit, in eoque decessit, nisi pro quantitate receptorum ab eodem Religioso; cùm non teneatur ex vi contractus, sed tantùm ratione utilitatis habitæ ex spoliis ipsius Religiosi;
latè Sanchez in præcepta Decalog. lib. 7, 32
cap. 31; *Peyrin. tom.* 1, *de Prælat. cap.* 50, *num.* 11, *relat. per Capon. d. discept.* 256, *num.* 15, cùm Regularis extra Claustra non possit contrahere, neque testari, ut advertit idem *Capon. discept.* 256, *num.* 6.

Sub spoliis ad favorem Cameræ comprehenduntur etiam quæsita a Religioso
ejecto a Religione, tanquam incorrigibili, & uti tali declarato per sententiam, 33
qui extra Claustra defunctus est, *Novar. in summ. Bullar. dict. comm.* 9, *Capon. ubi sup. sub num.* 10.

ADDITIO XXI.

Pistiensis, *seu nullius Præeminentiarum*.

Initium Sapientiæ timor Domini.

ARGUMENTUM.

Ostenditur, Ecclesiam Plebaniam Massæ Vallis Nebulæ esse Matricem: Ecclesiam verò Cozzilis Filialem; adeoque prædictam Plebem, ejusque Plebanum gaudere debere præeminentiis, de quibus agitur; & respondetur contrariis argumentis, & Auctoritatibus.

SUMMARIUM.

1 *Plebis Massæ Vallis Nebulæ est antiquissima.*
2 *Omnis Plebania de necesse habere debet sub se aliquem Rectorem.*
3 *Ecclesia Matrix dicitur ea, quæ habet Fontem Baptismalem.*

4 *Du-*

4 *Dupliciter datur Matricitas, altera propria, & altera impropria, & quæ unaquaque sit.*
5 *Plebano debita est præminentia supra Rectores.*
6 *Plebanus dicitur habere dignitatem, & esse in dignitate constitutus.*
7 *Quisque Rector in propria Ecclesia dicitur Prælatus, & nemini cedere debet.*
8 *Limitatur prædicta conclusio, respectu Personarum, quibus ipse Rector est subjectus, & quibus ab eo debetur majoritas.*
9 *Declarantur contrariæ Auctoritates.*
10 *Plebania de necesse supponit aliorum Parochorum, & Capellarum subjectionem.*
11 *Recensentur conjecturæ, præseferentes Matricitatem dictæ Plebis Massæ, & num. seqq.*
19 *Confessio erronea, constito de errore, non præjudicat.*
20 *Attamen error debet concludentissimè probari, ita ut res aliter se habere non valeat.*
21 *Confessio Antecessoris, si sit facta tempore non suspecto, & sit aliunde adminiculata, nocet etiam successoribus.*
22 *In materia præeminentiarum, observantia, & consuetudo totum operatur.*
23 *Et sufficit, quòd fuerit observata per decem annos.*
24 *Ex actuum multiplicitate excluditur urbanitas, & correspectivitas.*
25 *Antiqua consuetudo est semper attendenda.*
26 *Quamvis illi Jus resisteret.*
27 *Eo magis si consuetudo, & possessio sit titulata, & habeat Juris assistentiam.*
28 *Jus præeminentiale assistit Plebanis in concursu Rectorum, remissivè.*

NON ambitionis stimulo, sed ad prærogarivas, & jura Sponsæ sibi commissæ tuenda, prout ex conscientia tenetur D. Plebanus Massæ Vallis Nebulæ, cogitur in arenam descendere; cum enim ad Ecclesiæ Triumphantis exemplum, etiam in militanti Ecclesia plures instituantur ordines, æquum est, ut unusquisque in suo gradu permaneat, nec dignitatem alteri debitam usurpare contendat.

1 Antiquissima erectio Plebis Massæ Vallis Nebulæ controverti non potest, cùm ea ex pluribus instrumentis vetustissimis roboretur.

Prout nec minus dubitari potest, quòd Ecclesia Cozzilis, licèt Parochialis in ambitu, & in quantum ferr ambitus ipsius Terræ Cozzilis, non sit sub Plebanatu Massæ, dum undique ab ipso Plebanatu re-
2 peritur circumdata, cùm omnis Plebania debeat de necesse habere sub se aliquem Rectorem, ad latè ex communi Canonistarum sententia tradita, & firmata per nostrum *Daniel. de Nobilibus in sua disputat.* 44, *num.* 5, 6, 7, & *seqq.*

His igitur præmissis, quæ in facto, & in jure sunt indubitata, nostræ Plebi indebitè controvertitur titulus Matricis; eò enim ipso quòd haber fontem Baptismalem, ad quem illi de Terra Cozzilis accedunt, dicitur Matrix, quia sicuti Mater generat filium, sic & ipsa generat per Baptismum, ut deducitur ex *Clem. prima de sententia excommunicationis, ubi glossa in Verbo Matricem; Fuscus de visitat. lib.* 2, *cap.* 2, *num.* 8; *Azor. Instit. moral. par.* 2, *lib.* 3, *cap.* 12, *quæst.* 13, *fol.* 283, *ibi.* 3

Decimo tertio quæritur, quæ sit in jure Ecclesia Matrix, gloss. in Clem. prima de senten. excommunicat. ast Matricem Ecclesiam vocamus majorem Baptismalem aliarum Matrem; ideò enim Matrix appellatur, quia in ea per Baptismum renascimur, &c. latè Daniel. de Nobilibus, dicta disputat. 44, *num.* 43; *Barbos. de officio, & potestate Parochi cap.* 1, *num.* 5.

Sed ultra præsumptionem Matricitatis desumptam ex titulo Plebaniæ, concurrunt tot, & tanta alia argumenta in præsenti themate eamdem Matricitatem omninò in nostra Plebe suadentia [de quibus infra], ut vix de hoc sine præjudicio veritatis dubitari possit; sed priusquam ad ea accedamus, supponendum est duplicem dari Matricitatem; unam, 4
quæ est propria, & plena Matricitas, quæ consistit in perceptione decimarum, ac emolumentorum Parochialium; alteram, quæ dicitur impropria Matricitas, consistens in celebratione functionum solemnium, in Processionibus, in præeminentiis, ac similibus; & in hac secunda specie Matricitatis probanda, ex receptissima sententia non esse opus docere de titulo, sed satis superque sufficere argumenta, adminicula, & conjecturas, ut per *Card. De Luc. de Præeminentiis, discur.* 42, *num.* 13, & *de Decimis, discurs.* 12, *num.* 13, & admittit optimè *decis.* 272, *num.* 1, & *num.* 4, *part.* 1, *tom.* 2 *recent.* & clariùs habetur in *Bisinianen. Præeminentiarum Veneris* 16 *Januarii* 1711, § *Siquidem animadvertebant. Domini, coram R. P. D. meo Ansaldo*; ubi declarantur decisiones Rotales in contrarium allegatæ, & quia præfata decisio emanavit in possessorio, hoc est, in judicio manutentionis, dispurata causa in peritorio idem omninò fuit resolutum pro hujusmodi actibus redolentibus secundam speciem Matricitatis, ut videre est in doctissima decisione per eundem *R. P. D. meum Ansaldum, extensa sub titulo Bisinianen. præeminentiarum Mercurii*

rii, 14 Junii 1713, § Nullatenus de cætero subsistente meo, lib. 27, dec. 2207.

Quòd verò præeminentia sit debita Plebano supra Rectores, maximè intra
5 limites suæ Plebaniæ, negari certè non potest, cùm ea videatur probari per *text. in cap. bis quæ 11, de Majoritate, & obedientia*, ubi *gloss.* in fine figurationis casus hæc habet:

Nota hic, qua debent Capellani, & Clerici suis Plebibus.

Et Plebanus dicitur Decanus Ruralis, gloss. in cap. cùm. Apostolus, verbo Decani, de consecrat. cap. ad hæc, in fine, de offic. Archidiaconi; Barbos. de Canonicis, & dignitat. cap. 6, num. 8, & dicuntur etiam Archipresbyteri Rurales, cap. ultimo, de officio Archipresb. cap. si in plebibus, distinct. 83, & de usu Thuscia testatur Sylvester in Verbo Archipresbyter, num. 1, & Castreus. cons. 66, num. 4, lib. 1.

6 Et quòd Plebanus dicatur habere Dignitatem, & esse in Dignitate constitutum; *Castreus. dicto consil. 66, num. 4, lib. 1; Lambertin. de Jurepatronat. lib. 1, quæst. 11, artic. 4; Petrus Gregor. Syntagmatum Jur. universi, lib. 12, cap. 24, num. 13; Tholosanus de Republica Ecclesiastica, cap. 27, in principio; Squillant. de obligat. Clericorum, part. 2, num. 58; Ferrus de præcedent. & prælat. quæst. 6, num. 5;* latè noster *Daniel de Nobil. disputat. 44, num. 23, Tomas. pariter Lucensis noster in sua decad. 4, tit. de Præeminent. tract. 3, num. 48, fol. 148;* & absque alia authoritate Doctorum, id in præsenti comprobatur ex facto ipso, & ex circumstantiis ad probandam Matricitatem Ecclesiæ Plebanalis, & dependentiam Ecclesiæ Cozzilis inferiùs referendis.

Firmata præeminentia, quæ mihi videtur incontrovertibilis, respondendum sequitur unico objecto, in quo ex adverso magnum sit fundamentum; quòd scilicet omnia supra deducta rectè procedant in aliis locis, præter quàm in Ecclesia propria Rectoris, in qua ipse dicitur Prælatus, & nemini cedere debet,
7 adducendo præ cæteris, tamquam punctualem, authoritatem *Deciani, in consil. 67, num. 1, & 2, tom. 3; & Gonzalez ad regul. 8 Cancellariæ, gloss. 6, numer. 101, & seqq.* ubi allegantur duæ decisiones Rotæ, una coram Litta, & alia coram Paenia

Difficultas hæc, licèt prima facie aliquid apparentiæ habere videatur, attamen in nostra præcisa quæstione nihil facit, nec habet subsistentiam.

Admittitur enim quòd Rector quilibet in sua Ecclesia non teneatur locum alteri cedere etiam majori, & Capitulis Collegiatæ; sed hæc Regula habet solemnem limitationem, ut scilicet ea non proce-
8 dat respectu illarum Personarum, quibus secundùm ordinem Hierarchicum ipse Rector est subjectus, & illarum, quibus in ipsa Ecclesia Rectoris debetur majoritas; *Boer. de ordine graduum, par. 1, num. 15, & num. 34;* & doctè probat noster *Daniel de Nobilibus, disput. 44, num. 60, & 61, & disputat. 44, num. 61;* & ipsum refert, & sequitur *Frances de Eccles. Cathedral. cap. 34, n. 162, fol. 376.*

Decianus autem, tamquam punctualis in contrarium allegatus, nihil commune 9
habet cum casu nostro, quia quæstio ibi non agitabatur inter Plebanum, & Rectorem de Pieberio; sed lis, & controversia versabatur inter plures Plebanos accedentes, & concomitantes funus, & Plebanum Ecclesiæ, ad quam deferebatur.

Sic pariter *decisio 272, par. 1, tom. 2 rec.* loquitur de Matricitate probanda respectu exactionis decimarum, non autem respectu superioritatis, & præeminentiæ, ut videre est *sub num. 2;* & ulteriùs alia Ecclesia, quæ prætendebatur subjecta, habebat & ipsa fontem Baptismalem, ut videre est sub *num. 2, versic. & utraque.*

Decisio coram Litta in Pampiloneu. præeminentiarum non reperitur in aliquo ex libris decisionum Rotalium impressa, & ideò super ea discurri non valet; *Gonzalez* autem, licèt dicat Rectorem in propria Ecclesia debere præcedere omnes alios majores, & superiores, nunquam tamen loquitur de iis majoribus, quibus secundùm ordinem Ecclesiasticæ Hierarchiæ ipse Rector subest; in quibus terminis nos habemus doctrinas punctuales supra relatas, & præ cæteris mereri videtur *Ferrus de præcedentia, & prælatione, quæst. 6, num. 7; & Daniel de Nobilibus, disputat. 44, num. 61, versic. Similiter decisio Littæ, & disputat. 74, num. 60, quarto contraria, in addit. ad disputat. 44, n. 89.*

Omnes autem Decisiones, & Authoritates, quæ ex adverso allegari possunt, vel loquuntur de Confraternitatibus, hoc est de præcedentia inter eas, vel de præcedentia inter personas omninò distinctas, & nullam inter se dependentiam, & superioritatem habentes, vel impugnant qualitatem Matricitatis, etiam lato modo sumptæ.

Decisio verò Rotæ in Andrien. præeminentiarum super bono jure, Lunæ 2 Martii 1711, coram R. P. D. Aldovrando, nihil facit ad nostram hypothesim, quia ibi agebatur de præcedentia inter duas Confraternitates, alteram Sanctissimi Nominis Jesu, & alteram Sanctissimi Sacramenti; & ultra duo fundamenta allata ad favorem ultimæ in § *Placuit*, adducitur tertium fundamentum super præcedentia debita eidem Confraternitati Sanctissimi Sacramenti, deducta ex eo, quòd controversæ functiones concernunt propriè,

priè, & mediatè ejus officium, & insti-
tutum directum ad cultum Venerabilis,
sicuti Doctor præfertur militi in actibus
Doctoralibus, & Miles Doctori in mili-
taribus, & Archipresbyter, ad quem
spectat cura Divinorum, in Missa, & di-
vinis præcedit Archidiaconum, licèt hic
in cæteris præferatur, quæ sunt verba
præcisa objectatæ decisionis, & quæ ni-
hil commune videntur habere cum nostra
facti specie, in qua merentur videri duæ
modernæ Sacræ Rotæ decisiones, in *Bisi-
nianen. præeminentiarum Veneris 16 Janua-
rii 1711, coram R. P. D. meo Ansald. meo
libro 19, decis.* 1504, & altera pariter in
eadem *Bisinianen. præeminentiar. Mercu-
rii 14 Junii 1713, coram eodem*, quarum
prima emanavit super manutentione, al-
tera autem super bono jure in petitorio,
in quarum utraque canonizatur matrici-
tas saltem largo modo ad effectum præe-
minentiarum, & quando non agitur de
decimis, aut participatione emolumen-
torum.

Deveniendum nunc est ad probationem
Matricitatis, quæ ad effectus præeminen-
tiales, de quibus nunc agitur, videtur
concludentissimè probari ex pluribus, iis-
que efficacissimis conjecturis, adminiculis,
& argumentis.

Primò igitur arguitur ex denomina-
tione ipsa Plebaniæ, quæ de necesse sup-
10 ponit aliorum Parochorum, & Capella-
norum subjectionem; ita *Azor. Instit. mo-
ral. par. 2, lib. 3, cap. 21*, ibi —

*Propriè verò Plebani dicuntur, qui in
majoribus celebrioribusque Oppidis consti-
tuuntur, quibus præter Ecclesiæ propriæ
curationem, certarum quoque Ecclesiarum,
& certorum Presbyterorum, qui minoribus
Ecclesiis præsunt, inspectio, & observa-
tio committitur* — & dicti Azorii doctri-
nam refert, & sequitur *Barbos. in cap. ulti-
mo, quod incipit super specula, n. 5, ne Cle-
rici, vel Monachi, R. P. Petra ad Consti-
tut. Apostolicas, tom. 4, ad constitut. 2 Bo-
nifacii IX, incipientem in suprema, num. 8,
versic. dicuntur autem Plebani, fol.* 356.

Secunda conjectura, & quidem multi
roboris, desumitur ex eo, quòd ipsi Ho-
mines de Castro Cozzilis concurrunt in
electione Plebani Massæ, quod denotat
antiquitus fuisse eidem Plebi immediatè
11 subjectos, & ob excrescentiam Populi in
dicto loco fuisse in adjutorium dictæ Ple-
bis erectam novam Parochiam, maximè
cùm jus præsentandi fuerit reservatum
Parochianis ex Bulla felicis memoriæ Pon-
tificis Nicolai quinti, de anno 1454, ex
quo sequitur eos fuisse ex Parochianis di-
ctæ Plebaniæ.

Tertium adminiculum, & quidem ur-
gentissimum, conjicitur ex situatione Ca-
stri Cozzilis, & ejus Parochiæ, quæ re-
stringitur infra confines ipsius Castri, ut
neque per modicum spatium ultra ipsius
muros extendatur; e contra autem Ple- 12
bania Massæ se extendit in toto Territo-
rio dicti loci Cozzilis usque ad illius Por-
tas, eum ab omni parte circumdando;
unde ex facto resultat præfatum locum
Cozzilis esse intra fines Plebaniæ Mas-
sensis.

Quarta conjectura resultat ex fonte
Baptismali, qui unicè reperitur in terra
Massæ ad exclusionem Castri Cozzilis; un-
de illi de dicto loco coguntur accedere
ad recipiendum Baptisma ad Terram Mas- 13
sæ, quod esse signum matricitatis, saltem
ad effectum omnium præeminentiarum,
jam supra in principio fuit comproba-
tum.

Quinto loco, in facto non controverti-
tur, quòd Rector Cozzilis in die Sabba-
ti Sancti accedit ad Terram Massæ occa-
sione benedictionis Fontis, & ibi exercet
munus Diaconi inserviens D. Plebano 14
celebranti per se, ut solet facere, quan-
do vel morbo, vel gravi senectute non
est impeditus, quod certè evidens signum
est Matricitatis, & superioritatis secun-
dum ordinem Hierarchicum.

Sexta conjectura eruitur, ex quo in
eodem Sabbati Sancti die, non pulsantur
Campanæ Ecclesiæ Parochialis Cozzilis,
nisi post pulsationem illarum Ecclesiæ Ple- 15
banalis, quæ anterior Campanarum pul-
satio signum est Cathedralitatis, seu Ma-
tricitatis, ut disponit expressè Conci-
lium Generale Lateranense, per Leonem
X celebratum, & per extensum in hac
parte relatum per *Quarantam, in Summa
Bullarum, in verbo Campana, fol.* 126.

Septima provenit conjectura Matrici-
tatis ex eo, quòd Ecclesia Cozzilis sem-
per, & ab antiquissimo tempore citra
venit ad Plebem Massæ ad sumendum
Oleum Sacrum, quod respectu unius re- 16
dolet Matricitatem, respectu autem al-
terius subjectionem.

Octavum adminiculum, indicans Matri-
citatem Ecclesiæ Massæ Vallis Nebulæ
nedum super Ecclesia Cozzilis, sed etiam
super alias Ecclesias Vallis Nebulæ, re- 17
sultat ex eo, quòd jam ante annos ter-
centum Plebanus Massæ cum debitis licen-
tiis concessit facultatem Ecclesiæ Buggia-
ni erigendi fontem Baptismalem, pro qua
concessione dicta Ecclesia Buggiani an-
nualiter solvit dictæ Plebi Massæ Staria
quindecim frumenti, ut de his omnibus
constat ex publico instrumento recepto
per Fulgentium de Monte Catolo, sub die
quinta Aprilis anni 1338.

Nona quasi evidens conjectura infertur
ex propria confessione Rectoris Cozzilis,
qui de anno 1525, in denunciatione,
quam facit in Cancellaria Decimarum Ec-
clesiasticarum Civitatis Florentinæ, fate-
tur obligationem refectionis, quam ipse 18
in

In suis festivitatibus est obligatus facere annuarim Plebano, & Clericis Massæ, subdendo, & fatendo suam Ecclesiam esse filialem.

Nec replicari potest talem confessionem esse erroneam.

19 Quia etiamsi confessio, constito de errore, non præjudicet, ad *Text. in l. si per errorem, ff. de Jurisd. omn. Jud. & in l. post divisionem, C. de Jur. & fact. ignor.*

Attamen error debet concludentissimè, & per probationes omninò urgentes pro-
20 bari, ita ut res aliter se habere non valear, *l. cùm de indebito, § Fin. ff. de probat. Rot. dec. 584, num. 10, par. 19, tom. 2 recent. & in Romana stipulationis instrumenti Lunæ, 20 Novembris 1708, § Nam præmissa regula, coram Reverendiss. Molines Decano meo, lib. 13, decis. 1089, & in Romana, seu Tuscanen. Manutentionis super reservatis, Veneris, 21 Februarii 1710, § Maximè quia, cor. R. P. D. Crispo meo, libro 16, dec. 1265*, quod tantum abest, ut in præsenti casu probetur, quòd potiùs talis confessio fulciatur tot conjecturis, & argumentis superiùs adductis, & inferiùs deducendis.

Nec dicatur talem confessionem emanatam de anno 1525, per Rectorem tunc temporis non posse aliis successoribus præ-
21 judicare, quia quando talis confessio est facta tempore non suspecto, & est aliunde adminiculata, nt in nostris terminis, nocet etiam Prælatis successotibus, ut per *Ludovis. decis. 506, num. 3; Cerr. dec. 161, num. 6; & Rot. dec. 70, num. 10, par. 13 recent.*

Decimò tandem concurrit observantia & consuetudo, quæ in hac præeminen-
22 tiarum materia totum facit, & operatur; *Bald. in l. cum olim, de consuet. Ciarlin. controv. forens. cap. 119, num. 4, & num. 5; Grattan. discept. for. cap. 492, num. 9; D. Mans. consult. 617, num. 52, tom. 7; Altogradus Jun. Controv. 84, num. 18, vol. 2; Rot. decis. 102, num. 17, & num. 18, part. 10, & decis. 87, num. 6, par. 17, & decis. 781, num. 5, par. 18, tom. 2, ac dec. 99, num. 10, par. 19, tom. 1, & post Balducc. ad Ramon. decis. 89, numer. 53, & 54.*

Converti autem non valet hujusmodi quasi possessio, & consuetudo, quæ suf-
23 ficit quòd fuerit observata per spatium decem annorum, ut pluribus aliis decisionibus allegatis probat *Rot. decis. 99, num. 12, part. 19, tom. 1*; & admittitur ex adverso ab anno 1695, usque ad annum præteritum; in quo pro parte Rectoris Cozzilis fuit de facto prætensum innovari, dum in prandio, quod in propria domo tenetur dare in festo S. Jacobi D. Plebano, & ejus Clero, ipse satis impropriè primum locum usurpavit, ita ut D. Plebanus nolens in secundo loco sedere ea humilitate, quæ Ecclesiasticum decet, ultimum occupavit.

Pro everrenda hac possessione opponitur ex adverso, hoc securum fuisse ex reciproca tacita conventione, cujus vigore Rector Cozzilis sibi primum locum assumebat in Ecclesia Plebis Massæ occasione festivitatum ad eam accedendo.

Verùm hæc asserta conventio nullam habet subsistentiam ex eo, quòd ex testibus juratis, quorum depositiones dantur, ut plurimum sunt Sacerdotes, qui temporibus anteactis in præfata Ecclesia inservierunt, vel tamquam Capellani, vel tamquam ad dictum annuum festum invitati, concludenter resultat in dictis solemnitatibus Missam solemnem semper fuisse celebratam a D. Plebano Massæ, præsente, & assistente D. Rectore Cozzilis, eoque absente fuisse decantatam a Capellano, vel a tertia persona ad id specialiter vocata. Testes autem hujusmodi ultra dignitatem Sacerdotalem sunt ætatis sexaginta, septuaginta, & octuaginta annorum, qui nedum deponunt de continuatis actibus ab anno 1695, sed
etiam de magis antiquo tempore; ex qua 24
actuum multiplicitate excluditur prætensa humanitas, & correspectivitas, ut in puncto præeminentiarum firmat *Rota coram Merlino, dec. 593, num. 8, & 9*, & revera cùm semel Rector Cozzilis declaraverit nolle se facere, & solemniter recolere festum S. Jacobi titularis suæ Ecclesiæ, adhuc tamen D. Plebanus Massæ illuc accessit Missam solemnem celebrando, & Rector Cozzilis fuit gravatus ab Illustrissimo, & Reverendissimo D. meo Episcopo Falconcino, tunc temporis Præposito Pisciensi, ad stipendium D. Plebano persolvendum.

Quod si aliquando, tempore Plebani antecessoris, dum erat octuagenarius, & per consequens impotens ad Sacra munia in propria Ecclesia obeunda, Rector Cozzilis exercuerit aliquas functiones in Ecclesia Plebanali, id ex mera benignitate processit, quæ in nulla consideratione haberi potest, dum de anno 1695, electo novo Plebano, iste, prout antiquitus fiebat, cæpit de per se exercere functiones tam in propria, quam in Cozzilis Ecclesia, prout etiam practicabatur de tempore antecedenti dictam ætatem octuagenariam Plebani antecessoris.

Cùm igitur longa consuetudo semper sit attendenda, cùm non sint mutanda,
quæ diuturno tempore observata fuerunt, 25
ut monet Divus Chrysostomus in Epistola prima ad Corinth. Homil. 7, -- *novitates scilicet esse odiosas, nihilque adeò animos perturbare, quàm novare aliquid, & a consuetudine divertere*, -- quam refert, & sequitur *Rot. in Colonien. præcedentiæ super bono jure, Lunæ 4 Junii 1496, § Ultimo*

mo, cor. bonæ memoriæ Muto in addit. ad Card. de Luc. ad materiam de Jurisdict. decis. 27, *num.* 39; & hoc etiam locum
26 habet, quamvis consuetudini jus resisteret, ad tradita in materiâ præcedentiæ per *Rot. coram Seraphin. dec.* 964, *num.* 1, & *post Posth. de Manuten. decis.* 33, *num.* 6; *Fagnan. in cap.* 1, *num.* 16, *de majorit. & obedientia*, quantò magis id procedere debet, quando consuetudo, & posses-
27 sio est titulata, & habet juris assistentiam; *Ciarlin. controv.* 119, *num.* 23, *tom.* 1; *Rot. cor. Seraphin. decis.* 964, *num.* 1; *Fagnan. in d. cap.* 1, *num.* 16, *de majorit. & obed.*

Quòd verò in hujusmodi præeminentiis jus assistat Plebanis in concursu Rectorum intra ambitum eorum Plebis existentium,
28 sufficiat remissio ad *disputat.* 44, & 75 *D. Daniel. de Nobilibus*, qui fuit Vicarius Generalis per plures annos in Diœcesi Lucana.

Quare pro complemento justitiæ, & pro impediendis removendisque innovationibus, quæ huic controversiæ causam dederunt, instatur apud Illustrissimum, & Reverendissimum D. meum Episcopum Falconcinum Visitatorem Apostolicum, cum quo glorior commercium habuisse per literas, cùm Præpositi, & Ordinarii Pisciensis munere fungebatur; ideoque ejus singulares virtutes, eximiamque doctrinam, & tunc, & semper fuisse veneratum.

Et ita, &c. subscensura tamen, &c.

Hieronymus Palma Nepos J. U. D. & Patricius Lucensis.

ADDITIO XXII.

Piscien. Præeminentiarum.

Argumento non indiget, cùm sit idem ac in præcedenti.

SUMMARIUM.

1 *Exponitur facti series.*
2 *Materia præeminentiæ magni præjudicii reputatur.*
3 *Novitates discordiam pariunt.*
4 *Parochus habet in Jure fundatam intentionem liberè exercendi in propria Ecclesia omnes sacras functiones, primumque locum occupare debet, & n.* 28.
5 *In sua enim Ecclesia, & Parochia Prælatus reputatur.*
6 *Ac quodammodo Episcopus, & illius vicem gerens.*
7 *Idque procedit etiam in concursu Canonicorum, & Capituli Collegiatæ, tam circa præcedentiam, quàm circa exercitium sacrarum functionum.*
8 *In actibus, qui concernunt alicujus officium, competit præcedentia supra alios, etiam majori dignitate fulgentes.*
9 *Hujusmodi præeminentia competit etiam simplici Rectori Ecclesiæ, sive Oratorii publici, supra Parochum, in cujus Parochia Ecclesia, vel Oratorium reperitur.*
10 *Ecclesia Parochialis, quæ Plebaniæ nulla præstat obsequia, nihilque solvit in recognitionem superioritatis, non dicitur ab ea habere dependentiam.*
11 *Præsumptio libertatis, & independentiæ stat pro Ecclesia, licèt inferiori, quæ habet suum Populum distinctum, & Territorium separatum.*
12 *Matricitas Ecclesiæ dignioris, & respectivè subjectio Ecclesiæ inferioris, quomodo probetur, & num.* 13, 22, & 58.
14 *Erectio Vexilli S. Crucis est signum superioritatis, & jurisdictionis, & num.* 75.
15 *In Processione incedendum est sub Cruce Dignioris, & ab eo debet dirigi, & num.* 74.
16 *Ex unione Crucium, seu Vexillorum arguitur æqualitas, & num.* 76.
17 *Consuetudo, inter duas Ecclesias inducta, præstandi sibi invicem obsequia, occasione sacrarum functionum, præsefert æqualitatem dignitatis, & præeminentiæ.*
18 *Festum SS. Corporis Christi, cum solemni Processione debet fieri tantùm ab Ecclesia Matrici, neque eodem die peragi potest ab Ecclesia subjecta, seu filiali, & num.* 73.
19 *Ex pulsatione Campanarum Ecclesiæ inferioris, post Ecclesiam Plebaniam, non arguitur dependentia, sive filiatio, sed solùm majoritas, ac dignitas & num.* 62.
20 *Neque ex interessentia benedictioni sacri fontis Baptismalis, & de ratione, & num.* 61.
21 *Item neque etiam ex eo, quòd aliqua pars Parochianorum Ecclesiæ inferioris concurrat cum Parochianis Ecclesiæ Plebaniæ, ad electionem Plebani, & quare, & num.* 58.
23 *Consuetudo duarum Ecclesiarum præstandi sibi vicissim obsequia, ut supra, servanda est, & de ratione remissive.*
24 *Stante accidentali impedimento non utendi aliquo jure, quod quis habet, allegabilis non est consuetudo præscriptiva.*
25 *Neque si breve tempus intercesserit.*
26 *Actus, qui referri possunt ad meram gratiam, & conventientiam manutenibiles non sunt, neque etiam in summa-*

marissimo possessorio.

27 *Consuetudo praescriptiva, etiam in iis, quae sunt praeter jus, requirit saltem observantiam decennalem.*

29 *Et ubi adest Juris resistentia, necessaria est quadragenaria.*

30 *Ex facto Rectoris laedi non potest jus, Ecclesiae competens.*

31 *Etiamsi agatur de simplici jure praeminentiali.*

32 *Et tali casu idem Rector contra proprium factum venire potest, & nomine Ecclesiae amissum jus, seu possessionem recuperare.*

34 *Defectus examinis Testium, cum praevtis Partis interrogatoriis, suppletur ex eorum numero, & qualitate.*

35 *Maximè si deponant de actu, in eorum praesentia gesto.*

36 *Item quando illorum depositio ab assistentia Juris confovetur.*

37 *Controversiae super praecedentia, quae inter Personas Ecclesiasticas oriuntur, terminari debent ab Ordinariis summariè, & sine strepitu, & figura Judicii.*

38 *Antiquarum consuetudinum alterationem Sacri Canones detestantur, tanquam fomitem discordiarum, & perturbationum.*

39 *Quotuplex sit Matricitas, & unaquaeque species, cum suo effectu, explicatur, & num. 40, 41, 43, & 49.*

42 *Idem est dicere Ecclesia Matrix, quae talis sit impropriè, & abusivè, quàm Ecclesia major.*

44 *Praecisa Lege Synodali, sive antiquissima consuetudine, Rectores Ecclesiarum inferiorum cogi non possunt recipere olea Sancta ab Ecclesia digniori: sed possunt illa recipere ab Ecclesia Cathedrali.*

45 *Ad id autem possunt cogi Rectores Ecclesiarum filiarum ab Ecclesia Matrice.*

46 *Recensentur ea, quae concurrere debent ad constituendam veram Parochialem, independentem ab alia.*

47 *Quae necessaria sint ad probandam Matricitatem, resultantem ex dismembratione partis Parochiae, ob justam causam facta, & num. 48.*

50 *A qualitate Plebanatus inferri non potest ad Matricitatem.*

51 *Juxta ordinem Hierarchiae Ecclesiasticae, Inferior subordinatur Digniori.*

52 *Haec subordinatio versatur circa praeminentiam, & honorem, non autem circa ea, quae respiciunt proprium cujusque munus.*

53 *Proprium munus quilibet ex se gerit independenter ab alio, quantumvis in ordine Superiori, & exemplificatur.*

54 *Parocho Titulari, in exercitio sacrarum functionum, quae in propria Ecclesia peraguntur, praecedentia debetur supra caeteros, etiam digniores.*

55 *Parochus in sua Ecclesia reputatur Praelatus, & tantam auctoritatem habet, quantam Episcopus in sua Diaecesi.*

56 *Daniel de Nobil. disp. 44, num. 35, declaratur.*

57 *Ex sola nuncupatione Plebaniae non infertur qualitas Matricitatis, sed solùm Dignoritatis.*

59 *Confutantur alia argumenta contraria, & num. 60, 63, 66, 67, & 68.*

64 *Ex difformi, & aequivoca observantia nulla deducitur concludens probatio.*

65 *Observantia, munita Juris assistentia, praevalere debet observantiae contrariae, tali assistentia non munitae.*

69 *Ad praescribendum jus canendi Missam solemnem in aliena Ecclesia, requiritur spatium 40 annorum, cum scientia, & patientia Rectoris.*

70 *Sicuti etiam ad praescribenda caetera Jura Parochialia.*

71 *Immo dictum jus canendi Missam in aliena Ecclesia est imprascriptibile.*

72 *Et contraria consuetudo referri debet ad simplicem actum urbanitatis, licèt esset longi temporis.*

77 *Delatio Stolae in Processionibus est indubitatum signum jurisdictionis, & praeminentiae.*

78 *Neque licitum est eam gestare in praesentia Superioris.*

79 *Probata actuum praeminentialium persessione, manutentio concedenda venit.*

80 *Usus Stolae in funeribus, in signum jurisdictionis Parochialis, ad Parochum privativè spectat.*

81 *Ubi Matricitas adducitur in materia praeminentiarum, ad colorandum possessorium, sufficit probatio Matricitatis impropriae. Secus si agatur de illa probanda in petitorio, ad concludendam genericam subjectionem, quoad perceptiones Decimarum, emolumentorum Parochialium, & similium.*

82 *Hujusmodi Matricitas probatur ex enunciativis Ordinariorum in Visitationibus emissis, qui benè informati censentur de statu, & praerogativis suarum Ecclesiarum.*

83 *Item ex declaratione, in simili actu Visitationis, ab Ordinario facta, circa praecedentiam unius Ecclesiae supra aliam.*

84 *Nec non etiam ex confessione Partis.*

85 *Sicuti pariter ex re judicata super praerogativa pulsandi Campanas die Sabati Sancti ante alias Ecclesias.*

86 *Non potest amplius impugnari id, quod per plures res judicatas, & Partis confessionem, confirmatum fuit.*

87 *Ex quibus aliis haec impropria Matricitas*

citas probata remaneat, & *num.* 88, & 89.

Statur antiquæ Scripturæ, quæ in aliqua re tucifa reperiatur, *eodem n.* 88.

Actus nutvoeus juffiest in Judicio possessorio, ad effectum consequendi jura præeminentialia, *eodem num.* 89.

90 *Quando sustineatur transactio inter duas Ecclesias, absque Beneplacito Apostolico*, & *num.* 91, & 92.

93 *Ad præsumendum Beneplacitum Apostolicum in Contractu inter duas Ecclesias, ex justa & rationabili causa inito, necessaria non est centenaria; quæ tamen requiritur in Contractibus, Ecclesiæ præjudicialibus, qui cum Clericis, sive aliis Particularibus, celebrantur.*

94 *Breve, quod jam fuit observatum, executioni demandandum est.*

95 *Verba generalia, & indefinita ad suam speciem restringi, ac juxta subjectam materiam, intelligi debent.*

96 *Ex longæva observantia dignoscitur quid, & quantum in Brevi comprehensum fuerit.*

CONsueverunt ab immemorabili Rectores Ecclesiarum Parochialium Castri Massæ, & Castri Cozzilis, ac eorum respective Parochiani, ad hoc ut principaliores functiones Ecclesiasticæ majori decore in utraque Ecclesia celebrarentur, in unum convenire, nempe in solemni supplicatione Rogationum, in qua uterque Parochus cum suo Clero in uno corpore conveniebat, incedendo sub Vexillo utriusque Ecclesiæ, præ-
1 cedente tamen illo Ecclesiæ Cozzilis, & immediate subsequente illo Ecclesiæ Massæ; & ex quadam reciproca urbanitate eorumdem DD. Parochorum peragente Sacrum Solemne in Festis Titularibus earumdem Ecclesiarum in solemnitate Assumptionis B. Virginis in Ecclesia Massæ D. Rectore Cozzilis, & in Festo S. Jacobi Apostoli in Ecclesia Cozzilis D. Plebano Massæ, cum prælatione etiam in mensa, cæterisque actibus præeminentialibus; donec senio confecto b. m. D. Bartholomæo de Nardinis Rectore dictæ Ecclesiæ Cozzilis, & ob id per aliquot annos ante ejus obitum ad dd. sacras Functiones accedere non valente, in utraque Ecclesia eædem Sacræ Functiones expletæ fuerunt ut plurimùm a D. Plebano Massæ, prout etiam observatum fuit a quinque annis circiter, postquam vità functo memorato D. Bartholomæo in dicta Ecclesia successit D. Dominicus de Nardinis modernus illius Rector, qui ex quadam conniventia permisit, quòd in sua Ecclesia in dictis sacris Functionibus præcederet D. Plebanus Massæ; haud curans eàdem reciprocà præeminentià sui in Functionibus Ecclesiæ Massæ, prout patet abunde ex depositionibus quamplurium Testium juratorum provectæ ætatis, quæ dantur.

Verùm modò suis Parochianis impellentibus, ac obligatione tuendi jura suæ Ecclesiæ adstrictus idem D. Modernus Rector, ne ejus conniventia, si ulterius processisset, præjudicium irreparabile pareret ejusdem Ecclesiæ præeminentiæ, ac omnimodæ independentiæ ab Illa Castri Massæ, censuit actus prædictos interrumpere, & jure suo uti, præcedendo in Functionibus, & actibus ad suam Ecclesiam pertinentibus, ac in eis primum locum tenendo, ut sequutum fuit in Festo S. Jacobi præsentis anni. Et ut magis constabilita remaneant jura suæ Ecclesiæ in hac materia præeminentiarum, 2
quæ magni præjudicii reputatur, juxta animadversa *per Rot. coram Put. dec.* 449, *in fin. l.* 2; *Seraphin. dec.* 22, *num.* 1; *Sperell. dec.* 76, *num.* 1, *cum aliis in Colonien. Præcedentiæ super bono jure* 4 *Junii* 1690, § *Plures*, *coram Muto*, *impress. post de Luc. ad materiam de Jurisdictione*, *decis.* 27, *num.* 10, modò instat pro opportuna declaratione facienda super jure sibi competenti intra suam Ecclesiam, & Parochiam explendi omnes functiones ad illam spectantes, ac super præeminentia in ipsis functionibus respectu D. Plebani Massæ, vel saltem quòd sit servandus antiquus modus præcedendi reciprocè inter dictum D. Principalem, & dictum D. Plebanum in utraque Ecclesia, ad hoc ut ex hac mutua conniventia conservetur inter eosdem concordia, & arceantur novitates, quæ 3
illi unicè adversantur, ut monet *Text. in l. minimè, ff. de legibus; Capon. discept.* 5, *num.* 24; & *D. Chrysostomus in Epist.* 1, *ad Corinth. relat. in d. Colonien. Præcedentiæ, in fine*; & in hac sua petitione videtur omni jure exaudiendus.

Siquidem quilibet Parochus in jure fundatam habet intentionem liberè exercendi in sua Ecclesia omnes sacras Functiones, primumque locum in eis tenen- 4
di supra cæteros quailbet majori alioquin dignitate, seu majoritate fulgentes, ut præter ea, quæ habentur in *Synodal. Const. Piscien. cap.* 5, *de celebrat. Divin. Offic.* latè apud *Grat. discept. foren.* 298, *num.* 89, *Barbos. de off. & pot. Parochi*, *part.* 1, *cap.* 9, *fere per tot. Marant. controver. Juris*, *part.* 4, *resp.* 21, *num.* 64; *Tranched. Consult.* 99, *num.* 13, *lib.* 1; *Rot. coram Penia*, *dec.* 261, *num.* 17, & *cum aliis in Pamp lonen. Juris sedendi*, 10 *Maji* 1706, § *Utrumque verò*, *coram b. m. Caffarello*. In sua enim Ecclesia, & Parochia Curatus reputatur Prælatus *argum*, *cap. in apibus* 7, *quæst.* 1, *Abbas in*

 cap.

cap. decernimus, num. 16, *de Judiciis*, &
6 quodammodo Episcopus, ac illius vices
gerens, ut præter adductos, *Fagnanus*
in cap. literæ, num. 18, *de matrim. con-*
tract. contra interdic. Ecclesiæ Wangue-
ret in jus Can. tom. 1, *lib.* 1, *tit.* 28, *de*
offic. Vic. cap. 1, *versic. Vicarius. Rot. in*
dicta Pampilonen. Juris sedendi, 28 *Ja-*
nuarii 1707, § *Nusquam tamen, coram R.*
P. D. meo Ansaldo; & in terminis Con-
cursus Plebani cum Rectore simplici in-
ferioris Ecclesiæ, *Decian. cons.* 67, *num.*
1, & 2, & in concursu Canonicorum, &
Capituli Collegiatæ ad Ecclesiam Paro-
7 chialem accedentium, tam quoad præ-
cedentiam, quàm quoad exercitium di-
ctarum sacrarum Functionum, *Barbos. d.*
tract. de Paroch. par. 1, *cap.* 9, *num.* 5;
Grat. d. discept. 298, *ferè per tot. Idem*
Barbos. de potest. Episcop. allegat. 78,
num. 38, *Cassan. cathal. glor. Mundi, par.*
4, *considerat.* 81; *Gonzal. ad regul.* 8
Cancell. gloss. 6, *num.* 101, *& sequen. &*
latiùs in Cassanen. Jurium Parochialium,
seu præeminentialium, 6 *Junii* 1707, *co-*
ram b. m. Caffarello, ex ratione, quam
latè exornat *Rot. in Andrien. Præeminen-*
tiarum super bono jure, 2 *Martii* 1711,
§ *Placuit, cor. R. P. D.* Aldovrando;
nempe quòd in actibus, qui concernunt
8 alicujus officium, competit supra majo-
rem præcedentia, *juxta tex. in l.* 1, *Cod.*
de off. Vicarii; *& Alexander in l. Cen-*
turio, sub num. 14, *ff. de vulgari, & pu-*
pill. Felinus in Rubr. de Majorit. & obed.
sub num. 1.

Et hæc adeò de plano procedunt, ut
hæc Præeminentia faciendi hujusmodi
Functiones sacras in propria Ecclesia, &
canendi Missas solemnes, non solùm com-
petat Parocho in sua Ecclesia supra
9 quemlibet alium, sed etiam simplici Re-
ctori Ecclesiæ, sive Oratorii publici, su-
pra Parochum, intra cujus jurisdictionis
limites reperitur situata Ecclesia, vel
Oratorium, ut passim declaravit *Rota*
Romana, ac signanter in Romana Orato-
rii, 13 *Januarii* 1698, § *Nullum igitur,*
& § Ista tria, coram Eminentiss. Priolo,
& in Civitatis Plebis jurium Parochia-
lium, 3 *Julii* 1707, § *Exclusa coram Re-*
verendiss. Molines Decano; *& in eadem*,
6 *Junii* 1708, § *Consequens, coram R. P.*
D. meo Ansaldo.

Quæ sanè indubitanter procedunt fa-
vore D. Rectoris Cozzilis, quia ejus Ec-
clesia, licèt non decorata titulo Pleba-
niæ, attamen nullam habet dependen-
10 tiam ab ipsa Plebania, cùm nulla ei-
dem præstet obsequia, aut quidquam
persolvat in recognitionem Superiorita-
tis, prout in similibus casibus observari
solet, *ex Card. de Luc. de Parochis dis-*
curs. 36, *num.* 1, & alibi passim, &
semper urget præsumptio libertatis, &
independentiæ, præsertim agendo de
Ecclesia Parochiali, quando Ecclesia, li-
cèt inferior, habet suum Populum distin- 11
ctum, & separatum, & Territorium suis
finibus designatum, *Fagnan. in Cap. ad*
audientiam, num. 10, *de Ecclesiis ædific.*
Marant. res. 21, *num.* 7, *& seqq. part.* 4;
Rot. cor. Coccino dec. 2089. *num.* 10, *&*
seqq. & in recen. dec. 469, *num.* 1, *&* 24,
part. 19, *& in Aretina jurium Parochia-*
lium, 27 *Februarii* 1704, § *Depulsa*,
coram R. D. Ansaldo, & in Gerunden.
Anniversariorum, 1 *Julii* 1709, § *Verùm*,
coram Crispo. Quinimò prædicta subje-
ctio, & respectiva Matricitas Ecclesiæ
dignioris nequaquam convincitur, nisi
probetur, quòd Ecclesia inferior erecta
fuerit præviâ dismembratione partis red-
dituum, seu proventuum, & cum reser-
vatione nominandi Rectorem ad favo-
rem ipsius Matricis, juxta præcitatum
Textum *in cap. ad audientiam, de Ecclesiis*
ædif. ibiq. glos. Fagnan. ibid. num. 35,
& 38, *Garz. de Benefic. p.* 5, *cap.* 9, *n.*
57; *Barbos. ad Concil. Trident. Sess.* 2,
cap. 4, *num.* 13: ita ut deficiente hac pro-
batione, cesset etiam jus præeminentia-
rum, sive præcedentiæ favore Ecclesiæ 13
superioris, tanquam cessante causa, &
radice productiva earumdem. *De Luc.*
de Præem. disc. 42, *num.* 12, *&* 13, *&*
de Parochis disc. 3, *n.* 6, *Rot. cor. Priol.*
decis. 65, *num.* 13, *& seqq. cor. Ansaldo,*
decis. 65, *num.* 10, *& in Civitatis Ple-*
bis jurium Parochialium, 3 *Junii* 1705,
§ *Non solum, cor. Reverendiss. Molines*
Decano, & in d. Cassanen. Jurium Paro-
chialium, 6 *Junii* 1707, *coram b. m. Caf-*
farello.

Verùm quælibet umbra subjectionis
Ecclesiæ Cozzilis respectu Plebaniæ Mas-
sæ, remanet omnino depulsa ex dua-
bus circumstantiis illius totaliter exclusi-
vis. Ut enim supra innuimus, ex anti-
qua consuetudine, usque ad hæc tem-
pora pacificè observata in Processioni-
bus, quæ unitim a Clero dictarum Eccle-
siarum peragi consueverunt, in Rogatio-
nibus utriusque Ecclesiæ Crux defertur;
quin etiam illa Ecclesiæ Cozzilis præce-
dit alteri Plebaniæ; ac proinde, cùm
erectio Vexilli S. Crucis sit signum ju-
risdictionis, & superioritatis, *ad tex. in*
Cap. Antiqua de Privilegiis, Pignattell.
consult. 73, *num.* 19, *tom.* 1, *Marant. resp.*
21, *num.* 46, *part.* 4; *Passerin. de statu*
hom. quæst. 187, *art.* 4, *num.* 1087, *&*
seqq. tom. 2. Inde sequitur, quòd Ec-
clesia Cozzilis est omnino independens a
Plebania Massæ, cùm alioquin in iis-
dem Processionibus sola Crux ejusdem
Plebaniæ erigenda foret, cùm sub Cru- 15
ce dignioris Processio incedere debeat,
& ab eo dirigi, juxta notata apud *Pi-*
gnattell. d. consult. 73, & ex unione di-
cto-

ctarum Crucium, seu Vexillorum exo-
16 riatur argumentum æqualitatis, quodque singula Corpora, nempe Cleri Massæ, & Cleri Cozzilis in unum coalescant, *Rot. in Hispalen. Præcedentiæ*, 11 *Januarii* 1692, § *Etenim objectum*, *cor. bon. mem. Card. Caprara*, *& in d. Colonien. Præcedentiæ*, *cor. Muto*, *num.* 32, sicuti pariter eadem æqualitas, totaliter exclusiva prætensæ subjectionis pro-
17 venit ex prænarrata consuetudine antiquissima Ecclesiarum præstandi sibi invicem uniformia obsequia, tam in Festis titularibus, quàm occasione dictarum Processionum in Litaniis Majoribus, quæ denotant æqualitatem dignitatis, & præeminentiæ. Ac pariformiter exclusio dictæ dependentiæ comprobatur ex eo, quòd in Festo Ss. Corporis Christi in Ecclesia Cozzilis peragitur solemnis Processio, prout fit per Plebaniam Massæ; quod sanè licitum non foret, cùm
18 hujusmodi Sacra Functio debeat fieri tantummodò ab Ecclesia Matrice, neque eodem die peragi potest ab Ecclesia subjecta, seu filiali, ut in durioribus terminis, relatis *Sacræ Rit. Congregat. Decretis*, *Barbos. collect. Apostolicar. Constit.* 221, *num.* 2, *&* 605, *num.* 20, *&* 21. Parum relevante, quòd in Sabatho Majoris Hebdomadæ non pulsentur Campanæ Ecclesiæ Cozzilis prius quàm illæ Ecclesiæ Plebaniæ Massæ; quia sine veri præjudicio admissa hac consuetudine,
19 ex hoc nullatenus inferri potest ad comprobandam dependentiam, seu filialitatem, quia inde ad summum concludi potest majoritas, ac dignioritas Plebaniæ supra Ecclesia Cozzilis, quæ non controvertitur, eò quia Plebaniæ nuncupatione, ac titulo, ut diximus, decoratur, ut notat *Barbos. de univ. jure Eccl. lib.* 2, *cap.* 3, *num.* 69, *in fin.*

Sicuti ejusdem ponderis est objectum, quod in sola Plebania Massæ adsit fons Baptismalis, non autem in illa Cozzilis, quodque D. Rector Cozzilis solitus sit interesse benedictioni ejusdem Sacri Fontis in pervigilio Resurrectionis Dominicæ; hæc enim nullatenus concludunt Matricitatem dictæ Plebaniæ, ac respe-
20 ctivè subjectionem Ecclesiæ Cozzilis, quia hujumodi signa sunt omninò æquivoca, & nullatenus concludentia eamdem Matricitatem, cùm non omnis Ecclesia Baptismalis sit Matrix cæterarum, in quibus Fons Baptismalis non adest, ut de se patet; nec ex eo quòd Rector alicujus Ecclesiæ sit solitus accedere ad dictam benedictionem Sacri Fontis, sequitur, quòd sit subjectus Ecclesiæ Baptismali, quia sola diuturna consuetudo est sufficiens ad inducendam obligationem in Rectore alterius Ecclesiæ non filialis ad dictam intercessentiam, ut cautum habetur in *Concil. Lateranen. V Sess. Const.* 4, relat. *per Pignatell. consul.* 20, *tom.* 4, *num.* 1, & conserunt deducta per eundem *Pignattell. consult.* 3, *sub num.* 13, *eod. tom.* 4.

Facilè verò diluitur aliud objectum deductum ex asserta Bulla Nicolai V, de Anno 1454, in qua statuitur, quòd Juspatronatus Ecclesiæ Massæ pertineat ad Parochianos, ideoque cùm etiam tertia pars Parochianorum Ecclesiæ Cozzilis concurrat cum Parochianis Massæ ad electionem Plebani, exinde resultet argumentum subjectionis Ecclesiæ Cozzilis, quia ex hujusmodi concursu tertiæ partis Po- 21
puli Cozzilis potest ad summum inferri, quòd dicta tertia pars fuerit olim separata a Parochia Massæ, & adjuncta Parochiæ Cozzilis, ac proinde juxta antiquum usum perseveraverit in exercitio Jurispatronatus sibi competentis, sed non videtur quale nam argumentum subjectionis, & respectivè Matricitatis sumi possit ex concursu prædicto, cùm alioquin quòd una pars Parochianorum propter numerositatem, vel aliam legitimam causam separetur ab una Ecclesia, & subjiciatur alteri contiguæ, nihil immutare potest statum earumdem Ecclesiarum. Cæterum, ut jam dictum est, sua Filialitas, & respectivè Matricitas, quæ importet veram, & formalem subjectionem, nequaquam inducitur, nisi ex univocis, & indubiis præsumptionibus, & indiciis, cùm agatur de materia odiosa; unde nisi con- 22
currat solutio annuæ præstationis in signum subjectionis, & nominatio, & electio Rectoris, quæ competat Rectori Ecclesiæ Matricitatem prætendentis, cæteræ nihil concludunt, cùm sint simplicia argumenta Majoritatis, & Dignioritatis Ecclesiæ respectu minus Dignæ, ut sunt accessus ad benedictionem Sacri Fontis, & recipiendum Sacrum Chrisma pro infirmis in Sabatho Majoris Hebdomadæ, & prælatio in pulsatione campanarum eodem die. Hæc enim obsequia, & respectivè præeminentiæ, quibus fruitur aliqua Ecclesia, tantummodo sunt demonstrativæ dignioritatis prædictæ; alioquin sequeretur absurdum, quòd omnes Ecclesiæ Plebaniæ, quibus ab aliis Rectoribus Ecclesiarum Plebis ex communi usu, & juxta passim sancita per Synodalia Statuta, hujusmodi obsequia exhibentur, reputandæ essent Matrices, & aliæ Filiales.

His verò ita constabilitis, descendendo ad prætensam consuetudinem, in qua per D. Plebanum Massæ, utpote juris fundamentis destitutum, major vis fieri dicitur, præmittimus, quòd quatenus ad conservandam concordiam, & unionem inter dictas Ecclesias, eorumque Clerum, & Populum observari ve-

lit memoratæ laudabilis, & diuturna
consuetudo ex urbanitate introducta,
nempe, quòd per præfatos DD. Paro-
chos vicissim in alterius Ecclesia pera-
gantur prænarratæ sacræ Functiones,
hoc nequaquam impugnatur per Domi-
num Rectorem Cozzilis; quinimò de-
cernendum videtur pro illius observan-
23 tia, cùm per eam præservata rema-
neat utr usque Ecclesiæ præeminentia,
ex rationibus in simili latè deductis in
præcitata *Colonien. Præcedentiæ impress. post de Luc. ad mater. de Jurisdict. dec.*
27. Cæterùm indubium videtur, quòd
per prædictos actus præeminentiales,
nempe canendi Missas solemnes in Ec-
clesia Cozzilis, gestos per memoratum
D. Plebanum Massæ nullum potuit ir-
rogari præjudicium juribus prædictæ
Ecclesiæ Cozzilis, nec induci consuetu-
do præscriptiva juris eidem competentis.
Quatenus enim pertinet ad Functiones,
quas peregit idem D. Plebanus ante
obitum D. Bartholomæi de Nardinis an-
tecessoris D. Principalis, absque eo quòd
idem D. Bartholomæus easdem Functio-
nes peregerit ad præscriptum antiquæ
consuetudinis in Ecclesia Massæ, nullum
omnino potest constitui fundamentum,
quia eatenùs memoratus D. Bartholo-
mæus usus non fuit jure suo, quia, ut
deponunt Testes, propter suam decrepi-
tam ætatem accedere non poterat ad
easdem sacras Functiones, unde tum ex
hoc motivo, tum ex brevitate tempo-
ris, nimirum quinque annorum circirer,
allegabilis non est consuetudo præscripti-
24 va juris proprii, ut loquendo in proposito
primæ propositionis *Rot. dec. 558, n. 7, par. 5, & dec. 143, n. 14, & seqq. par. 15, recent. & cor. Emerix, dec. 653, num. 8;*
& in proposito alterius est textus in *c.*
25 *de quarta, & in cap. ad aures de præ-scriptionibus, cum aliis per rot. cor. Emerix, dec. 281, num. 22;* & in præcisis ter-
minis *Rot. in Andrien. Præeminentiarum super bono jure, 17 Februarii 1710, § Absque eo quòd; & 2 Martii 1711, § Finali, super Manutentione. coram R. P. D. Aldovrando.*

Quatenus verò pretloet ad actus ge-
stos a tempore obirus prædicti D. Bar-
tholomæi, usque ad præsens, nempe Fun-
ctiones, quas peregit D. Plebanus Mas-
sæ in Ecclesia Cozzilis, patiente D. Prin-
cipali, absque eo quòd ipse gavisus fue-
rit eadem prærogativa illas exercendi in
Ecclesia Massæ, difficultas de facili sub-
movetur, duplici, & æquè valido mo-
tivo. Primo nempe, quia cùm, ut su-
pra probatum fuit, nullus adsit titulus
superioritatis, respectu Ecclesiæ Massæ
supra illam Cozzilis, sed tum ex juris
assistentia, tum ex aliis supra ponderatis
evincatur illius libertas, & indepen-
dentia, inde sequitur, quòd actus præ-
dicti, quos exercuit dictus D. Plebanus,
referendi sunt ad meram gratiam, seu
conniventiam, ac proinde inallegabiles 26
ad obtinendam manutentionem, nec
etiam in summarissimo possessorio, *Grat. discep. 298, numer. 8, Pansmoll. decis. 1, annot. 2, num. 12; Buratt. decis. 19, num. 14;* & in terminis præcisis celebra-
tionis Missæ solemnis in aliena Ecclesia,
licet diu permissæ, quod hujusmodi actus
utpote refer biles ad gratiam, sive be-
neplacitum Rectoris ipsius Ecclesiæ non
sint apti ad inducendam consuetudinem
præscriptivam, sive præsumptivam tituli
subjectionis, sive filialitatis, & depen-
dentiæ, dixit *Rot. in Civit. Plebis Jurium Parochialium, 6 Junii 1708, § Prout neque & § Seq. cor. R. P. D. meo Ansaldo.*

Secundò item, quia actus prædicti con-
tinuati fuerunt per tempus adeò breve,
nempe quinque, seu sex annorum, ita
ut quatenus etiam iidem actus referen-
di non essent ad simplicem gratiam, adhuc
remanerent inefficaces ad inducendam
consuetudinem præscriptivam, quæ in
his etiam, quæ sunt præter jus, saltem 27
requirit observantiam decennalem, *Abbas in cap. quum sint, num. 6, in fin. de Decimis Gloss. in cap. finali, in verbo Consuetudo, de consuetud. in 6, Rot. decis. 279, num. 2, dec. 721, num. 1, part. 1, recent. Pansmoll. dicta decis. 1, annot. 2, num. 20.* Sed in casu nostro, in quo
adest juris resistentia, quia nempe, ut di-
ctum est, ex juris communis sanctione 28
ad Rectorem in sua Ecclesia competit
supra cæteros præcedentia, ut ultra ci-
ratos firmavit *Rot. in Imolen. administrationis Sacram. 11 Januar. 1703, § Resolutionis fundamentum, cor. Reverendiss. D. Omana,* necessaria foret ad inducendam 29
consuetudinem præscriptivam quadrage-
naria ad *Tex. in cap. ultimo in fine de consuetudine,* ibique communiter Cano-
nistæ, & præcipuè *Abbas, num. 11, Pansmoll. dec. 1, annot. 2, num. 22; Rot. dec. 524, num. 3, part. 1, recent. coram Buratt. decis. 19, num. 7, & dec. 550, n. 4, & cor. Emerix, dec. 774, numer. 8, & 9.*

Et denique in universum cessat difficul-
tas, quin quatenus etiam actus gesti per
memoratum D. Plebanum ex conniven-
tia D. Rectoris Cozzilis aliquo modo
possent considerari ad favorem ejusdem
Domini Plebani, certum est, quòd ex 30
patientia dicti D. Rectoris, quinimo ex
ipsius facto, non potuit lædi jus suæ Ec-
clesiæ competens, *Abbas in cap. quum accessissent, num. 8, de constitut. Caputaquen. dec. 368, num. 4, & 5, part. 2; Pignattel. consult. 46, num. 4, circa finem; Rot. coram Seraphino, dec. 1400, num. 3,* licet
aga-

31 agatur de simplici jure præeminentiali. *Menoch. cons. 1, num. 222; Decian. cons. 21. num. 74, lib. 1.*

Itaut idem Rector, qui passus est aliquid fieri in præjudicium præeminentiæ
32 suæ Ecclesiæ, possit venire contra proprium factum, & illius nomine amissum jus, seu possessionem recuperare. *Grat, discept. foren. 89, num. 18, & discept. 298, num. 20, & 21; Amostaz. de causis piis lib. 6, cap. 2, num. 17; Pignattell. consult. num. 90, num. 6, tom. 1; Rot. dec. 139, num. 38, & seq. & dict. dec. 226, num. 14, & 22, & dec. 275, num. 7, par. 6, recent.* Licet hoc dictum sit ex abundanti, cùm constito de principio, nempe quòd prædicti actus præeminentiales, gesti per dictum Plebanum, ortum habuerint a reciproca urbanitate Rectorum utriusque Ecclesiæ, ut patet ex depositionibus dictorum Testium, sequitur exin-
33 de, quòd non sunt referendi ad alium titulum, quàm urbanitatis, & gratiæ, ex sua natura obligationem nullatenus inferentis, ne inducatur renunciatio juris sui, quæ in dubio nunquam præsumitur, ut optimè ad propositum *Decian. cons. 21, num. 16; Pammoll. dict. dec. 1, annot. 2, num. 12, § Ad inducendam*, & generaliter *Surdus cons. 431, num. 32, lib. 3, Cyriac. Controv. 465, num. 60, cum aliis apud Rot. dec. 77, num. 20, post de Luc. in mantiss. ad materiam de Fideicommiss.*

Non relevante, quòd consuetudo antiqua vicissim peragendi in alterius Ecclesia sacras Functiones non probetur, nisi per Testes examinatos ad perpetuam, non autem formiter præviis interrogato-
34 riis Partis adversæ; quia hujusmodi defectus solemnitatis suppletus remanet ex eorum testium numero, & qualitate, dum aliqui ex eis caractere Sacerdotali sunt insigniti, & cæteri sunt notæ probitatis viri, cùm ubi concurrit numerus plurium testium lux veritatis effulgere præsumatur *ad tex. in cap. licet causam de Testibus Can. Si testes 4 quæst. 3, Gabriel. de Testibus conclus. 4, num. 28, Rot. dec. 7, num. 13, coram Merlino, & dec. 730, num. 14, coram Cerro*, maximè quia iidem Testes deponunt de actu
35 in eorum præsentia gesto, unde, licet non sint examinati formiter, deferri debet eorum depositionibus. *Caputaquen. dec. 234, in recen. dec. 198, num. 2, par. 1; cor. Buratt. dec. 716, num. 3; & cor. Bichio dec. 423, num. 4*, potissimùm, quia
36 ipsorum depositioni adstipulatur juris assistentia, ut supra fuit comprobatum, ideoque faciliùs eisdem deferendum venit, licet formiter non examinatis, ut cæteris omissis, *Rot. in dicta Civitatis Plebis Jurium Parochialium super manutentione, 6, Junii 1708, § Copulabantur, & § Sequen. cor. R. P. D. meo Ansaldo.*

Verùm attenta natura hujus controversiæ ruit omninò tale objectum, cùm juxta sanctionem *S. Conc. Trid. in cap. 13, de Regul. sess. 25*, quæstiones, & controversiæ super præcedentia, quæ oriuntur inter ecclesiasticas Personas, componi debeant ab Ordinariis brevi manu, summariè, de plano, & sine strepitu, & figura judicii, prout per S. Congreg. decisum sæpè fuisse testantur *Leo in Thesauro fori Ecclesiæ part. 1, quæst. 8, num. 18; Campanil. in divers. jur. Canon. rub. 13, num. 128, Barb. in dict. cap. 13, Concil. Trid. num. 10, Sperell. decis. 76, n. 23, cum aliis apud Pammoll. dec. 1, annot. 1, num. 1.* Unde meritò speramus, rejectis juris subtilitatibus, sequendo normam ejusdem Sacri Concilii, esse componendam differentiam, decernendo, quòd nihil immutetur de iis, quæ diuturnus usus, & consuetudo approbavit; nempe quòd uterque ex memoratis dictorum D. Rectoribus in alterius Ecclesia æquali perfruatur præeminentia, cùm 38
antiquarum consuetudinum alteratio Sacris Canonibus exosa semper existat, tanquam discordiarum, & perturbationum fomes, ut advertunt *Pignattell. consult. Canon. tom. 2, consult. 3, num. 8, & generaliter Tex. in cap. cum consuetudinis de consuetudine, & in cap. quod dilecto, in fin. de consanguinit. & affinit. cum aliis relatis per Rot. in Hispalen. Processionis § Secundo dubio, 28 Junii 1700, § Sanè coram R. P. D. Ansaldo, & in Aretina jurium Parochialium super bono jure, 15 Januar. 1703, § Cæterum coram eodem.*

Quare &c.

Jo. Jac. Scarfantonius
Can. Cath. Pistoriensis.

Responsio ad Allegationem D. Hieronymi Palmæ Nepotis de qua supra in Additione XXI.

In eadem Causa.

PISCIEN. PRÆEMINENTIARUM.

Potissimum fundamentum doctissimæ Consultationis numquam satis laudati J. C. D. Hieronymi Palma pro asserendo jure Plebis Massæ Vallis Nebulæ, in eo consistere videtur, quòd prædictæ Plebi competat jus Matricitatis super Ecclesiam S. Jacobi Castri Cozzilis, & in sequelam ejusdem tituli pertineat ad D. Plebanum jus explendi actus præeminentiales, & signanter canendi Missam Solemnem in dicta Ecclesia Cozzilis; unde, ut clariori, qua fieri possit

ſit methodo, ad diſſolutionem difficul-
tatis procedamus, præmittendum cenſe-
mus, ad triplicem ſpeciem poſſe reduci
39 Marricitatem. Prima, nempe propriè
ac ſtrictè ſumpta; eaque eſt, quoties
adeſt unica Eccieſia, quæ cum reliquis
Eccieſiis ſibi ſubjectis, & coadjutricibus
unam Eccieſiam formaiem conſtituat, ma-
terialiter tantùm diviſam in prædictis
ſubordinatis, erectis pro commodiori
exercirio Curæ Animarum; ita ut Re-
ctor Eccieſiæ principalioris ſit unicus ha-
bitualis Parochus, cæteri verò Rectores
ſimplices Vicarii in adjutorium Curæ Ani-
marum aſſumpti; quo caſu ratione præ-
dictæ habitualis curæ habet jus exercen-
di in iisdem Eccieſiis quaſcumque Fun-
ctiones præeminentiales, & etiam Pa-
rochiales, ut de hac ſpecie Matricita-
tis ſtrictè ſumptæ loquuntur *Abbas, conſil.
58, part. 1, verſ. poteſt intelligi; Card.
in Clement. 2, § Irritum, quæſt. 3, de
elect. Pignatell. conſult.* 109, *num.* 1,
tom. 2; *Rot. dec.* 226, *num.* 1, *& ſeqq.
& deciſ.* 258, *& dec.* 272, *num.* 3, *ferè
per tot. part.* 1, *& dec.* 284, *num.* 10, *&
ſeqq. part.* 14, *& dec.* 281, *num.* 1, *&
ſeqq. part.* 15, *& dec.* 90, *num.* 1, *& ſeqq.
& num.* 13, *part.* 16, *& dec.* 104, *par.*
17, *& dec.* 7, *num.* 10, *par.* 18 *Recent.*
Et de hac Matricitate apertè loquuntur
auctoritates laudatæ in conrraria con-
ſultatione, nempè *Azzor. Inſtit. moral.
part.* 2, *lib.* 2, *cap.* 21; *Barboſ. in cap.
ultim. num.* 5, *ne Cleric. vel Monac. Petr.
ad conſtit.* 2 *Bonifac. IX, ſub numer.* 8,
tom. 4, dum præſupponunt Plebanos ha-
bere curam, & præſidentiam Capella-
rum in diſtrictu Plebanatus exiſtentium,
& Presbyterorum in eis Curam Anima-
rum exercentium.

Altera ſpecies Matricitatis eſt, quan-
do Eccleſia Parochialis erigitur intra li-
mites antiquæ, cum ſeparatione partis
Parochiæ ob illius amplitudinem, vel
aliam juſtam cauſam cum depuratione
40 Parochi perpetui; & in hoc caſu reſer-
varur quidem annuus cenſus ad favorem
Matricis, tenerurque Parochus novæ Pa-
rochiæ adire ad antiquam pro Baptiſmo,
Scrutinio, Capituio, & ſimilibus, ſed in
reliquis Parochus novæ nullam habet de-
pendentiam ab illo antiquæ Eccieſiæ, ni-
ſi aliud in erectione jure ſpeciali ſuiſſet
eidem reſervatum; quia eo ipſo, quo
facta fuit diſmembratio, & reſpectivè
erectio novæ Eccieſiæ cum deputatione
Parochi titularis, in eum translatum fuit
plenum jus Parochiale abſque ulla de-
pendentia exercibile in Parochianos in-
tra limites illi conſtitutos degentes, ut
de hac Matricitatis ſpecie loquuntur *Fa-
gnan. in cap. ad audientiam, lib.* 2, *num.*
8, *& ſeqq.* & in durioribus terminis,
nempe de erectione novæ Parochiæ cum
clauſula præſervativa jurium Eccleſiæ
Marricis, *Rot. dec.* 365, *numer.* 13, *cor.
Priol. & in recen. dec.* 7, *num.* 2, *par.* 18.

Tertia denique ſpecies Matricitatis,
quæ impropriè, & potiùs abuſivè talis
nuncupatur, ea eſt, quæ deducitur ab an-
tiquitate, vel majori dignitate alicujus 41
Eccleſiæ reſpectu cæterarum, quæ alio-
quin ſuum Rectorem perpetuum, Popu-
lum, & fines determinatos ſemper ha-
buerunt; unde idem eſt dicere Eccieſia
Matrix, quàm Eccleſia major, *Lap. alle- 42
gat.* 15, *in princ.* & in hoc caſu Recto-
res earumdem nullam noſcuntur habere
dependentiam, ſive ſubjectionem Paro-
cho Eccieſiæ dignioris, ſed tantummo- 43
do tenentur ad nonnulla reverentialia,
nempe ad cedendam præcedentiam Ec-
cleſiæ majori occaſione Functionum, ita
ut priùs illæ in ea peragantur, quàm
in inferioribus, & ſignanter pulſatio Cam-
panarum in die Sabathi majoris Hebdo-
madæ; & ſimiliter, quòd illius Rector
cæteris Rectoribus præferatur in Seſſio-
nibus, ac Proceſſionibus, non autem
quòd ille poſſit ullo modo ſe ingerere
in muniis Parochialibus, & anteferri
proprio Rectori in ſua Eccleſia, ut benè
ad propoſitum *Pignatell. conſ.* 109, *num.*
6; *Rot. dec.* 365, *num.* 13, *cor. Priol.*
itaut non concurrente lege Synodali, ſive
antiquiſſima conſuetudine, hujuſmodi
Rectores Eccleſiarum inferiorum cogi non 44
poſſint accedere ad Eccleſiam digniorem
ad recipienda Olea Sancta, ſed eis lici-
tum ſit immediatè illa recipere ab Ec-
cleſia Cathedrali. *Petr. ad conſt.* 5 *In-
noc. IV, ſect. unic. num.* 19, *fol.* 53, *t.*
3; *Rot. in Caſſanen. Jurium Parochialium,
& Præeminentiarum, 6 Junii* 1707, § *Hoc
denique, cor. b. m. Caſſarel.* cùm ſolùm
probata concluderetur Matricitate, poſ- 45
ſint cogi Rectores filialium Eccleſiarum
ad recipienda prædicta Olea Sancta a Ma-
trice. *Petr. ubi ſup. ſub dict. numer.* 19;
Rot. dec. 524, *num.* 11, *par.* 19, *tom.*
2 *recen.*

His autem præhabitis, deſcendendo
ad noſtram hypotheſim, planum ſit, quòd
Plebania Maſſæ non poteſt prætendere
jura Matricitatis primæ ſpeciei, cùm
Eccieſia Cozziiis ſit certis limitibus ſe-
parata, habeat proprium Rectorem cum
titulo collativo, & perpetuo, qui ſuo
proprio nomine habet fori pœnitentia-
lis exercitium, & Sacramentorum admi- 46
niſtrationem, ita ut concurrant omnia,
quæ deſiderantur ad conſtituendam ve-
ram Parochialem independentem, & ve-
rum Eccleſiæ Parochialis Rectorem juxta
notata per DD. *in cap.* 2, *de Capell.
Monac. & Barboſ. in cap. ex parte il* 2,
num. 9, *de reſcript.* Et pariter neque ſe-
cundæ, cùm nulla afferatur probatio
fundationis, ſive dotationis Eccleſiæ 47
Coz-

Cozzilis prævia dismembratione partis Parochiæ Massæ, & cum participatione illius proventuum, quæ necessaria sunt ad concludendam dictam Marricitatem ex deductis per *Rot. in Gerunden. Anniverſ. 1 Julii 1709, § Ad hujusmodi autem effectum, cor. R. P. D. Crispo*. Sine quibus concludenter probatis non da-
48 tur ista Matricitatis species, quæ obliget inferiorem Ecclesiam ad aliquam subjectionem Ecclesiæ majori, ut late probavimus in altera nostra informatione ex *de Luc. de præeminen. disc.* 42, *num.* 12, & 13; & ex *Rota in dict. Caſtanen. Jur. Parochialium, 6 Junii* 1707, *cor. Caffarel.* unde ad summum potuisset in nostra hypothesi verificari infima species
49 Matricitatis, in substantia nihil aliud concludens, præter quamdam majoritatem, seu digniorirate in ad normam consuetudinis, omninò inefficacem ad importandam, seu inducendam obligationem subjectionis ratione filialitatis. *Card. de Luc. de Præeminen. disc.* 42, *num.* 12, *de decim. disc.* 12, *num.* 13, & *in Miscellan. disc.* 1, *sub num.* 31, & comprobant auctoritates relatæ supra in § *Tertia species*.

Quinimo neque hujusmodi Matricitas impropria, & remota Plebis Massæ justificatur, prout necesse foret ad hoc, ut Ecclesia Cozzilis, ejusque Rector ad prænominata obsequia reverentialia exhibenda erga dictam Plebem compelli posset; non enim inferri potest a quali-
50 tate Plebanatus ad Matricitatem, imò nec etiam ad majorem antiquitatem, ut in puncto advertit *Rot. in recen. par.* 1, *dec.* 272, *num.* 15, ibi – Etiam si dicta „ Ecclesia sit Plebana, non tamen sequi„ tur, quòd sit Matrix, & placebat Do„ minis consideratio facta per Informan„ tes pro Rectoribus ex *Abb. conſ.* 58, „ *num.* 1, ubi, quòd potest Episcopus „ ex multis Ecclesiis unam etiam ulti„ mo loco ædificatam erigere in Ple„ bem, quod claré ostendit differen„ tiam inter Ecclesiam Plebanam, & „ Matricem.

Et hinc corruit animadversio, quòd D. Rector Ecclesiæ Cozzilis teneatur ad subjectionem, & cedendam præcedentiam Ecclesiæ Massæ, ad servandum ordinem Hierarchiæ Ecclesiasticæ, cùm tanquam simplex Rector inferior sit Plebano, maximè intra limites sui Pleba-
51 natus; hæc siquidem subordinatio Hierarchiæ inferioris erga digniorem, de qua est *Text. in Can. Cleros*, 21 *dist.* quæ exemplificari potest in Episcopo respectu ad Archiepiscopum, in Archipresbytero respectu Archidiaconi, & similibus, re-
52 stringitur tantummodo ad ea, quæ concernunt simplicem præeminentiam, & honorem, non autem respectu eorum, quæ concernunt proprium, & particulare cujusque munus; nam pro eo exercendo implicat, quòd etiam inferior sit alteri subordinatus, ab eoque dependeat, ad *Text. in cap. cùm in Ecclesiis, de major. & obed.* & in terminis *Rot. decis.* 226, *num.* 2, & 6, & *decis.* 258, *num.* 1, & *per tot. part.* 1, & *decis.* 281, *num.* 2, & *seqq. part.* 15 *Recent.* itaut hæc subordinatio respiciat tantummodo majorem titulum, sive dignitatem. De cætero quilibet ex se gerit proprium munus, ac 53 independenter ab alio, quamtumvis in ordine superiori. Non enim Archipresbyter pro suo ministerio exercendo quærit licentiam ab Archidiacono; neque Archiepiscopum Episcopus, aut Episcopum Parochus pro suo munere exercendo adire debet, ut advertunt *Hostien. in rubr. de offic. Vicar. part.* 5; *Rot. coram Seraph. decis.* 1204, *num.* 2, & *decis.* 281, *num.* 3, *part.* 15 *Recen.*

Quamobrem cùm ratione sui officii, ac proprii muneris Parochialis spectet ad Parochum Titularem præcedentia supra cæteros etiam digniores in exercitio Sa- 54 crarum Functionum, quæ in sua Ecclesia peraguntur, ex firmatis in præcedenti informatione, § *Siquidem*, quibus addimus *Abb. in cap.* 1, *num.* 28, *de dolo, & contum.* cum aliis apud *Pignattel. conſ.* 46, *n.* 6, *t.* 7, etiam *Sac. Rit. Congr. in Asculana*, 23 *Junii* 1642, apud eumdem *loc. cit.* & in terminis celebrationis Missæ Solemnis *Barbos. de Paroch. cap.* 9, *num.* 5, *verſ. Rector enim* ibi – Rector „ enim intra propriam Ecclesiam de„ bet præcedere omnes alios majores „ etiam, & Superiores in dicendis Mis„ sis Solemnibus, & aliis quibuscumque „ cernentibus ipsius Rectoris Officium. – & magis præcisè in concursu Archipresbyteri cum simplici Parocho Ecclesiæ sitæ in Archipresbyteratu, sive Plebanatu rescripsit *Sac. Rit. Congreg. in Verulana*, 2 *Martii* 1642, *sequentis tenoris*, & habetur apud *Pignat. conſ.* 46, *sub n.* 6, *t.* 7.

Verulana.

„ Exponit Curatus Parochialis Eccle„ siæ S. Petri Terræ Banchi, Archipre„ sbyterum S. Angeli ejusdem loci præ„ tendere Functiones facere in propria „ Ecclesia Oratoris. Supplicat declara„ ri, An liceat. Sacr. Congreg. respon„ dit non licere, sed ad proprium Pa„ rochum Functiones omnes ecclesiasti„ cas spectare, & pertinere in propria „ Ecclesia, non obstante quacumque con„ traria consuetudine.

Perperam prætendit ex hoc solo motivo majoris dignitatis D. Plebanus Massæ Missam solemnem canere in Ecclesia Cozzilis in Festo Titularis S. Jacobi, & ab ea principaliori Functione excludere D. Principalem, cùm signanter quoad hoc nul-

la

la possit considerari majoritas dignitatis,
quæ valeat sibi vindicare præcedentiam
supra proprium Parochum in propria Ec-
clesia, cùm, ut dicebamus in prætèri-
55 ta, reputetur in ea Prælatus, in eaque
tantam auctoritatem, & jurisdictionem
habeat, quantam habet Episcopus in
Diœcesi, ut, cæteris omissis, *Rota in Pam-
pilonen. Jur. Sedendi*, 28 *Januarii* 1707,
§ *Nusquam tamen*, *cor. R. P. D. meo
Ansaldo*.

Quamobrem de unica auctoritate ex-
adverso allata ad probandum, quòd hujus-
modi Functiones, & signanter celebratio
Missæ spectent in Ecclesiis inferioribus
ad Plebanum, nempe *Daniele de Nobi-
56 lib. disp.* 44, *num.* 35, vel non est ha-
benda ratio in concursu auctoritatis *Bar-
bos.* & præallatæ resolutionis *Sacr. Rit.
Congreg.* quibus etiam adstipulantur cæ-
tera Juris principia hucusque deducta:
vel intelligenda venit, quando versare-
mur in casu Matricitatis in propria, ac
stricta significatione sumpta; scilicet, ut
dictum fuit in principio, quoties Pleba-
nia est unica Ecclesia formalis curata,
cæteræ verò illius coadjutrices, ut etiam
non obscurè deprehendi potest a lectu-
ra *præd. disput. Daniel. de Nobilib.*

Descendendo autem ex abundanti ad
responsionem conjecturis in contraria
Consultatione congestis pro comproban-
da Matricitate Plebaniæ Massæ respectu
Cozzilis; quatenus pertinet ad primam
deductam ex nuncupatione Plebaniæ, ex
57 jam animadversis corruit objectum; quia
ex tali nuncupatione non inducitur qua-
litas Matricitatis, sed solùm simplex di-
gnior tas, cùm potuerit Ecclesia etiam
inferior ab Ordinario elevari ad statum
Plebaniæ, ex notatis per *Rot.* 272, *n.*
5, *part.* 1 *recen. supra alleg.*

Secunda collabescit ex facto, quia ea-
tenus homines de Castro Cozzilis con-
currunt ad electionem Plebani Massæ,
quatenus ipsi sunt de Consilio Massæ,
ad quod Consilium spectat Juspatrona-
tus ejusdem Plebis; ac proinde concur-
runt in dicta electione tamquam pars,
seu membrum dicti Consilii; nec per hoc
potest inferri, quòd ob excrescentiam
Populi in dicto loco fuerit erecta dicta
Parochia Cozzilis; quinimo ex hoc po-
tius contrarium argui posset; etenim si
58 fuisset sequuta prætensa dismembratio,
debuisset Parochianis Massæ reservari
Juspatronatus Ecclesiæ Cozzilis, nullate-
nus verò hoc jus competere super Pleba-
nia Massæ Parochianis Ecclesiæ Cozzilis,
ut conferunt deducta *ex tex. in cap. ad
audientiam*, *de Ecclesiis ædificandis*, in
altera nostra Informatione in § *Quæ sa-
nè indubitanter*.

Tertia pariter non officit, quia cùm
Parochia Cozzilis sit certis limitibus cir-
cumscripta, & omninò separata ab il- 59
la Massæ, parum relevat, quòd eadem
Parochia ex omni parte circumdetur a
Plebania Massæ.

Quarta similiter parum concludit,
quia non probatur, quòd Parochiani Coz-
zilis pernecesse debeant ablui Sacro Fon-
te in præfata Plebania, quin etiam pro- 60
bari potest, plures in aliis Ecclesiis pas-
sim Sacro Fonte ablutos. Præterquam-
quod ex simplici retentione Fontis Ba-
ptismalis non concluderetur nisi quædam
Matricitas impropria, ac tertiæ speciei
supra memoratæ, quando probaretur ne-
cessitas dictorum Parochianorum adeun-
di pro Baptismate dictam Plebaniam
Massæ.

Quinta itidem non obstat, quia ac-
cessus D. Rectoris Cozzilis in die Saba-
thi Sancti, occasione benedictionis Sacri
Fontis, non provenit ex titulo Matrici-
tatis, sed dumtaxat ab obligatione sibi 61
injuncta a Constitutionibus Synodalibus
Piscien. In quibus cavetur, quòd sub
pœna quatuor aureorum teneantur omnes
Parochi accedere ad Plebaniam in di-
cta Sacra Functione.

Ejusdem irrelevantiæ est sexta conje-
ctura, cùm pulsatio Campanarum in
die Sabathi majoris hebdomadæ prove
niat ab iisdem Constitutionibus Synoda- 62
libus, & ex majori dignitate dictæ Ple-
baniæ, quam non impugnamus, ineffi-
caci tamen ad concludendam prætensam
Matricitatem, ut ex jam dictis abundè
patet.

Septima deducta ab observantia acci-
piendi Olea Sancta ab Ecclesia Massæ
cessat, quia non fuit semper eadem,
sed aliquando Rector Cozzilis Præpositu- 63
ralem Ecclesiam pro illis habendis adi-
vit, prout ei licebat, non probata ve-
ra Matricitate, ut supra comprobavimus
ex *Petra ad Constit.* 5 *Innoc. IV*, *sect.
unic. n.* 19, *t.* 3, quinimò ex prædicta
varia observantia arguitur, quòd dicta
receptio SS. Oleorum fuit voluntaria,
& facultativa ratione majoris commo-
ditatis, non autem necessaria, & coa-
cta titulo dependentiæ, ex observantia
enim æquivoca nulla concludens proba- 64
tio deducitur, *Rot. dec.* 294, *num* 6, *par.*
2, *divers. Buratt. dec.* 464, *num.* 6. *De
Luc. ad materiam Vectigalium, discurs.* 68,
num. 5; *Rot. in Mantiss. ad eumd. tom.* 2,
decis. 6, *num.* 21, & *tom.* 3, *decis.* 4, *n.*
21, & in terminis observantiæ concur-
rentis cum altera observantia, quæ ju- 65
ris assistentiâ munita sit, quòd illa huic
prævalere debeat docent *Gratian. di-
scept.* 757, *num.* 23; *Rot decis.* 273, *num.*
31, *part.* 15 *recent.* & *in Mantiss. ad
Card. de Luc. de Jurisd. dec.* 4, *n.* 22.

Octavum adminiculum cessat, obser-
vando, quòd agitur de facto inter alios
ge-

gesto, quòd nullum parere potest præ-
66 judicium tertio. Ulteraquamquod nimis probaret, quòd omnes Ecclesiæ Vallis Nebulæ essent filiales dictæ Plebis, quando eidem a paucis tantum quædam honorifica obsequia præstantur.

Nona desumpta ex asserta enunciativa Rectoris Cozzilis de anno 1525 est omninò inefficax, quia innititur erroneo
67 supposito, arguendo filialitatem ab obligatione refectionis, quam facere solitus erat annuatim Plebano, & Clericis Massæ, quòd proveniebat tantummodo ex quadam convenientia, quæ non finebat, quòd præd cti Clerici post expletas Sacras Functiones redirent ad suos lares jejuni, & deficerent in via; ex quo pariter motivo etiam Plebanus Massæ, quoties Rector Cozzilis cum suis Clericis accedit ad sacras Functiones Plebaniæ, solitus est etiam eidem prandium parare; & sic versantur in vicissitudinaria convenientia, quam alter alteri ex prædictis DD. Parochis exhibere consueverunt, ob idque nullo modo alleg bilis ad Partis intentum.

Quatenus denique pertinet ad postremam conjecturam erutam ex observantia, non inficiamur, quòd quatenus illa adesset cum suis requisitis benè probata, multum conferret ad intentum Partis, ex cumulatis in contraria Consultatione, & etiam per Nos admissis in
68 nostra; verùm illam constanter negamus probari, seu saltem talis qualitatis, ut præjudicium irrogare potuerit independentiæ Ecclesiæ Cozzilis ab illa Plebaniæ. Sanè ut diximus, & comprobatum fuit mediante depositione juratæ plurium Testium benè informatorum, & reddentium causam eorum scientiæ, consuetudo canendi Missam solemnem in Ecclesia Cozzilis in Festo Titulari a D. Plebano Massæ, processit a reciproca ejusdem humanitate, & urbanitate permittendi, quòd Rector Cozzilis Missam caneret in sua Ecclesia in Festo Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis Titulari ejusdem Ecclesiæ, de qua vicissitudinaria consuetudine docetur etiam per novam attestationem plurium testium juratorum de auditu a D. Ten. Joanne Francisco de Barlis persona notæ ingenuitatis, & ex principalioribus d. Castri Massæ. Nullatenus relevante, quòd paucis ab hinc annis fuerit interrupta hujusmodi consuetudo, quia hoc processit ex causa accidentali impotentiæ Prædecessoris Rectoris, ut probant præcitati Testes.

Ad effectum siquidem præscribendi hujusmodi jus canendi Missam solemnem in aliena Ecclesia, quòd est de juribus Parochialibus, non sufficit decennalis
69 possessio, sed saltem requiritur consuetudo legitimè probata per actus non interruptos cum scientia, & patientia Rectoris per spatium quadraginta annorum, juxta *text. in cap. ult. in fin. de consue. ibique gloss. & communiter Canonistæ relat. per Buratt. decis. 19, num. 7, ibique Add. num. 3, & 15*; & in præcisis terminis jurium Parochialium *Rot. decis.* 70
365, num. 14, coram Priolo; & conferunt deducta *in Civitatis Plebis Jur. Parochialium, 6 Junii 1708, § Prout neque, & § Sequen. cor. R. P. D. meo Ansaldo* cum cæteris allegatis in alia nostra in *§ Hæc verò ita constabilitis*. Quinimò istam speciem præeminentiæ canendi Missam solemnem in aliena Ecclesia, respectu etiam Archipresbyteri, quacumque longa consuetudine non obstante, 71
fore impræscriptibilem probavimus supra ex relato Decreto *Sacr. Congreg. Rit. in Verulana, 2 Martii 1642*, illamque semper debere referri ad actum simplicem urbanitatis excludentis titulum præscriptionis, sive subjectionis, aut fi 72
lialitatis, licèt per longum temporis spatium fuisset permissa, firmavit *Rot. in d. Civit. Pl-b. Jur. Parochialium, 6 Junii 1708, § Prout, & § Seq. cor. R. P. D. meo Ansaldo*.

Eliminatis autem promotis difficultatibus, restat modò videndum, quàm perperam prætendi valeat a D. Plebano Massæ jus Matricitatis suæ Ecclesiæ, & respectivè filialitas Ecclesiæ Cozzilis, etiam agendo de tertia specie, de qua supra dictum est, nihil præter quamdam majorem honorificentiam præseferentem, profectò ex pluribus conjecturis cumulatis in altera Informatione ea sublata comprobatur, & e contra constabilita omnimoda independentia, & libertas Ecclesiæ Cozzilis; quarum prima est quòd in nostra Ecclesia Cozzilis fit solemnis Processio SS. Sacramenti in die Corporis Christi, & etiam ab ea incipit Processio in solemni supplicatione Rogationum, ad eam convenientibus D. Plebano, & Clero Massæ, & in ea terminatur, prout vicissim sequitur, 73
quando eadem Processio Rogationum fit in Ecclesia Massæ, quæ sunt signa totalis independentiæ, imò superioritatis, ad *Text. in Can. quoniam, dist. 38, Pignatell. consult. 19, num. 3, tom. 9*; & in terminis dixit *Rota coram Seraph. decis. 15, num. 1, & seqq. & decis. 196, num. 23, part. 19 Recent.*

Secunda est consuetudo antiquissima & servata in prædd. Processionibus Rogationum, in quibus, ut diximus, conveniunt Rectores, & Clerici utriusque Ecclesiæ, incedentes per modum unius corporis sub Vexillis pariter utriusque Ecclesiæ, ac præcedente illa Cozzilis. Unde ex unione dd. Crucum excluditur

M omnis

omnis species dependentiæ d. Ecclesiæ
74 Cozzilis, nam præsupposita prætensa dependentia, non posset suum Vexillum erigere, sed teneretur incedere illius Rector, & Clerus sub Cruce Ecclesiæ Massæ, ut bene advertit *Pignattell. d. consult. 19, sub d. num. 3.* Crucis enim ere-
75 ctio in Processionibus est signum superioritatis, & jurisdictionis, & probavimus in altera nostra Consultatione, § *Verum*; & unio duarum Crucum seu Vexillorum existit evidens argumentum
76 æqualis dignitatis Corporum, quæ eadem Vexilla erigunt, & in unum coalescunt, ut advertit *Rot. in Hispalen. Præcedentiæ, 11 Januarii 1692, § Etenim objectum, cor. bon. mem. Card. Caprara, & in Colonien. Præcedentiæ super bono jure, 4 Junii 1690, § Plures, cor. b. m. Muto, impress. apud De Luc. ad materiam de Jurisd. c. n. 10.* Tertia in idem collimans est delatio Stolæ, quam facit d. Rector Cozzilis in prænarratis Processionibus præsente D. Plebano Massæ, eandemque Stolam pariter deferente, cujus
77 delatio est signum indubitatum jurisdictionis, & præeminentiæ, juxta *Gloss. in l. un. §. verbo stolis, C. unlli licere; Pignattell. consult. 73, num. 20, & 21,*
78 *tom. 8,* quod gestare non licet in præsentia Superioris, *Grattan. discept. 298, num. 74, Pignattell. ubi supra, num. 21.*

Quare omnia in unum complectendo, cùm non solùm non probetur Plebaniæ Massæ non competere jus Matricitatis supra Ecclesiam Cozzilis, verum ex pluribus argumentis indubiis resultet illius Ecclesiæ libertas, & independentia, & aliquin obstare non posset prætensa observantia Plebani Massæ canendi Missam solemnem in Ecclesia Cozzilis, non solùm utpote procedens a prædicta reciproca urbanitate, sed tamquam natura sua impræscriptibilis, videtur indubitanter resolvendum esse favore Ecclesiæ Cozzilis, declarando illius omnimodam libertatem, & independentiam, quodque tantummodo in casu, quo D. Plebanus Massæ vicissim permittat in sua Ecclesia prærogativam canendi Missam juxta antiquum morem dd. Ecclesiarum eadem, perfruatur in illa Cozzilis.

Joannes Jacobus Scarfantoni.

R. P. D.

LANCETTA

Nullius, seu Montis Cassinensis Manutentionis.

Veneris, 10 Junii 1712.

Jura, & præeminentias Parochialis Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Majoris Cerbarii tueri satagentes Illius Archipresbyter, & Clerus adversus Parochum, & Abbatem Ecclesiæ Sancti Pauli extra dictam Terram existentis, duplici innitebantur fundamento; Matricitatis nempè, & transactionis, quæ usque ab anno 1634, inter has Ecclesias, earumque Rectores inita fuerat. E contra verò vigore Brevis fan. memor. Innocentii III, præfatam Ecclesiam Sancti Pauli a quacumque subjectione liberam, & immunem esse opponebatur. Hinc delata controversia ad A. C. concessa extitit manutentio dictæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Majoris quoad actus præeminentiales in ejus de retro designatos, nempè respectu *ad statum, & nuncupationem Ecclesiæ majoris, & Matricis Terræ Cerbarii privativè quoad Ecclesiam Sancti Pauli quoad præcedentiam in quibuscumque Processionibus, & Sessionibus unitim fieri solitis, & pulsationem Campanarum ante omnes alias Ecclesias in die Sabbati Sancti, ac quoad exercitium functionum, cæterorumque actuum ut in transactione contentorum. Et ulterius demandata fuit observantia ejusdem transactionis, ac Brevis executio.*

Nec dispar fuit exitus Causæ per appellationem ad nostrum Tribunal devolutæ. Nam proposito per me hodie dubio omnium dictarum prætensionum complexivo, DD. censuerunt *manutentionem dandam esse Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, sive ejus Archipresbytero, etiam super delatione Stolæ in tumulatione Cadaverum Advenarum, & Peregrinorum, transactionem sustineri, & breve esse exequendum.*

Distinctè enim, juxta dubii partes, procedendo, cum respectu ad controversos præeminentiæ actus possessio Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, quæ canonizata fuit etiam anno 1642, per mandatum de manutenendo in Tribunali A. C. reportatum, ac anno 1697, mediante Instrumento publico super ejusdem statu in sequelam Edicti Vicarii Cassinen. celebrato, continuata subinde appareat ad hæc usque tempora, tum ex depositionibus quamplurium Testium, tum & fortius ex relatione Ordinarii, sive Abbatis Cassinen. novissimè transmissa ad Sacram Congregationem Concilii, utique 79
ea-

eadem Ecclesia Sanctæ Mariæ in dicta possessione manutenenda venit ex passim vulgatis Juribus, de quibus *Rota in Senen. Jurium Parochialium*, 13 *Februarii* 1708, § *Cùm enim*, *coram Me*, & *in Verulana Praeminentiarum super manutentione*, 2 *Decembris* 1711, § *Finali*, *coram R. P. D. meo Ansaldo.*

Et quamvis ex præfata Ordinarii relatione constet, quòd etiam Parochus Ecclesiæ Sancti Pauli cumulativè cum Archipresbytero deferre consueverit Stolam in tumulatione Cadaverum Advenarum, & Peregrinorum, quia tamen, ut prosequitur dicta relatio, in vim decreti Synodalis solùm Archipresbyter administrat Sacramenta eisdem Peregrinis, & Advenis, eorumque Cadavera in Ecclesia Sanctæ Mariæ tumulantur,
80 ideo ejus tantùm possessio manuteneri debet, cùm usus Stolæ in signum Parochialis Jurisdictionis in bisce actibus privativè spectet ad Parochum; *Barbos. de offic. & potest. Paroch. par.* 3, *cap.* 26, *num.* 76, & *in Summ. Apostol. dec. collect.* 236, *num.* 10; *Gratian. discept. forens. cap.* 298, *à num.* 65, *cum pluribus seqq. Pignatell. consultat.* 73, *num.* 21, *tom.* 8; *Rot. coram Zarat. dec.* 45, *num.* 4.

Maximè quia hic concurrunt non leves probationes Matricitatis favore Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, & cùm non agatur de illa probanda in petitorio, ad concludendam genericam subjectionem quoad duriores effectus, perceptiones decimarum, emolumentorum Parochialium, & similium, in quibus terminis proba-
81 tiones debent esse plenæ, & concludentes, sed in hypothesi solùm adducta fuerit ad colorandum possessorium respectu Jurium præeminentialium, de quibus est quæstio, profectò sufficit probatio Matricitatis impropriæ, ut distinguendo tradunt *Card. de Luca de Paroch. disc.* 27, *num.* 9, & *de decim. disc.* 12, *num.* 13; *Rot. in Bisinianen. Praeminentiarum*, 10 *Februarii* 1710, § *Minusque*, & *seqq.* & 16 *Januarii* 1711, § *Siquidem rursùs*, *coram R. P. D. meo Ansaldo.*

Hujusmodi autem Matricitas resultat ex antiquissimis enunciativis per Ordinarios emissis in visitationibus annorum 1595, ac 1634, quibus fanè ad hunc effectum deferendum est, cùm Episcopus
82 apprimè informatus censeatur de statu, & prærogativis suarum Ecclesiarum, *Rot. decis.* 397, *num.* 6, & *seqq. par.* 13 *rec. decis.* 685, *num.* 9, *coram Cerro*; *decis.* 14, *num.* 2, *coram R. P. D. meo Ansaldo*; & *in dicta Bisinianen. Praeminentiarum*, 10 *Februarii* 1610, § *Sed & ei*, & 16 *Januarii* 1711, § *Siquidem*, *in fine*, *coram eodem.*

Eoque potissimum, quia in altera ex dictis Visitationibus, anni nempè 1619, adnotatum legitur Ordinarii decretum, 83
in quo statuitur — *quòd Archipresbyter praecedat Abbatem Sancti Pauli in Processionibus*, & *omnibus aliis* — In altera verò anni 1634, idem Abbas Sancti Pauli expressè fassus fuit, Ecclesiam Sanctæ 84
Mariæ *esse Matricem*, quamobrem tam ex ipsa declaratione, in actu proporrionato facta ab Episcopo, quàm ex dicta Partis confessione, urgens emergit Matricitatis argumentum, ut in ordine ad primam conclusionem prosequitur *Rota*, *dicta decis.* 14, *num.* 1, *coram R. P. D. meo Ansaldo*; & *decis.* 284, *num.* 4, *par.* 14 *recent.* & respectu ad secundam, *Rot. dicta decis.* 397, *num.* 2, *par.* 13 *rec.* & *in dicta Bisinianen. Praeminentiarum*, 10 *Februarii* 1710, § *In primis*, & 16 *Januarii* 1711, § *Fortiùs*, *coram R. P. D. meo Ansaldo.*

Validiùs præmissa confirmantur ex re Judicata anni 1642. Suscitata enim tunc temporis controversia inter Rectores Ecclesiarum Collitigantium super præcedentia pulsandi Campanas die Sabbati majoris Hebdomadæ, quamvis Vicarius Generalis, tanquam Commissarius delegatus, hanc facultatem promiscuè utrique Ecclesiæ competere declaraverit, attamen Ordinarius in gradu appellationis pronunciavit, illud privativè spectare ad Ecclesiam Sanctæ Mariæ, 85
quæ utique hujusmodi prærogativa, citra Matricitatis præeminentiam, insigniri non poterat; *Card. De Luca de praeminent. disc.* 42, *num.* 15; *Rot. coram Merlin. decis.* 109, & *coram Dunoz. jen. decis.* 198, *num.* 2; & *in dicta Bisinianen. Praeminentiarum*, 16 *Januarii* 1711, § *Finali coram R. P. D. meo Ansaldo.*

Nec quicquam suffragatur exceptio, quòd dicta sententia sit evidenter nulla, ex quo Ordinarius non poterat ampliùs se ingerere in causa postquam super eadem pronunciaverat Vicarius Generalis; nàm ultra quòd iste processit uti Commissarius delegatus, cessat vis objecti, animadvertendo, quòd devoluta per ulteriorem appellationem causa ad A. C. tantùm abest, ut præfata sententia revocata fuerit, quin potiùs Ecclesia Sanctæ Mariæ manutentionem reportaverit in possessione *Matricitatis*, & exercitio aliarum præeminentiarum; & de facto, recedentibus subinde Partibus ab hac lite, mediante transactione (de qua infra); in ea signanter canonizata fuit favore Ecclesiæ Sanctæ Mariæ præcedentia in pulsatione Campanæ dicta die Sabbati Sancti, adeout perperam modò controvertatur veritas, quæ toties per rem Judicatam, & per Partis 86
confessionem confirmata extitit, *Rot. in supedicta decis.* 14, *num.* 7, 8, & 15. *coram*

*ram R. P. D. meo Ansaldo & in Pa-
nen. Jurisdictionis, 31 Januarii* 1704, §
*Quod autem, cor. R. P. D. meo Scotto
Almæ Urbis Gubernatore.*

Adaugetur assumpti comprobatio, tum
ex Inventario Ecclesiæ Sancti Pauli, ex-
pleto anno 1696, tum ex alio anni 1697
super statu Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Ma-
87 joris, præsentibus Rectore, & Clero
utriusque Ecclesiæ; in eis enim concor-
diter semper eadem Ecclesia Sanctæ Ma-
riæ *Matrix* nuncupatur, ac controver-
sæ ejusdem præeminentiæ recensentur,
ex quibus probatio Matricitatis, juxta
præmissa, substanciatur.

Præterea in idem etiam collimant
quamplures inscriptiones in lapidibus sæ-
pedictæ Ecclesiæ insculptæ; & licet non-
nullæ ex eis, tanquam recentes redar-
guantur per simplices fides aliquorum
Testium, pendente lite, expiscatas, at-
tamen ab hac nota omnino immunis est
88 illa, quæ usque ab anno 1653, incisa
dignoscitur in Campana majori ejusdem
Ecclesiæ ibi -- *hæc est sola Matrix* --
quæque proinde optimè confert ad In-
tentum, *Gloss. in cap. cum causam quæ
de probat. & notant scribentes in l. Mo-
numenta, C. de relig. & sumpt. funer.
Card. De Luca de præeminent. disc. 2,
num. 7, cum concordan. apud Rot. co-
ram Arguell. decis.* 17, *num.* 41.

Et tandem accedit dicta relatio Or-
dinarii, transmissa ad Sacram Con-
gregationem Concilii, in qua nedum te-
statur, Ecclesiam Sanctæ Mariæ esse *Ma-
tricem*, sed etiam subdit (ut dictum est),
89 quòd ejus Archipresbyter Sacramenta
ministrat Advenis, & Peregrinis, &
consequenter ex hoc actu univocè in
aperto ponitur controversa Matricitas
in hoc Judicio possessorio, ad effectum
consequendi dumtaxat controversa Jura
præeminentialia, *Pignatell. consult.* 109,
num. 4, *tom.* 9; *Rot. dicta decis.* 397,
num. 8, *par.* 13, *& in dicta Bisinianen.
Præeminentiarum*, 17 *Februarii* 1710, §
Meritò, coram R. P. D. meo Ansaldo.

Consecutivè ex his sustinetur transa-
ctio, celebrata anno 1643, non atten-
ta duplici exceptione, quòd scilicet uti-
lis non fuerit Ecclesiæ Sancti Pauli, &
destituta appareat Benaplacito Aposto-
lico. Prima enim cessat in facto, nam
in illa constabilita fuit præcedentia fa-
vore Parochi, & Cleri S. Pauli in pro-
pria Ecclesia, quæ, præscindendo a
transactione, eidem non competebat;
altera verò tollitur ex pluribus facti
circumstantiis, quæ simul unitæ in præ-
senti hypothesi, validitatem ejusdem
transactionis secum ferunt, quia, nempè
bona fide, inita extitit inter duas Ec-
clesias super Juribus præeminentialibus
ad dirimendas controversias, divino Cul-
tui admodum præjudiciales, & etiam
ex quo nihil in illa datum fuit ab Ec-
clesia Sancti Pauli, nisi id, quod præ-
cedenter competebat Ecclesiæ Sanctæ
Mariæ, tum ratione assistentiæ Juris pro-
pter Matricitatem; tum ratione rei Ju-
dicatæ ad favorem ejusdem vigentis;
adeout nunquam spatio septuaginta fe-
rè annorum impugnata fuerit, sed pa-
cificum semper effectum sortita digno-
scatur, in quibus terminis, vel Benepla- 90
citum non requiritur, ut per *Text. in
cap. finale, de pact.* & in ♀ respondit *Rota
coram Seraphin. decis.* 36, *per tot. & co-
ram Cerro, dec.* 570, *num.* 15, ubi quod
sufficit, ut transactio contineat pacta li-
cita, & honesta, *dec.* 305, *num. finali* 91
tom. 1, *& decis.* 460, *num.* 25, *tom.* 2,
par. 18, *rec.* ubi quòd hujusmodi deter-
minationes pro bono pacis, Ecclesiarum 92
concordia, & Populorum quiete, abs-
que Beneplacito Apostolico sustinentur,
& in Eugubina præeminentiarum, 20 *Fe-
bruarii* 1702, § *Finali, coram Eminentis-
simo D. Cardinali Priolo; & in Monopo-
litana Præeminentiarum super manuten-
tione*, 16 *Junii* 1704, § *Non relevanti-
bus coram Reverendissimo Domino meo De-
cano.*

Vel præsumi debet, non obstante, quòd
lapsum non fuerit tempus centum an-
norum a notissima Constitutione san. m.
Urbani VIII requisitum, quia hæc lo-
cum sibi vindicat in contractibus Ec-
clesiæ præjudicialibus, initis cum Cle-
ricis, sive aliis Particularibus; non au-
tem cum alia Ecclesia ex justa, & ra- 93
tionabili causa, ut præcisè animadver-
tit *Rot. coram Dunozzett. Jun. dec.* 713,
num. 6, & 10; *& decis.* 1169, *num.* 5,
& 6, coram Emer. Jun.

Deveniendo ad postremam dubii par-
tem, exequendum pariter est Breve san.
mem. Innocentii III, nam istud præse-
fert tantummodo confirmationem sen-
tentiæ latæ per Cardinalem Roffridum,
tunc temporis Abbatem Cassinensem, in
qua Parocho Sancti Pauli concedebatur
facultas retinendi in propria Ecclesia
æquè Parochiali fontem Baptismalem,
suisque Parochianis liberè Sacramenta
ministrandi, cumque quoad hos actus
idem Breve usque nunc observatum fue- 94
rit, profectò executioni demandandum
venit *Rot. decis.* 558, *num.* 1, *par.* 1; *&
decis.* 189, *num.* 1, *par.* 15, *rec. & dec.*
112, *num.* 2, *coram Cerro.*

Cæterum nullo modo obstat supradi-
ctæ impropriæ Matricitati, quamvis,
referendo sententiæ verba, exprimat
quòd Ecclesia Sancti Pauli -- *Ecclesiæ San-
ctæ Mariæ in nullo subjaceat* -- tum quia
stat benè simul quòd Ecclesia S. Pauli
non sit propriè, & formaliter subjecta,
& tamen contendere nequeat supradi-
ctas

ctas præeminentias Ecclesiæ S. Mariæ propter impropriam Matricitatem jam comprobatam; tum quia hæc expressio respicit retentionem fontis Baptismalis, ac Sacramentorum administrationem; quorum dumtaxat actuum libertas; ac exercitium in controversiam deductum fuerat, quemadmodum apertè convincitur ex tenore sententiæ in eadem Bulla relato, atque ideo præfata enun-
95 ciativa, quamquam generalis, & indefinita ad suam speciem restringi, ac juxta subjectam materiam intelligi debet, *l. quæsitum*, § *Mævia*, *ff. de legat.* 3; *Surd. consil.* 33, *num.* 26; *& consil.* 421, *num.* 12; *Rocc. disput. Jur. cap.* 166, *n.* 7, *tom.* 2; *Rot. cor. Coccin. dec.* 1788, *num.* 79; *& cor. Bich. dec.* 295, *num.* 1; *& dec.* 407, *num.* 7; *& in rec. dec.* 428, *num.* 16, *par.* 4, *tom.* 2; *& dec.* 203, *n.* 12; *par.* 19.

Omnemque submovet hæsitationem vetustissima observantia; nam per quinque sæcula, & ultra Parochi Sancti Pauli potiti solùm fuerunt facultate exercendi Curam Animarum propriæ Parochiæ, semper verò intacta remanserunt Jura præeminentialia Ecclesiæ Sanctæ Mariæ per tot actus, res judicatas, & transactio in dies constabilita; itaut
96 inde ad evidentiam usque dignoscatur quid, & quantum in d. Brevi comprehensum fuerit. *Rota coram san. mem. Alexandro VIII, dec.* 175, *num.* 10; *& dec.* 1342, *num.* 8, *coram Emer. Jun. & dec.* 65, *num.* 13, *& dec.* 319, *num.* 3, *par.* 15; *& dec.* 533, *num.* 11, *par.* 18, *rec.*

Et ita utraque &c.

ADDITIO XXIII.

Post jam impressas Additiones, in materia præcedentiæ, ac præeminentiarum, nonnulla Sac. Rit. Congregationis Decreta, accuratè collecta, ab Amicissimo meo benigne mihi transmissa fuerunt, super dicta materia, aliisque, instituto nostro consentaneis recenter edita; quæ propterea, cùm suis locis inseri non valuerint, hic ponuntur.

SUMMARIUM

1 *Canonicus, qui prius recepit Ordines minores, præcedere debet alteri, qui occupavit digniorem Stallum in Choro.*

2 *Canonicus quando præcedere valeat quoad lucrosa: aliter verò quoad honorifica.*

3 *Præcipiente Lege Synodali Canonicis Ecclesiæ Collegiatæ assistentiam Functionibus Pontificalibus, ab Episcopo celebrandis in Cathedrali, & interventum ad Processiones publicas, & votivas Civitatis, & concurrente etiam observantia, iidem Canonici ad prædicta compelli possunt, & n. 4.*

5 *Quando Parochis permitti valeat usus Stolæ in publicis Processionibus, in quibus intervenit Capitulum.*

6 *Magistratui sæculari licitum est se introducere, ac respectivè permanere intus Aulam, seu Cubiculum, in quo Episcopus, Functiones Pontificales peracturus, recipit Capitulum, habitu Chorali indutum, ut deinde cum illo se transferat ad Ecclesiam, dummodo idem Episcopus non repugnet.*

7 *Usque ad quem locum præcisè pervenire, ac permanere debeat, donec Episcopus, & Capitulum ex eadem Aula, & Cubiculo egrediantur, ut ad Ecclesiam procedant.*

8 *Licitum pariter est Magistratui prædicto, postquam associavit Episcopum usque ad Altare Sanctissimi Sacramenti, transire per Presbyterium, ad effectum prosequendi associationem usque ad locum Baldachini.*

9 *Item in Functionibus Ecclesiasticis uti Clava, seu Mazza honorifica, quam ante se deferre faciat, tam extra, quàm intus Ecclesiam.*

10 *Et tam præsentibus, quàm absentibus Episcopo, & Capitulo.*

11 *Eadem Clava, seu Mazza honorifica, quam ante se deferri faciat Capitulum Cathedralis, potest ipsum Capitulum uti, in Functionibus Ecclesiasticis, tàm extra, quàm intus Ecclesiam, absque Apostolicæ Sedis indulto.*

12 *Non debet, post delatam per Subdiaconum Assistentem Pacem Episcopo locali, illa deferri Episcopo Titulari, antequam Canonici, assistentes in Throno, eam recipiant ab Episcopo locali.*

13 *Canonicus Episcopus Titularis, in Missis, & Vesperis cantatis cum assistentia Episcopi localis, tenetur discedere a Stallo unà cum reliquis Canonicis, pro faciendis consuetis circulis, præscriptis a Cæremoniali.*

14 *Exercente Episcopo locali Pontificalia, & assistente Capitulo in paramentis sacris, licitum est Episcopo Titulari deferre Pluviale.*

15 *Et simul cum pluviali potest quoque deferre Mitram Episcopalem, de consensu tamen Episcopi localis.*

16 *Qualis debeat esse Mitra in casu prædicto.*

17 *Concessio per Episcopum localem Episcopo Titulari usu Mitræ, debet illam per se ipsum imponere, & amovere a capite.*

18 Non

18 *Non potest Episcopus Titularis, canens Missas, & Vesperas, tamquam Canonicus in propria hebdomada, uti Faldistorio, & indumentis Pontificalibus, si Missæ sint de Turno; sed abstinere se debet, & alium subrogare; in solemnioribus verò potest, de licentia tamen Episcopi localis.*

19 *Cæremoniarum Magistro licitum non est associare Capitulum Ecclesiæ, cui inservit, cum habitu violaceo, & cum gestatione ferulæ, in illis Processionibus, in quibus Capitulum Cathedralis intervenit.*

20 *In quo loco incedere debeant Clerici seminarii in publicis, & solemnibus Processionibus.*

21 *Utrum in Calendario Ecclesiæ Collegiatæ adnotari debeat tempus, in quo fit mutatio Capparum Canonicorum ejusdem Collegiatæ, sicut adnotatur tempus mutationis Capparum Canonicorum Cathedralis.*

22 *Canonici Collegiatæ non valent in eorum Ecclesia, occasione Funerum Summorum Pontificum, propriorum Episcoporum, aliorumque Principum, exequias solemnes peragere cum quinque Absolutionibus, juxta formam in Pontificali Romano præscriptam.*

23 *Episcopo, Pontificalia exercenti in Ecclesia Collegiata assistere debent Prior, & Canonici ejusdem Collegiatæ.*

24 *Occasione Synodi, ubi, & quomodo sedere debeant Canonici, & Dignitates Cathedralis, & Prior, & Canonici Collegiatæ.*

25 *Ubi habentur Conciones in Adventu, & Quadragesima, salutatio a Concionatore fieri debet primo loco Capitulo & Canonicis, deinde verò Magistratui.*

26 *Canonici exire debent e Choro, & genuflectere ante Augustissimum Sacramentum, occasione Benedictionis, id præscribente Testatore, non obstante quòd mutata fuerit Chori situatio.*

27 *Ubi celebratur sub ritu duplicis majoris Festum S. Sebastiani, uti Patroni minus principalis, non potest ab eo dividi S. Fabianus, hujus Festum transferendo.*

28 *Impedita die festi alicujus Sancti, peti debet assignatio alterius diei.*

29 *Festa Sanctorum Angelorum, & Archangelorum habere debent utrasque Vesperas integras, in concursu alterius duplicis minoris, juxta novum decretum.*

30 *Sub nomine Sanctorum ad libitum non comprehenduntur officia, concessa aliquibus Regnis, Civitatibus, absque expressione* ad libitum, *sed cum clausula* recitari possint & valeant, *vel* recitari posse.

31 *In Vigilia Epiphaniæ non possunt celebrari Missæ privatæ, de Requiem, & Votivæ.*

32 *Præposito, & Canonicis Collegiatæ insignis in suburbiis Civitatis existentis, in Synodo, & aliis Functionibus debetur præcedentia supra Parochos Civitatis.*

Die 15 Febr. 1727.

VENTIMILIEN.

Clericus Jo. Baptista Luppi in Ordinatione habita die 28 Decembris 1724, prius recepit Ordines minores, quam Clericus Jo. Franciscus de Rubeis: hic tamen occupavit digniorem Stallum in Choro. Episcopus nihil voluit definire. Re delata ad S. C. R. dicta die proposito dubio -- *An, & cui competat præcedentia*, ponente Eminentissimo Domino Georgio Spinula, rescripsit -- *Competere præcedentiam Clerico Jo. Baptistæ Luppi.* 1

Die 6 Septembris 1727.

NOVARIEN.

IN Cathedrali Novariensi extat statutum -- *Quod nullus Canonicorum admittatur ad fructus Præbendarum, donec fecerit septimanam in suo ordine laudatum, nec assignetur alicui Canonico Præbenda aliqua donec fecerit septimanam laudatum, & approbatum a majori parte Capituli in ordine suo.* Mense Decembris anni 1694, cùm vacassent duo Canonicatus, fuit de uno provisus Canonicus Torniellus, & de altero Canonicus Berciochus. Torniellus prius cepit possessionem; sed alter prius terminavit suam septimanam, quam laudavit, & approbavit Capitulum, a quo fuit etiam decretum, quòd quoad honorifica præcederet Torniellus, & quoad lucrosa Berciochus. Sunt in dicta Cathedrali aliæ præeminentiæ debitæ Antianis, nempe quòd celebrare valeant, dum recitatur Matutinum in Choro, & quòd assumantur ad officia Thesaurarii, & Procuratoris, de quibus est orta disputatio inter d. Canonicos. Quare propositis dubiis. 2

Prim. An sustineatur resolutio Capitularis concedens Canonico Berciocho manutentionem in quasi possessione antiquitatis quoad omnia lucrosa, & Canonico Torniello, quòad omnia honorifica.

Secund. An, & cui competant jura præeminentialia noviter superventa.

Sacra Congregatio Ponente Eminentissimo Pico rescripsit -- Ad primum *Affirmativè*. Ad Secundum *Competere Torniello.*

Die

Die 24 Januarii 1728.

SORANA.

DIE 5 Decembris 1716, In Sorana fuerunt proposita sequentia Dubia
.. An Archipresbyter, & Canonici Ec-
clesiæ Collegiatæ S. Bartholomæi Civi-
tatis Soræ intervenire, & assistere de-
beant omnibus Functionibus Pontificali-
bus ab Episcopo celebrandis in Eccle-
3 sia Cathedrali. II, An teneantur interve-
nire ad Processiones publicas, & voti-
vas dictæ Civitatis. S. C. R. dicta die
rescripsit *Ad utrumque Affirmativè*.

Die 15 Februarii 1727, fuit proposi-
tum dubium: An decisa sub die 5 De-
cembris 1716, contra Archipresbyterum,
& Canonicos S. Bartholomæi Civitatis
4 Soræ militent etiam in omnibus contra
Præpositum, & Canonicos Ecclesiæ Col-
legiatæ S. Restitutæ ejusdem Civitatis.
Fuit rescriptum: *Affirmativè*. Et die 24
Januarii 1728, Sacr. Congregatio stetit
In decisis. In dicta Diœcesi sunt Constitu-
tiones Synodales præcipientes hanc assistē-
tiam, & concurrebat etiam observantia.

Eadem die 24 Januarii 1728.

ARIMINEN.

PArochi Civitatis Arimini obtinuerunt
rescriptum ab Eminentissimo De
Via tunc Episcopo, quòd possent in
publicis Processionibus, in quibus inter-
venit Capitulum Cathedralis incedere
5 cum Stola. Ad reclamationem Capitu-
li, fuit propositum dubium .. An in
Processionibus, in quibus incedunt, &
præcedunt Canonici Ecclesiæ Cathedra-
lis sine Stola, & simul incedunt Paro-
chi sub unica ejusdem Cathedralis Cru-
ce, liceat præfatis Parochis deferre Sto-
lam, non obstante rescripto Eminentis-
simi Ordinarii, per quod simile indul-
tum sub die 31, nuper elapsi mensis Au-
gusti ipsis fuit concessum. S. C. R. die
24 Januarii 1728, Ponente Eminentissi-
mo Origo rescripsit — *Parochos Ecclesiæ
Ariminensis ferre posse Stolam in Proces-
sionibus generalibus, in quibus Capitulum
procedit sacris paramentis indutum.*

Die 20 Martii 1728.

MILEVITANA PRÆEMINEN-
TIARUM.

1 AN liceat Magistratui, & Ca-
pitaneo Virgæ se introducere,
ac respectivè permanere intus Aulam, seu
6 Cubiculum, in quo Reverendissimus Epi-
scopus Functiones Pontificales peractu-
rus recipit Capitulum habitu chorali in-
dutum, ut deinde cum illo se transfe-
rat ad Ecclesiam.

2 Usque ad quem locum præcisè per-
venire, ac permanere debeant, donec
Episcopus & Capitulum ex eadem Au- 7
la, & Cubiculo egrediantur, ut ad Ec-
clesiam procedant.

3 An Magistratui, & Capitaneo Vir-
gæ postquam associaverint Episcopum
usque ad Altare SS. Sacramenti liceat 8
transire per Presbyterium ad effectum
prosequendi associationem usque ad lo-
cum Baldachini.

4 An eidem in Functionibus Ecclesia-
sticis uti liceat Clava, seu Mazza hono- 9
rifica, quam de præsenti ante se defer-
ri faciunt, tam extra, quam intus Ec-
clesiam.

5 An eadem Clava, seu Mazza uti va-
leant in præfatis Functionibus Ecclesia- 10
sticis tam præsentibus, quam absenti-
bus Episcopo & Capitulo.

6 An liceat Capitulo ejusdem Cathe-
dralis, sine Apostolicæ Sedis indulto in
Functionibus Ecclesiasticis uti tam ex-
tra, quam intus Ecclesiam Clava, seu 11
Mazza honorifica, quam de præsenti an-
te se deferri facit.

Sacr. Congregatio dicta die rescripsit
.. Ad Eminentissimum ponentem juxta
mentem. Mens est *Affirmativè* in omni-
bus, nisi Episcopus aliquam ingerat dif-
ficultatem, Ponente Eminentiss. Pipia.

Die 20 Martii 1728.

ASCULANA.

R. P. D. Joannes Philippus de Cau-
tis Canonicus Asculanus fuit fa-
ctus Episcopus Titularis cum retentione
Canonicatus. Ponente Eminentissimo
Pico fuerunt proposita sequentia dubia
dicta die.

1 An post delatam per Subdiaconum
Assistentem pacem Episcopo locali, de- 12
beat illa deferri per dictum Subdiaco-
num Episcopo Titulari, antequam Ca-
nonici Assistentes in Throno illam reci-
piant ab Episcopo locali.

An Canonicus Episcopus Titularis, in
Missis, & Vesperis cantatis cum assi- 13
stentia Episcopi localis, teneatur disce-
dere a Stallo unà cum reliquis Canoni-
cis, pro faciendis consuetis circulis præ-
scriptis a Cæremoniali.

3 An exercente Pontificalia Episcopo
locali, liceat Episcopo Titulari assistenti
in Stallo cum reliquis Canonicis deferre 14
Pluviale, vel potius incedere debeat cum
Rochetto, Mantelletta, & habitu vio-
laceo.

4 An unà cum Pluviali possit quoque
deferre Mitram Episcopalem absque con- 15
sensu Episcopi localis.

5 An

5 An & cujus qualitatis debeat esse Mitra gestanda per dictum Episcopum Titu-
16 latem.

6 An in casu concessionis usus Mitræ debeat Episcopus Titularis illam per se ipsum imponere, & amovere a capite,
17 vel per eos ad hunc effectum liceat uti opera alterius.

7 An liceat Episcopo Titulari canenti Missas, & Vesperas uti Canonico in
18 propri. hebdomada, uti Faldistorio, & indumentis Pontificalibus, seu potius illas canere debeat sedendo in scamno, prout practicatur cum reliquis Canonicis, & absque Pontificalibus indumentis.

8 An tali casu teneatur petere licentiam ab Episcopo locali.

Sacr. Congregat. rescripsit -- Ad 1, *negative*. Ad 2, *Affirmative*. Ad 3, *Affirmative, exercente Episcopo Pontificalia, & assistente Capitulo in paramentis sacris*. Ad 4, *posse, accedente consensu Episcopi*. Ad 5, *Debere esse lineam in casu, ut supra*. Ad 6, *Per se ipsum*. Ad 7, *Ad mentem, & mens est, quòd in Missis de Turno abstineat, & subroget alium; in solemnioribus verò non posse, nisi de licentia Episcopi*. Ad 8, *Jam provisum*.

Die 3 Julii 1728.

PLACENTINA.

1 AN Magister Cæremoniarum Capituli Ecclesiæ S. Antoni-
19 ni Placentiæ associare valeat dictum Capitulum cum habitu violaceo, & cum gestatione ferulæ in illis Processionibus, in quibus intervenit Capitulum Ecclesiæ Cathedralis.

2 In quo loco incedere debeant Cle-
20 rici Seminarii in dictis publicis, & solemnibus Processionibus.

3 An in Calendario Ecclesiæ Placen-
21 tinæ adnotari debeat tempus, in quo fit mutatio Capparum dictorum Canonicorum S. Antonini, sicut adnotatur tempus mutationis Capparum dd. Canonicorum Cathedralis.

4 An Canonici dictæ Ecclesiæ S. An-
22 tonini peragere valeant in dicta eorum Ecclesia occasione Funerum Summorum Pontificum, propriorum Episcoporum, aliorumque Principum, Exequias solemnes cum quinque absolutionibus, juxta formam præscriptam in Pontific. li Romano, seu potius privative spectet ad Cathedralem.

Sacr. Congr. dicta die, Ponente Eminent. Salerno, rescripsit -- Ad 1, *Negative & amplius*. Ad 2, *Dilata*. Ad 3, *Negative, & arbitrio Episcopi etiam quoad alias Collegiatas*. Ad 4, *Negative & amplius*.

Quoad secundum dubium difficultatem ingessit, quia in Processionibus præcedebant ante Confraternitates, & Regulares, Cruces Cathedralis, & Collegiatæ S. Antonini, ex quo deducebat Capitulum Cathedralis, Clericos Seminarii non debere ab ipso separari.

CAMERINEN.

DIE 3 Augusti 1726, inter Capitulum Cathedralis, & Capitulum Insignis Collegiatæ S. Venantii fuerunt proposita sequentia Dubia.

1 An Episcopo Pontificalia exercenti in Ecclesia S. Venantii debeatur assistentia a Dignitatibus, & Canonicis Ecclesiæ Cathedralis, seu potius a Priore, & Canonicis ejusdem Collegiatæ. 23

2 Ubi, & quomodo occasione Synodi sedere debeant Canonici, & Dignitates Ecclesiæ Cathedralis, & Prior &
Canonici dictæ Collegiatæ. 24

Ad primum rescriptum fuit -- *Negative quoad primam partem, & Affirmative quoad secundam*.

Ad 2, *Servetur Decretum Eminentissimi Casini, nempe quòd locus sessionalis in Synodo sit extra Presbyterium, & Canonici Cathedralis sient a dextris Episcopi, & Capitulum Collegiatæ a sinistris*.

Re propos ta die 10 Aprilis 1728, Sac. Congregatio rescripsit -- *Inspectis prærogativis competentibus Capitulo dictæ Collegiatæ, quæ in multis gaudet privilegio Cathedralitatis in vim Bullæ Pauli III, Sacr. Congregatio stetit in Decisis* -- Referente Eminentissimo Belluga in locum Eminentissimi Zondadari Ponentis.

FIRMANA SALUTATIONIS.

IN Collegiata Murri Vallium habentur Conciones in Adventu, & Quadragesima; nascitur quæstio cui debea- 25
tur prima salutatio facienda a Concionatore, Canonicis, an Magistratui. Die 20 Augusti 1729. Ab Eminentissimo S. Clementis fuit propositum dubium -- An & cui debeatur primo loco salutatio. Sacra Congregatio rescripsit -- *Salutationem deberi Capitulo primo loco, & amplius*.

AVENIONEN.

ÆGidius Betton anno 1603, reliquit Capitulo Metropolitanæ scuta 1200, cum onere exponendi Venerabile omnibus Dominicis, *e che tutti i Signori Canonici, e Beneficiati calino dal Coro, e cantino il Pangelingua inginocchioni avanti il Corpo di Cristo*. Tunc erat Chorus a latere dextro Altaris majoris, & per nonnullos gradus descendebatur ad planum Altaris; sed a quin-

qua-

quaginta annis est in eodem plano post
Altare majus, & Canonici consueve-
runt non exire a Choro, dum caneba-
26 tur *Pangelingua*; sed reclamante Hospi-
tali hærede Testatoris, ac proposito du-
bio -- An Canonici, & Beneficiati, dum
occasione benedictionis Augustissimi Sa-
cramenti Dominicis post Completorium
cantatur hymnus *Pangelingua*, teneantur
descendere a Choro, & flexis genibus
canere ante Venerabile, vel potius pos-
sint remanere in eorum Stallis Chora-
libus. Sacr. Congreg. Rit. die 26 Au-
gusti 1730, ponente Eminentissimo Got-
to, rescripsit -- *Negativè quoad primam
partem, & Affirmativè quoad secundam.*

MELITEN.

CLerus Meliten. exposuit sequentia
Dubia --

1 Quòd consuevit celebrare sub ritu
Duplicis majoris festum S. Sebastiani Pa-
27 troni minus principalis Ordinis, ac trans-
ferre Festum S. Fabiani. An possit soli-
tum servare.

2 Consuevit transferre in sequentem
diem Festum S. Laurentii Justiniani, eo
28 quòd die 5 celebratur octava S. Joan-
nis; an possit ita continuare.

5 Petit declarari, an Festa SS. Ange-
lorum, & Archangelorum debeant ha-
29 bere utrasque Vesperas integras in con-
cursu alterius duplicis minoris ad teno-
rem novi decreti, quod asseritur ema-
natum 14 Maji 1722.

6 An sub nomine SS. ad libitum com-
prehendantur Officia concessa aliquibus
30 Regnis, Civitatibus &c. absque notula
ad libitum, sed cum clausula, recitari
possint & valeant, vel recitari posse.

7 An in Vigilia Epiphaniæ possint ce-
lebrari Missæ privatæ, de Requiem, &
31 Votivæ.

Die 16 Septemb 1730, Ponente Emi-
nentissimo Zondadari, S. C. R. rescripsit --
Ad 1, *Non esse dividendos, sed servan-
dum Decretum Sacr. Congregat.* Ad 2, *Ad
mentem; mens est, ut petant assignationem
alterius diei. Ad 5 Affirmativè juxta
Decretum.* Ad 6 *Negativè.* Ad 7 *Ne-
gativè.*

NEAPOLITANA.

IN loco Casoriæ, quod est unum ex
suburbiis Civitatis Neapolis, ubi adest
34 Collegiara insignis, inter cujus Præposi-
tum, & Canonicos ex una, & Parochos
Civitatis ex alia parte, lite exorta cir-
ca præcedentiam, propositum fuit dubium

An in Synodo Neapolitana, & aliis Functionibus publicis in dicta Civitate faciendis, debeatur præcedentia Præposito, & Canonicis Collegiatæ S. Mauri Casalis Casoriæ, vel potius Parochis Civitatis Neapolis. Sacr. Congreg. Ponente Eminentiss. Belluga, die 9 Decembris 1730, rescripsit -- *Ad primam partem Affirmativè, & Negativè ad secundam, & amplius.*

ADDITIO XXIV.

Sequuntur alia consimilia decreta ejusdem Sac. Rit. Congregationis.

SUMMARIUM.

1 *Licitum non est Magistratui retinere scamnum, æqualiter elevatum cum scamno Capituli, è conspectu Concionatoris: neque illud retinere a parte dextera.*

2 *Potest Capitulum, occasione Concionum, recedendo a solito, scamnum suum retinere intra Presbyterium; & quid agendum, si opus sit transportare Pulpitum.*

3 *Salutatio per Concionatorem facienda non est Capitulo, & Magistratui in confuso, sed cum prælatione Capituli.*

4 *Etiam Gubernatori, & Consulibus Pax danda est per Mansionarium cum Instrumento, non autem per Subdiaconum cum amplexu.*

5 *Concordia inter Canonicos, & Magistratum, quòd Aspersorium sibi porrigatur a Magistro Cæremoniarum, in ingressu ad Ecclesiam, servanda est.*

6 *Non licet apponere Tapetem cum Pulvinari ante pedes Præbendati celebrantis, quando descendit vertendò terga Altari, pro impositione Cinerum, ac distributione Candelarum, & Palmarum, aut alia simili Functione.*

7 *Etiamsi Magistratus utatur eodem Tapete, & Pulvinari in iisdem Functionibus.*

8 *Per Dignitates, & Canonicos, præsente Episcopo, in privatis Functionibus Ecclesiasticis, adhibendæ non sunt, tàm intra Ecclesiam Cathedralem, quàm extra, Sedes cum brachiis, & subselliis; sed uti debent scamnis, seu scabellis, prout utuntur, eodem Episcopo Pontificalia exercente.*

9 *Neque iisdem Dignitatibus, & Canonicis licitum est occupare dd. Sedes cum brachiis, absente Episcopo, in Functionibus Ecclesiasticis intra Ecclesiam, si illis non utantur aliæ ejusdem Regni, seu Provinciæ Cathedrales.*

10 *Episcopo, Pontificalia exercenti, competit retentio Baldachini supra sedem, positam è latere Altaris Majoris, dummodo non sit pretiosum, nec auratum.*

11 *Etiamsi Capitulum omiserit apponere Baldachinum super Altare Majus; & ad illud apponendum debet Episcopus Capitulum cogere.*

12 *Presbyteris alicujus Ecclesiæ, quam non constat esse Collegiatam, non potest Episcopus indulgere usum Rochetti sine manica, & Almutiæ cum caputio, ad instar aliarum Collegiatarum ejusdem Diœcesis.*

13 *Hujusmodi Insignia neque etiam potest concedere Canonicis Cathedralis; quibus non competit manutentio in possessione, seu quasi illa deferendi.*

14 *Episcopus tenetur solitam Consecrationem Oleorum Sanctorum in Feria V in Cœna Domini, facere in Ecclesia Cathedrali, cessante legitimo impedimento, & num. 16.*

15 *Data autem aliqua necessitate dd. Olea Sancta consecrandi in alia Ecclesia Diœcesis, illa dispensari debent in Ecclesia Cathedrali Parochis totius Diœcesis, & num. 17.*

18 *Non potest Clerus cogi ab Episcopo, ad servandum votum jejunandi in Vigilia alicujus Sancti, tamquam Patroni Principalis, emissum a Magistratu alicujus Provinciæ, cum mandatis Procuræ omnium locorum.*

BONONIEN.

9 Decemb. 1730.

POnente Eminentissimo Origo, Magistratus Terræ Plebis occasione reædificationis Ecclesiæ Collegiatæ inivit concordiam cum Capitulo anno 1728, circa modum sedendi in Concionibus, in qua cum daretur pars dextera Magistratui; & quia Canonicus, qui contraxit, non habebat speciale mandatum, fuit impugnata a Capitulo, & dicta die proposita fuerunt sequentia dubia.

1 An ass. concordia, die 10 Febr. 1728, sit servanda.

2 An liceat Magistratui retinere sca-
mnum æqualiter elevatum cum scamno
1 Capituli e conspectu Concionatoris, &
an sit licitum illud retinere a parte
dextera.

3 An Capitulum, occasione Concionum,
retinere debeat suum scamnum intra
2 Presbyterium, vel potius servandus sit
stylus practicatus ante restaurationem
Ecclesiæ.

4 An salutatio per Concionatorem
Capitulo, & Magistratui sit peragenda
3 in confuso, vel cum prælatione Capitu-
li, vel potius sit omittenda.

5 An danda sit a Subdiacono pax per
amplexum Gubernatori, & duobus Con-
sulibus, reliquis verò Communistis a Man-
4 sionario, seu alio Sacerdote cum Pluviali
per Instrumentum.

6 An teneantur Canonici per se, vel
per alium præsentare Aspersorium Magi- 5
stratui in ingressu ad Ecclesiam.

Rescripsit Sacr. Congreg. Ad 1, & 2 *Negativè*. Ad 3 *Affirmativè quoad primam partem, & Negativè quoad secundam, transportato Pulpito sumptibus propriis Communitatis in situ commodo Capitulo*. Ad 4 *Esse faciendam cum prælatione Capituli*. Ad 5 *Esse dandam a Mansionario per Instrumentum*. Ad 6 *Esse servandam concordiam anni 1699, in qua convenitur, Aspersorium esse præsentandum Magistratui a Magistro cæremoniarum.*

TERULEN. POENITENTIARUM.

Die 20 Augusti 1729, Pon. Eminentissimo Belluga.

INter Promotorem Fiscalem Curiæ Episcopalis, & Capitulum Cathedralis concordata fuerunt sequentia dubia.

1 An liceat apponi Tapetem cum Pul-
vinari ante Pedes Præbendati celebran-
tis, etiam quando descendit vertendo
terga ad Altare pro impositione cinerum, 6
ac distributione Candelarum & Palma-
rum, & pro quacumque alia Functione.

2 An liceat, etiamsi sequatur casus,
quòd Magistratus Civitatis, vulgo Re- 7
gidores utatur eodem Tapete, & pul-
vinari in eisdem Functionibus.

3 An liceat præsente Episcopo eisdem
Dignitatibus, & Canonicis intra, vel ex-
tra Ecclesiam Cathedralem adhibere in
privatis Functionibus Ecclesiasticis sedes 8
cum brachiis, & subselliis, aut solùm
uti debeant scabellis, vel scamnis, quem-
admodum utuntur Episcopo Pontificalia
exerente.

4 An liceat eisdem Dignitatibus, &
Canonicis occupare easdem sedes cum 9
brachiis, absente Episcopo, in Functioni-
bus Ecclesiasticis intra Ecclesiam, non
obstante non usu in Cathedralibus Hi-
spaniæ.

5 An Episcopo Pontificalia exercenti
competat retentio Baldachini etiam pre- 10
tiosi, & aurati supra sedem positam e
latere Altaris Majoris.

6 An eadem retentio competat Epi-
scopo, etiamsi Capitulum omiserit appo- 11
nere Baldachinum super Altare Majus.

Sacr. Congreg. rescripsit d. die -- Ad 1 *Non licere*. Ad 2 *Pro reformatione dubii*. Ad 3 *Negativè quoad primam partem, & affirmativè quoad 2*. Ad 4 *Negativè*. Ad 5 *Competere, dummodo non sit pretiosum, nec auratum*. Ad 6 *Affirmativè: & Episcopus cogat Capitulum, ut ponat Baldachinum super Altare Majus.*

Repropositio secundo dubio die nona Decembris 1730, fuit rescriptum *Negativè*.

Die

TRIVICANA.

Die 28 Aprilis 1730.

EPiscopus Trivicanus consuevit habitare in Terra Castelli, in qua adest Ecclesia Parochialis cum numero Presbyterorum, quam Episcopus refert esse Collegiatam; sed Capitulum Cathedralis contendit contrarium, dicens esse mere Receptitiam; quòd comprobat, quia ejus prima Dignitas non est reservata; quod secus foret, si esset Collegiata, ut notum est. Sed utrum sit Collegiata, pendet lis in S. Congregat. Concilii. Episcopus propria authoritate dedit iisdem Presbyteris Canonicis nuncupatis usum quorumdam insignium, nempè Rocheti sine manica, & Almutiæ cum caputio ad instar aliarum Collegiatarum Diœcesis Beneventanæ; adversus quam concessionem recurrit Capitulum Cathedralis, & proponitur dubium.

1 An concessio Insignium, de quibus agitur, facta ab Episcopo Trivicano RR. Presbyteris Venn. Ecclesiarum S. Joan-
12 nis Baptistæ Cansi & S. Mariæ de Fratta Castelli prætensarum Collegiatarum sustineatur.

Sacr. Congreg. prædicta die, Ponente Eminentiss. Pico, rescripsit: *ad primum Negativè*.

Ad instantiam dictarum ass. Collegiatarum fuit propositum aliud dubium adversus Capitulum Cathedralis nempe.

2 An Capitulum Cathedralis, Ecclesiæ Trivicanæ sit manutenendum in posses-
13 sione, seu quasi, deferendi Insignia, de quibus agitur. Sacr. Congreg. rescripsit — *Negativè quoad Insignia concessa ab Episcopo Viglino, & moderno*.

Pro cujus intelligentia Capitulum hujus Cathedralis usque ad annum 1704, non aliis Insignibus usum fuit, quam quadam Mozetta violacei coloris lanea sine caputio; sed anno 1704 sub Episcopatu dicti Episcopi Viglini obtinuerunt reintegrationem ad jus deferendi Rochetum, & Mozettam cum caputio, quod decretum confirmatum fuit a moderno Episcopo, ut ipse retulit in sua informatione, asserens dictum Decretum ab Antecessore processisse prorsus inscio, & cum actis falsis, & se etiam deceptum fuisse: quibus documentis innititur relata resolutio.

TRIVICANA.

28 Aprilis 1731.

ANno 1706, Episcopus ob malam suam valetudinem confecit Oleum Sanctum in Ecclesia S. Mariæ Terræ Castelli; & Archipresbyter dictæ Ecclesiæ prætendit illud distribuere; quæ res dedit motivum Canonicis Cathedralis recurrendi, & proposita fuerunt duo dubia —

1 An Episcopus Trivicanus solitam Consecrationem Oleorum Sanctorum in fer. v, in Cœna Domini teneatur face- 14
re in Cathedrali.

2 Andato quòd Episcopus propter aliquam Canonicam necessitatem Oleorum Sanctorum consecrationem faciat in aliqua Ecclesia Diœcesis, dicta Olea San- 15
cta dispensari debeant in Ecclesia Cathedrali Parochis totius Diœcesis — Sac. Congreg. die 19 Febr. 1707, rescripsit — *Ad primum Affirmativè, cessante legitimo impedimento. Ad secundum, Affirmativè*.

Præfata die 28 Aprilis 1731, ad instantiam Promotoris Fiscalis fuit propositum dubium —

An sit standum, vel recedendum a 16
Decisis in Sacr. Congregat. die 19 Februarii 1707, tam quoad Ecclesiam, in qua fieri debeat consecratio Olei Sancti in die Cœnæ Domini, quàm quoad Ecclesiam, in qua fieri debeat illius distri- 17
butio in casu — S. C. ponente Eminentissimo Pico, rescripsit — *In Decisis in omnibus, & amplius*.

A Magistratu Provinciæ Guipuscoæ cum mandatis procuræ omnium locorum fuit emissum votum jejunandi in vigilia S. Ignatii Loyolæ, tamquam Patroni principalis illius; quod cùm servare renuerit Clerus; propterea Episcopus tamquam Legislator Ecclesiasticus illum obligavit 18
ad ejus observantiam. At reportavit Clerus Chirographum a s. me. Benedicto XIII, quo improbatum fuit illud factum Episcopi, sub die 21 Martii 1729, a quo cum perita fuisset oris apertio in S. C. Rit. die 3 Martii 1731, ponente Eminentissimo Origo, fuit denegata, & iterum postulato recessu a Decisis die 15 Septembris, Sacr. Congregatio stetit *in Decisis*.

ADDITIO XXV.

De capacitate Equitum Ordinum Militarium ad Beneficia Sæcularia.

ARGUMENTUM.

An, & quando Beneficia, & Capellaniæ erectæ in Ecclesiis Ordinum Militarium censeantur Regulares, adeo ut Clericis Fratribus eorundem Ordinum conferri valeant. Traditur distinctio Ordinum Militarium, quòd scilicet aliqui sint verè Regulares, alii verò non. An Equites D. Stephani, aliique consimiles sint Personæ Eccle-

siasticæ, & ad quem effectum; & firmatur eos esse capaces obtinendi Beneficia, & Pensiones.

SUMMARIUM.

1 *Fratres Clerici Ordinum Militarium, Territorium separatum habentium, sunt capaces absque dispensatione Apostolica obtinendi Capellanias intra idem Territorium erectas, etiamsi solitæ fuerint conferri Clericis Sæcularibus, & affertur ratio, & n. 2.*

3 *Amplia etiam quoad Capellanias, & Beneficia erecta in Ecclesiis Regularibus ipsorum Ordinum, qui non habent Territorium separatum.*

4 *Et licèt sint de Jurepatronatus, & sive jure sanguinis, sive ad præsentationem conferenda veniant.*

5 *Limita, si appareat, Beneficia, seu Capellanias a Fundatoribus esse erectas pro sæcularibus, & n. 34.*

6 *Beneficia, & Capellaniæ erigi possunt etiam in Monasteriis, seu Ecclesiis Regularium de consensu tamen Superioris, & Ordinarii.*

7 *Monachis invitis nullus acquirere potest Juspatronatus in eorum Ecclesiis ad præsentandum Clericos Sæculares.*

8 *Ex Ordinibus Militaribus, alii sunt verè Regulares, veluti Equites Hierosolymitani.*

9 *Alii verò non censentur strictè Religiosi; & qui sint.*

10 *Equites Clerici hujus secundi generis non sunt incapaces Beneficiorum Sæcularium.*

11 *Contrariam sententiam nonnulli Doctores tuentur.*

12 *Et pro hac opinione stat stylus Datariæ, quæ non solet providere hujusmodi Milites de Beneficiis Sæcularibus, absque dispensatione Apostolica, & solutione* componendæ.

13 *Equites D. Stephani, aliique similes, non sunt verè Religiosi, & quare.*

14 *Quale sit Equitum D. Stephani Institutum.*

15 *Solum impropriè, & abusivè dicuntur Religiosi.*

16 *Ordo prædictus D. Stephani reputatur tamquam universitas, ad exercenda pietatis opera ordinata, & dicitur Ecclesiasticus, utpotè auctoritate Apostolica confirmatus, & num. 38, & 73.*

17 *Ad dignoscendum an aliqua Confraternitas, seu Collegium sit Ecclesiasticum, attenditur an fundatum, sivè erectum fuerit auctoritate Ordinarii, & num. 39, & 79.*

18 *Personæ componentes Collegia ab Ordinario approbata, quamvis non possint dici Religiosæ, sunt tamen verè Ecclesiasticæ.*

19 *Equites D. Stephani reputantur Personæ Ecclesiasticæ.*

20 *Non tamen rigorosè, sed habent qualitatem mistam, quæ illos a puris Laicis & a veris Ecclesiasticis contradistinguit.*

21 *Confraternitas composita ex Personis Laicis, si fuerit fundata cum auctoritate Ordinarii, reputatur Ecclesiastica.*

22 *Bona Ordinis Militaris D. Stephani, ac etiam illa Commendarum, tamquam verè Ecclesiastica sunt exempta ab oneribus laicalibus, & communitativis; non ita tamen bona patrimonialia ipsorum Equitum, & num. 44, 77, & 78.*

23 *Serenissimus Magnus Dux Etruriæ, tamquam Magnus Magister præfati Ordinis, exercet super illum auctoritatem delegatam a S. Sede, a qua idem Ordo confirmatus fuit, cum exemptione ab omni Ordinariorum superioritate, & n. 74.*

24 *Jurisdictionis Ecclesiasticæ capaces sunt nedum Viri, sed etiam Mulieres in vim privilegii Apostolici, & n. 75.*

25 *Equites D. Stephani olim reputabantur substantialiter, ac propriè Regulares, & uti tales repellebantur ab assecutione Beneficiorum Sæcularium.*

26 *Postmodum re maturius perpensa, contraria invaluit opinio, & num. 27, & 28.*

29 *Incapacitas Beneficiorum Sæcularium propriè provenit ex disparitate habitus, & professionis.*

30 *Quæ verificantur in Canonicis Regularibus, aliisque Fratribus Ordinum Militarium.*

31 *Stylus, quem servat Dataria, solutionis componendæ, respectu hujusmodi Militum, quando providentur de Beneficiis Sæcularibus, seu Pensionibus, provenit ex eo, quòd præsupponit tacitam dispensationem qualitatis Militaris.*

32 *Prædictus tamen Stylus practicandus non videtur cum Militibus Ordinis D. Stephani, qui gaudent indulto obtinendi, & retinendi pensiones super Beneficiis Sæcularibus cujuscumque generis, & a quo Pontifice illud concessum fuerit, & quare, & de eadem capacitate remissivè.*

33 *A quo recenseantur memoranda gesta militum antea. Ordinis.*

35 *Ubi memoratus stylus Datariæ viget respectu Militum, qui ex eorum Instituto obstringuntur substantialibus votis Religionis, servandus videtur.*

36 *Non ita tamen quoad Milites D. Ste-*



Stephani; qui attenta uniformi, atque universali observantia passim providentur, absque ulla dispensatione, de Beneficiis, & Canonicatibus non minus, ac reliqui Clerici Saeculares.

37 *Cuique licitum est, seclusa Principis prohibitione, de Bonis propriis, non minus inter Subditos, quàm favore extraneorum pro libito disponere.*

40 *Declaratur dec. in Bononien. exemptionis, 6 Junii 1705, cor. Card. Falconer. & n. 43.*

41 *A particularibus licitum non est arguere ad universalia, & affertur exemplum.*

42 *Dispositio Juris communis correctoria casum missum non comprehendit.*

43 *Expenditur Bulla Sixtina, prohibens alienationem Bonorum in Forenses.*

46 *Distretivus modus loquendi diversitatem arguit disponendi in uno casu ab alio.*

47 *Sub generali appellatione Universitatum, Collegiorum, & Communitatum, nulla facta mentione Ecclesiasticitatis, non intelliguntur comprehensæ universitates Ecclesiasticæ.*

48 *Qualitas, in fine orationis apposita, qualificat omnia præcedentia.*

49 *Declaratur quomodo procedat regula prædicta.*

50 *Qualitas apposita, non simpliciter & absolutè, sed coharenter, & adhæsivè referibilis est tantùm ad illas Personas, quibus reperitur adjecta.*

51 *In dispositionibus correctoriis Juris communis, non admittitur extensio, nedum ex identitate, sed nec ex majoritate rationis, & n. 81.*

52 *Afferuntur in proposito verba Constitutionis f. m. Clem. VIII, renovativa, & ampliativa præcedentis Bullæ Sixtinæ.*

53 *Bulla posterior renovans, & declarans antecedentem, continere non debet nec plus, nec minus, quàm illa quæ renovatur.*

54 *De Natura declarationis est nihil de novo disponere, sed tantùm pandere in antecedenti dispositione contenta.*

55 *Admittenda non est interpretatio, quæ voluntati disponentis diametraliter opponitur.*

56 *Dictio* præterea *in dispositione, seu constitutione, apposita est novæ legis indicativa, & tempus præteritum excludit.*

57 *Idem dicitur de clausula* ut magis.

58 *Et similiter de dictione* de cetero.

59 *Dispositio aliquid prohibens, sine licentia disponentis, intelligitur de licentia expressa.*

60 *Verba novæ legis, quæ non percutiunt qualitatem aliquam incidenter, & adjectivè ad legem præcedentem connotatam, sed directè, & principaliter respiciunt substantiam ipsius actus prohibiti, de illo verificari debeat.*

61 *Oraculum vivæ vocis in hac materia Sixti V, per organum Cardinalis de Monte, & Cardinalis Montalti, & num. 62, & 82.*

63 *Nulla major haberi potest declaratio Legis, quàm illa, quæ ab ore ejusdem Legislatoris proficiscitur.*

64 *Assertioni Cardinalis Nepotis, ac primi Ministri Pontificis, qui super intelligentia Legis ab eo latæ, ipsum consuluit, plena fides adhibenda est.*

65 *Licentia opus non est ubi non adest prohibitio, & num. 84.*

66 *Utens jure suo non prohibito, non eget gratia, nec angustiam timet, & num. 85.*

67 *Relatio fieri debet ad ea, quæ magis congruant dispositioni, & disponentis intentioni.*

68 *Mutuam correlationem, & cohærentiam habere debet epistola missiva cum epistola responsiva.*

69 *Decisio non est supponenda, ubi concessa fuit facultas illam revidendi.*

70 *Amplia quando tributa fuit nova audientia.*

71 *Declaratur decisio in Firmana commendæ, 16 Januarii 1697, cor. Priolo.*

72 *Non sunt attendendæ resolutiones, quæ ex diversis circumstantiis prodierunt.*

76 *Privatio pernecesse supponit habitum.*

80 *Ad Principem Sæcularem spectat recognoscere an Collegia, vel Adunantiæ merè laicales in suo Dominio licitæ sint, vel illicitæ, & quare.*

83 *Oblatio licentiæ quandoque fiat per modum superfluæ exhibitionis ad favorem illorum, qui per possibile dubitarent illam esse necessariam.*

PRimum præmittere oportet, Fratres Clericos Ordinum Militarium, habentium Territorium separatum, esse capaces obtinendi absque dispensatione Apostolica Capellanias intra ejusdem Territoriis fines erectas, etiamsi solitæ 1
fuerint conferri Clericis Sæcularibus, ut docet *Roderic. quæst. Regular.* 33, *art.* 3, *tom.* 1; *Mend. de Ordin. Milit. disquisit.* 11, *quæst.* 3, § 1, *num.* 20; & ratio est, quia omnes Ecclesiæ sitæ intra Territorium proprium Ordinum Militarium sunt ipsi subjectæ, & Regulares censendæ sunt; proindeque etiam omnia 2
Beneficia, & Capellaniæ in eis fundatæ Regulares sunt, earumdemque capaces existunt Clerici Fratres prædictorum Ordinum, ut advertit *idem Mend. loc. sup. cit. n.* 21.

Quin

Quinimmo tales censendæ sunt Capellaniæ, sive Beneficia erecta in Ecclesiis Regularibus ipsorum Ordinum, li-
3 cèt non habentium Territorium separatum; quia etiam ista conferri valent Fratribus prædictis absque ulla dispensatione, *Mend. d. quæst.* 3, § 1, *num.* 24 *ad* 27; quod idem Auctor extendit etiam ad Capellanias, licèt sint de Jurepatro-
4 natus, & sive Jure sanguinis, sive ad præsentationem Patronorum conferendæ sint, ex quo nulla extat prohibitio, quin ea obtineri possint a dictis Clericis Fratribus dictarum Militiarum; *Mend. loc. cit.* § 2, *num.* 29, *& seqq. &* § 3, *num.* 36, *& seq.*

Hac autem doctrina *P. Mend.* non videtur indistrictè accipienda; quia etsi Beneficia fundata in Ecclesiis Regularibus præsumantur Regularia, & Regularibus possint conferri, prout advertit *Rebuff. in prax. titul. quotuplex sit Beneficium, num.* 6, *quem sequitur Mascard. de probation. conclus.* 172, *num.* 17, *& dixit Rot. in una Parmen. Prioratus*, 5 *Junii* 1595, *cor. Cordula*, tamen si ex illorum fundatione appareant instituta pro
5 Sæcularibus, licèt in Monasteriis Regularium Sæcularia remanent, ut optimè probat *Garz. in addit. de Benefic. p.* 7, *cap.* 10, *num.* 37; & ita consultus ait se respondisse de Capellaniis fundatis in Ecclesiis Militiarum S. Jacobi Calatravæ, & Alcantaræ, quas ibidem concludit non posse dari Fratribus, & Religiosis eorundem Ordinum, ut etiam apparet ex earum fundatione & usu, & stylo illorum Regnorum, ubi Fundatores ad eas vocant suos Consanguineos; unde eorum animus declaratur quòd voluerint ut ipse Capellaniæ essent Sæculares pro Clericis Sæcularibus; quandoquidem nulli prohibitum, sed potius permissum est Fundatoribus fundare, & instituere Capellanias in Monasteriis, & Ecclesiis Regularium pro Clericis Sæcularibus, de consensu tamen Superioris,
6 & Ordinarii, de quibus Beneficiis passim fiunt collationes Clericis Sæcularibus, quod etiam comprobat *idem Garz. loc. cit. num.* 37, *vers. etsi essent, in fin.* & ex pluribus auctoritatibus subdit, quòd ideo ad id requiritur etiam consensus
7 superioris, & Conventus; quia Monachis invitis nullus potest acquirere Juspatronatus in eorum Ecclesiis, seu Altaribus ad præsentandum Clericos Sæculares.

Item distinguendum est inter eosdem Ordines Militares: quidam enim sunt verè, & propriè Ordines Religiosi, ejusque Instituti Sectatores, ob trium voto-
8 rum substantialium emissionem, censendi sunt Regulares, quia a ceteris Ordinibus S. Ecclesiæ nullatenus differunt, prout sunt Equites S. Joannis Jerosolymitani ex collectis per *Eminentiss. Petram ad Constit.* 2, *Anast.* 4, *sect.* 2, *num.* 2, 2, *&* 3, *pag.* 47, *tom.* 2.

Milites autem S. Jacobi de Spatha, de 9
Alcantara, & S. Stephani non esse strictè Religiosos communi calculo receptum est, maximè cùm eis deficiat vo- 10
tum substantiale paupertatis; ac proinde non sunt incapaces Beneficiorum Sæcularium, prout resolvit *Sacr. Congreg. Concilii*, 10 *Novembris* 1699, cujus verba refert *Pax-Jord. Lucub. Can. tom.* 2, *lib.* 10, *tit.* 27, *num.* 50; *Vivian. de Jurepatronat. lib.* 6, *cap.* 2, *num.* 16, *& seqq. Valenz. cons.* 115, *num.* 13, *Barbos. de potestat. Episcopi, par.* 3, *alleg.* 57, *n.* 173, *& seq. & de Jure Eccles. univers. lib.* 3, *cap.* 7, *num.* 22, *& seqq. Castropal. tom.* 2, *tract.* 13, *disput.* 6, *punct.* 2. § 7, *num.* 2, *Escanno in propugnac. Hiero'cl. dift.* 11, *cap.* 2, *num.* 3, *&* 16, *&* 29, *Lezzana, quæst. reg. c.* 5, *num.* 43, *tom.* 2, *Azor. tom.* 1, *lib.* 13, *cap.* 3, *quæst.* 2, *in fin. Sanchez ad decal. lib.* 7, *cap.* 29, *annot.* 109, *Murga de Benefic. quæst.* 3, *num.* 942; *Mend. disput.* 11, *quæst.* 4. § 3, *num.* 2, *Capon. discept.* 108, *num.* 71; *Duard. in Bulla Cœnæ lib.* 2, *quæst.* 5, *Conclus.* 5, *numer.* 8, *Pasqualig. de Jubil. quæst.* 38, *num.* 6; *Pignatell. tom.* 6, *cons.* 73, *num.* 1, *dec.* 591, *par.* 1 *divers. dec.* 228, *par.* 3 *recen. dec.* 33. *num.* 5, *cor. Zarat. tom.* 2; *Card. Petra ad Constit. Apost. fol.* 114, *num.* 10, *Rot. dec.* 22, *num.* 5, *post Antonell. de oner. & privil. Cleric.* ubi loquitur de Militibus Jesu Christi, & in terminis Equitum S. Stephani *in voto impresso, par.* 3 *rec. dec.* 228, *Barbos. d. alleg.* 57, *num.* 173, *par.* 3.

Contrariam sententiam tuentur *Na-*
varr. Mandos. Roderg. & alii, quos refert 11
ex Canonistis in d. cap. 2, *num.* 9, *Barbos. de Jure Eccles. lib.* 3, *cap.* 7, *sub num.* 23, *vers. quamvis*; *& Sacr. Congreg. Concilii apud Garz. par.* 10, *cap.* 10, *num.* 37, *Cornd. in prax. dispensat. lib.* 6, *cap.* 1, *num.* 21, *&* 27, *Mend. de Ordin. Militar. disquisit.* 11, *quæst.* 4, § 2, *num.* 73, & pro hac opinione facit stylus Datariæ, quæ non solet providere hujusmodi Milites de Beneficiis
Sæcularibus absque dispensatione, & so- 12
lutione *componendæ*, de qua praxi testatur *Barbos. lib.* 3, *cap.* 7, *num.* 23, *in fin. Mend. d. disquisit.* 11, *q.* 4, *num.* 71, *&* 72, ubi rationem reddit, cur hæc dispensatio petatur, *& num.* 81, *Petra ad Constit. Apostolicas, tom.* 2, *pag.* 115, *num.* 10.

Sed quidquid sit statuendum de aliis Militaribus Ordinibus supra recensitis, aliisque consimilibus, videtur indubiè dicendum nostrum inclitum Ordinem S. Ste-

Stephani non debere connumerari inter
illos, quorum Instituti sectatores pror-
13 sus regulares, & Religiosi censendi sunt,
cùm Equites nostri solemnia vota non
emittant, nec professionem solemnem
post annum ad formam Sac. Concilij
Tridentini; sed eorum principale Insti-
tutum est pro Catholica fide pugnare;
Thyrrenum, & Mediterraneum Mare a
14 Barbaris purgare & captivos Christicolas
redimere, prout comprobant enunciati-
væ contentæ in Bullis Apostolicis super
ejusdem Instituti confirmatione emana-
tis, & pluribus in locis notavit *Ansald.*
consil. 12, *num.* 15, 39, *&* 44; *& con-*
sil. 14, *num.* 4; *& consil.* 32, *num.* 38;
& disertè decernitur in Statutis ejusdem
Ordinis in *tit.* 1, *cap.* 3, *dell' Offizio, e*
Professione de Cavalieri, pag. 80, post hæc
verba -- *Chiunque fa professione d' esser.*
„ *Soldato di questa nostra Milizia, sap-*
„ *pia, che egli fa professione della Milizia*
„ *di Gesù Cristo; e il primo ufizio del*
„ *Soldato è preporre l'onor di Dio a tut-*
„ *te le cose, obbedire a i comandamenti*
„ *della Divina Scrittura, servare i pre-*
„ *cetti della S. Chiesa, combattere per*
„ *la S. Sede Apostolica, osservare la giu-*
„ *stizia, soccorrere i Poveri, ricuperare*
„ *i Prigioni di mano dell' Infedeli, e fi-*
„ *nalmente sottentrare di buona volontà*
„ *a qualunque pericolo per difesa della*
„ *Cristiana Religione, e per aumento di*
„ *essa esporre non che la roba, la vita*
„ *propria* -- Hinc est quòd Equites D.
Stephani impropriè tantùm & abusivè
dicuntur Religiosi; *Bertach. vot. decis.*
15 88, *num.* 35; & Ordo prædictus reputan-
dus venit tamquam Universitas ad exer-
cenda opera pietatis ordinata, Ecclesia-
stica tamen, utpote Apostolica auctori-
16 tate confirmata; cùm confirmatio hujus-
modi Ecclesiasticam qualitatem impri-
mat, prout in individuo firmavit *Rot.*
in Forolivien. Commendæ, 11 *Januarii*
1709, § *Assumptum*, *cor. b. m. Card. Scot-*
to; & regula est, quòd ad dignoscen-
dum an aliqua Confraternitas sive Col-
legium sit Ecclesiasticum, unicè attendi-
17 tur an ejus fundationi sive erectioni ac-
cesserit auctoritas Ordinarii, ad tradita
per Gabriel. consil. 162, *num.* 7, *lib.* 1;
Pignattell. consultat. Canon. 21, 22, *&*
seqq. tom. 4; *Amost. de caus. piis, lib.* 4,
cap. 12, *num.* 7, *Mascard. de probat. con-*
clus. 869, *num.* 1, *tom.* 2; *Gonzal. ad re-*
gul. Cancell. Gloss. 5, § 4, *num.* 21, *&*
seqq. Franc. de Eccles. Cathedral. cap.
25, *num.* 77; *Sperell. dec.* 155, *num.* 3.
Personæ igitur componentes dicta Col-
18 legia approbata ab Ordinario, licèt non
possint dici Personæ Religiosæ, sunt ta-
men verè Personæ Ecclesiasticæ, ut videre
est apud *Pignattell. consult. can.* 21, *n.* 2, *&*
seqq. tom. 4; *Pellizar. Manual. Regul.*
tract. 1, *cap.* 3, *sect.* 1, *num.* 29, *Ansald.*
consil. 78, *num.* 17, *&* 18; *& consil.* 138,
num. 187, *& pluribus seqq. Sperell. dec.*
2, *sub num.* 120, *lib.* 1; ubi positis sibi
in objecto auctoritatibus laudatis in pri-
ma *dec. R. P. D. Kaunitz*, *emanata in*
dicta Forolivien. Commendæ, 5 *Maji* 1706,
ita concludit -- *Sed quidquid sit de hoc,*
saltem sunt Personæ Ecclesiasticæ, -- subji-
ciens hac de re plures resolutiones S.
Congregationis Immunitatis, *Duard. de*
Bull. Cœnæ, *lib.* 2, *cons. quæst.* 5, *sub. n.*
12, ubi de Equitibus S. Stephani sermo-
nem habens ait -- *quoniam hi Milites*, 19
„ *licèt non sint personæ Religiosæ, sunt*
„ *tamen Personæ Ecclesiasticæ &c. Lotter.*
de Re Benefic. lib. 1, *quæst.* 36, *n.* 35;
Del Bene, de immunit. lib. 1, *cap.* 1, *dub.*
11, *sect.* 1, *num.* 1, *& num.* 8, *ibi* -- *Da-*
„ *to non sint verè, & substantialiter Re-*
„ *ligiosi, sunt tamen Personæ Ecclesiasticæ* --
Latissimè Carolus de Grass. de effect. Cle-
ricat. effect. 1, *ex num.* 109, *usq. ad* 114;
Novar. de elect. For. quæst. 69, *num.* 31,
& seqq. Diana coordinat. tom. 9, *tract.*
2, *resolut.* 172, ubi pariter de Equiti-
bus S. Stephani verba faciens, inquit --
quia numerantur inter Personas Ecclesia-
sticas, & profitentur Religionem approba-
tam a S. Pontifice -- *Cortiad. dec. tom.* 3,
dec. 139, *num.* 35, ubi innumeros Do-
ctores affert; huic sese sententiæ subscri-
bens *Card. De Luc. de Regal. disc.* 84,
num. 10, *& de Jurisdict. disc.* 92, *ferè*
per tot. & de credit. disc. 118, *num.* 5,
8, *&* 9; *Rot. dec.* 238, *num.* 45, *& seqq.*
cor. Bich. ibi -- *Cujus Ordinis Equites li-*
„ *cèt verè Religiosi non sint, sunt tamen*
„ *Personæ Ecclesiasticæ.*
Non tamen rigorosè reputandi sunt
Milites nostri Ordinis Personæ Ecclesia-
sticæ, sed juxta distinctionem *Rot. in*
Bononien. exemptionis, 6 *Junii* 1708, *cor.*
Card. Falconer. §. *His tali pacto*, *& seqq.* 20
Inter *impress. cor. eod. decis.* 1, *tit. de Ga-*
bell. habent qualitatem mistam, quæ
illos a puris Laicis, & a veris Ecclesia-
sticis contradistinguit; ideoque ordo iste
est Ecclesiasticus, ratione confirmationis
Apostolicæ, & non nisi impropriè loquen-
do tales dici queunt ipsius Equites: eo-
dem prorsus modo, quo Confraternitas
composita ex Personis Laicis reputanda 21
est Ecclesiastica, si fundata fuerit cum
auctoritate Ordinarii, prout *ex Rot. in*
d. Forolivien. Commendæ, § *Indeque inap-*
plicabiles, *cor. Card. Scott.* ac propterea
Bona ejusdem Ordinis, ac etiam illa
Commendarum gaudent exemptione ab
oneribus laicalibus, & communitativis,
tamquam verè Ecclesiastica, non ita ta- 22
men Bona patrimonialia Equitum, quæ
hujusmodi exemptione non gaudent, ut
relatis Decretis SS. Congregationum Im-
munitatis, & boni regiminis *dixit Rot.*
in

in dicta Bononien. exemptionis, § *In sacra namque*, *& seqq. cor. Falconer. & in dicta Forolivien. Commendæ*, § *Rursus, cor. Scott. & in confirmatione*, 1 *Julii* 1709, § *Quod si*; & videatur in hoc proposito *Bertacchin. vot. decis.* 92, *per tot.* ubi pariter allegat plura Decreta dictæ Sacr. Congregationis.

Quin advertetur quòd Ordo prædictus S. Stephani, ac Bona, & Commendæ nullius Ecclesiasticæ Personæ Jurisdictioni subjaceant, quinimmo a cujusvis Ordinarii auctoritate sint exempta, eaque maneant sub libera dispositione Regiæ Celsitudinis Serenissimi Magni Ducis Etruriæ ejusdem Ordinis Magni Magistri. Jurisdictio siquidem, quam præfa-
23 tus Magnus Magister super dicto Ordine, ejusque Commendis, & Bonis exercet, profluit tamquam a Fonte ex concessione Summi Pontificis Pii IV, qui in ejus Constitutione, quæ incipit -- *Altitudo*, de anno 1562, exemit ab omni Superioritate Ordinariorum Ordinem, ejusque Bona, & Commendas, illaque privativè subjecit Magno Duci, tamquam Magno Magistro ejusdem Ordinis, qui exercet supra dictum Ordinem delegatam auctoritatem a S. Pontifice, cùm in vim privilegii Apostolici, ne dum Viri merè laici, sed etiam Mulieres sint
24 capaces Ecclesiasticæ Jurisdictionis, ad *text. in cap. dilecta* 12, *de majorat. & obed. in cap. Novam de Pænit. & remiss. & in cap. de Monialibus, de sent. excom. Fallar. in Suar. lib.* 4, *de Immunit. ad Regn. Angl. cap.* 2, *num.* 2; *Grat. cons.* 61, *num.* 12, *&* 23, *Pignatell. cons.* 45, *num.* 7, *tom.* 2; *Card. De Luc. de Benef. dist.* 73, *num.* 6, *&* 13; *Rot. dec.* 267, *num.* 16, *cor. Bich. & in nullius Provinc. Hispalen. Juris amovendi Vicarium*, § 6, *cor. Reverendiss. Molin. Decano*, & in individuo nostri Ordinis in *d. Forolivien. Commendæ*, 1 *Julii* 1709, § *Nec ad advertendum, cor. Scott.*

Redeundo autem, unde non abs re discessimus, nempè ad examen, an Equites dicti Ordinis sint capaces absque dispensatione Apostolica Beneficiorum Sæcularium, quamvis sub Pontificatu S. M.
25 Sixti V, & ex ejusdem Summi Pontificis definitione solemni, Milites hujus Sacri Ordinis deputarentur substantialiter, & propriè Regulares, ac uti tales repellerentur ab assecutione Beneficiorum Sæcularium, teste *Navar. cons.* 10, *de Regular*; *& latius Garz. de Benefic. p.* 7, *cap.* 10, *n.* 32. Nihilominus re maturè postmodum discussa, contrarium resolutum fuit pluries in Sact. Rot. & in
26 Congregatione super rebus Datariæ deputata, nec non etiam in Sacr. Congregatione Concilii, & signanter in *Lucanen. Plebis*, 22 *Junii* 1579, *cor. Robustier.* sequentis tenoris -- Fuit conclusum quòd ,, hujusmodi Parochialis Ecclesia Sæcularis, non vacavit per adeptionem Militiæ, seu Professionem Militum Sacerdotum, seu Clericorum S. Stephani; quia talis Militia, & Professio non est propriè Religio; sicuti etiam in similibus Militibus Hispanis, quòd per illorum Professionem, & Militiam Clericalem non vacet pensio, fuit resolutum in una *Tirasonen. Pensionis*, *cor. R. P. D. meo Seraphino*; nam licèt per ingressum Religionis post professionem vacent ipso Jure Beneficia priùs obtenta, *cap. Benefic. de Regular. lib.* 6; hoc tamen intelligebant Domini in propria, & vera Religione, in qua emittuntur tria vota substantialia Paupertatis, Castitatis, & Obedientiæ, juxta *text. in cap.* 1, *de Stat. Regular.* cum aliis *per Abbat. in rubr. de Regular. num.* 1; sed non in iis, quæ non sunt verè, & propriè Religiones; & in materia privationis, seu vacationis ipso Jure, quæ est stricti Juris, in dubio non inducitur privatio, seu vacatio ipso Jure. *Gloss. in cap.* 1, *de Sagittar.* cum aliis per *Præposit. Alexand. Canon. Salonitanæ*, *num.* 3, *dist.* 63, & alias, ut bene in *d. dec. & votis Dominorum.*

Christophorus Robusterius de Samat. Rot. Auditor.

Adest etiam in hac materia votum trium Dominorum Auditorum Sacr. Rot. Romanæ super eodem articulo, an Equites Milites S. Stephani sint capaces Beneficiorum Sæcularium, impressum in principio Statutorum dicti Ordinis, *pag.* 35, repetitum *p.* 3 *rec.* 225, *sequen. tenoris.*

,, Puto Milites S. Stephani esse capaces Beneficiorum Sæcularium, quia ex resolutionibus aliàs in Rota factis, tam coram R. P. D. meo Decano in una Tirasonen. Pensionis, sub die 10 Decembris 1570, quàm etiam R. D. Oriolen. in una Lucana Plebis, sub die 22 Maji 1579, constat istos Milites, non esse verè, ac propriè Regulares. Licèt enim habeant quendam vivendi modum a Papa approbatum, non ideo dicuntur habere regulam, cùm non profiteantur illa tria vota, Paupertatis, Castitatis, & Obedientiæ, quæ pro basi, ac fundamento, & perfectione cujuslibet Religionis necessaria sunt, *cap. ad Monasterium, de Stat. Monach*, maximè cùm proprio non careant, & in Domibus cum Uxoribus propriis vivant, quo casu non dici propriè professos, tradit *Specul.* dicens ita per *Clemen.* fuisse judicatum in *tit. de Stat. Monach. quæst.* 36, *sub*

„ *sub num.* 42; & post Joannem *de Lignan. & Laurentium de Rodulphis in Clemen.* 2, *de praebend.* tradit *Abb. in cap.* 2, *sub num.* 11, *de for. competen. & in rub. de Regular. num.* 4, ubi dicit, quòd licèt Equires Jerosolymitani, qui matrimonio non utuntur, & obedientiam promittunt, largo modo dici possint Religiosi; tamen Rectores Hospitalium deferentes certum habitum, qui nubuntur matrimonio, nec etiam largo modo dicuntur Religiosi, quod etiam voluit Sum. Ang. in verbo Religiosus, num. 1, ubi ait viventes sub certa regula, si utantur Matrimonio, non esse, nec strictè, nec largo modo Religiosos; & ex auctoritate *D. Thomae in* 2, 2, *q.* 186, *art.* 4, *in fin.* dicentis, quòd illi modi vivendi, secundùm quos homines matrimonio utuntur, non sunt simpliciter, & absolutè loquendo Religiones, tradit *Sot. de Just. & Jur. lib.* 7; *quaest.* 5, *art.* 3, *circa fin. vers. sed de Commendatariis Equitibus*, ubi concludit, quòd votum perpetuae Castitatis requiritur ad Religionis perfectionem, unde tollitur quòd dici posset de promissione Castitatis, quam faciunt isti Milites in susceptione habitus; quia cùm habeant Uxores, intelligitur tantùm de pudicitia, seu Castitate conjugali, ut tradit *Abb. in d. cap.* 2, *sub num.* 11, quae non sufficit, ut patet ex *supradict.* Ultra quod deficit etiam aliud votum substantiale Paupertatis, quae non promittitur ab istis Militibus, nec servatur, cùm habeant proprium, ut patet ex eorum Statutis, & tradit *Abb. ubi sup. sub d. n.* 11. Item deficit votum obedientiae, quae cùm promittatur restricta ad certos casus, non prodest ad hoc, ut quis dicatur Regularis, nisi talem profiteatur obedientiam, quae sit Monacalis, hoc est, ut per eam omni suae voluntati renunciatum, & omnia commissa voluntati Superioris censeatur, *cap. Non dicatis.* 12, *quaest.* 1; adeoque non sufficit, quòd simpliciter promittatur, cùm etiam Canonici Saeculares illam promittant, *cap.* 3, *& cap. His, quae de majoritate, & obedientia*, sed debet exprimi, quòd sit Monacalis, *Archidiaconus in capitul. Ut lex* 27, *numer.* 3, *quaestion.* 1; *Cardin. in Clemen.* 1, *in* 2, *quaest. de Relig. Domibus; Cald. in consil. ult. de Regul.* unde tanto minus debet sufficere in istis Militibus, quorum promissio est restricta juxta Statuta, & Ordinationes Militiae, & propter usum Matrimonialem servari non potest, ut dicit *Abb. in d. cap.* 2, *de foro competen. sub numer.* 11.

Serafinus Olivertus Razzalius Rot. Decan.

Hieronymus Pamphilius Rot. Aud.

Pompejus Arigonius Rotae Audit.

Consonat itidem Decretum Sac. Congregationis super rebus Datariae Urbis, de die 11 Septemb. 1591, emanatum pro quodam Pompejo Lentulo Diacono Tiburtino, Milite S. Stephani, qui supplicavit sibi provideri de Canonicatu S. Mariae in Via lata, non obstante quòd esset Regularis dictae Militiae, per haec verba.

„ Congregatio super rebus Datariae censuit, quòd si Militia S. Stephani, cùm non sit propriè Religio, nec in ea emittantur tria vota substantialia, non impedit, quominus Milites possint retinere Beneficia Saecularia, ut ita fuit decisum de anno 1579, 22 *Maji in una Lucanensi Plebis, cor. R. P. D. Robusterio*, posset, si Sanctissimo D. N. placeret, indultum dictae provisionis sibi concedi, & eo magis, quia votum obedientiae non videtur incompatibile cum Beneficiis Saecularibus; nam Sacerdotes exempti a servitio Religionis, & non Sacerdotes, possunt inservire per interpositam Personam, ut in Constitutionibus dictae Militiae, *cap.* 9. 28

Hanc sententiam tenuit etiam Sac. Congregatio Concilii, die decima Novembris 1609, respectu Militum S. Jacobi de Spata, eandem vivendi rationem servantes, liberam ab onere trium votorum solemnium, ad instar Militum S. Stephani, ut ex sequenti decreto relato per *Eminentiss. Petram ad Constitut.* 5 *Alexandri III, sect. unic. num.* 10, *tom.* 2, *fol.* 114 — Sacra Congregatio censuit, „ Milites Regulares Militiae S. Jacobi de Spata, aliosque hujusmodi non emittentes omnia tria vota substantialia, videlicet Castitatis, Paupertatis, & Obedientiae, non esse incapaces Beneficiorum Saecularium, sive simplicium, sive Curatorum, quatenus sint Clerici, & etiam Pensionum. Et ex hac resolutione; *Garz. de Benefic. loc. sup. cit.* § 1, *cap.* 4, 2, *fin. parte* 7, recedit a prius firmatis, aliasque similes resolutiones refert *Barbos. de potest. Episc. par.* 3, *alleg.* 57, *num.* 173, *& seqq. & ad Concil. Trid. sess.* 14, *cap.* 11, *num.* 8, *Card. de Luc. ad idem Concil. disc.* 13, *num.* 3, *&* 4.

Porrò incapacitas Beneficiorum Saecularium propriè provenit ex disparitate habitus, & professionis, juxta censuram *text. in can.* 9, 16, *quaest.* 1; *Clemen.* 1, *de elect.* eaque verificatur in Canoni- 29

cis Regularibus, aliifque Fratribus Or-
30 dinum Militarium, qui cenfentur verè
Religiofi, prout declaravit Sacr. Con-
gregatio Concilii *in una Portugallien. de
anno 1652, relat. apud Card. Petram ad
dict. Conftitut. 5 Alexandr. III, fec. unic.
fub num.* 10.

Et quamvis Dataria de ftylo fervet
etiam in hujufmodi Militibus folutionem
Componendæ, præfupponendo tacitam
31 difpenfationem propter affertionem Mili-
taris qualitatis, quando hujufmodi Mi-
lites providentur de Beneficio fæculari
feu Penfionibus, ut obfervat idem *Petra,
loc. proximè citato*, attamen hujufmodi
ftylus, nullatenus practicabilis videtur
cum noftris Militibus, qui gaudent In-
dulto Apoftolico obtinendi, & retinen-
di Penfiones fuper Beneficiis Sæculari-
32 bus cujufque generis, illis conceffo a
S. M. Pio IV, & confirmato a S. Pon-
tifice Sixto V, ut diftinguendo inter eos
Milites, qui fruuntur hujufmodi Indul-
to, & alios eo non gaudentes dicit *Emi-
nentiff. Petra ad d. Conftitut. 5 Ale-
xandri III, fec. 6, unic. n.* 10, *circa fin.
pag.* 115, quod quidem Indultum ab eo-
dem S. Pontifice Sixto V confirmatum,
& ampliatum fuit ex motivo quòd Mi-
lites noftri pro Dei, & Chriftiani No-
minis gloria, ac Fidei Catholicæ defen-
fione contra Infideles fortiter, & ma-
gna cum laude dimicante, eorumque
Triremes, & marittimæ copiæ ad Ma-
ris Mediterranei, & oræ marittimæ to-
tius ferè Italiæ tuitionem, & ad coer-
cendas Turcarum, & aliorum Pyratarum
incurfiones magnum adjumentum affere-
bant, prout legitur in Bulla ejufdem
S. Pontificis de anno 1590, & in fub-
fequenti Summi Pontificis Pauli V, de an-
no 1608, in qua ex eodem motivo con-
ceffa fuit dictis Equitibus noftri Ordinis
facultas obtinendi Penfiones fuper qui-
bufcumque Beneficiis, etiamfi fuerint
Uxorati, & Bigami ufque ad fummam
Ducatorum 400 auri de camer. Circa
capacitatem dd. Penfionum videndæ funt
*dec. 4, 6, 7, 8, & 9, cor. b. m. Card. Falco-
nerio inter fuas fub tit. de Penfionibus*.

Memoranda gefta noftri Sacri, & In-
cliti Ordinis ad hæc ufque tempora lu-
culenter collecta, & defcripta habentur
33 a P. Fulvio Fontana Soc. Jefu, in libro
fub titulo *I Pregi della Tofcana nell' im-
prefe più fegnalate de Cavalieri di S. Ste-
fano*, in lucem edito de anno 1701, in
quo recenfetur quanta virtute Equites no-
ftri pro Fidei defenfione, & propagatio-
ne vitam fuam, & opes promptè qui-
bufvis periculis exponendo adverfus In-
fideles dimicarunt.

Complectendo autem in unum omnia,
quæ circa hanc materiam adnotavimus;
dicimus, primò Beneficia, & Capellas,
erectas intra fines Territorii, five etiam
in Ecclefiis Ordinum Militarium propriè
Regularium, poffe conferri Clericis pro-
feffis eorundem Ordinum, cùm præfu-
mantur Beneficia Regularia, maximè fi 34
iifdem conferri folita fuerint; fecus ve-
rò fi ex fundatione conftet inftituta fuif-
fe pro Clericis fæcularibus, ut ultra ad-
ductos benè diftinguit *Corrad. in prax.
Benefic. lib. 1, cap. 6, a num.* 328, *ad
num.* 331.

Secundò, quòd Equites Milites, qui
ex eorum Inftituto non adftringuntur fub-
ftantialibus votis Religionis, quamvis Or-
do ipfe, & eorundem Militum cætus,
five Univerfitas, tamquam erecta aucto-
ritate Apoftolica, fit Ecclefiaftica, nihi-
lominus iidem Equites non funt nifi lar-
go modo, & impropriè Regulares, ideo-
que de ftricto Juris rigore capaces funt
Beneficiorum fæcularium, abfque difpen-
fatione Apoftolica. Ubi verò viget fty-
lus obtinendi difpenfationem Apoftoli- 35
cam, videtur fervandus, ut monet *Card.
Petr. ad d. conftit. 5 Alexandri III, fect.
unic. num.* 10.

Tertiò denique, quòd contra Equites no-
ftri Ordinis D. Stephani, qui inter Regu-
lares numquam recenferi volent, quique
ex prænarratis Indultis Apoftolicis funt
capaces retinendi, & acquirendi Penfio-
nes fuper quibufcumque Beneficiis fæcu-
laribus, non tantùm de ftricto Juris rigo-
re; verùm etiam attenta uniformi, &
univerfali obfervantia, juxta quam abfque 36
ulla difpenfatione, non minus ac reli-
qui Clerici fæculares providentur de Be-
neficiis, & Canonicatibus, tam ab Ordi-
nariis, quam a Sede Apoftolica; non
poteft militare ftylus contrarius Datariæ,
prout militat in aliis confimilibus Milita-
ribus Ordinibus; quo attento, licèt,
ut diximus, Jus eifdem affiftat, opus ha-
bent Apoftolica difpenfatione.

Sequuntur geminæ decifiones in Foro-
livien. Commendæ, fuperius allegatæ.

R. P. D.

S C O T T O.

Forolivien. Commendæ.

Veneris, 11 *Januarii* 1709.

EX defectu Beneplaciti Sanctæ Sedis
a Conftitutionibus Apoftolicis, & fi-
gnanter illa fan. memor. Sixti V, inter
ejus impreffas in ordine la 3, requifiti in
alienationibus bonorum, quæ fiunt in
Forenfes, nullam, ac irritam in gradu
appellationis a Judicato contrario R. P.
D. mei tunc A. C. Aldrovandi declara-
ve-

verat Sacra Rota, prævils geminis deci-
sionibus sub diebus 5 Maji 1706, & 6 Junii
1707, coram R. P. D. meo Kaunitz edi-
tis, Erectionem Commendæ Ordinis Mi-
litaris S. Stephani, quam super ejus bo-
nis sitis in Statu Ecclesiastico fecerat
usque ab anno 1592 Alexander de Bal-
dracanis. Verùm directa mihi ulterio-
ris appellationis causa, & acriori, no-
vaque etiam defensionis methodo Jura
sua promovente eodem Equestri Ordine
unà cum illius Commendatario Marchio-
ne Thoma Ximenes, quamvis super Du-
bio -- *An Sententia Rotalis sit confir-
manda, vel infirmanda* -- Nulla sub die-
bus 16 Januarii, 16 Martii, & 4 Ju-
nii mox elapsi anni, ob suffragiorum scis-
suram, capi valuerit resolutio, hodie
tamen suffragantibus omnibus Dominis,
responsum accepi, *pro ejusdem sententiæ
Infirmatione*.

Basis resolutionis stetit super duplici
propositione, altera nempè, quòd Sacra
Religio Sancti Stephani sit Universitas
Ecclesiastica; & altera, quòd Constitu-
tio Sixti V, prohibitiva alienationem
Bonorum, quæ fiunt in Forenses, non
extendatur ad illas distractiones, quæ
prodeunt favore earumdem Universita-
tum. Ex quibus præmissis necessaria re-
sultabat consequentia, quòd Erectio con-
troversæ Commendæ neutiquam affici
posset nullitate per dictam Constitutio-
nem inflicta, sed undique valida cen-
senda esset, quia, seclusa Principis pro-
37 hibitione, cuique licitum est de propriis
Bonis non minùs inter Subditos, quàm
favore Extraneorum pro libito dispone-
re, ad *Text. in leg. dudum*, *Cod. de con-
trab. emption. Rota decis. 2229, numer.
18, coram Coccino, & decis. 105, num.
6, part. prima recent.*

Assumptum autem primæ propositio-
nis, quòd scilicet Religio, sive Ordo
Militaris Sancti Stephani sit Universitas
pollens qualitate ecclesiastica, ex eo de-
sumebant Domini, quia illius Erectio sub
Regula Sancti Benedicti ad pietatis opera,
& præcipuè Mauros, & Turcas infensis-
38 simos Christiani nominis hostes a Mari
Tyrreno propulsandos ordinata, confir-
mationis Apostolicæ robur promeruit per
Constitutionem san. mem. Pii IV, inter
impressas ejusdem Pontificis, in ordine la
60. Quapropter quidquid sit de Militibus
hujus Ordinis in particulari, an sint Per-
sonæ Ecclesiasticæ, vel saltem Religio-
sæ, nec ne: Super quo superfluum exi-
stimarunt Domini quidquam decernere,
undique certum visum fuit, quòd Ordo
ipse collectivè sumptus, & abstractivè a
Personis particularibus, Ecclesiasticus cen-
sendus esset, quia præcipuum, & unicum
contradistinctivum ad dignoscendum, an
aliquis Cœtus, Collegium, vel Universi-
tas ad exercenda pietatis opera ordina-
ta, sit Ecclesiastica nec ne, illud est,
an fuerit authoritate Superioris Eccle-
siastici instituta, vel successivè ab eodem
confirmata, ut est obvium exemplum
in Confraternitatibus, quibus licet ex 39
Personis merè laicis compositis, simplex
etiam Ordinarii auctoritas qualitatem
Ecclesiasticam imprimit, ac superimpo-
nit ad tradita per *Gabriel. consil. 162,
num. 7, lib. primo; Pignattell. tom. 4,
consul. 21, num. 2, Amostaz. de Causis
Piis, lib. 4, cap. 12, num. 7; Francesc. de
Eccles. Cathedr. cap. 25, num. 77, Card.
De Luc. de alien. disc. 1, num. 11, Rot.
dec. 248, num. 19, par. 11 rec.*

Indeque inapplicabiles reddebantur
termini Decisionis in Bononien. Exem-
ptionis, 6 Junii proximè præteriti co-
ram R. P. D. meo Falconerio editæ.
In illa enim agitur de personis singula- 40
ribus Equitum, a quibus non valet ar-
gumentum ad totum Ordinem, cùm a
particularibus non liceat arguere ad uni- 41
versalia eo modo, quo a personis particu-
laribus Confraternitatum, quæ laicæ sunt
non potest argui, quòd etiam Confra-
ternitas ipsa sit laica, quando est fun-
data auctoritate Ordinarii. Quinimò an-
tedicta Decisio R. P. D. mei Falconerii
visa est potius apertè retorqueri contra Il-
los de Savorellis, & Merendis substinen-
tes nullitatem Erectionis Commendæ:
In illa siquidem § *His tali pacto, & se-
quent.* firmatur, Milites dicti Ordinis
Sancti Stephani, licèt non sint propriè
Ecclesiastici, habere tamen qualitatem
mistam, quæ illos a puris Laicis, & a
veris Ecclesiasticis contradistinguit. Ex
quo consequebatur, quòd illorum Ordo
non esset comprehensus sub dispositione
Bullæ Sixtinæ, quæ tamquam loquens
in casu simplici, & restrictiva illius li-
bertatis, quam quilibet habet a Jure de
re propria ad libitum disponendi, & sic 42
Juris communis correctivâ, non valet
comprehendere casum mistum, *Card. De
Luca de success. disc. 3, num. 16; Rot.
dec. 358, num. 27, cor. Bich. & dec. 547,
num. 11, par. 19 Rec.*

Rursus antedicta Decisio in § *In sacra
namque, & pluribus sequent.* relatis De-
cretis Sacrarum Congregationum Immu-
nitatis, & Boni Regiminis elaboratè di- 43
stinguendo Bona Patrimonialia Equitum
ab illis Religionis, & Commendarum
firmat: ista tamquam Ecclesiastica gau-
dere exemptione ab oneribus laicalibus,
& Communitativis; ex quo necessariò
consequitur, quòd etiam Ordo ipse a
fortiori sit Ecclesiasticus, dùm qualita-
tem Ecclesiasticam propriis Bonis impri-
mit, quodque Bona Commendarum sint 44
Ecclesiastica tradit etiam *P. Mendo de
Ordin. Milit. disq. 1, quæst. 14, n. 233.*

Firmata itaque prima parte assumpti,
transeundo ad secundam, quòd Bulla
Sixtina non comprehendat Universitates
Ecclesiasticas, resultare visum fuit ex
45 tenore ejusdem Constitutionis, quæ alie-
nationem bonorum in Forenses per hæc
verba prohibet, ibi .. *Vendere, &c. in ali-*
quam Communitatem, Universitatem, Col-
legium, vel personam extraneam, seu fo-
rensem, quæ nobis, & dictæ Sedi ratione
temporalis Jurisdictionis subdita, & sup-
posita non sit, cujuscumque Dignitatis,
status, gradus, conditionis, & qualita-
tis existat, etiamsi, ut præfertur, Impe-
riali, Regali, Ducali, vel alia quavis
auctoritate, & Dignitate etiam Ecclesia-
stica, quæ specialem, & individuam men-
tionem requireret, prædita sit, &c. .. Ex
quibus omnibus verbis eliciebant Domi-
ni, quòd Pontifex duo personarum ge-
nera contradistinxit, personas scilicet
particulares & veras, & personas fi-
ctas, sive civiles, Universitates nempe,
Communitates, & Collegia, & discre-
tivè de illis disponendo, ubi Sermonem
habuit de personis veris, prohibitionem
expressè direxit etiam ad illas, quæ ec-
clesiastica Dignitate pollerent; ubi verò
mentionem fecit de personis fictis, & ci-
vilibus, qualitatem ecclesiasticam con-
sulto omisit, illas enumerando per ver-
ba generalia *Communitatem, Universita-*
tem, & Collegium; unde ex hujusmodi
discretivo modo loquendi apertè con-
vincebatur, quòd prohibitio in personis
particularibus, & veris comprehendat
quidem etiam illas, quæ Ecclesiastica
qualitate potiuntur, sed non extendatur
ad Collegia, & Universitates tali quali-
tate præditas, quas diverso modo, &
46 appositè reticita dicta qualitate Ponti-
fex contradistinxit, ad *Text in leg. uni-*
ca, § Sin autem, Cod. de caduc. toll. Rot.
decision. 678, numer. 2, & decis. 1100,
num. 9, coram Emerix Junior.

Potissimè quia sub generali nuncupa-
tione Universitatum, Collegiorum, &
Communitatum, nulla facta mentione
Ecclesiasticitatis, semper intelligi debeant
comprehensa tantùm Collegia, & Uni-
versitates Laicæ; nec veniunt Ecclesiasti-
47 cæ, nisi de illis fuerit facta specialis,
& individua dispositio, ad tradita per
Franc. in cap. ult. versic. Quid autem, de
Immunit. Ecclesiast. Del Bene, eodem tract.
cap. 8, dub. 11, sect. 1, num. 11; An-
tunez. de Donat. reg. lib. 2, par. 3, cap.
43; *num.* 40, cum aliis apud Reveren-
diss. Zaulum ad *Statut. Favent. par. 2,*
rubr. 6, lib. 6, num. 1.

Neque obstare visum fuit, quòd cùm
mentio qualitatis Ecclesiasticæ in fine
orationis apposita fuerit, qualificare de-
beat omnia antecedentia; & sic etiam
Universitates, & Collegia in eadem pe-
riodo enunciata, juxta regulam, de qua 48
Bartol. in leg. Seja, § Cajo, ff. de fund.
instruct. Nam ultra quòd regula prædi-
cta procedit solùm, ubi agitur de clau-
sula, vel adjectione, quæ respiciat mo-
dum ad totam dispositionem congruè re-
feribilem; non autem ubi, prout hic, agi- 49
tur de simplici qualitate particulariter
certis tantùm personis adjecta, ut benè
explicant *Seccin. Jun. cons.* 128, *numer.*
100, *vol.* 1; *Fontanell. decis.* 43, *num.*
10; *Rota decis. 263, num. 5, coram Mer-*
lin. & decis. 633, num. 18, & 19, par.
18 *recent.* In præsenti cessare visa est
quælibet difficultas; quia qualitas Ec-
clesiastica non fuit apposita simpliciter, &
absolutè, seu independenter, & de per
se, sed adjectivè, & adhæsivè ad digni-
tatem, statum, gradum, & conditionem,
ibi .. *Etiamsi, ut præfertur, Imperiali,*
Ducali, vel alia quavis auctoritate, vel
dignitate etiam Ecclesiastica. Ideoque
sicuti auctoritas Ducalis, vel Imperia-
lis verificari non possunt, nisi in parti-
cularibus personis, non autem in Colle-
giis, & Universitatibus, ita qualitas Ec-
clesiastica per modum adjectivi, cohæren-
ter, & per continuatum sermonem ap-
posita, referibilis erat tantùm iisdem 50
particularibus personis, nec poterat ada-
ptari Universitatibus, & Collegiis su-
perius seorsim, & distinctè expressis, nisi
vim literæ inferendo ad *Text. in leg. sed*
& si adjiciatur, 13, ff. pro socio, Ro-
ta decis. 556, numer. 14, par. 18, &
in his terminis *decis. 546, num. 20, par.*
19 recent.

Minùs relevat, quòd Bulla Sixtina sit
realis tanquam principaliter directa in
res alienari prohibitas, proindeque com-
prehendat etiam dispositiones factas in
Universitates ecclesiasticas, vel in omnem
casum ad illas extendenda sit ex iden-
titate rationis, consulendi scilicet subdi-
torum utilitati, qui fuit primarius finis
Legislatoris. Siquidem, quòd Bulla sit
realis non subsistit in facto, cùm imò
ex illius contextu primario, & princi-
paliter directa appareat in personas Sta-
tus Ecclesiastici alienare prohibitas, &
Forenses ad acquirendum inhabilitatas.
Extensio verò ex identitate rationis non
poterat admitti, quia cùm versemur in
Constitutione correctoria Juris Commu-
nis, utpote restringente naturalem liber- 51
tatem, quæ unicuique competit de re-
bus suis ad libitum disponendi, tantùm
capere debet, quantum verba sonant;
nec permittitur ulla extensio nedum ex
identitate, sed nec ex majoritate ratio-
nis, ut loquendo de hac met Bulla tra-
dunt *Rocca disput. jur. cap. 57, num.* 74;
Rota, decis. 510, num. 4, & 5, par. 19
recent. & in Nullius, seu Senogallien.
Bonorum, 15 Maji 1697, § 37, coram
bon. mem. Muto.

Præ-

Præterea quòd Bulla Sixtina nequa-
quam comprehendat Universitates Ec-
clesiasticas, apertiùs convincitur ex po-
steriori Constitutinne *san. mem. Clemen-
tis VIII, inter ejus impressas, in ordine*
la 78. In illa enim Summus Pontifex tria
explere professus fuit, videlicet renova-
re, & declarare Bullam Sixtinam, dein-
de illam ampliare, & extendere, & de-
mum alia de novo addere, & ex inte-
gro statuere, ut colligitur ex ejusdem
52 Constitutionis prœmio. Et tamen in §
4, reepilogando personas, in quas per
dictam Bullam Sixtinam prohibitio acqui-
rendi bona Status Ecclesiastici directa
fuerat, expressè declaravit, Universitates,
Collegia, & Communitates hactenus acqui-
rere prohibitas, illas esse, quæ extra Statum
Ecclesiasticum existunt, & Ecclesiasticæ non
sunt, ibi -- *quascumque Communitates, Uni-
versitates, & Collegia, quæ extra Sta-
tum Ecclesiasticum existunt, & Ecclesiasti-
ca non sunt, &c. nullo venditionis, &c.
acquirere hactenus potuisse, neque dein-
ceps posse* -- Ex quibus verbis evidenter
conjicitur, quòd prohibitio Bullæ Sixti-
næ non extendebatur ad Universitates
Ecclesiasticas, quas literaliter excipit Cle-
53 mentina illius innovativa, & declarati-
va. Bulla enim posterior renovans, &
declarans antecedentem, non debet plus,
nec minus continere quàm antecedens per
illam innovata, *Rota decis. 115, n. 7, &
decis. 251, n. 25, coram Emerix Jun.* &
est de natura declarationis, quæ nihil de
54 novo disponit, sed tantùm pandit con-
tenta in antecedenti dispositione, ad *Text.
in leg. hæres palam, § Si quid, ff. de Te-
stam. leg. adeò, § Videtur ff. de acquir. re-
rum domin. Cardinal. De Luca de donat.
disc. 35, num. 12; Rota decis. 7, num. 7,
par. 17 recent.*

Fortius quia Clemens VIII, nullibi per
ejus Bullam relaxare, aut moderari vo-
luit præcedentem Sixtinam, sed potiùs
apertè professus est, illam ampliare, &
extendere; & nihilominus si Bulla Sixti-
na comprehenderet Universitates Eccle-
siasticas, Constitutio Clementina dirigen-
do prohibitionem ad Universitates tan-
tùm non Ecclesiasticas, illam patenter
restrinxisset, ac proinde talis interpre-
tatio, utpote diametraliter opposita vo-
55 luntati ejusdem Summi Pontificis, nul-
latenus admitti poterat, *leg. ubi repu-
gnantia, ff. de regul. jur. leg. cum tale, ff
de condit. & demonstrat. Rota decis. 13,
num. 8, & decis. 1271, num. 10, coram
Emerix. Jun.*

Et sine difficultate, quia idem Cle-
mens VIII, post innovatam, ac declara-
tam præcedentem Bullam Sixtinam, pro-
cedendo ad novam dispositionem, per
quam comprehenderentur plures aliena-
tionis modi, pluresque personæ, quàm
continerentur in Sixtina, expressè, & ex
integro particulariter prohibuit Erectio-
nem Commendarum; ibi -- *Præterea, ut
subditorum nostrorum utilitati, & Status
nostri tranquillitati magis consulamus, quòd
de cætero nullus ex Subditis Status nostri
Ecclesiastici, &c. bona quæcumque in Com-
mendam, aut Erectionem Commendarum
alicui ex militiis, &c.* Ex quo datur in-
telligi, quòd Erectio Commendarum non
caderet sub lege prohibitiva sui Ante-
cessoris, dum novam legem ex integro
publicandam putavit, per quam in fu-
turum illa interdicta remaneret, ut aper-
tè præseferunt verba illa *præterea, & ut* 56
magis, & de cætero, quæ sunt novæ le-
gis inductiva, & tempus præteritum ex-
cludunt, ut de verbo *præterea Mans. Con-
sult. 299, num. 35; Hodiern. ad Surd.
decis. 32, num. 14, Rota decis. 1645, n.
8, coram Coccin. & decis. 11, num. 4, in-
ter recollect. ad ornatum Cardin. De Luc.
de legat.* & de clausula -- *ut magis, Vul-
pell. de præposit. ad verb. magis, § Et* 57
*sic; Rota decis. 237, numer. 19, & de-
cis. 472, n. 20, par. 1 recent.* & quoad
dictionem -- *de cætero, Gloss. in cap. 1, de* 58
*postul. Prælat. in 6; alia Gloss. in cap. li-
cèt, verb. de cætero, de elect. in 6; Felin.
cap. final. verb. hanc sententiam, de constit.
Eugen. cons. 9, num. 46, lib. 1;* & lo-
quendo de hac Bulla Clementina, *Rota
decis. 162, num. 4, par. 3, recen.*

Nec satisfecit responsio, quòd nova
provisio Clementis VIII, verificetur in
eo, quòd pro Erectione Commendarum
requirat Summi Pontificis licentiam expres-
sam, ubi ex Constitutione Sixtina suffi-
ciebat præsumpta. Tum quia, juxta hanc
intelligentiam, Clementina nihil omni-
no superadderet Sixtinæ, quæ prohiben- 59
do alienationes bonorum in Forenses si-
ne licentia Sedis Apostolicæ, intelligi
debet de licentia expressa, *Lap. alleg.
36, num. 3; Menoch. de arbitr. lib. 2,
cent. 5, cap. 45, num. 14; Adden. ad
Gregor. decis. 154, num. 8; Rot. dec. 788,
num. 10, par. 1 divers. & decis. 348,
num. 1, coram Manzaned.* Tum etiam quia
verba novæ legis prohibitivæ Clementis
VIII, non percutiunt qualitatem licen-
tiæ incidenter tantùm, & adjectivè con-
notatam, sed respiciunt substantiam fun- 60
dationis Commendarum directè, & prin-
cipaliter prohibitæ; unde de illis veri-
ficari debet, ad tradita per *Felin. in c.
causam, sub num 4, de rescript. Cravett.
cons. 105, num. 9, Palm. Nep. alleg. 392,
num. 4.*

Hactenus deducta, tamquam de-
sumpta ex visceribus Constitutionum Six-
tinæ, & Clementinæ, visa sunt satis,
superque comprobare non compræhensio-
nem fundationis Commendarum sub dis-
positione dictæ Bullæ Sixtinæ; & nihilo-
minus

minus, ubi etiam res adhuc dubia di-
ci posset, non deficiebant documenta ex-
trinseca hanc eamdem intelligentiam
confoventia. Cùm enim glor. mem. Fer-
dinandus Magnus Dux Ætruriæ simul-
que dicti Ordinis Sancti Stephani Ma-
gnus Magister, publicata Constitutione
Sixtina, supplicasset eidem Pontifici Sixto
61 V, per organum Cardinalis de Monte, ut
declarare dignaretur, sub lege prohibi-
tiva dictæ Constitutionis nequaquam con-
tineri fundationes Commendarum, re-
sponsum accepit per hæc verba -- *Mi ri-
spose Sua Santità, che veramente la Bol-
la non comprende questi casi, ma che il
volere fare una declaratoria per Breve
sarebbe più tosto un' intrigatoria; ma che
se alcuno volesse fare simili Commende, lo
notifichi a lui, che non solo li darà li-
cenza, ma che li dichiarerà non essere
compresi in detta Bolla.* -- Et tenoris non
dissimilis erat altera declaratio facta per
organum Cardinalis Montalti dicti Sixti
62 V Nepotis in alia Epistola eidem Ma-
gno Duci scripta, ibi -- *Non è stata mai
mente della Santità di Nostro Signore,
che non si facciano Commende dell' Ordine
de' Cavalieri di San Stefano, del qua-
le Vostra Altezza è Gran Maestro, e
Fondatore, se bene ha prohibito a suoi Vas-
salli, e Sudditi, che non possino alienare
loro Beni stabili a i Forastieri. Però Vo-
stra Altezza ne stia con animo quieto, e
speri grazie, e favori da Sua Beatitudi-
ne, e non strettezza, e mala sodisfa-
zione.*

Ex quibus Epistolis desumebant Do-
mini efficax argumentum, quòd Bulla
erectionem Commendarum non compre-
henderet, dum ipse Summus Pontifex
Sixtus V, qui illam ediderat, ita decla-
ravit per organum dictorum Cardina-
lium, nec major haberi potest declara-
63 tio legis, quam illa, quæ proficiscitur ab
ore ejusdem Legislatoris; *Rocc. disput.
Jur. cap. 185, num. 29, Rota decis.* 1404,
num. 17, *& decis.* 2283, *num.* 31, *coram
Coccin. & decis.* 168, *num.* 20, *&* 21, *par.*
10 *rec.*

Quinimo verba præcipuè emissa in Epi-
stola Cardinalis Montalti, ex se sola
sufficere videbantur; quia cùm proveni-
rent a Cardinale Nepote, ac Primo Mi-
64 nistro Sixti V, eidem deferendum erat
indubitanter, ut alias dixit *Rota decis.*
374, *num. fin. part.* 19; *& decis.* 147,
num. 1, *coram Emerix, & decis.* 881, *n.*
8, *coram Manzaned.*

Hinc cùm ex Oraculo ejusdem Sixti
V scripserit idem Cardinalis -- *Non è
stata mai mente della Santità di Nostro
Signore di prohibire che non si facciano
Commende, se bene ha prohibito a' Vassal-
li, e Sudditi, che non possino alienare lo-
ro Beni stabili a Forastieri.* -- Super-
fluum, & absurdum erat discurrere de
licentia requisita, necnè in fundatione
Commendarum, cùm nusquam opus sit 65
ulla licentia, ubi non adest ulla prohi-
bitio, ad regulam *Text. in l. nec, non ff.
ex quibus causis majores, l. prima, ff. de
legat. & in Pisauren. Molendinorum super
bono Jure,* 17 *Junii* 1697, *§ Neque, coram
R. P. D. meo Kaunitz.*

Et ob id illa verba subsequentia -- *Spe-
ri grazie, e favori da sua Beatitudine,
e non strettezza, e mala sodisfazione* --
non erant referibilia ampliùs ad aliquam
factionem, sive erectionem Commenda-
rum, cùm termini -- *di grazie, e favo-
ri, di strettezza, e mala sodisfazione* --
non congruerent, quoties nulla aderat
prohibitio; utens enim Jure suo non
prohibito, nec eget gratia, nec timet
angustiam; ideoque magis probabiliter
referenda erunt prædicta verba -- *gra-
zie, e favori* -- ad illa Privilegia, quæ
Sixtus tribuerat Religioni, & tribuere
intendebat secundùm Bullas, & Consti-
tutiones recensitas penès Statuta ejusdem
Religionis, cùm relatio fieri debeat ad
ea, quæ magis congruunt verbis dispo- 67
sitionis, & intentioni disponentis, *Palm.
alleg.* 305, *num.* 9; *& alleg.* 375, *num.* 2;
Rot. dec. 38, *num.* 6, *part.* 16 *rec.*

Eoque magis, quia in hunc sensum dicta
verba accepta fuerunt etiam a Magno
Magistro, ut habetur ex ejus Epistola
responsiva scripta dicto Cardinali Mont-
alto, quæ sicuti expressè, & literali-
ter loquitur de non comprehensione ere-
ctionis Commendarum sub prohibitione
Sixtinæ, non autem de solis erectioni-
bus Commendarum in genere, ita etiam
ostendit talem, & non alium fuisse sen-
sum Epistolæ Cardinalis Montalti, ob
mutuam correlationem, & cohærentiam,
quam habet Epistola missiva cum Episto- 68
la responsiva, ut dixit *Rot. in Romana
Pensionis,* 12 *Februarii* 1685, *§ Non
obstante, coram bon. memor. Paulutio, &
in Melevitana Pensionis,* 15 *Aprilis* 1701,
*§ Nec Pontifex, coram Reverendissimo Do-
mino meo Decano.*

His itaque fundamentis constabilita
non comprehensione Commendarum sub
dispositione Bullæ Sixtinæ, obstare non
poterant firmata in *Firmana Commendæ,*
16 *Januarii* 1697, *coram R. P. D. meo
Priolo*; sive quia ob concessam per Tri-
bunal facultatem illam revidendi, non
erat amplius supponenda, ut fuit dictum 69
in *Colonien. Canonicatus Primæ Gratiæ,*
4 *Februarii* 1699, *§ Hinc neque, coram Me;*
eoque magis cùm adversus eandem deci-
sionem sub die 18 Decembris 1699, con-
cessa fuerit nova audientia; sive etiam 70
quia præcipuum fundamentum dictæ De-
cisionis consistebat in eo, quòd prima
Erectio Commendæ fuerat nulla, utpotè
fun-

fundata ex Bonis fideicommissariis: Se-
71 cunda verò erectio evenerat de anno 1620, & sic longè post Clementinam editam de anno 1601, & prohibentem literaliter easdem erectiones; unde quidquid in ea legitur appositum, tamquam
72 ex diversis circumstantiis, non erat attendendum pro resolutione præsentis controversiæ, ut respondit *Rota in dec.* 480, *num.* 30, *coram Bichio*; *& in Amerina Fideicommissi*, 15 *Junii* 1695, § *Finali*, *coram bo. mem. Muto*.

Et ita prætermisso, tanquam non necessario, examine super Beneplacito præsumpto, resolutum fuit utraque Parte audita; &c.

R. P. D.

SCOTTO.

Forolivien. Commendæ.

Lunæ prima Julii 1709.

Resolutum fuit in audientia, diei 11 Januarii proximè præteriti, Erectionem controversæ Commendæ nequaquam cadere sub dispositione Constitutionis san. mem. Sixti V, prohibentis sub nullitatis pœna alienationes bonorum, quæ per Subditos Ditionis Pontificiæ in Forenses fierent sine Beneplacito Apostolico; cumque fundamenta Decisionis æditæ sub enunciata die Dominis undique subsistere visa fuerint, non dubitarunt hodie in Contumaciam illorum de Savorellis, & Merendis informare recusantium, confirmationis robur superaddere, respondendo pro persistentia *in Decisis*.

Solida namque, & inconcussa apparuit basis præcipua, cui innitebatur decisio, quæ revidetur, consistens in eo, quod Ordo Militaris S. Stephani sit Universi-
73 tas Ecclesiastica, quodque Bulla Sixtina prohibitiva alienationis Bonorum in Forenses, non extendatur ad illas alienationes, quæ fierent favore Universitatum Ecclesiasticarum, ex quo propterea necessaria resultabat consequentia, quòd erectio Commendæ in d. Ordine non cadat sub lege, nec afficiatur nullitate per dictam Constitutionem inflicta, ut concludit antedicta decisio, § *Basis resolutionis*.

Nec ad evertendum dictum capitale fundamentum relevare visa sunt ea, quæ objiciebantur in memoriali porrecto, occasione petendi novam Audientiam; non enim refragabatur, quòd Ordo prædictus S. Stephani, ejusque Universitas Bona, & Commendæ nulli Ecclesiasticæ Personæ, nec Ordinario subjaceant, sed maneant sub libera dispositione Serenissimi Magni Ducis ejusdem Ordinis Magni Magistri. Siquidem Jurisdictio, qua Magnus Magister potitur super dicto Ordine, ejusque Commendis, & Bonis, non promanat a fonte Principatus Secularis, quem possidet, sed ortum habet ex concessio- 74
ne Summi Pontificis Pii IV, qui per ejus Constitutionem, eximendo dictam Universitatem, ejusque Commendas, & Bona ab omni Superioritate Ordinariorum, illa privativè subjecit Magno Duci, non tanquam Principi Laico, sed tanquam Magno Magistro, seù verius Personæ particulari ab ipso deputatæ; ideoque Jurisdictio, quam Magnus Magister super dicto Ordine exercet, dicitur delegata a Summo Pontifice, cujus authoritate, 75
& Privilegio etiam Laici Jurisdictionem Ecclesiasticam acquirere possunt, ex firmatis in *Nullius Provinciæ Hispalen. Juris amovend: Vicarium*, 21 *Februarii* 1707, § 6, *cor. Reverendiss. D. meo Decano*, *&* 12 *Decemb. ejusdem Anni*, § *Et quamvis*, *cor. R. P. D. meo Aldrovando*.

Quinimmo ipsa exemptio a potestate Ordinariorum, & Delegatio facta Magno Magistro, magis confirmat, & comprobat, quòd alias Jurisdictio super dicta Universitate, Commendis, & Bonis, de Jure spectasset ad Ordinarios, a quibus per speciale privilegium Pontificium fuit adempta, cùm privatio ipsa pernecesse 76
præsupponat habitum; *Rot. decis.* 40, *n.* 21, *cor. Priolo*, *& dec.* 1048, *num.* 2, *coram Emerix Jun.*

Quòd si ex qualitate Bonorum arguendum sit ad qualitatem Universitatis, Domini potiùs exinde efficax desumebant argumentum, quòd Ordo S. Stephani esset vera, & propria Universitas Eccle- 77
siastica, cum Bona Commendarum Ecclesiastica sint, ut individualiter firmat *P. Mend. de Ordin. Milit. disq.* 1, *q.* 14, *num.* 233; & fuit semper constans sensus Sacr. Congregationum Immunitatis, & Boni Regiminis, quæ distinguendo inter Bona Patrimonialia Equitum, & illa Religionis, seu Commendarum, ista tanquam Ecclesiastica semper censentur exempta ab oneribus Laicalibus, & Com- 78
munitativis, ut Collectis Decretis, illaque concordando latè firmatum fuit *in Bononien. Exemptionis*, 6 *Junii* 1708, § *In Sacra namque*, *& seqq. cor. R. P. D. meo Falconerio*.

Cùm de cætero præcipuum, & unicum contradistinctivum ad dignoscendum, an aliquod Collegium, vel Universitas ad exercenda pietatis opera ordinata, sit Ecclesiastica nec ne, illud sit, an fuerit authoritate Superioris Ecclesiasti- 79
ci ordinata, vel successivè ab illo confirmata, prout in nostra hypothesi Summi Pontificis authoritate institutus, approbatus, & confirmatus apparet Ordo S. Stephani, ut in Decisione, quæ con-
fir-

firmatur § *Assumptum autem*, *&* *præter ibidem adductos* tradunt *Vitalin. in Clement. quia contingit*, *num.* 81, *&* *seq. de Relig. Dom. Barbos. de Offic. & potest. Episcopi*, *alleg.* 73, *num.* 3, 30, *&* *seq. Rot. dec.* 343, *num.* 25, *cor. Bich. & dec.* 640, *num.* 11, *par.* 19, *Rec.*

Responsione non attenta, quòd confirmatio Pontificia d. Ordinis tendat tantùm ad removendum obstaculum Juris communis, prohibentis Institutionem novorum Collegiorum; etenim pro Institutione Universitatis, Collegii, vel Ordinis, qui nec Religiosus, nec Ecclesiasticus esse debuisset, opus non erat recurrere ad Supremam Summi Pontificis in rebus Ecclesiæ authoritatem, sed exuberasset sola licentia Magni Ducis, ad
80 quem spectat recognoscere, an Collegia, vel Adunantiæ merè laicales in suo Dominio licitæ sint, vel illicitæ, ob periculum illud, quod ex hominum conventiculis oriri potest, juxta *Text. in leg.* 1, *&* *leg.* 3, *ff. de Colleg. & Corpor. illicit. & l.* 1, *ff. quod cujusque universit. nom. Bart. in l. Sodales*, *in* 2 *quæst. ff. de Colleg. illicit. Capyc. Latr. dec.* 169, *num.* 1, *&* *seqq. Reverendiss. Zaul. ad Stat. Favent. rubr.* 30, *lib.* 4, *num.* 1, *tom.* 2. Ideoque licentia Supremi Capitis Ecclesiæ pro erectione hujusce Ordinis obtenta, non poterat referri ad remotionem obstaculi Juris communis, sed necessariò dicendum est, habuisse prò objecto fundationem Universitatis Ecclesiasticæ.

Firmo itaque stante, quòd Ordo S. Stephani sit Universitas Ecclesiastica, non minùs subsistens apparuit alterum assumptum, quòd Bulla Sixtina non comprehendat Universitates Ecclesiasticas. Quamvis enim in illa generaliter prohibeantur alienationes in Communitates, Universitates, & Collegia Laicalia, non autem extendi ad Ecclesiastica, quæ explicitam mentionem requirunt, etiamsi concurreret Identitas rationis, quia in materia exorbitanti a Jure communi, & restrictiva naturalis libertatis, quæ unicuique competit de propriis Bonis ad
81 libitum disponendi, nec identitas, nec majoritas rationis attenditur, sed unicè inspicitur quid, & quantum dispositio in litera contineat, ut probat Decisio, quæ revidetur, § *Potissimè*, *&* § *Minùs relevat*.

Junctis præcipuè tum successiva Constitutione san. mem. Clementis VIII, quæ recensito tenure Bullæ Sixtinæ pro indubitato supponit sub illa fuisse comprehensas Universitates tantùm, quæ Ecclesiasticæ non essent. Tum etiam declarationibus emissis per ipsummet Ponti-
82 ficem Legislatorem per organum Cardinalem de Monte, & Peretti Nepotis, super eo, quòd erectiones Commendarum non caderent sub prohibitione sudiris facta de non alienando in Exteros sine licentia S. Sedis, ut prosequitur dicta *Decisio*, § *Præterea*, *usque ad finem*.

Non relevante, quòd Epistola Cardinalis de Monte contineat oblationem licentiæ per Pontificem factam, quæ præsupponit vinculum prohibitionis; altera verò Cardinalis Nepotis pariter concludat cum verbis -- *Speri grazie e favori*; nam Epistola Cardinalis de Monte ex oraculo habito a Pontifice principaliter declarat -- *Che veramente la Bolla non comprende questi casi* -- & licèt in ea subdatur -- *Che se alcuno volesse fare simili Commende, le notifichi a lui, che non solo li darà licenza, ma che li dichiarerà non esser compresi in detta Bolla*; tamen ex tenore hujusmodi verborum apertè colligitur, quòd oblatio licentiæ non 83
stat per modum necessitatis, sed superfluæ exhibitionis ad favorem illorum, qui pet possibile dubitassent de comprehensione; maximè quia Pontifex non solùm obtulit licentiam, sed quòd ulteriùs declarasset, non comprehendi sub Bulla, sicque necessariam non esse licentiam, quæ non exigitur, ubi ulla concurrit prohi- 84
bitio, ad regulam *Text. in leg. nec non*, *ff. ex quibus caus. majores leg. prima*, *ff. de legat.*

Expressio autem *di grazie*, *e favori*, contenta in altera Epistola Cardinalis Nepotis, neutiquam designare poterat spem Beneplaciti, vel licentiæ pro erectione Commendarum, dum in eadem Epistola, Commendæ declarantur non comprehensæ sub prohibitione, nec opus habet gratia, qui actum jure suo, & le- 85
ge permittente explere potest, ut dixit *Rota*, *decis.* 375, *num.* 13, *&* *dec.* 1632, *num.* 12, *cor. Coccin. & observat decisio*, *quæ revidetur*, § *Et ob id*.

Et ita approbando in reliquis deducta in d. mea præcedenti Decisione, videntibus omnibus DD. resolutum fuit altera, &c.

ADDITIO XXVI.

ARGUMENTUM.

Ordinarius procedere nequit per Censuras contra exemptos. An, & quando illos declarare valeat incursos in Censuras, a Jure communi inflictas. In casibus, in quibus iidem exempti particulariter subjiciuntur Ordinario, an valeant ab eo etiam per Censuras puniri. Latè examinatur quæstio, an Eques Militaris Ordinis S. Stephani, obtinens Beneficium, subjectum Ordinario, servare teneatur leges, sub pœna Suspensionis, vel alterius Censuræ,

furæ per ipsum Ordinarium latas, & an possit se subjicere illius jurisdictioni in favorabilibus, pro obtinenda nimirum absolutione a Censuris, vel dispensatione.

SUMMARIUM.

1 *Quibus Privilegiis gaudeat Equestris Ordo S. Stephani Papæ, & Martyris.*

2 *Censuræ ferri non possunt, nisi in Subditos.*

3 *Exemptus non ligatur lege Synodali Ordinarii.*

4 *Et si Episcopus Edicto, vel Decreto Synodali præcipiat idem, quòd a Sacr. Canonibus, & Apostolicis Constitutionibus sancitur, adhuc contra exemptos non potest adjicere pœnas Censurarum.*

5 *Ordinarius, juxta nonnullorum opinionem, declarare non valet exemptum incursum in Censuras, a Jure communi inflictas, & quare.*

6 *Et in terminis percussionis Clerici, per Militem Hierosolymitanum commissæ, affertur Decretum Sacr. Congregationis.*

7 *Contrarium alii tenent.*

8 *Delictum quando dicatur notorium.*

9 *Ordinarius, licèt non possit declarare exemptum Censura illaqueatum, potest tamen illum denunciare Populo, tamquam excommunicatum, ut evitetur; etiamsi privilegium quoque habeat, ne excommunicetur, & quare, & num. 10.*

11 *Quando aliquis est crimine diffamatus, potest procedi extrajudicialiter, & absque ullo formali processu.*

12 *Si verò delictum non sit publicum, sed pro ejus liquidatione requiratur processus formalis, tunc Ordinarius neque ad denunciationem procedere valet, & de ratione.*

13 *Multoque minus sententiam declaratoriam ferre.*

14 *Quando delictum dicatur non modò publicum, sed ulterius notorium notorietate speciali.*

15 *Exemptum, committentem delictum notorium notorietate speciali, potest Ordinarius nedum denunciare esse Censuris ligatum, verum etiam declaratoriam ferre super illarum incursu.*

16 *In Notoriis non servatur Juris Ordo.*

17 *Ordinarius Testes audiens, & probationes recipiens, ad habendam publicitatis qualitatem, aut notorietatis, non dicitur procedere, ut Judex.*

18 *Dubitatur de conclusione posita sub n. 15, & n. 20.*

19 *Sententia, declaratoria notorietatis delicti, ferri debet prævia citatione Rei.*

21 *Exempti in casibus particularibus aliquando Ordinario subjiciuntur.*

22 *In exemptum, delinquentem circa Curam Animarum, & Sacramentorum administrationem, potest Ordinarius procedere etiam ad Censuras.*

23 *Cùm hoc casu utatur jurisdictione, ubi per Sedem Apostolicam delegata.*

24 *Eaque uti potest, tam in actu Visitationis, quàm extra, quandocumque opus fuerit.*

25 *Quando Ordinarius utitur jurisdictione delegata, nullo jure potest per exemptos impediri, & affertur ratio.*

26 *In casu, quo exemptus aliqua ratione, vel medio subjiciatur Ordinario, qui non utatur jurisdictione delegata, sed ordinaria tantùm, tenent nonnulli ex Theologis, illum non posse contra exemptum Censuras ferre, sed teneri ad procedendum aliis pœnis.*

27 *Contraria tamen sententia est verior.*

28 *Quamvis aliàs debeat Ordinarius parciùs Censuris uti, & quatenus meliora remedia non suppetant.*

29 *Regulares, accedere renuentes ad publicas Processiones, ab Ordinario compelli possunt.*

30 *Privilegio exemptionis a jurisdictione Ordinarii non gaudent Regulares, degentes in Monasteriis, vel locis, quæ sunt pleno jure illi subjecta.*

31 *Prout sunt hodie parvi Conventus.*

32 *Exemptus, aliquo modo subjectus Ordinario, non tamen quoad personam, Censuris ab eo ligari non potest, & quare.*

33 *Regulares in Causis civilibus, præcipuè si Conservatore careant, conveniri debent coram Ordinario.*

34 *Quia tamen non subjiciuntur quoad personam, non possunt ab eodem Ordinario Censuris ligari.*

35 *Clerici Milites Equestris Ordinis S. Stephani capaces sunt omnium Beneficiorum Sæcularium, etiam sine speciali privilegio, vel dispensatione.*

36 *Hujusmodi Clerici Milites, obtinentes Canonicatum, seu aliud Beneficium Sæculare, Ordinario subjectum, fiunt subditi, ratione rei, ipsius Ordinarii.*

37 *Idem procedit, si aliquod Officium obtineant, Ordinario subjectum.*

38 *Non incurrunt tamen Censuram, violando legem, vel decretum Ordinarii, cui pœna Censuræ adjecta sit, & exemplificatur, & num. 42, & 47.*

39 *Possessor rei, sitæ in aliena jurisdictione, si illius causa conveniatur, coram Judice ejusdem rei comparere debet.*

40 *Iste autem Judex jurisdictionem in*

personam Possessoris non habet, & numer. 43.

41 *Ac propterea non potest ipsum excommunicare.*

44 *Clerici Milites, quamvis ratione Beneficii subdantur Ordinario circa ipsum Beneficium, quoad personam tamen sunt exempti, & num.* 45.

46 *Neque circa hoc Sacr. Conc. Tridentinum aliquid innovavit, excepta Cura Animarum, & Sacramentorum administratione.*

48 *Poterit quidem Ordinarius Militem Beneficiatum, ratione Beneficii delinquentem, fructibus privare, vel distributionibus, vel voce in Capitulo, vel interventu in Choro, vel illum a Beneficio suspendere, juxta facti qualitatem.*

49 *Prædicti Milites, etsi non incidant in Censuram, non servando Leges, aut Decreta Ordinarii circa Ecclesiasticam disciplinam, peccant tamen ratione scandali, & affertur ratio.*

50 *Exemptus, vinculo excommunicationi innodatus ex communi sententia, non potest se subjicere Episcopo, ut absolvatur.*

51 *Non enim potest suæ exemptioni renunciare, & de ratione, & num.* 52.

53 *Limita, quando exemptio respicit tantùm personam exempti.*

54 *Potest exemptus, de consensu sui Superioris, Episcopo se submittere.*

55 *Tutissimum erit hoc casu, quòd Superior, vel licentiam tribuat exempto se submittendi Episcopo, ut ab eo absolutionem recipiat; vel quòd ipsum exemptum directè mittat ad Episcopum pro absolutione.*

56 *Ubi tamen Superior exempti non est Sacerdos, & non daret illi facultatem accedendi pro absolutione ad Episcopum, vel non mitteret; adhuc sponte sua posset idem exemptus petere absolutionem, eaque valida foret.*

57 *Jurisdictio in absolvendo est voluntaria, ac proinde Episcopo gratiam, vel beneficium concedente, nulla sequitur Judicum confusio, aut perturbatio.*

58 *Idem dicendum de dispensatione, quando Superior exempti dispensare non valet.*

59 *Fortius si idem exemptus dispensatione indigeat ad Ordinem suscipiendum, vel in eo ministrando.*

60 *Et pariter si agatur de dispensatione Matrimoniali.*

61 *Indulgentias concedere item est jurisdictionis voluntariæ.*

62 *Et tamen potest Episcopus eas concedere etiam exemptis.*

63 *Exemptus, qui sit immediatè subjectus Sedi Apostolicæ, non potest, absque illius assensu, suæ exemptioni renunciare, & adducitur ratio.*

64 *Secus verò dicendum de exempto ab Episcopo, & alteri Superiori subjecto; qui potest in aliquo casu particulari, in quo nullum irrogetur Superiori suo præjudicium, se ipsum Episcopo submittere.*

65 *Sacr. Conc. Trident. sess. 24, de reform. cap. 11, non revocat privilegia, Ordinibus Militaribus a san. m. Pio IV, concessa, sed ea tantùm adimit acta illis non inservientibus.*

PLuribus privilegiis cumulavit Sacram Militiam Sancti Stephani Papæ & Martyris san. mem. Pius IV in ejus institutione; ac præ cæteris omnes 1 ipsius Militiæ Professores a quacumque jurisdictione, visitatione, ac potestate Ordinariorum totaliter liberavit, & Serenifs. Magno Magistro in spiritualibus, & temporalibus pleno jure supposuit. Ac prætetea noluit eusdem Milites posse ab Ordinariis locorum Censuris ligari, prout utrumque resultat ex Constit. *Altitudo*, § 1, quæ subsequitur *in* 60 ipsius Pontificis.

Hinc certum est, quòd sublata Ordinariorum jurisdictione in Milites, Censuræ, si quæ per eosdem Ordinarios in ipsos Milites latæ sint, irritæ omnino fient; tum ex defectu jurisdictionis, cùm 2 non possint ferri, nisi in subditos, *can. nullus* 9, *q.* 2, *cap. a nobis* 21, *de sent. excommun. Gibalin. de censur. disquis.* 4, *q.* 3, *num.* 6, *Fagnan. in cap. tuarum, n.* 46, *de privileg. Anaclet. in tit. de senten. excomm. num.* 18, *Rot. decis.* 47, *par.* 15 *rec.* tum obsistente altero privilegio, ne possint Censuris irretiri, *cap. cum olim* 12, *de privileg. cap.* 1, § *In eos eod. in* 6, *Rot. cor. Buratt. decis.* 146, *num.* 2.

Idque procedit, etiam quoad Censuras, vel Edicto, vel Decreto Synodali præscriptas; quia exemptus non tenetur 3 Lege Synodali Ordinarii, *cap. nimis prava, ibique Gloss. & DD. de excessib. Prælat. Franc. Pastoral. Regular. par.* 2, *q.* 22, *num.* 30: quòd adeò verum est, ut si Episcopus Edicto, vel Decreto Synodali præcipiat idem, quod præcipiunt Sacri Canones, & Constitutiones Apostolicæ, adhuc non potest adjicere pœ- 4 nas Censurarum, ut respondit *Sacr. Congreg. in Melden.* 24 *Augusti* 1686, & *in Melitem. Synodi*, 27 *Novembris* 1694, *apud Eminentiss. Petr. ad Constitut.* 11 *Alexandri IV, sect. unic. num.* 29.

Hæc per se satis clara esse videntur, & quæ nullam admittunt dubitationem. At gravis est controversia, an valeat Ordinarius declarare eosdem Milites incursos in Censuras, a Jure communi præscriptas, si delictum aliquod commiserint, habens annexam Censuram, veluti

si

si Clericum percusserint. In quo qui-
dem articulo, quòd Ordinarius non va-
leat ferre declaratoriam Censurarum in
exemptos, quia est actus jurisdictionis,
requirens citationem, & alia, quæ con-
tra exemptum expediri nequeunt ab eo,
5 qui caret jurisdictione, tenent plures Re-
gulares foventes propriam causam, tan-
quam exempti; *Lezzan. summ. quæstion.
regular. tom. 3, verb. exemptio Regularium,
num. 9; Donat. in prax. par. 2, tract.*
*13, q. 26, 27; Pasqualig. ad Franch. con-
trov. inter Episc. & Regul. par. 2, q. 7,
num.* 4, apud quos alii concordantes. Et
magis ad rem, quòd Miles Hierosolymi-
6 tanus declarari non potuerit excommu-
nicatus ab Episcopo, ob Clerici percus-
sionem, censuit Sacra Congregatio, te-
ste *Fagnan. in cap. non potest, num. 8, de
re judic.*

E contra verò multi putant, Ordina-
rium posse declaratoriam ferre, quia
7 non dicitur ligare, sed declarare liga-
men, a Jure inductum, atque utraque
sententia vera est in suo casu. Vel enim
crimen ab exempto commissum, cui Cen-
sura annexa est, fuit perpetratum publi-
cè, in loco nempe, in quo solent homi-
nes convenire, & in præsentia plurimo-
8 rum, itaut redditum sit manifestum, seu,
ut dicunt Criminalistæ, notorium largo
modo sumptum, ut in *can. manifesta,
& can. de manifesta 2, q. 1, cap. cum olim,
in fin. de verbor. signif. cap. Constitu-
tionem, eod. in 6*, & tunc, licèt non pos-
sit declarari illaqueatus Censura, quia
declaratoria prærequirit præcedentem ci-
tationem, aliaque acta jurisdictionem
9 præsupponentia; poterit tamen denunciari
Populo tanquam excommunicatus, ut
evitetur, etiamsi, præter exemptionem,
habeat quoque privilegium, ne possit ex-
communicari, ex ea nimirum ratione,
quia denunciatio non est actus judicia-
lis, respiciens exemptum, sed Populum
subjectum Ordinario, qui voce, & Edi-
cto Pastoris monetur, a qua morbosa
ove cavere debeat, quòd ad Pastoris
officium pertinet, qui propterea denun-
tiare valet etiam exemptum, *can. curæ sit,
11, q. 3; Clem. 1, de privileg. Clem. un.
de consang. & affin. Campanil. in univers.
jur. Can. tit. 12, cap. 16, num. 42; Bar-
bos. de potest. Episc. alleg. 105, num. 73;
Episc. Ventrigl. in prax. par. 1, annot. 48,
§ Un. num. 134*: optimè *Fagnan. in d.
cap. non potest, num. 13, & seqq. de re
judic. Pignatt. consul. 10, num. 1, & seq.
tom. 7, consul. 52, num. 6, & consul. 55,
tom. 9*: optimè item *Card. De Luc. de
jurisd. disc. 29, num. 2, vers. denuntia-
tio; & in Miscell. Ecclesiast. disc. 13, n.
22, & disc. 14, num. 4, vers. Multo ve-
rò magis; & in annot. ad Trid. disc. 43,
num. 7*; & censuit *Sacr. Congr. relat. a
Barbos. vot. 135, num. 41, lib. 3.*

Idipsum admisit in Milite Hierosolymi-
tano, qui publicè Parochum percusserat, 10
Sacra Congregatio, relata per *Fagnan.
in d. cap. non potest, num. 8, de re judic.*
& in contrarium adducta. Nam post-
quam dixit, Episcopum non posse eun-
dem excommunicare, neque declarare
excommunicatum, dixit tamen eundem
Episcopum posse præcipere Parochis, Ca-
nonicis, & aliis Sacerdotibus, ne eum
admittant ad divina, & intra Ecclesiam,
quòd idem operatur.

Nec est, quòd queratur exemptus de
denunciatione, cùm jam sit de crimine
diffamatus; & Ordinarius hoc modo
nullam exercet jurisdictionem, sed cir- 11
ca eum procedit extrajudicialiter absque
ullo formali processu, *cap. bumani, de ho-
micid. in 6, Clem. ult. de censib. Clem. 1,
de pæn. Pignat. consult. 10, numer. 3,
tom. 7.*

Si verò delictum non sit publicum,
sed indigeat processu formali pro ejus
liquidatione, tunc certè non poterit Or- 12
dinarius procedere neque ad denuncia-
tionem, quia prærequiruntur actus, qui
sine jurisdictione exerceri nequeunt in
exemptum, multoque minus poterit fer-
ri declaratoria, ut bene idem *De Luc.
Miscell. Eccles. disc. 14, num. 6, 9, Em.
Petr. ad Constitut. 1 Leonis IX, sect.
2, n. 71.* Atque in his circumstantiis re-
ctè procedit sententia in contrarium su-
pra relata, denegans Ordinario faculta-
tem declarandi exemptum incursum in
Censuras, cùm sive delictum sit publi-
cum, sive non publicum, nunquam pos- 13
sit procedere ad declaratoriam, quæ con-
tinet formalem criminis declarationem,
& condemnationem delinquentis, adeo-
que præsupponit necessariam jurisdictio-
nem, quæ cessat quoad exemptum.

Quòd si delictum sit, non modo pu-
blicum, sed ulterius notorium notorie-
tate speciali, ita ut nec possit ulla ra- 14
tione defendi, aut excusari juxta termi-
nos, apud Criminalistas usitatos, & de
qua notorietate *Mascard. de probat. con-
clus. 1106, in princ. Farinacc. quæst. 21,
in princ. Fagnan. in cap. vestras, a num.
68, de cohabit. Clericor. & Mulier.* tunc
Ordinarius non solùm denuntiare pote-
rit exemptum esse Censuris ligatum, sed
etiam declaratoriam ferre, prout præmis- 15
sam distinctionem latè explicat, & ple-
ne cum plurimis Decretis Sacræ Congre-
gationis exornat *Eminentiss. Petr. ad Con-
stit. 11 Alexandri IV, sect. un. a num.
10, & seqq. per tot.* ex ea nimirum ra-
tione, quia in notoriis non servatur Ju- 16
ris ordo, *cap. ad nostram, 21, de jure-
jur.* & ideo Ordinarius procedendo ad
declaratoriam, non procedit judicialiter,
& tanquam habens jurisdictionem, &

per consequens non impeditur exemptionis privilegio.

Et si ad instruendum animum, atque ad habendam qualitatem publicitatis, aut notorietatis, Ordinarius testes audiat, &
17 probationes recipiat, non propterea dicitur procedere ut judex, ut prosequitur *idem Eminentiss. Petr. loc. cit. num.* 14; *Card. De Luc. Miscell. Eccles. disc.* 14, *a num.* 7.

De hac tamen distinctione inter pu-
18 blicum, & notorium valde dubitarem, non obstante *Eminentiss. Petr.* doctrina. Siquidem licet contra notorium delinquentem omnia jura clament, & talis delinquens habeatur pro condemnato, nec requiratur sententia judicis quoad
19 pœnam; requiritur tamen sententia declaratoria notorietatis delicti, quæ ferri debet prævia citatione Rei, *Magon. decis. Florent.* 47, *num.* 23, 24; *Menoch. de arbitr. cas.* 235, *num.* 12, *& seqq. Farinac. q.* 21, *num.* 69, *&* 115; *Fagnan. in d. cap. vestra num.* 96, *in fin. de cohabit. Cleric. & Mulier.* Cumque Reus citari nequeat ex defectu jurisdictionis,
20 dicerem utroque in casu, tum publici, tum notorii delicti procedi tantùm posse ad simplicem denunciationem, non verò ad declaratoriam. Parum attentis DD. & Sacræ Congregationis verbis, exprimentibus interdum denunciationem, interdum declarationem, quia sæpe pro synonimis ponuntur, non cum rigore, & in proprio, ac stricto sensu, quod etiam observat idem *Eminentiss. Petr. d. sect. un. num.* 11, *vers. pro illustranda.*

Gravior est dubitatio, an possit Ordinarius procedere ad Censuras contra exemptum in casibus, in quibus particu-
21 lariter subjicitur illius jurisdictioni, nam multoties exempti Ordinario subjiciuntur secundùm subjectam materiam, ac facti circumstantias, ut latè *Barbos. de potest. Episc. alleg.* 105, *a num.* 14, *Chokier. de Ordinar. jurisd. in exempt. tom.* 1, *par.* 2, *q.* 45. *Episc. Ventrigl. in prax. par.* 1, *annot.* 48, *§ Un. per tot. Pignat. consult.* 43, *tom.* 8.

Et quidem, si agatur de Cura Animarum, & administratione Sacramentorum,
22 certum est posse Ordinarium procedere contra exemptum, circa ea delinquentem, etiam ad Censuras, ex particulari *Constit. Inscrutabili*, 18, *Gregorii XV*, quæ
23 hac in re tollit omne scrupulum, quia Ordinarius utitur jurisdictione sibi per Sedem Apostolicam in hac parte delegatam in eadem Constitutione, de qua *Fagnan. in cap. Cum Capella, num.* 18, *& seqq. de privileg. Sacr. Congr. Conc. in Lauden. jurisdictionis*, 1 *Decembris* 1691; & in terminis Parochorum Sacræ Militiæ Hierosolymitanæ, *Pignatt. consultat.* 305, *tom.* 1, *& consult.* 21, *tom.* 2.

Et quamvis nonnulli ex Theologis Regularibus, qui mordicus tuentur sua privilegia, asserant id competere Ordinario tantùm in actu visitationis; attamen eorum sententia retunditur ex verbis allatæ Constitutionis, quæ tribuit Ordi- 24
nario facultatem procedendi ad Censuras, & alias pœnas, etiam extra visitationem, & quandocumque, & quoties opus fuerit, & observat *Pignatt. consul.* 21, *tom.* 2; plene *Franc. in Pastoral. Regular. par.* 2, *q.* 22, *num.* 37, *& seqq. Card. De Luc. de jurisd. disc.* 101, *num.* 6; *Rot. decis.* 120, *num.* 13, 14, *par.* 18 *rec.* Et certe ubi Ordinarius utitur jurisdictione delegata, nullo jure impediri potest per exemptos, cùm jurisdictio sit major, & potentior exemptionis privilegio; immo concessa per Sedem Apo- 25
stolicam eo consilio, ac mente, ut per exemptionem non valeat impediri, *Lauret. de Franch. controv. inter Episc. & Regular. par.* 1, *num.* 107; *Fagnan. in cap. cum dilectus, num.* 42, *de relig. domib. & in cap. ex part.* 18, *num.* 22, 23, *de privileg. Franc. Pastoral. Regul. par.* 2, *q.* 22, *num.* 13, *De Luc. Miscell. Eccles. disc.* 16, *num.* 15.

Difficultas igitur reducitur ad casum, in quo Ordinarius contendat ligare Censura exemptum, quando aliqua ratione, vel medio illi subjicitur, nec ei conceditur jurisdictio delegata, sed sua tantùm ordinaria procedit. In quo articu- 26
lo Theologi nonnulli suo more sentiunt non posse Censuras ferre, sed teneri ad procedendum aliis pœnis; *Sanch. de Matrim. lib.* 7, *disput.* 33, *num.* 23, *Pasqualig. ad Franc. par.* 2, *q.* 17; *Dian. tract.* 2, *de dub. regular. resol.* 76, *par.* 2, apud quos alii concordantes. Verùm DD. Regulares non merentur attendi, quia scribunt potius ex affectione, quam ad veritatem, & sunt infensi jurisdictioni Ordinariorum; *Pignatt. d. consul.* 21, *num.* 6, *tom.* 2; *Eminentiss. Petr. ad Constit.* 2 *Anastasii IV, sect.* 3, *num.* 9, *vers. Unde quidquid*; ideoque verior sententia est Ordinarium, ubi potest procedere contra exemptos, posse etiam ferre Censuras, licet procedat ordinaria auctoritate, etiam si exempti privilegium habeant, ne possint excommunicari, quia conces- 27
sa jurisdictione, censentur etiam concessa omnia illa, quæ ad eam bene explendam conducunt, ut plene *Ventrigl. in prax. par.* 1, *annot.* 48, *§ Un. in fin. Ciarlin. controv.* 50, *num.* 21; *Pignatt. consul.* 45, *a num.* 25, *tom.* 3; *Card. De Luc. Miscell. Eccles. disc.* 15, *num.* 8, *disc.* 16, *num.* 12; *& de jurisd. disc.* 29, *num.* 7, *idem Eminentiss. Petr. ad d. Constit. Alexandri IV, sect. un. num.* 21, *& seqq. & num.* 30, *& seqq.* Quamvis parcius Ordinarius Censuris uti debeat, & 28
qua-

quatenus non suppetant meliora teme-
dia, ex *cap. ne aliqui, de privileg. in 6.*
idem *Eminentiss. Petr. loc. cit. num.* 35.
Id tamen verum puto solùm in casi-
bus, in quibus exempti subjiciuntur Or-
dinario quoad personam; itaut possit
eosdem personaliter cogere, & coercere;
29 veluti exemplificant DD. in Regulari-
bus, renuentibus accedere ad publicas
Processiones, quos compelli posse ab Or-
dinario voluit *Trid. sess.* 25, *cap.* 13, *de
Regular.* vel in iisdem Regularibus de-
30 gentibus in Monasteriis, vel locis ple-
no jure subjectis Ordinario, quia tunc
cessat exemptio, *cap. volentes*, *§ in eos
vers. nisi forsan, de privileg. in* 6, prout
31 sunt hodie omnes Regulares in parvis
Conventibus post *Constitut. Instaurandæ*
27, *Decretum, ut in parvis* 32, *Innoc.*
X, ut observat *Card. De Luc. de jurisd.
disc.* 36, *num.* 4; *idem Eminentiss. Petr.
ad d. Const.* 11 *Alexandri IV, sect. un.
num.* 37; *Fagnan. in cap. grave, n.* 78,
de offic. judic. Ordin.
Cæterum si exemptus subjiciatur Or-
dinario aliquo modo, non tamen quoad
32 personam, Censuris ligari non poterit,
quia Censura est pœna, quæ afficit per-
sonam, eamque sequitur, sicut lepra le-
prosum; *Fagnan. in cap. treugas num.* 7,
de treug. & pac. Ideoque, licet Regula-
res omnes in causis civilibus, præcipuè
33 si Conservatore careant, conveniri de-
beant, & condemnari, & cogi ad sol-
vendum per Ordinarium, ut quotidiana
praxis docet, maximè post Constit. 9
Gregorii XV, & censuit *Sacr. Congreg.
in Angelpolitana*, de qua in Constit.
Cum sicut, 29, Innoc. X, ad 6, *Tondut. de
præven. par.* 3, *cap.* 3, *num.* 6, *Fagnan. in
cap. sanè* 9, *num.* 51, *de offic. & potest.
judic. deleg. Pignat. consult.* 1, *num.* 5,
tom. 3; *Card. De Luc. de Regular. disc.*
1, *num.* 33, *vers. id autem, & disc.* 91,
num. 5, *de jurisdict.* Attamen, quia
34 quoad personam non subjiciuntur, non
possunt ligari Censuris ab eodem Ordina-
rio ex defectu jurisdictionis, *Fagnan. in
cap. tuarum, num.* 46, *de privileg. Emi-
nentiss. Petr. sæpe citat. Constit.* 11 *Ale-
xandri IV, sect. un. num.* 6; *Rot. decis.*
120, *num.* 1, 2, *par.* 18, *tom.* 1 *rec.*
Salvis casibus particularibus, in quibus
plena tribuitur jurisdictio in personas Re-
gularium, ut dictum est.
Hinc infertur ad casum, an Miles Sa-
cræ Militiæ Sancti Stephani obtinens Be-
neficium subjectum Ordinario, teneatur
servare Leges per Ordinarium latas cir-
ca statum Clericorum sub pœna suspen-
sionis, vel alterius Censuræ. Pone, quòd
Miles hujus Sacræ Militiæ obtineat Ca-
nonicatum Ecclesiæ Cathedralis, prout
obtinere posse non est dubium per ea,
quæ alibi adnotavimus, quia Professores
bujus Militiæ, cùm non emittant tria 35
vota substantialia, sunt capaces omnium
Beneficiorum Sæcularium, etiam sine spe-
ciali privilegio, vel dispensatione, ut
loquendo de Militibus hujusce Sacræ Mi-
litiæ *Barbos. ad Trid. sess.* 14, *cap.* 11,
num. 8, *& de potest. Episc. alleg.* 57, *n.*
173; *Pignat. consult.* 73, *num.* 1, *tom.* 6;
Card. De Luc. ad Trid. disc. 13, *num.* 3,
4, ac magis ex professo *Rot. decis.* 228,
par. 3 *rec.*
Certum est, quòd obtinendo Canoni-
catum, vel aliud Beneficium Sæculare
subjectum Ordinario, fit subditus ipsius 36
Ordinarii; non quidem amittendo suam
exemptionem, sed gerendo duplicem per-
sonam, itaut quà est Miles, sit exem-
ptus, quà verò est Canonicus, seu Bene-
ficiatus, sit suppositus ratione rei, ex
celebri *text. in cap. cum Capella, de pri-
vileg. Franc. Pastoral. Regular. par.* 2,
q. 21, *num.* 29, 31, plene *Salgad. de Sup-
plic. ad Sanctiss. par.* 2, *cap.* 15, *per tot.
Fagnan. in cap. ex parte, num.* 52, *de pri-
vileg. Card. Albit. apud Card. De Luc.
de jurisdict. discept.* 2, *q.* 2, *num.* 13;
idemque est si obtineat aliud officium 37
subjectum Ordinario; fit enim subditus
ratione officii, ut subdunt *Salgad. loc.
cit. num.* 9; *Franc. d. q.* 21, *num.* 31;
Fagnan. num. 53; *Card. Albit. num.* 14.
Cùm ergo fiat subditus ratione Bene-
ficii, dubitatio non emergit, an Miles
Beneficiatus incurrat in Censuram non
servando Legem, vel Decretum Ordina-
rii, cui pœna Censuræ adjecta est, maxi-
me circa ea, quæ videntur quodammo-
do respicere Beneficium ipsum, veluti si
sub pœna suspensionis prohibeatur in Cho-
ro Capillitium, sive Coma fictitia, gesta-
tio habitus brevioris, confabulatio in
Ecclesia, vel quid simile.
Puto Militem aliàs exemptum, quam-
vis obtineat Canonicatum, vel Benefi-
cium, subjectum Ordinario, non incur- 38
rere in Censuram, si fictam Comam ge-
rat in Choro, vel fabuletur in Ecclesia,
vel quid simile agat ab Ordinario pro-
hibitum sub Censura, quia Ordinarius
non procedit jure delegato, sed solum
sua ordinaria jurisdictione, quæ est in-
ferior exemptionis privilegio, quo gau-
det Miles.
Nam juxta relatos DD. Ordinarius
non acquirit super Militem Beneficiatum,
nisi jurisdictionem ratione Beneficii, hoc
est, rei subditæ, instar Judicis rei sitæ;
& sic idem Miles sortitur quidem fo-
rum ipsius Ordinarii quoad Beneficium
ipsum, itaut coram eo respondere de-
beat si illius causa conveniatur, exemplo 39
possessoris rei sitæ in alterius jurisdictio-
ne, ut per *Soccin. in cap. sane*, 3, *num.* 3,
*vers. primo, declaratio de for. compet.
Carleval. de judic. lib.* 1, *tit.* 1, *dispu-
tat.*

tat. 2, num. 145. Verùm ficuti judex rei
40 fitæ nullam habet jurisdictionem in perfonam poffefforis, fed solùm circa rem ipfam, *l. ult. C. ubi in rem act. Fermofin. in cap. sane, q. 2, de for. compet. Carleval. de judic. d. disp. 2, num.* 151, *Modern. Cabrun. lucubrat. forens. lucubrat.* 12, *num.* 39, & *seqq.* & propterea cùm careat jurifdictione in perfonam, non poteft excommunicare ipfius rei poffeftorem, ut notabiliter *Marian. Soccin.*
41 *in d. cap. sane, num.* 12, *de for. compet. ibique Bellam. sub num.* 2, *vers. dicit Vincentius & Butr. num.* 10, ita prorfus Ordinarius ratione Beneficii fibi fubditi,
42 non poteft exercere jurifdictionem refpectu perfonæ poffefforis exiftentis de alio foro, *Gloff. fingularis, in cap. Quia intantum* 5, *Verb. plures, de præben. ubi Abbas in fin. Innoc. in cap. cum jam dudum verf. alii inhærent, eod. tit. Felin. in cap. dilectus filius, n.* 9, *de rescript.* Et quemadmodum exemptus, etfi ratione rei non exemptæ, tenetur refpondere quoad rem
43 ipfam, in foro Judicis ejufdem rei; non inde tamen fit fubditus ipfius Judicis, ut poft *Gloff. in Clem. un. verb. fubditos, de for. comp. Rot. dec.* 165, *n.* 6, *par.* 7 *rec.* Ita Miles exemptus, maxime fi exemptio, prout eft noftra, refpiciat generaliter perfonam, etfi debeat quoad Beneficium
44 refpondere Ordinario, remanet nihilominus exemptus quoad perfonam, ut punctualiter *Chokier. de jurisdict. Ordin. in exempt. tom.* 1, *par.* 2, *q.* 45, *numer.* 6, *verf. quod tamen*, & exempta perfona non poteft effe locus Cenfuris, ut dictum eft.

Hæc exemptio Militis Beneficiati quoad perfonam redditur indubitata ex ipfo exemptionis privilegio per Pium IV conceffo, in quo idem Pontifex motu proprio Profeffores hujus Sacræ Militiæ *etiam in Sacris, & Presbyteratus Ordinibus conftitutos, & quæcumque, quotcunque, & qualiacunque, cum Cura, & fine Cura Beneficia Ecclefiaftica obtinentes* eximit,
45 adeout perfona ipfa, quamvis Beneficium cujusvis generis obtineat, nihilominus manet femper exempta, neque ullam poterit in eam Ordinarius jurisdictionem fibi vindicare. Cui privilegio non fuit derogatum per Concilium Tridentinum, neque per alias pofteriores
46 Apoftolicas Conftitutiones, cùm, excepta Cura Animarum, & adminiftratione Sacramentorum, nihil innovaverint, *Rot. decif.* 391, *num.* 34, *par.* 13, *decif.* 120, *num.* 8, & 15, *par.* 18, *tom.* 1 *rec.*

Cùm igitur perfona Militis, quamvis Beneficium obtineat, fuam habeat exemptionem ab Ordinario, ac præterea ex alio capite privilegii non poffit cenfura-
47 ri, fequitur eandem non ligari Edictis, aut Decretis ipfius Ordinarii aliquid præcipientis fub pœna Cenfuræ, *per tex. in cap.* 1, § 1 *de privileg. in* 6, & in terminis *Fagnan. in cap. tuarum, a num.* 10, & *feqq. de privileg.* Quare poterit folùm Ordinarius, qui non utitur in hoc cafu delegata, fed fua tantùm ordinaria jurifdictione, Militem Beneficiatum, ratione Beneficii delinquentem, privare fructibus ejufdem, vel diftributionibus, vel voce in Capitulo, vel interventu in Choro, vel illum a Beneficio fufpendere, juxta facti qualitatem; quia hæc non 48
fonant in formale exercitium jurifdictionis in perfonam, *Tondut. refolut. benefic. par.* 1, *cap.* 61, *num.* 10; *Franc. de Ecclef. Cathedr. cap.* 30, *num.* 254, & *feqq.* nunquam verò procedere per Cenfuras, aliafque pœnas perfonales, ut bene *Card. De Luc. de jurifdict. difc.* 101, *num.* 8; *ead. Rot. d. decifion.* 120, *part.* 18 *rec.* ubi fuerunt declaratæ nullæ Cenfuræ Epifcopi Imolenfis contra exemptum ex defectu jurifdictionis, quamvis etiam cum fcandalo deliquiffet. Crederem tamen ejufmodi Militem non fervantem fimiles leges, aut Decreta, ad ecclefiafticam difciplinam fpectantia, etfi non cadat in Cenfuram, peccare ratione fcan- 49
dali, quia tenetur vi directiva fe conformare aliis Canonicis, feu Beneficiatis, ut ex notis principiis.

Sequor genium in hac materia, & quæro: An Miles hujus Sacræ Militiæ, qui eft exemptus, ut dictum eft, ab Ordinarii jurifdictione, poffit fe fubjicere ejufdem jurifdictioni in favorabilibus, veluti pro obtinenda abfolutione, vel difpenfatione, quando requiritur formale exercitium jurifdictionis fori exterioris.

Pone Militem effe excommunicatum a jure, vel contraxiffe impedimentum fuperveniens, fi fit uxoratus, vel effe irregularem, & poffe abfolvi, vel difpenfari ab Epifcopo; poterit ne fefe fubjicere ipfi Epifcopo, ut abfolvat, vel difpenfet?

Quoad abfolutionem quæftio fuit olim propofita in terminis Monachi excommunicati, *Federico de Senis*, dum effet Perufii, & confului, *conf.* 14, exemptum hoc cafu poffe fe fubjicere Ordinario, & abfolvi; quia exemptio, inducta ad favorem, non debet in ejus odium retorqueri, prout retorqueretur, fi abfolvi non poffet; fieret enim deterioris conditionis quàm quilibet de Populo.

Generaliter loquendo, communis fententia eft, ut non poffit abfolvi, quam tenet *Joan. Andr. in Gloff. ult. Clem. pen.* 50
de fent. excomm. Abb. in cap. cum tempore, n. 2, *verf. item, & alia quæftio de arbitr. & in cap. grave, num.* 4, *de offic. ordin.* & plene *in fua quæft.* 7, *incipit Duo Clerici*, ubi refellit *Federic. de fen.* ejufque fundamenta, *Marian. Soccin. in*

cap.

cap. significasti, *sub num.* 42, *vers. Sed*
dubium est, *de for. compet.* ubi pariter
resellit *Federic. de Sen. Fagn. in d. cap.*
grave, *num.* 8, *de offic. ordin.*

Ratio est quia, quidquid *Gloss. in cap.*
grave, *in fin. de offic. ordin.* dixerit, te-
cepta sententia est, exemptum non pos-
51 se renunciare suæ exemptioni, & se sub-
mittere jurisdictioni ejus, a quo eximi-
tur, *cap. cum tempore, in fin. de arbitr.* ex ea
52 nimitum ratione, quia exemptio ita con-
juncta est inter exemptum, & superio-
rem, ut separatio fieri non possit, ut
præcisè *Abb. in d. cap. cum tempore, num.*
2, *& num.* 7; *Felin. in cap. P. & G. n.*
13, *de offic. deleg. Rot. decis.* 461, *num.*
20, *&* 25, *par.* 5, *tom.* 2; *& decis.* 50, *n.*
7, *par.* 10 *rec. Fagn. in cap. significasti*,
num. 79, *de elect. & in cap. quod super*,
num. 18, *de major. & obed.*

Aliam, & quidem optimam, rationem
adducit *Barbos. in d. cap. cum tempore*
53 *sub num.* 5, quòd quando exemptio re-
spicit tantùm personam exempti, renun-
ciari potest; si verò sit concessa in favo-
rem Ecclesiæ, Religionis, aut Superioris,
renunciari non potest; & cùm nostra
exemptio respiciat favorem Serenissimi
Magni Magistri, & Sacræ Religionis,
renunciari non poterit, & per consequens
Miles excommunicatus non poterit se
submittere Episcopo pro absolutione.

At quia DD. tam Canonistæ, quàm
54 Theologi sentiunt exemptum posse se
submittere Episcopo de consensu Supe-
rioris, cui subest, ut docet *Abb. in cap.*
grave, *num.* 3, *de offic. ordin. Fagnan. in*
cap. quod super, *num.* 18, *vers. & per il-*
lum textum, *de major. & obed.* Tutissi-
mum erit hoc in casu, ut Serenifs. Ma-
gnus Magister, vel licentiam tribuat Mi-
liti se submittendi, & recipiendi abso-
lutionem ab Episcopo; vel ipsum Mili-
55 tem directè mittat ad Episcopum pro ab-
solutione, ut tradunt *Manuel in sum. tom.*
1, *cap.* 131, *num.* 2; *Molin. tom.* 4, *disp.*
61, *num.* 4; *Henriq. de Sacram. pænit.*
lib. 6, *cap.* 16, *num.* 8; *Avila de censur.*
par. 2, *cap.* 7, *disput.* 1, *dub.* 6; *Suar.*
in 3 *par. D. Thom. tom.* 4, *disput.* 30,
n. 3. Atque paucis ab hinc annis ita suasi, &
ita fuit practicatum per duas Vices, cùm
Milites percussissent Clericos levi percus-
sione, qui fuerunt absoluti ab Ordinatio.

Immo, quatenus etiam Serenifs. Ma-
gnus Magister non daret facultatem Mi-
liti excommunicato accedendi pro ab-
solutione ad Episcopum, vel illum non
56 mitteret, adhuc sponte sua posset, &
valida esset absolutio, quia quando Su-
perior exempti non est Sacerdos, ut in
casu nostro, potest exemptus ipse petere,
& obtinere absolutionem ab Episcopo,
ut post *Hostien. & Guglielm. docet Sanct.*
Antonin. Florent. Archiep. in sum. par. 3,
tit. 24, *cap.* 77, § 1, *vers. in casu autem*;
Sylvest. in sum. verb. absolutio V, *num.*
1, *vers. secundum*, & facit *Suar. in* 3
par. D. Thom. tom. 4, *disput.* 30, *sect.*
2, *sub num.* 3. Dum dicit quod ubi Su-
perior exempti non potest absolvere, ab-
solvit Episcopus.

Quod magis dicendum in hac specie,
quia jurisdictio in absolvendo est volun- 57
taria, non contentiosa, *DD. in cap.* 2, *de*
constit. in 6; *Barbos. de potest. Episc. al-*
leg. 126, *num.* 4, *& num.* 27, *& seqq.* &
ideo nulla sequitur confusio, aut per-
turbatio Judicum, vel Superiorum, cùm
Episcopus petenti gratiam, vel Benefi-
cium impertiatur.

Eadem prorsus militant circa dispen-
sationes; nam & hæ sunt voluntariæ ju-
risdictionis, & ex eadem ratione pote- 58
rit Miles se submittere Episcopo, cùm
ejus Superior dispensare non valeat. Quòd
a fortiori procedit si agatur de Milite
Clerico, vel qui Clericus fieri petat,
& dispensatione indigeat ad Ordinem
suscipiendum, vel in eo ministrando;
nam ratione Ordinis suscepti, vel susci- 59
piendi, exempti omnes subsunt Episco-
po, & sic ab eo sunt dispensandi quoad
interstitia, & irregularitatem, *Fagnan.*
in cap. grave, *n.* 49, *de offic. ordin. Bar-*
bos. de potest. Episc. alleg. 105, *num.* 27;
Anaclet. in lib. 7 *Decretal. de offic. or-*
din. num. 131. Et si agatur de Matrimo- 60
niali dispensatione, res est absoluta;
quia quoad Matrimonium exempti sub-
sunt Episcopo, ex *Trid. sess.* 24, *cap.*
20, *Tamburin. de jur. Abbat. tom.* 1, *disp.*
15, *q.* 7, *num.* 37.

Indulgentias quoque concedere est qui- 61
dem jurisdictionis, eæque non prosunt,
nisi subditis concedentis, *cap. quod autem*,
de pænit. & remis. & tamen eas conce-
dere potest Episcopus etiam exemptis, 62
si petant; *Barbos. de potest. Episc. alleg.*
88, *num.* 27; *Leand. tom.* 8, *tract.* 6,
disput. 11, *q.* 9, *in fin.*

Quibus omnibus additur pro coronide,
conclusionem illam, ut exemptus non
possit sine Apostolico assensu renunciare
suæ exemptioni, & se submittere Epi- 63
scopo; locum tantùm habere in exem-
pto, & immediatè subjecto Sedi Apo-
stolicæ per rationes, quas ponderat
Abb. in d. q. 7, *incipit Duo Clerici*
quia nempe subjectus immediatè Sedi
Apostolicæ est subditus fontis, & princi-
pii omnis jurisdictionis, atque ecclesia-
sticæ potestatis; & ideo non debet sub-
mitti rivulo, qualis est Episcopus, quòd
non contingit in exempto ab Episcopo,
& subjecto alteri Superiori, ut sunt Mi-
lites hujus Sacræ Militiæ, qui subjiciun-
tur Serenifs. Magno Magistro, ideoque
poterunt quoad seipsos in aliquo casu 64
particulari, in quo non afferant præju-
di-

dicium jurisdictioni Serenifs. Magni Magistri, se Episcopo submittere, *Felinus cap. cum omnes num. 8, de constit. Rot. cor. Seraph. decis. 595, num. 7, cor. Ludovis. decis. 325, sub num. 4; ibiq. Add. num. 29.*

Neque pro elidendo amplissimo privilegio exemptionis, concesso Militibus nostri Sacri Ordinis a commemorato Summo Pontifice Pio IV, quicquam operari potest id, quod deducere conatur ex Sacr. Conc. Tridentino, sess. 24, de reform. cap. 11, & ex Constitutione 949, ejusdem Sum. Pontificis, quæ incipit In Principis Apostolorum; *Ursaya discept. Eccles. 33, part. 2, tom. 6.* Scribens favore Ordinarii contra Equitem prædicti Ordinis. Siquidem Censura Con-
65 cilii in dicto cap. 11, adaptari non potest exemptioni ejusdem Ordinis Militibus, præsertim professis, a Sede Apostolica concessæ; cùm idem Concilium, prout etiam prætactum fuit, tollere non intellexerit exemptiones hujusmodi, sed tantummodo eas, quibus per modum communicationis, seu alio quovis titulo fruebantur servientes Ordinibus Militaribus, ipsis Ordinibus actu inservientibus, & intra eorum septa sub obedientia Superiorum degentibus, & Professis, ut notant *Chokier de Jur. Ordin. in exemp. par. 1, q. 30, numer. 7, & Barbos. ad Conc. Trid. d. cap. 11, num. 10,* sub qua dispositione planum fit non comprehendi Milites, sive Equites Professos, & consequenter vis nulla fieri potest in Constitutione Pii IV, in contrarium allata, quæ dumtaxat revocat privilegia in iis, quæ dispositis per Sacr. Concilium adversantur, cùm Concilium loc. cit. non disponat de Equitibus Professis, neque de eorum exemptionibus, & privilegiis, sed de solis inservientibus Militiis, actualiter iisdem non inservientibus.

Quod equidem transit in evidentiam ex enunciativis emissis in subsequentibus literis Apostolicis Sixti V, & Pauli itidem V, impressis in libro Statutorum prædicti Sacr. Ordinis, pag. 52, & 62,
68 qui occasione concessionis Indulti pro nostris Equitibus retinendi Pensiones, præsupponunt indubiè vigere exemptionem favore eorumdem Militum, illis ante Concilium a præfato Pio IV, elargitam.

ADDITIO XXVII.

De Erectione Ecclesiæ Collegiatæ tam de novo, quàm de reintegratione Collegiatæ jam extructæ ad antiquum statum.

ARGUMENTUM.

An in casu erectionis simplicis Ecclesiæ in Collegiatam, si Patronalis sit, requiratur Patronorum consensus, vel Capituli, ubi Jus præsentandi, seu collatio ad illud spectaret: de facultate Episcopi restituendi ad statum antiquum Collegiatam, jam erectam, & Canonicorum servitio diu destitutam; & quæ probationes faciendæ sint ad hoc, ut constare valeat de statu antiquo Collegiali, cum aliis ad materiam.

SUMMARIUM.

1 *In materiis Spiritualibus, seu Beneficialibus, potest Papa, pro suprema, qua pollet, potestate, Juribus Ecclesiasticarum Personarum pro libito derogare.*

2 *Neque ad hunc effectum ulla causa requiritur.*

3 *Summus Pontifex est Beneficiorum absolutus Dominus.*

4 *Et valet de illis pro libito voluntatis disponere, etiam in præjudicium Tertii.*

5 *Et sic jus Ecclesiasticum, multoque magis spirituale de uno in alium transferre, absque ulla compensatione; & affertur ratio.*

6 *Quod eò fortiùs potest concurrente legitima causa.*

7 *Potest Papa, seclusa quovis Patronorum consensu, de Beneficiis Ecclesiasticis disponere.*

8 *Amplia, si Patronatus, seu Jus conferendi Capitulo, seu alteri ex Privilegio Apostolico competat.*

9 *Hinc potest unionem Beneficii facere, licèt ex ea alteri præjudicium resultet.*

10 *Et Beneficiorum collationes sibi reservare, absque alicujus injuria.*

11 *Per Privilegium Apostolicum non censentur manus Pontificis ligatæ, ut de Jure, gratuitò concesso, non possit ex legitima causa disponere.*

12 *Affertur in hoc proposito exemplum Concordatorum Germaniæ, per quorum approbationem, a Pontifice factam, ligatæ non remanent ejus manus.*

13 *Potestatem habet Papa uniendi, seu transferendi Beneficia, irrequisito consensu Episcopi, seu aliarum Personarum Ecclesiasticarum, ad quas spectet Jus præsentandi, seu collatio, & num. 14, 15, 17, & 18.*

16 *Neque est necessaria expressa Papæ derogatio.*

19 *Aut mentio in rescripto ejusdem derogationis.*

29 *Item neque est necessarius consensus Patroni Ecclesiastici, & similium in unione facienda a Legato de latere.*

20 *Cùm non requiratur in hujusmodi unionibus consensus Episcopi, multo mi-*

nus est necessarius consensus Capituli, habentis Jus præsentandi, seu conferendi.

22 *Valet unio in præjudicium Collatoris inferioris, etiam sine causa, & num. 24.*

23 *Jus competens ex Privilegio, debilius est illo, quod competit de Jure communi.*

25 *Sicuti in minori consideratione habetur Jus competens Clerico, quàm illud, quod competit Laico.*

26 *Eò magis transferri potest in Primam Dignitatem Collegiatæ erigendæ Parochialis, quæ esset de Jurepatronatus, seu ad collationem Capituli, & redditur ratio.*

27 *Et præjudicium Capituli, ex Regula quarta Cancellariæ, uti accidentale, & consecutivum, non attenditur.*

28 *Papa uniendo non dicitur præjudicare, licèt in consequentiam præjudicium sequatur, & num. 29.*

30 *Erecta Ecclesia inferiori in Collegiatam, non consideratur præjudicium alterius Ecclesiæ, circa præcedentiam, seu præeminentiam, & n. 34.*

31 *Amplia conclusionem positam sub n. 27, etiamsi Ecclesia, quæ in Collegiatam erigitur, sit de Jurepatronatus.*

32 *Concessiones, & dispositiones omnes semper intelligi debent, rebus in eodem statu manentibus.*

33 *Privilegium Juris conferendi, a Sede Apostolica Protectori S. Capellæ Lauretanæ concessum, per erectionem ejusdem Loci in Civitatem Episcopalem, sublatum censetur.*

35 *Hujusmodi Privilegium, Inferiori competens super Prima Dignitate, per Reservationes postea factas, extinctum remansit.*

36 *Quando agitur de augmento Cultus Divini, potest etiam Episcopus ad uniones procedere.*

37 *Et potest Capitulum compellere ad præstandum consensum.*

38 *Ex translatione Ecclesiæ inferioris in Collegiatam resultat Divini Cultus augmentum. Amplia n. 40, & 41.*

39 *Etiamsi priùs in eadem Ecclesia celebraretur Missa Conventualis.*

42 *Si Ecclesia, in Collegiatam erigenda, sit de Jurepatronatus Laicorum ex fundatione, & dotatione, Gratia est nulla, non accedente Patroni consensu, saltem tacito.*

43 *Et facta tali erectione, Jus præsentandi, etiam ad Canonicatus, ex redditibus Ecclesiæ Patronatæ fundatos, intactum remanet ad favorem Patroni laici.*

44 *Ad probandam Collegialitatem, ubi quæstio est circa præeminentias, sufficiunt signa, & argumenta, ex antiquis documentis deducta; si verò agatur de sustinenda Provisione Apostolica, tanquam de reservato, requiritur perfecta probatio.*

45 *Collegialitas non præsumitur, sed est probanda.*

46 *Ex quibus signis, & argumentis probetur Collegialitas in habitu, & n. 47, 48, 49, & 50.*

51 *An necesse sit, quòd omnia insimul concurrant.*

52 *Instrumenta antiqua, excedentia metam centum annorum, in quibus sit mentio de capite, & membris, probant Collegialitatem. Declara numer. 53.*

54 *Non est tamen necesse, ad essentiam Collegii, quòd in eo adsit Prælatus, seu caput; sed sufficit, quòd ad unum reducatur, tanquam ad caput, & exemplificatur, & num. 55.*

56 *Quot Canonici institui debeant in Collegiata habitu, ad actum reducenda, & num. 57, 58, & 59.*

60 *Collegialitate actuali, ex accidentali causa destructa, potest Ecclesia, etiam post Sæculorum decursum, ad primævum suum statum restitui, quamvis destituta fuisset, ac nova ædificata.*

61 *Imò etiamsi omnes de Collegio, propter commissa delicta, privati fuissent.*

62 *Potest Episcopus in Collegiata, ad antiquum statum restituta, etiam Dignitatem erigere; multoque magis, si sit habitu, & actu Collegiata. Declara num. 63.*

64 *Neque talis erectio dignitatis valet per oppositionem aliorum Canonicorum impediri, & quando.*

65 *Dissoluto Collegio, an Bona pertineant ad singulos de eodem Collegio; & quando valeant recuperari ab eis, qui illa contulerunt, & num. 66.*

DIximus in *animadvers. ad tit. 4, lib. 1*, Episcopum, licèt non valeat erigere Ecclesiam Collegiatam, posse tamen Collegiatam, destitutam a longo tempore Canonicorum servitio, ad primævum statum reducere; ac in *subsequenti Animadvers.* quæ requirantur ad hoc, ut constare dicatur de necessariis requisitis, ut aliqua Ecclesia elevetur ad Statum Collegiatæ. Hic autem pro pleniori hujus materiæ cognitione examinare placet, primò, an in casu erigendi Ecclesiam aliquam in Collegiatam, quæ sit de Jurepatronatus Ecclesiastico, vel ad collationem alicujus Capitali, necessarius existat Patroni Ecclesiastici, sive Capituli prædicti consensus. Secundò verò, quæ necessaria sint, ut dicatur constare de anti-

antiquo ſtatu Collegiatæ, ita ut Epiſco-
pus valeat exercere prædictam auctorita-
tem reintegrandi Collegiatam ad anti-
quum ſtatum.

Quatenus attinet ad primum, cùm ere-
ctio Collegiatæ, juxta jam firmata, fie-
ri non poſſit, niſi auctoritate Summi
Pontificis, ſequitur quòd ipſe pro ſupre-
1 ma, quæ in his ſpiritualibus, ſive be-
neficialibus materiis pollet, hujuſmodi Ju-
ri, quod Eccleſiaſticis Perſonis competit,
derogare pro libito valeat, ut de com-
muni ſententia Doctorum probant *Dec.
in conſil. 270, num. 5; latiſſimè Peregrin.
conſil. 4, per tot. & ſignanter num. 2, &
& 18, lib. 1; Jaſon. conſ. 236, column. 2,
verſic. Unde Princeps, lib. 2; Menoch. conſ.*
2 *181, num. 25;* ubi quod poteſt derogare
alterius juribus ſine cauſa, *Alexand. conſ.
2, num. 19, verſic. Quinimo lib. 1,* ubi
pariter quòd cauſa non requiritur; *Can-
cer. var. reſolut. lib. 3, cap. 3, num. 46;
Ridolphin. de Suprem. Princip. poteſt. cap.
6, num. 149, verſic. Sed forte dici po-
teſt; Anton. Gabr. commun. conclus. tit. de
jur. quæſit. non tollend. concluſ. 2, Va-
squez. lib. 2, contr. illuſt. cap. 5, n. 15.*

Quod multò magis, & ſine dubio pro-
cedit in Juribus Spiritualibus, & in ma-
teria Beneficiorum, quorum dominium,
3 ex peculiari eorum natura, apud Ponti-
ficem abſolutiſſimum reſidet, ut per *Text.
in cap. literis, de reſcript.* latè firmavit;
*Rot. poſt adnot. Paitell. dec. 19, num.
13, & 58, verſic. Nam,* ubi quod ideo
4 poteſt pro libito voluntatis de illis diſpo-
nere, etiam in præjudicium Tertii; *Gloſſ.
in cap. decet, verb. permanſurum, de reg.
Jur. in 6, Innoc. in cap. in noſtra, de in-
jur. Addit. ad dec. 2, num. 247, par. 3,
Rot. dec. 11, num. 7, par. 2, cor. Coccin.
dec. 2252, num. 6, & 7, cor. Seraph. dec.
1410, verſ. & valde abſonum; & in Mo-
naſterien. Præpoſituræ, 20 Junii 1702, §
Diximus, cor. R. P. D. Anſaldo.*

Quapropter, citra ullam compenſatio-
nem, poteſt, & ſolet Summus Pontifex
Jus Eccleſiaſticum, & multò magis Spi-
rituale de uno in alium transferre, quia
5 nihil de proprietate tollit, ſed de ſolo
uſu, quem reaſſumere, & de eo diſpo-
nere poteſt per *Text. in cap. per hoc 17,
de Hæreticis, & Text. in leg. fin. C. de
Jurisdiction. omn. Jud. & in leg. prima, C.
de offic. Præfect. Urb. Ancharan. conſ.
28, Grammat. conſil. 6, in fin. Put. deciſ.
478, num. 7,* & alios relatos abundan-
ter in § *Citra verò.*

Quod ſi id poteſt ſimpliciter, multò
6 fortius ex legitima cauſa, per *Text. in
Auth. Et legum, Ut Eccleſ. Roman. cent.
ann. gaud. præſcript.* & notat *Bald. de
præſcript. in 5, in princip. quæſt. 9; Dec.
conſil. 3, num. 50, cum pluribus ſequen.*
ubi multos refert; *Peguer. dec. Crim. cap.
39, per tot. Cabedo; dec. 78, numer. 3,
in fin. vol. 2, Cancer. var. reſolut. par.
3, cap. 3, num. 46, & ſequen. ultra re-
latos in § Poteſt enim;* quæ magis urgens,
& rationabilis dari non poteſt, quàm ad
augendum Cultum Divinum. Beneficia
enim pro augmento talis Cultus fundata
ſunt; unde nil rationabilius quàm quod
ex eadem identifica cauſa eundem Di-
vinum Cultum augente, Papa de Bene-
ficiis ad ſui beneplacitum diſponere va-
leat, ut ex auctoritatibus ſupra lauda-
tis. Quod etiam procedit in Beneficiis
Patronatis; quia quamvis ex beneficien-
tia Summorum Pontificum, & ad alli-
ciendos fundatores, Eccleſiæ ſervitus
permittatur favore Patronorum; id ta-
men reſpicit diverſos effectus, ſed præ-
ciſivè a Poteſtate Summi Pontificis; qui 7
ſecluſo quovis Patroni conſenſu poteſt de
dictis Beneficiis diſponere, *Abb. in cap.
cùm accerſiſſent 8, num. 5, verſic. ad hoc
adduco de Conſtit. Lambertin. de Jurepa-
tron. lib. 3, quæſt. 6, artic. primo fol.
1665; Monet. de Commut. ult. volunt. c.
11, quæſt. 2, concl. 6, num. 377, & ſeq.*
ubi quod Patronus non debet impedire
utilitatem Eccleſiæ, & *cap. 10, quæſt.
5, concluſ. 7, num. 261, fol. 1316, & n.
270, fol. 1318, Covar. pract. quæſt. cap.
36, num. 11; Lotter. de re benefic. lib.
2, quæſt. 22, num. 37, & 38;* ubi quod
licet hoc faciat de Superioris poteſtate,
eadem tamen poteſtas ordinata eſt, &
ideo non dicitur Juri alterius detrahe-
re, quamvis tale Jus auferat.

Quod quidem magis de plano proce-
deret, quando Patronatus, ſive Jus con-
ferendi Capitulo, ſeu alteri competeret
ex Privilegio Summi Pontificis; cùm 8
tunc, circumſcripta quacumque cauſa,
poſſit Pontifex Jus, a ſe gratuitò con-
ceſſum, auferre, ut docet *Bald. in leg.
qui ſe Patris, C. unde liberi, Angel. in
leg. Lucius, ff. de edict. Rum. conſil. 15,
num. 22, lib. primo,* ubi quòd concluſio
nullam habet difficultatem, *Decian. conſ.
25, num. 3, lib. primo, de Marin. reſo-
lut. quotid. lib. 2, cap. 46, num. 10; Mart.
Medic. dec. 41, num. 17, & 18,* ubi quod
facere valet de poteſtate ordinaria, 9
prout in terminis unionis Beneficii, ac
præjudicii, ex ea alteri reſultantis, *Pa-
riſ. conſil. 5, poſt num. 87, lib. 4; Lot-
ter de re Benefic. lib. 2, quæſt. 22, num.
24, & 29,* ubi ex hoc infert, Pontificem,
abſque alicujus injuria Beneficiorum col-
lationes ſibi reſervare, quia Jus confe- 10
rendi in ipſo originatur, & in alios dif-
funditur, *Rota cor. Pen. dec. 1020, num.
17,* ubi quòd, cùm ſimile Jus habeatur
ex gratia Papæ, nulla propter ejus pri-
vationem debetur compenſatio; & in
fortioribus terminis Concordatorum Ger-
maniæ; latè *Rub. adnot. ad dec. 2, n.*

229,

229, *par.* 3; quia constando etiam de
clarissimo Privilegio Apostolico, illud
concessum censendum non esset in præ-
judicium ipsiusmet Papæ; quominus, ex
11 legitima causa, manus sibi ligando no-
luerit de Jure, gratuitò concesso, posse
disponere, ut advertit *Cephal cons.* 155,
num. 14; *Rot. cor. Cerro, dec.* 173, *num.*
11, *& in rec. dec.* 630, *num.* 11, *&* 12,
par. 4, *tom.* 3; *& in Leodien. seu Aqui-
sgranen. Canonicatus*, 22 *Januarii* 1703,
§ *Verùm, circa finem, cor. Reverendiss. Mo-
lines*; & in fortioribus terminis eorum-
dem Concordatorum Germaniæ, quòd
12 per illorum approbationem, a Pontifice
factam, non censeatur restricta ejusdem
potestas, aut ejusdem manus ligatæ, per
*Text. in cap. dudum, vers. Nos igitur, de
Præbend. in* 6, latè probat *Rub. in ad-
not. ad d. dec.* 2, *num.* 233, *par.* 3, ubi
quod stolidum esset dicere, Pontificem,
qui concessit facultatem, se ea spolias-
se, *& num.* 237; *Rot. cor. Caputaquen.
dec.* 337, *num.* 8, *par.* 1; *& cor. Cassa-
dor. dec.* 8, *de Præben. num.* 2, *in fin.
& in rec. dec.* 79, *num.* 4, *par.* 4; *& dec.*
114, *num.* 5, *&* 6, *par.* 6; *& in Augu-
stana Canonicatus*, 12 *Januarii* 1705, §
*Propterea, cor. Reverendiss. Moliner, con-
firmata* 23 *Januarii* 1704, § *Posita, &
Leodien. seu Aquisgranen. Canonicatus*,
22 *Januarii* 1703, § *Verùm, vers. quoties
cor. eodem.*

Ac proinde certum est, quòd nullum
jus neque conferendi, neque Patrona-
tus Ecclesiastici, aut Laicalis ex Privile-
gio difficiliorem reddere valet Summum
Pontificem ad disponendum de Beneficiis,
13 seu per viam unionis, seu per viam trans-
lationis, ut de Jure competenti Episco-
po tradunt *Ripa respons.* 18, *num.* 7, *lib.*
2; *Rebuff. in prax. benefic. tit. de Union.
benef. num.* 26; *Gambar. de Potest. Le-
gat. a Latere lib.* 5, *Rubric. prima, num.*
45, *& seq. Garz. de Benefic. par.* 2, *cap.*
2, *num.* 221; *Rota dec.* 459, *alias* 3, *de
Offic. legat. in antiq. cor. Seraphin. dec.*
1400, *in fin.* ubi quòd nunquam Ordi-
14 narii consensus fuit requisitus, & in spe-
cie Jurispatronatus Ecclesiastici, probant
15 *Paris. consil.* 128, *num.* 5, *lib.* 4, ubi
quòd neque necessaria est expressa Pon-
16 tificis derogatio; & *num.* 21, *vers. Quia
cessat*, ubi quòd in talibus Patronatibus
17 cessat ratio retrahendi Laicos a fundatio-
ne Beneficiorum; *Rocc. de Curt. de Ju-
repatr. verb. honorificum, sub num.* 8, *&
num.* 11, *vers. Secundo limita*; *Barbos. in
cap. Cùm dilectus* 28, *num.* 4, *de Jure-
patr. & de Jure Ecclesiastico, lib.* 3, *cap.*
16, *num.* 50; *Tondut. quæst. benefic. cap.*
144, *num.* 11, *par.* 3, *lib.* 14, *cap.* 5, *n.*
18 49, ubi de consensu Capituli in hujusmo-
di unionibus non necessario; *Lambertin.
eod. tract. lib.* 3, *quæst.* 6, *artic. primo*,
num. 4, *vers. Et idem dicere*; *Azor. In-
stit. Moral. par.* 2, *lib.* 5, *cap.* 29, *quæst.*
11, *num.* 16, *& quæst.* 16, *vers. Pari ra-
tione*; *Pax-Jordan. Lucubrat. Canon. tom.*
3, *lib.* 10, *tit.* 29, *num.* 11, *Lotter. de
re benefic. lib.* 1, *quæst.* 28, *numer.* 160;
Barbos. de Jur. Eccles. lib. 3, *cap.* 16,
num. 5; *Monet. de commut. ultim. volunt.
cap.* 11, *quæst.* 5, *concl.* 9, *num.* 294, *&*
295; *Mandos. ad regul. Cancell.* 32, *part.*
4, *num.* 8, *& sequen.* ubi quòd neque
de tali Jurepatronatus facienda est men- 19
tio in rescripto derogationis.

Imo in fortioribus terminis, quòd sci-
licet consensus Patroni Ecclesiastici, &
similium necessarius non sit, non solùm
in unione facienda a Summo Pontifice, 20
sed nec etiam si illa fiat a Legato de
Latere, plenè firmant *Gonzal. in cap. sic-
ut unire, num.* 8, *in fin. de excess. Præ-
lat. Sanchez. ad præcept. decalog. lib.* 7,
cap. 29, *num.* 109; *Tondut. resolut. bene-
fic. cap.* 144, *num.* 13, *par.* 3; *Lambertin.
de Jurepatron. lib.* 3, *par.* 6, *art.* 1, *num.*
4, *versic. & idem*; ubi quòd est conclu-
sio indubitata, *Barbos. de Jur. Ecclesiast.
lib.* 3, *cap.* 16, *num.* 50; *Azor. institut.
Moral. par.* 2, *lib.* 5, *cap.* 29, *quæst.* 16;
Vivian. de Jurepatron. quæst. 3, *lib.* 14,
cap. 5, *num.* 48.

Si igitur non solùm potestas Papæ,
sed nec etiam ejus Legati de Latere, pen-
dere valet a quibuscumque Juribus Or-
dinarii Collatoris, multò magis hoc erit
dicendum, quando agitur de præjudicio
Capituli habentis Juspatronatus, vel Jus
conferendi, ac proinde ejus consensus 21
multò minùs est necessarius, ut probat
Rebuff. cons. 20, § *Si respondetur, versic.
sit unita*, quem sequitur *Tondut. quæst.
beneficial. cap.* 144, *num.* 11, *versic. &
Papa, par.* 3; *Garz. de benefic. par.* 12,
cap. 2, *n.* 202, *vers. ubi ait, Lotter. de re
benefic. lib.* 1, *quæst.* 28, *num.* 161, ubi
quòd valet unio in præjudicium inferio- 22
ris collatoris, etiam sine causa, *dec.* 24,
num. 2, *&* 3, *par.* 5 *rec.* Quodcumque
enim jus, ex Privilegio competens infe-
riori Collatori, debilius est illo, com- 23
petenti de Jure communi, & in mino-
ri consideratione semper habetur, ut fir-
mavit *Achill. de Graffis de Privileg.
dec.* 1410, *num.* 29, ubi quòd sicuti in
unionibus nunquam fuit requisitus con-
sensus Ordinarii Collatoris, ita multò
minùs necessarius est ille alterius Colla- 24
toris inferioris; & *Rota cor. Merlin. dec.*
743, *num.* 1, *& seqq. & in rec. dec.* 48,
num. 7, *par.* 1, *dec.* 24, *num.* 7, *par.* 5;
prout etiam quòd Jus competens Cleri-
co in longe minori consideratione habea- 25
tur illo, quòd competit Laico, illique
passim, & facilius derogetur, per *Text.
in cap. cum dilectus, de Jure patron.* fir-
mavit; *Rota dec.* 48, *n.* 9, *in fin. par.* 1
Recent.

Multò verò magis, quando ageretur
de Parochiali, quæ esset de Jurepatro-
natus, sive ad collationem Capituli, &
26 Parochialis transferenda esset in Primam
Collegiatæ erigendæ Dignitatem; quia
tunc ipsius Ecclesiæ Parochialis condi-
tio melior, & dignior efficeretur, ut
advertunt *Corrad. in prax. benefic. lib.
2, cap. 12, num. 147; Garz. de Benefic.
cap. 12, num. 5, in fin.* quo casu præju-
dicium Capituli, ex quo cadat sub re-
servatione regulæ quartæ Cancellariæ,
27 uti tantùm accidentale, & consecuti-
vum, non attenditur, ut observat *Rota
cor. Penia, dec.* 1020, *num.* 7, ubi quòd
28 Papa uniendo non dicitur præjudicare,
licèt in consequentiam præjudicium sequa-
tur, & consonant *Spad. consil.* 27, *n.*
4, *lib.* 3, ubi de præjudicio, quod infe-
rebatur Cardinali, habenti Indultum
29 conferendi per provisionem Episcopatus,
& num. 5, ubi de præjudicio, quod per
30 erectionem Ecclesiæ inferioris in Colle-
giatam, inferebatur alteri Ecclesiæ, quæ
habebat præcedentiam, seu præeminen-
tiam, *Rot. cor. Seraphin. dec.* 1410, *n.*
23, *& 29, versic. final. & coram Martin.
Andr. dec.* 48, *num.* 6, *& cor. Penia d.
dec.* 1020, *num.* 14; *& cor. Seraphin. dec.*
1444, *num.* 11, ubi in terminis erectio-
nis Ecclesiæ Jurispatronatus, quæ si in
31 Collegiatam erigatur, licèt Patronus re-
tineat Jus præsentandi ad Præbendas,
non tamen retinet tale Jus, quoad Pri-
mam Dignitatem, nempe Abbatem, &
in *rec. dec.* 730, *num.* 3, *& 4, par.* 3, *&
dec.* 690, *num.* 1, *& 2, par. 4, diversf.*

Et quidem efficaci ratione, quia Jus
Collationis Capituli permissum, seu con-
cessum intelligi debet, rebus in eodem
32 statu manentibus, prout generaliter con-
cessiones, ac dispositiones omnes Inter-
pretantur, ut monet *Ancharan. consil.*
84, *num.* 3, *in fin. Ruin. consil.* 137, *num.*
21, *lib.* 2; *Gratian. disceptat. forens. c.*
458, *num.* 9, *Rot. dec.* 123, *num.* 16, *par.*
2, *diversf.* & in similibus terminis Juris
conferendi a Sede Apostolica Protectori
S. Capellæ Lauretanæ, quod per ere-
33 ctionem ejusdem Loci in Civitatem Epi-
scopalem censeatur sublatum, ex pon-
derata ratione, quòd intelligeretur con-
cessum, rebus in eodem statu manenti-
bus, probat *Gratian. d. cap.* 458, *num.*
10, *Rota dec.* 323, *num.* 3, *versic. Et suf-
fragatur par* 4 *rec.* & in præcisis termi-
34 nis erectionis Ecclesiæ inferioris in Col-
legiatam *eadem Rot. cor. Seraphin. d. dec.*
1444, *num.* 2, 3, *& 11*; & in fortiori-
bus terminis Juris collationis, inferiori
competentis super Prima Dignitate Col-
35 legiatæ, quod extinctum remanserit per
reservationes, postea factas similium Di-
gnitatum in regula quarta *Cancellariæ*,
latè firmat *Card. De Luc. de benefic. dis-
curs.* 12, *per tot.* ac signanter *num.* 9,
10, *& seq.* & latissimè *Rota*, *dec.* 285,
num. 7, *& seqq. par.* 9 *rec.*

Illud etiam advertendum, quòd quan-
do agitur de augmento Divini Cultus, 36
potest etiam Episcopus ad similes unio-
nes procedere per *Text. in capit. ex
parte, de Constit. Barbos. de Jure Ec-
clesf. lib.* 3, *cap.* 16, *numer.* 39, *vers.
velut Divinus Cultus; Sanchez. ad præ-
cept. Decalog. lib.* 7, *cap.* 9, *num.* 161;
Azor. instit. Moral. par. 2, *lib.* 6, *quæst.*
12, *versic. & cum ibi dicatur*; ubi quod
si justa causa subest, potest Episcopus
compellere Capitulum ad præstandum 37
consensum, & quòd multò magis hoc fa-
cere potest ipse Pontifex, *Turricell. de
union. cap.* 6, *num.* 30, quodque inter ju-
stas causas faciendi similes uniones, seu
erectiones, primum sibi locum vindicet
Divini Cultus augmentum, resultans ex 38
translatione Ecclesiæ inferioris in Col-
legiatam, probant *Card. De Luca de
præeminent. discurs.* 9, *num.* 13, ubi quam-
vis in eadem Ecclesia prius etiam cele-
braretur Missa Conventualis, *Adden. ad* 39
Ludovis. dec. 419, *num.* 6, *versic. hinc
est cor. Crescent. dec.* 141, *alias prima de
Paroch. num.* 1; *& in Gerunden. unionis,
16 Decembris* 1613, *cor. Verospio impres.
apud Spad. consil.* 87, *num.* 22, *&* 16,
lib. 2; ubi quòd maximè procedit, quan-
do unio facta fuit in ipsa erectione Ec- 40
clesiæ; & *cor. Cavaler. dec.* 435, *num.*
3; *& cor. Cerro dec.* 635, *num.* 5. Eo-
que certius prædicta sibi locum vindi-
cant, si in loco nulla alia Ecclesia Col-
legiata existat, nec aliter de facili fieri 41
posset, ut optimè advertit *Lambertin. de
Jurepatronat. lib.* 3, *quæst.* 6, *art.* 1, *fol.
mihi* 1065, & pluribus aliis relatis; *Mo-
neta de Commut. ult. volunt. cap.* 11, *n.*
377, *in fin. fol.* 1605.

Si verò agatur de Jurepatronatus lai-
corum, & ex justitia competenti, ni-
mirum ex fundatione, & dotatione, nul-
la redditur gratia, nisi accedat Patroni 42
consensus, aut expressus, aut saltem ta-
citus, qui illam coalescere facit, ut ge-
neraliter *Paris. de resign. Benefic. lib.*
2, *quæst.* 4, *ad num.* 4, *ad* 15; & in ter-
minis unionis, & suppressionis; *Lotter. de
re benefic. lib.* 2, *quæst.* 8, *num.* 44, &
erectionis Collegiatæ, *Jo. Andr. in cap.
Nobis* 25, *num.* 8, *ad medium, de Jure-
patron. idem Lotter. ubi sup. num.* 95.
Quinimò facta erectione Ecclesiæ Patro-
natæ in Collegiatam, remanet intactum
jus præsentandi etiam ad Canonicatus, 43
ex illius redditibus fundatos, ad favo-
rem Patroni laici, ut notat *idem Lotter.
ubi sup. num.* 97, *ex Rota, cor. Seraph.
dec.* 1444, *num.* 11.

Quo verò ad alteram quæstionem, in
primis præmittere oportet, quòd consti-
tuen-

tuenda est differentia inter casum, in
quo agatur de probanda Collegialitate
ad effectum præeminentiarum, ut est ca-
sus supra propositus; ac inter casum,
in quo agatur ad effectum firmandi sta-
tum Rectoriæ, seu Præposituræ ipsius Ec-
clesiæ, an videlicet reputanda sit uti sim-
plex Parochialis, providenda per con-
cursum ad formam Concilii, & Bullæ
S. Pii V, vel tanquam prima Dignitas,
cujus collatio reservata sit Sedi Aposto-
licæ, vigore Reg. quartæ Cancellariæ.
Siquidem ad primum effectum præemi-
nentiarum, ac dijudicandi, Ecclesiam
habitu Collegiatam, non requiritur adeò
perfecta probatio, sed univocis signis,
& argumentis, deductis ex antiquis do-
cumentis, ut infra dicemus, sufficienter
44 justificatur; secus verò ad secundum ef-
fectum, nempe sustinendi provisionem
Apostolicam tanquam de reservato, quia
in hujusmodi casu requiritur perfecta
probatio Collegiallraiis; maximè quan-
do status ultimus esset courrarius, itaut
intrarent termini *Text. in cap. consultatio-
nibus, de Jurepatron.* ut præmissa firmat
Card. De Luc. de Benefic. disc. 14, *num.*
3, 5, & 6.

Agendo autem juxta nostrum propo-
situm de signis concludentibus Collegia-
litatem in habitu, pariter notandum
est, quòd Collegialitas, tanquam qua-
45 litas accidentalis, non præsumitur, sed
probanda est ab allegante, ut notat *Card.
De Luc. ubi supra, disc.* 14, *num.* 7, &
luculenter *Rota, dec.* 47, *par.* 10 *recent.*
proindeque sufficienter non probatur per
antiquam denominationem Capituli, aliis-
que signis referibilibus ad simplicem Ec-
clesiam Matricem, habentem Clericos,
ad sui servitium adscriptos, ac de Mas-
sa participantes, ac Syndicum pro illius
Massæ administratione habentes; sed
46 oportet, ut argumenta Collegialiratis ma-
gis concludentia, nimirùm deducta vel
ex Bulla fundationis, aut aliis conjectu-
ris, efficaciter illam comprobantibus;
Rota d. dec. 147; *& cor. Ottobono, dec.*
240, *Card. De Luc. disc.* 14, *num.* 7, &
8; *Piton. discept. Ecclesiast.* 8, *num.* 9.

Non est tamen necesse ad præmissum
effectum instrumentum erectionis, sed suf-
47 ficit aliquas concurrere conjecturas, per
quas Collegialitas argui possit, & veri-
similis reddi, juxta *notata per Zabarell.
in Clement.* 2, *num.* 10, *versic. non ta-
men, de ætate, & qualitate*; *Alexander
consil.* 74, *num.* 4, *& consil.* 75, *num.* 1,
& 2, *lib.* 4; *Piton. discept.* 8, unde pro-
batur ex historicis classicis, mentionem
facientibus de Collegiata, ejusque indi-
48 viduis signis; *Gratian. discept.* 893, *num.*
6, *& seqq. Piton. ubi supra, num.* 10, *&
seqq. Rota, cor. Coccin. dec.* 1867, *num.*
19. Item ex enunciativis antiquis, in qui-
bus nomina Præpositi, & Canonicorum 49
recenseotur, *Barbos. de Canonic. cap.* 20,
num. 14, *Merlin. dec.* 87, *num.* 8, nomen
enim Præpositi præsupponit aliquando, 50
rectorem fuisse caput Collegii, juxta
*Gloss. in cap. Statutum, verbo Collegiali-
tas, de elect. in 6, Corrad. in prax. be-
nefic. lib.* 2, *cap.* 2, *num.* 41; *Piton. ubi
supra, num.* 14, *&* 15; *Rota dec.* 37, *num.*
19, *par.* 9 *rec.*

Et subsequenter, quamvis facultas de-
putandi Syndicum, præstandi juramen-
tum, communes tractatus, arca commu-
nis, & sigillum sint signa Collegialita-
tis, quando sumus in antiquis, & quæ-
ritur de firmando statu Collegiatæ in
habitu, non est necesse, quòd omnia in-
simul probentur; sed satis est, quòd ali- 51
qua ex prædictis justificentur, quæ con-
veniant pernecesse Ecclesiæ Collegiatæ,
& sint exclusiva Ecclesiæ receptiriæ, seu
simplicis Matricis, habentis ad sui ser-
vitium simplices Clericos, *Innocent. in
cap. postulasti, num.* 1, *de Jurepatron. Ma-
scard. de probat. conclus.* 383, *num.* 1, *&
seqq. Federic. de Senis, consil.* 61; *Calde-
rin. consil.* 271, *versic. prædicta proban-
tur*; *alias consil.* 5, *de his quæ fiunt a
Prælat.*

Nec refragaretur, quòd in antiquis
instrumentis excedentibus metam centum
annorum mentio fieret de capite, & 52
membris probare Collegialitatem, con-
suluit *Alexander, d. consil.* 75, *num.* 3,
& 4, *lib.* 4; quod tamen intelligendum
venit, dummodo actus, in antiquo in- 53
strumento enunciatus, aliquo modo pro-
bet, suum effectum sortitum fuisse, juxta
doctrinam *Gloss. in capit.* 1, *de elect.
Alexander d. consil.* 74, *num.* 4; *& con-
sil.* 75, *num.* 1, *lib.* 4; *Tusch. conclus.*
458, *lit. c. num.* 1, *& seqq.*

Circa autem id, quod supra diximus,
Collegialitatis signum existere, quòd il-
la habeat caput, & membra, notandum
est, quòd ad Collegii essentiam perne-
cesse non requiritur, quòd in eo adsit 54
Prælatus, seu caput, juxta notata per
Oldrad. consil. 128, *num.* 8, *versic. & si
dicatur*; sed tantummodo exposcitur or-
dinata dispositio, ut ad unum reduca- 55
tur, tanquam ad caput, ut explicat
idem Oldrad. consil. 204, *circa princip.*
quod videtur exemplificandum in casu,
quo in Collegiata figuram faciat anti-
quior de Collegio, vel præsideat unus ex
Collegio ad tempus per Turnum, vel
tandem ad tempus pariter aliquis eliga-
tur ad præsidendum, juxta morem quo-
rumdam Regularium in electione suorum
præsidentium, vel Superiorum.

Positis autem circumstantiis, seu signis,
sufficienter concludentibus antiquum sta-
tum Collegialitatis, ut alibi diximus,
potest Episcopus auctoritate sua ordina-
tia

r'a Collegiatam habitu ad actum redu-
56 cere, tres saltem Canonicos in ea insti-
tuendo cum suis Præbendis, inter quos
numerari potest caput, seu Prima Di-
gnitas, etiamsi eidem Animarum cu-
ra immineat, quia minùs quàm tres non
possunt Collegium constituere; *Barbos.*
de Canonic. cap. 2, num. 12; Merlin. dec.
87, num. 8; & in recen. dec. 225, num.
13, par. 19, Piton. d. discept. 8, num. 26,
& 27, quod procedit etiam de Jure
Civili; *ad Text. in leg. Neratius, ff. de*
reg. Jur. Abb. cons. 25, num. 8, de re-
cript. lib. 2; qui tamen credidit de Ju-
57 re Canonico ad Collegium constituendum
sufficere tantùm duos, *ex cap. 1, de elect.*
in eodem consil. 25, num. 2; distinguendo
inter Collegium jam erectum, qui cum
omnibus suis juribus potest conservari in
58 uno tantùm, aliis deficientibus, ut ul-
tra *Abbatem* dixerunt *Roman. consil. 436,*
num. 6; Fagnan. in cap. de multa, num.
44, versic. constat, de Præben. aliisque pe-
nes Piton. d. discept. 8, num. 18; & in-
59 ter Collegium erigendum, qui in uno
non potest coalescere, *Abb. d. consil. 25,*
num. 2. Ac proinde in casu, quo unus
ex dicto Collegio, veluti Præpositus, so-
lus remansisset, qui etiam Curam Ani-
marum gereret, in eo jura Collegiatæ
conservata forent, itaut hujusmodi Eccle-
sia Collegiata in habitu reputanda foret,
dummodo non fuisset Superioris auctorita-
te ejusque sententia, causa cognita, tali
qualitate spoliata, eaque extincta, sed
Collegialitas actualis ex accidenti, veluti
propter hostium invasionem, vel Bono-
rum amissionem defecerit, & Canonico-
rum servitio ob id destituta remanserit;
60 quo casu potest ad suum primævum sta-
tum, etiam post sæculorum decursum
restitui, quamvis ipsa materialis Eccle-
sia destituta fuisset, ac nova ædificata,
ex plenè relatis per *Piton. d. discept. 8,*
num. 18, quinimmo etiamsi omnes de
Collegio, propter certa delicta, pri-
61 vati fuissent, quia propter hoc Ecclesia
non amittit Privilegium, & jus Colle-
giatæ, ut consuluit *Alexander. consil.*
74, in princip. lib. 4.

Non est omittendum, quòd in hujus-
modi casu, in quo licet Episcopo rein-
tegrare Ecclesiam ad statum Collegiali-
62 tatis, & multò magis quando Ecclesia
est in habitu, & actu Collegiata, erige-
re in ea etiam Dignitatem, ut in ter-
minis Archidiaconatus resolvisse *Sac. Con-*
gregationem Concilii in una Sabinen. 26
Novembris 1695, testatur *Bertacchin. vot.*
dec. 192; & tenuit Barbos. de Potest. Epi-
scop. in addit. ad allegat. 68, sub num.
8, quod intelligitur dummodo non mi-
nuantur emolumenta aliorum Canonico-
63 rum, ex ratione, quòd per talem ere-
ctionem augetur Divinus Cultus, & ho-
nor Ecclesiæ, ut *Dixit Rot. in decis.*
1092, cor. Coccin. itaut talis erectio Di-
gnitatis non possit impediri per opposi-
tionem aliorum Canonicorum, quamvis
dictæ novæ Dignitati concedenda sit
præeminentia in Choro, & cæteris acti-
bus, & non activa, & passiva in Ca- 64
pitulum, quia consensus Capituli habe-
tur pro præstito, utpote irrationabiliter
denegatus, juxta notata per *Lotter. de*
re benefic. lib. 1, quæst. 28, num. 10, Rot.
dec. 744, num. 8, par. 18, tit. 2, rec. &
cor. Coccin. d. dec. 1092, num. 16, ac ple-
nè Bertach. d. Vot. 192, per tot. Deni-
que notandum, quòd dissoluto Colle-
gio, ritè erecto, bona non possunt præ-
tendi, quòd pertineant ad singulos de
eodem Collegio, quia jam effecta erant 65
communia, & pertinebant ad singulos
uti de Collegio, ad *Text. in cap. unico,*
de Relig. Domibus, Federic. de Senis cons.
15, num. 6; Card. Tusch. conclus. 457,
num. 1, lit. C. ad distinctionem Colle-
gii illiciti, & non approbati, cujus Bo-
na, quia nunquam fuerunt proria Col- 66
legii, quod tale reputari non potuit, re-
manserunt eorum, qui ea contulerunt;
Ideoque ab eis recuperari queunt, prout
consuluit *idem Federic de Senis, d. cons.*
15, num. 1, versic. etiam non obstat; Card.
Tusch. d. conclus. 457, num. 6.

ADDITIO XXVIII.

De Quindenniis, eorumque origine.

ARGUMENTUM.

An, & quando Capitula Ecclesiarum Cathedralium, seu Collegiatarum solvere teneantur Quindennia, pro Beneficiis, sibimet ipsis perpetuò unitis. Agitur etiam de Quindenniis, debitis ob transitum Bonorum emphyteuticorum in manus mortuas.

SUMMARIUM.

1 *Quindenniorum solutio pro Beneficiis, unitis Capitulo, seu alteri loco pio, ad quem finem introducta fuerit, & num. 2.*

3 *In Pontifice numquam præsumitur voluntas tollendi jus Tertii, nisi adsit specialis derogatio regulæ* de jure quæsito non tollendo.

4 *Ad hoc, ut locus sit solutioni quindennii, requiritur, quòd unio Beneficii sit facta alicui corpori, numquam defecturo, itaut illius vacatio amplius non detur.*

5 *Unde si Beneficii unio fiat pro constituendis Præbendis Canonicalibus, quæ Apostolicis reservationibus, seu affectionibus subjaceant, cessat obli-*

ga-

gatio solvendi Quindennia, & quare, & num. 10.

6 *An Quindenniorum solutio locum habeat, quando de redditibus Beneficii uniti erectæ fuerint Dignitates, seu Canonicatus, qui non excedunt annuum valorem viginti quatuor ducatorum auri de Camera, & num. 8.*

7 *De hujusmodi Beneficiis non solvitur Annata.*

9 *Quindenniorum solutio non debetur ex Juris Communis dispositione, sed ex privilegio.*

11 *S. Pius V innovando, & confirmando Constitutiones in hac materia aliorum Summorum Pontificum, extendit obligationem solvendi Quindennia etiam ad uniones, factas Mensis Capitularibus, pro usu distributionum quotidianarum.*

12 *Declara, extensionem procedere, quando fructus Beneficiorum applicantur pro distributionibus quotidianis, & simul etiam ad alium usum; secus verò, si pro solis distributionibus quotidianis.*

13 *In Canonicatibus, erectis cum Beneficiorum unione, in quibus datur vacatio, ac Sedis Apostolicæ provisio, ratione reservationum, seu affectionum, non consideratur præjudicium Cameræ, ob non exactionem Quindennii, quod per ipsam antea exigebatur, ex titulo præcedentis unionis, & affertur ratio.*

14 *Quindennia, quæ solvuntur, ex alienatione Bonorum amphyteuticorum in manus mortuas, quam ob causam fuerint introducta, & numer. 19, 32, & 46.*

15 *Pro obtinenda solutione tàm Quindenniorum, quàm laudemiorum, necesse est, quòd constet de proprietate, & directo dominio illius, qui talem solutionem prætendit.*

16 *Atque etiam de ipsorum Bonorum identitate, quæ tamen in antiquis probatur conjecturis, ac præsumptionibus.*

17 *An Quindennia, quæ debentur pro transitu Bonorum emphyteuticorum in manus mortuas, solvenda sint juxta statum antiquum, vel potius juxta tempus præsens, habito scilicet respectu ad melioramenta, & num. 20, 23, 24, 27, & 48.*

18 *Laudemium solvitur etiam de melioramentis, in fundo factis, & n. 33.*

21 *Natura subrogationis est, ut subrogatum induat omnes qualitates rei, in cujus locum subrogatur, & num. 34, & 49.*

22 *Quindennia, loco annatarum pro Beneficiis unitis solvenda, naturam earundem annatarum assumunt.*

25 *Fictio Legis ultra casus expressos non admittitur, & num. 56.*

26 *In materia laudemii, consuetudo præcisè servanda est, eo modo, & forma, qua fuit introducta, & num. 57.*

28 *Adducitur ratio diversitatis inter laudemium, quod solvitur in casu alienationis, & novæ investituræ, & inter Quindennia, quæ debentur de Bonis emphyteuticis, quæ transeunt in manus mortuas, & num. 35, & 53.*

29 *Reprobatur Niger de Laudem. tom. 1, quæst. 23, num. 76.*

30 *Opinio, negans obligationem solvendi dd. Quindennia etiam de melioramentis, multo magis procedit quoties agitur de fundo emphyteutico, in quo constructa fuerit Ecclesia aliqua, seu Monasterium.*

31 *An Locus pius, qui successit in fundo emphyteutico, possit illum affrancare, remissivè.*

36 *Simplex renovatio non importat novum contractum, sed continuationem præcedentis.*

37 *Quindennia, quæ pro Beneficiis unitis solvi solent, semper, & in eadem summa solvuntur, in qua ab initio taxata fuerunt, & num. 60.*

38 *Quindennia, quæ solvuntur de Bonis emphyteuticis, in manus mortuas transeuntibus, inventa sunt ad similitudinem Quindenniorum, quæ debentur pro Beneficiis unitis.*

39 *Eadem debet esse Juris dispositio, ubi eadem militat ratio, & num. 55.*

40 *Melioramenta cedunt fundo, ejusque naturam, & qualitatem induunt.*

41 *Limita in melioramentis, quæ consistunt in constructione Ecclesiæ, sive Monasterii.*

42 *Hujusmodi melioramentorum ratione, solum ipsum nullius sub dominio remanet, & num. 61.*

43 *Sed religiosum, & efficitur.*

44 *Laudemia, & Quindennia calculari debent ad mensuram veræ æstimationis quolibet onere, & extraneo valoris augmento deducto.*

45 *Neque inspiciendum est, quid impensum aliquando ab Emptore sit, sed quantum Venditor consequutus fuerit.*

47 *Ubi non proceditur per viam novæ investituræ favore diversæ personæ, sed simplicis renovationis in personam Emphyteutæ, semel investiti; laudemium, quod debetur, solvendum est, juxta taxam, in prima acquisitione conventam, non consideratis melioramentis rei emphyteuticæ.*

50 *Quindennia stant loco laudemii, quod singulis quindecim annis fingitur domino directo debitum.*

51 *Laudemium, seclusa contraria consuetudine, certam habet mensuram, ac determinationem.*

52

52 *Ita etiam Quindennia, quæ in locum laudemii subrogantur, suam habent mensuram, absque eo quòd opus sit aliqua conventione.*

54 *Fictio in casu ficto operatur quod veritas in casu vero.*

58 *Nemo locupletari debet cum aliena jactura.*

59 *Major utilitas provenit domino directo, ex taxa invariabili Quindenniorum, quàm si ea determinato tempore esset renovanda, & quare.*

OBligatio solutionis Quindennii in-
troducta fuit, pro servanda inde-
mnitate Cancellariæ Apostolicæ, & An-
natistarum, ejusdemque Cancellariæ Of-
1 ficialium, pro Beneficiis, perpetuò uni-
tis quibuscumque Locis piis, necnon
Collegiatis Ecclesiis, aut Capitularibus
Mensis, juxta *constit. Pauli II, in ordine 8; Pauli 4, constit. 17, Pii V, constit. 38, Sixti V, constit. 33, Urbani VIII, const. 18, & ultimo loco Clem. X, const. 50*; de quibus *Paris. de resign. Benefic. lib. 4, quæst. 10, num. 3, & 4, Niger. de Laudem. quæst. 12, art. 3, num. 149, Novar. in Summ. Bullar. comment. 145, a num. 8, & seqq. Amayden. de Stylo Dataria, cap. 18, § 4 per tot. Lotter. de re Benefic. lib. 1, cap. 29, num. 1, & seq. Barbos. Apostolic. dec. collect. 626, Capon. contr. for. 30, num. 4, & seqq. Francesc. de Eccles. Cathedral. cap. 8, num. 441; Antonell. de tempore legal. lib. 2. cap. 25, num. 13; Pantmoll. decis. 4, num. 5, Rot. cor. Seraphin. decis. 1401, num. 2, & dec. 1410, num. 1, & in rec. dec. 474, num. 19, par. 9, tom. 2.*

Quòd maximè procedit in casu, quo
unio Beneficii, tam Regularis, quàm
2 Sæcularis facta prædictis Locis piis, seu
Mensis Capitularibus, esset de Beneficio,
sive Dignitate, ex qua propter antecedentem unionem solitum esset solvi Quindennium; cùm tunc censendum sit Beneficium transivisse cum suo onere, nec per novam unionem præjudicatum juribus Cameræ Apostolicæ, ex quo nunquam præsumitur Pontificem voluisse tollere jus
tertii, nisi concurrat specialis derogatio
3 Regulæ de jure quæsito non tollendo *cap. cùm olim de consuet. cap. 2, de relig. domib. cum aliis per Seraphin. d. dec. 1401, num. 1.*

Verùm quia solutio Quindennii ideo introducta fuit, ut diximus, a Summis Pontificibus, tantummodo ad reparandum damnum Annatistarum, aliorumque Officialium Cancellariæ Apostolicæ, quoties Beneficia devenirent ad manus mortuas, quia tali casu nulla postmodum contingere potest vacatio, & amittitur annata, quam solvere consueverant; idcirco ad hoc, ut sit locus solutioni Quindennii, necessario requiritur, quòd Beneficium sit unitum alicui corpori, nunquam
defecturo: & quòd desperata sit illius
vacatio, ut explicando Bullas Summo- 4
rum Pontificum, tradunt DD. superiùs
allegati. Ex quo sequitur, quòd si Beneficium unitum fuerit Dignitati alicujus Cathedralis, sive Collegiatæ, &, ut plurimum sequitur, in earum erectione, pro constituendis Præbendis Canonicalibus, quæ subsunt Apostolicis reservationibus, ac per Sedem Apostolicam in mensibus reservatis, seu ratione affectionum per eamdem Sedem Apostolicam providentur, cum exactione solitorum emolumen-
torum; in hoc casu non sit locus solu- 5
tioni Quindenniorum, cessante causa, ob quam dicta solutio fuit introducta, nempe quando unio facta fuit Dignitati, vel Canonicatui, in quibus datur vacatio, & a Sede Apostolica juxta reservationes, & affectiones de illis fit collatio, ut in terminis probat *Azor. instit. moral. par. 2, lib. 7, cap. 14, sect. 4*, ibi „Respondeo, in Pontificis constitu- „tionibus dici, ut solvatur ex benefi- „ciis unitis in perpetuum amplius non „vacaturis *Amayden. de stylo Dataria lib. 1, d. cap. 18, num. 22*. ibi „Eadem „est ratio in unione facta Canonica- „tui, seu Dignitati, modò detur vacatio „ & consonant *Tondut. de Pens. cap. 10, num. 21; Capon. contr. for. 30, num. 9 in fin.*

Tunc verò de præmissis dubitandum
esset, quando de redditibus Beneficii uniri erectæ fuissent Dignitates, vel Cano-
nicatus, qui non excederent valorem 6
annuum viginti quatuor ducatorum au-
ri de Camera, ex quo de illis non sol- 7
vitur annata, ex Constit. S. Pii V, in ordine la 38, & in Clement. quoad regularis, § Præmissa *de Supplem. neglig. Prælat. Tamburin. de Jure Abbat. tom. 1, disp. 9, q. 3, num. 2; R. P. D. Fargn. in cap. præterea, num. 93, ne Prælat. vices suas, in 1, par. 5, lib. Decretalium, fol. 197.* Quoniam hoc casu, licèt aliquod præjudicium Cameræ resultaret, videretur quòd Canonici adstringi non possent ad solutionem dd. Quindenniorum, deficiente prædicto motivo in unione fa-
cta ad favorem Beneficii, in quo datur 8
vacatio, proindeque locum habent provisiones Apostolicæ; & fortius, quia so-
lutio Quindenniorum non debetur ex 9
Juris communis dispositione, sed ex privilegio, adnotata per *Rot. cor. Seraph. dec. 1401, num. 4; & dec. 1410, num. 29; Spada consil. 95, num. 2, & seq. tom. 2*; quod quidem privilegium, ut clarè patet ex lectura singularum Constitutionum Pontificiarum, in hac materia editarum, procedit tantummodo in unionibus factis Dignitatibus non amplius vacaturis,

ut

ut etiam animadvertunt Doctores supe-
rius laudati, & per consequens cùm
10 ista qualitas requisita a Constiturionibus,
verificari non possit in Canonicatibus,
in quibus datur vacatio, videtur non
esse locum solutioni Quindennii, *Felin.
in cap. 2, de rescript. Dec. cons. 250, n.
11; Bero. cons. 29, num. 29, vol. 2, Nat-
ta cons. 474, n. 31; & in nostris termi-
nis; Capon. d. cont. 32; num. 37*; & quam-
vis *S. Pius V, in d. constit. 38*, inno-
vando, & confirmando Constitutiones
aliorum Pontificum, in hac materia præ-
cedenter editas, obligationem solvendi
11 Quindennium extenderit etiam ad illas
uniones Capitularibus Mensis pro usu di-
stributionum quotdiianarum, ex animad-
versis per *Novar. in Summa Bullar. com-
ment. 145, lib. 1, num. 11; Amayden. de
Stylo Datariæ, lib. 1, d. cap. 19, § 4,
num. 24; Azor. Instit. moral. par. 1, lib.
7, d. cap. 14, vers. 6, quæritur*. Adver-
tendum nihilominus est, quòd tam Con-
stitutio prædicta, quàm Auctoritates su-
perius allegatæ procedere videntur tan-
tùm in casu, quo fructus Beneficiorum
applicantur non solùm pro distributioni-
bus quotidianis, sed insimul ad alium
12 usum: secùs verò, quando applicati fue-
runt tantummodo pro distributionibus
quotidianis, prout benè distinguendo fir-
mat *Corrad. in prax. benefic. lib. 2, cap.
8, num. 65, & seqq. ubi d. num. 65*, di-
cit ita suisse resolutum per *Rot. in una
Cortonen. 27 Maji 1579*.

Neque obstare posse videtur, quòd
præsumendum non sit, quòd Summus Pon-
tifex per gratiam unionis voluisset tol-
lere jus quæsitum Cameræ in exactione
Quindennii, quod antea per eamdem
Cameram exigebatur ex titulo præce-
13 dentis unionis. Quia præterquamquod
compensatum aliquo modo remanet ex
collationibus Canonicatuum, vacantium
in mensibus reservatis, vel aliquo modo
affectorum, cùm hujusmodi præjudicium
sit consecutivum, & occasionale, non
est habendum in consideratione, neque
necessaria est derogatio regulæ de jure
quæsito non tollendo; *Rot. cor. Sera-
phin. sæpe laudat. dec. 1401, num. 3, &
29*; benè *Spad. cons. 94, num. 2*, & me-
liùs *cons. 95, a num. 3, usque in fin. &
signanter num. 8, tom. 2*.

Solutio hujusmodi Quindenniorum pro
unionibus Beneficiorum introducta fuit
ad instar Quindenniorum, quæ solvuntur
ex alienatione bonorum emphyteutico-
rum in manus mortuas, de quibus hic
obiter aliqua adnotare extraneum a no-
stro instituto penitùs non videtur; cùm
ut plurimum Mensæ Capitulares, vel
exigant laudemia, vel solvant Quinden-
nia. Quapropter præmittendum est, quòd
quamvis hujusmodi Quindennia jure an-
tiquo sint penitùs incognita, tamen ex
quadam æquitate successerunt in locum
laudemii, & in recompensationem ejus
præjudicii, cui subjicitur Dominus dire-
ctus propter nimis raras, & difficiles alie-
nationes, quæ fieri solent a manibus
mortuis. Ideoque fuerint introducta Quin- 14
dennia, quasi quòd si Emphyteusis per-
mansisset penes Laicos, singulis quinde-
cim annis verisimiliter alienari potuis-
set, ut tradunt *Niger de Laudem. quæst.
12, art. 3, num. 148, lib. 1; Eminentiss.
De Luc. de Benefic. disc. 89, num. 9, &
de Emphyteus. discurs. 40, num. 4, Pani-
mol. dec. 4, num. 3, & sequen. Rot. dec.
474, a num. 15, ad 21; & dec. 494, a
num. 7, usque ad 15, par. 9 rec. in Ro-
mana Quindenniorum, 6 Junii 1687, cor.
Benincasa; § Præsupposito; & in Avenio-
nen. Novenniorum, 26 Junii 1699, § Quam-
vis, cor. R. P. D. Pio*.

Ad hoc autem ut tam laudemiorum,
quàm Quindenniorum solutio locum ha-
beat, oportet, ut constet de proprieta- 15
te, & directo dominio ejus, qui præten-
dit illorum solutionem, cùm in illius re-
cognitionem utraque solutio introducta
sit; *Rot. in d. Romana Quindenniorum, §
Præsupposito namque, cor. Benincasa*, ac
etiam de identitate ipsorum bonorum, 16
quæ tamen stante antiquitate concessio-
num, conjecturis, ac præsumptionibus pro-
batur, ut dixit *Rot. dec. 678, num. 5; &
dec. 785, num. 42, & 43, par. 18, tom.
2, recen. & in Romana Quindenniorum,
20 Martii 1684, § Bonum jus, cor. Al-
bergat*.

Acris quæstio fuit, an hujusmodi Quin-
dennia solvenda sint juxta statum anti-
quum, nempe secutæ venditionis in ma-
nus mortuas, seu potiùs juxta tempus 17
præsens, consideratis nempe melioramen-
tis super bonis emphiteuticis postea fa-
ctis; urgente pro hac secunda parte du-
bii ratione, quòd cùm Quindennia sint
subrogata loco laudemii, quod solvitur
non tantùm de valore ipsius fundi, qua-
lis erat primitus, sed etiam de ejus me- 18
liorationibus, ut tradunt communiter
scribentes *in leg. final. Cod. de Jur. Em-
phiteut. & signanter Jason. numer. 40,
& 44; Reminald. lib. 1, cons. 1, in fin.
Gabriel. cons. 168, quæst. 6, num. 89; Me-
noch. consil. 444, num. 41, lib. 5; Burg.
de Laudemiis par. 2, inspect. 6, ferè per
tot. Fulgin. de Emphiteus. tit. de Laudem.
quæst. 8, num. 22*, ubi in fine rejicit con-
trarios, latè *Niger. de Laudem. quæst.
23, numer. 71, & seqq. tom. 1; Pani-
mol. dec. 4, adnot. 1, numer. 23; Rot. cor.
Ottobon. dec. 183, num. 5*, repetit post
Salgad. in Labyr. Creditor. 90, & admit-
titur *in dec. in Romana Quindennior.
13 Martii 1689, § Præmisso siquidem, cir-
ca medium, cor. bon. mem. Benincasa*; in.

de videtur, quod cùm eadem Quindennia sint subrogata, ut diximus, loco laudemii, & in recompensationem ejus præjudicii, cui subjicitur Dominus directus, propter nimis raras, & difficiles alienationes, quæ fieri solent a manibus mortuis, quasi quod si emphyteusis perman-
19 sisset penes Laicos, singulis quindecim annis, verisimiliter alienari potuisset, ut tradunt *Niger. de Laudem. quæst.* 12, *art.* 3, *num.* 148, *lib.* 1; *Eminentiss. De Luc. de Benefic. disc.* 89, *num.* 9, *& de emphyteus. discurs.* 40, *num.* 4; *Pamphil. dec.* 4, *num.* 3, *& sequen. Rot. dec.* 474, *a n.* 15 *ad* 21, *& dec.* 494, *a num.* 7 *usque ad* 15, *par.* 9 *recen. & in cit. Avenionen. Novenniorum*, 26 *Junii* 1699, § *Quamvis cor. R. P. D. Pio*. Hinc pernecesse consequitur, ut quemadmodum in casu alienationis Laudemium, seu quinquagesima pars solvi Domino directo debet, etiam habita ratione melioramentorum; ita
20 etiam habita eadem ratione solvi debeant Quindennia, tum propter superadictam identitatem rationis, tum propter naturam subrogationis facientis, ut subro-
21 gatum assumat omnes qualitates rei, in cujus locum subrogatur, *Gabr. de reg. Jur. conclus.* 2, *Capyc. latr. consult.* 120, *num.* 62, *& sequen. Barbos. axiom.* 14, *&* 213; *Rot. dec.* 232, *num.* 14, *post Zacch. de obligat. Cameral. Eminentiss. De Luc. de regal. discurs.* 33. *num.* 12, & in terminis Quindenniorum, loco annatarum pro
22 Beneficiis unitis solvendorum, quòd Quindennia induant eandem naturam annatarum, in quarum locum per *Const.* 6 *Pauli II* fuerunt subrogata, bene tradit *idem De Luc. de Benefic. discurs.* 89, *n.* 6, *juncto num.* 9, ubi exemplificat etiam
23 in terminis nostris, & *de Emphyteus. disc.* 28, *num.* 7.

Verùm secunda opinio prævaluit, nempe Quindennium de melioramentis non
24 deberi, ut solutis abundè contrariis resolvit *Rot. in d. Romana Quindenniorum*, 13 *Martii* 1689, *cor. Benincasa*, ex ea ratione potissimùm, quòd quamvis ex fictione æquitativa, consuetudine inducta, singulis quindecim annis ex supposita alienatione oriatur favore Domini directi Jus novæ investituræ, & exactionis laudemii; non tamen probatur in Jure dispositum, aut ab eadem consuetudine inductum, quòd illud debitum etiam sit pro melioramentis ipsius rei emphyteuticæ, cujus nova fingitur investitura; & tritum est, quòd fictio legis, tamquam
25 Jus singulare, ultra casus expressos non admittitur, *leg.* 2, § *Codicillorum*, *ubi Bald. ff. de Jur. Codicill. leg. singulare, ff. si cert. petat. Giovagnon. cons.* 73, *n.* 64, *lib.* 1, *Mantica de tacit. lib.* 8, *tit.* 2, *num.* 7, *lib.* 13; *Bich. dec.* 102, *num.* 17, præcipuè in hac materia laudemii, in
qua consuetudo præcisè observanda venit 26
eo modo, & forma, qua fuit introducta; *Soccin. Jun. cons.* 70, *num.* 73, *& seqq. lib.* 3, *Gratian. discept.* 377, *num.* 19, *Fulgin. de Jur. Emphyt. tit. de Laudem. par.* 15,
num. 2, & ita etiam resolvit *Rot. in alia* 27
Romana Quindenniorum, 13 *Martii* 1701, *cor. Molines Decano*, in qua respondit, Quindennia deberi ad rationem status antiqui, non comprehensis melioramentis.

Non enim obstat ratio supra adducta quòd laudemia in casu alienationis, & novæ investituræ sint solvenda etiam de melioramentis, quia hoc provenit ex eo, quòd fundus emphyteuticus, una cum melioramentis, ad Dominum directum revertitur, & ita ipse æquè de melioramentis, & fundo, tanquam re propria,
laudemium exigit. In nostro autem casu 28
fundus emphyteuticus non revertitur ad Dominum, nec nova conceditur investitura, seu est continuatio, & renovatio in personam, seu Collegium, & Universitatem semel investitam; ideoque jure merito dicendum, Quindennia, licèt inducta in compensationem lucri, quod pro laudemio, in casu alienationis, consequeretur Dominus, nihilominus assumere naturam illius laudemii, quòd interpolatis temporibus convenitur inter Partes, & solvitur semper juxta taxam, in prima acquisitione conventam, quia non est nova investitura, sed primæ con-
tinuatio, *Ottobon. dec.* 183, *num.* 12; non 29
obstante, quòd in contrarium senserit *Niger. de Laudem. super alleg. tom.* 1, *quæst.* 23, *num.* 76, quia ejus opinio non videtur sequenda, uti nullo innixa fundamento, & auctoritate, cum *Hieronymus Leon, dec.* 77, *ab eo allegatus*, non firmet dictam conclusionem. Indubitanter verò prædicta opinio procedit, quando agitur
de solo emphyteutico, in quo constructa 30
fuerit Ecclesia, sive Monasterium, prout erat casus *in sæpe citat. Romana Quindennior. cor. Benincasa*, in qua fuit etiam *sub die* 6 *Junii* 1687, propositum dubium,
an Locus pius, qui successit in fundo em- 31
phyteutico, possit illum affrancare, & se eximere a præstatione Canonum, & Quindenniorum, quæ decisio hic habebitur impressa, una cum alia super Quindenniis, cùm in utraque, materia supra tractata benè discussa habeatur.

R. P. D.

BENINCASA

Romana Quindenniorum.

Ven. 6 *Junii* 1687.

JUxta seriem facti altius expositi in alia hujusmet Causæ decisione, sub die

die 20 Martii 1680, coram bon. mem. R. P. D. Albergato jam emanata Instantibus adhuc Canonicis S. Mariæ Transtiberim adversus Moniales B. Virginis Septem Dolorum pro manutentione exigendi Laudemium, & Quindennia respectivè debita pro domibus emphyteucis Capituli, tam ex titulo emptionis, quam legati olim perventis ad D. Ducissam de Latera præfati Monasterii fundatricem; Dubitatum iterum fuit hodie in Rota — *An constaret de bono Jure ipsius Capituli ad effectum controversæ manutentionis*; & omissis aliis inspectionibus, quæ sub proposito dubio involvebantur, DD. pro nunc unicè examinantes, quæ circa Quindennia, eorumque quantitatem quoad Domum emptam deducebantur, resolverunt respectu illius tantùm constare de bono Jure Capituli juxta statum de tempore venditionis, & modum inferius exprimendum.

Præsupposito namque, quòd domus, de qua agitur, sub proprietate sit, & directo dominio Capituli, tamquam in ejus solo constructa, dum postea ea persona Ducissæ pervenit in manus mortuas Monasterii hæredis illius, absque ulla spe ul-
32 terioris devolutionis, consequens est quòd ab eodem Quindennia debeantur loco laudemii in hoc casu subrogata, juxta praxim de qua per *Novar. in explicatione Bullarum inter prætermissas de solut. laudem. n. 16; Rot. dec. 280, n. 4, par. 1; dec. 240, nu. 30, par. 7; dec. 274, n. 4, & dec. 49, num. 15, par. 9.*

Difficultas unicè versabatur circa hujusmodi Quindennialis debiti liquidationem, quòd in summa verè excessiva taxandum esse prætendebant Canonici ex regula,
33 quòd sicuti in qualibet nova investitura laudemium commensurari solet respectivè etiam ad emponemata, seu melioramenta rei emphyteuticæ; *Jason. in l. final. num. 40, & seqq. C. de Jur. emphyt. Rominald. Jun. cons. 1, numer. 69, Gabr. cons. 168, q. 6, num. 89; Borr. dec. 19, num. 3.* Sic eodem modo Quindennia, quæ loco laudemii debita sunt pro Domo, quæ hodie in Nobile Monasterium conversa est proportionabiliter ad valorem, & statum præsentem regulari debuissent; cùm
34 tritum sit, quòd subrogatum induit naturam ejus, cujus loco subrogatur, *Text. in l. filia § Attia; ff. de condit. & demonstrat. Rot. dec. 52, num. 4, par. 14; & dec. 651, num. 20, par. 18.*

Sed extranea, & præsenti hipothesi inapplicabilis proposita regula videbatur animadvertendo eam procedere, quando fundus aliquis emphyteuticus, unà simul cum melioramentis in eo constructis, vel per contractum alienationis in tertium, vel alio modo devolvitur; tunc enim ex eo, quia ratione etiam melioramentorum novus Domini consensus in nova investitura requiritur, debetur etiam ratione illorum laudemium; *Corbul. de Cauf. privat. ob alienat. ampliat. 39. Fulgin. tit de laudem. q. 8, n. 23 in fine*, secus verò ubi
durante adhuc emphyteusi proceditur per 35
viam simplicis renovationis; tunc enim quia melioramenta remanent penes ipsum emphyteutam, irrequisito etiam consensu Domini, augere non possunt laudemium, quòd respectu illius tantùm solvi debet; *Rum. cons. 44, num. 11, & seq. Soccin. Jun. cons. 70, num. 2, lib. 3; Amadeus a Pont. de laudem. q. 13, num. 1, & 2*, cum aliis apud *Eminentiss. Ottobon. dec. 183, num. 4.*

Hinc eodem retento themate similitudinis, idem dicendum venit in præsenti de solutione Quindenniorum pro Domo emphyteutica, quæ non transfertur in diversam personam, sed apud ipsum Monasterium perpetuò duratura est, cùm
enim agatur de simplici renovatione, quæ 36
non importat novum contractum, sed continuationem præcedentis, *Alciat. cons. 42, num. 1, lib. 8; Bero. cons. 116, num. 17, lib. 1*, ad normam illius omnia regulanda sunt, & Quindenniale etiam debitum absque ullo incremento taxandum est, ut ex superius adductis in similibus terminis firmavit *Rota coram Eminentiss. Ottobon. in dicta dec. 183, num. 12, & seqq.*

Mirificè hoc comprobatur exemplo alterius Quindennii, quod pro beneficiis unitis solvi solet, ne præjudicium Annatistis inferatur, quod semper, & in ea-
dem summa solvitur, in qua usque ab 37
initio taxatum reperitur, sive beneficiales redditus augeantur, sive decrescant, *Castador. in reg. Cancell. dec. 19, num. 6; Ursell. conclus. 100, num. 20.* Hinc, &
Quindennia, de quibus agitur, quæ ad ejus 38
similitudinem inventa sunt, *Niger de laudem. q. 12, art. 3, num. 149, Rot. decis. 198, num. 4, par. 19*, sive valor emphyteusis incrementum, sive detrimentum patiatur, semper in summa semel taxata, solvenda veniunt, eadem enim debet es-
se Juris dispositio, ubi eadem ratio mi- 39
litat ad *Text. in l. illud ff. ad leg. Aquil. Abb. in cap. nihil, num. 5, de elect. Dec. cons. 15, num. 2.*

Et fortius argumentum fulcitur, ponderando, quòd laudemium in tantum solvitur de melioramentis, ex quibus valor fundi emphyteutici augetur, in quantum ratione directi dominii acquiruntur Domino fundi, & cedunt fundo, cujus naturam, & qualitatem induunt, *l. adeo, § Ex diverso, ff. de acquir. rer. domin. Bald. cons. 310, lib. 3, num. 1; Gabr. cons. 168, num. 88, tom. 1, & seqq. Sperell. dec. 57, num. 23*, undè & laudemium, & Quindennia in sequelam ipsius debita cessare

in præsenti dubium non est, ubi melio-
41 ramenta, quæ sunt Monasterium & Ec-
clesia super ædificata in fundo emphyteu-
tico, & ex quibus provenit incrementum,
nullatenus cedere possunt solo, sed Solum
42 ipsum rationem illorum nullius sub do-
minio remanet; § *Nullius, Instit. de rer.
divis.* sed religiosum, & sacrum efficitur;
*Gloss. in Can. Apostolicus in verbo con-
traxisse in q. 2, Calderin. cons. 5, de Re-
lig. domib. Rot. dec. 308, num. 6, par. 4.
tom. 1.*

Non solùm autem putarunt DD. pro
decernenda quantitate Quindenniorum
considerandam esse Domum venditam,
juxta statum de tempore venditionis, hoc
est absque ullo respectu ad melioramen-
ta, unde illa postmodum aucta est, sed
ulterius ab æstimatione ejusdem præce-
denter facta deducendum censuerunt illud
43 plus, quo fuit appretiata cum supposito
quòd esset libera quando erat emphyteu-
tica, multoque magis partem illam pre-
tii, quo pluris vendita fuit ratione retra-
ctus in vim Bullæ Gregorii XIII, in or-
44 dine la 22, *Bullar. tom. 2.* Laudemium
namque, & Quindennia calculari non de-
bent, nisi ad mensuram veræ æstimatio-
nis hoc est deducto quolibet onere, &
extraneo augmento valoris, itaut juxta
Doctrinam *Bartol. & Castren. in l. sed si,
§ Quidam, ff. de condit. & demonstrat.*
45 Neque sit inspiciendum quid impensum
aliquando ab emptore sit, sed quantum
venditor consecutus fuerit, quam in pro-
posito sequitur *Caldas de emphyt. extinct.
q. 16, num. 4, lib. 4; Redoan. de reb. Ec-
clesi. non alien. fol. 379, num. 12; Fulgin.
de emphyt. tit. de laudem. q. 1, numer. 8
in fine.*

Atque ex his satis visum est normam
fuisse præscriptam, quomodo regulandæ
sint in præsenti Quindenniales solutiones,
a Capitulo prætensæ, de cujus bono Ju-
re constare, juxta modum expressum,
resolutum fuit. Utraque Parte informante.

R. P. D.

BENINCASA.

Romana Quindenniorum.

Ven. 13 Martii 1689.

POstquam sub die 6 Junii 1687, reso-
lutum fuit constare de bono Jure Ca-
pituli S. Mariæ Transtiberim ad effectum
manutentionis in exigendis Quindenniis si-
bi debitis pro quadam Domo emphyteu-
tica a Monialibus Beatæ Virginis Septem
Dolorum titulo emptionis, modò posses-
sa, eademque Quindennia fore regulan-
da secundum valorem ipsius Domus de
tempore quo empta fuerat, non autem
juxta statum præsentem, ex nova fabri-
ca Monasterii, & Ecclesiæ totaliter mu-
tatum, & pluribus melioramentis adau-
ctum, disputatum hodie fuit: An standum,
vel recedendum esset a Decisis, &
DD. inhærentes fundamentis præteritæ
resolutionis pro illius confirmatione stete-
runt, rejectis novis objectionibus in con-
trarium excitatis.

Præmisso siquidem quòd Quindennia, in
Jure penitus ignota, successerint loco lau-
demii, quod ex quadam æquitate a pra-
xi fingitur decimo quinto quolibet anno
deberi Domino directo, qui aliàs nullam
haberet spem devolutionis ob transitum 46
emphyteusis in manus mortuas, *Recen.
praxi, resolut. 633, par. 1, per tot. Rota
coram Coccin. dec. 233, num. 15, & cora
Eminentiss. Cerro, dec. 2, num. 12, usque
ad 25, & dec. 192, num. 4, par. 19 rec.*
Sicut ubi non proceditur per viam no-
væ investituræ favore diversæ personæ,
sed potius simplicis renovationis in per-
sonam emphyteutæ, semel investiti, quan-
do laudemium debetur, solvendum est 47
juxta taxam in prima acquisitione con-
ventam, non consideratis melioramen-
tis rei emphyteuticæ, ut ex firmatis per
Rotam coram Eminentiss. Ottobono, decis. 48
*183, num. 6, & seqq. cum aliis ibidem ad-
ductis.* Sic etiam quindenniales præsta-
tiones ad eandem normam, & ab eadem
persona solvendæ, regulari debent se-
cundùm antiquum rei valorem, nulla ha- 48
bita ratione emponematum, ex quibus
hoc medio tempore ejusdem incremen-
tum derivat, nam eadem in æquipara-
tis militat ratio, & subrogatum naturam 49
induit ejus, in cujus locum subrogatur,
*l. Pomponius 13, § cum quis, ff. de acquir.
possess. Oldrad. cons. 224, num. 25; Rot.
dec. 44, num. 16, par. 8.*

Nec attendi meretur, quòd applicabilis
non sit præsenti casui regula proposita,
vel quia nec laudemium, nec quinden-
nia fuerint unquam taxata post acquisi-
tam Domum Monialibus, vel quia non
versamur in terminis simplicis reno-
vationis, sed veræ novæ investituræ,
dum controversa Domus per D. Du-
cissam de Latera Monialium Auctricem
olim empta, & usque ad obitum possessa,
novissimè solùm ad manus mortuas Mo-
nialium pervenit, & nonnisi postquam
conversa fuit in Monasterium, & adau-
cta enunciatis melioramentis.

Quoniam frustra quæritur de speciali
conventione quantitatis quindenniorum, 50
dum ea nil aliud sunt, quàm ipsum lau-
demium determinato tempore decimi
quinti cujuslibet anni solvendum, *Niger
de Laudem. quæst. 12, art. 3, num. 145;
Rot. decis. 474, num. 18, par. 9.* Sicut
autem laudemium, seclusa contraria con- 51
suetudine, suam habet mensuram a *l. fin.*

§ *ne*

§ antepenult. Gloss. de Jure Emphyt. Sic
52 etiam quindennium absque eo quòd opus sit aliqua conventione, cum ipso laudemio commensuratur. *Rot. decis. 40, num. 301, par. 7; & decis. 280, num. ..., par. prima, & coram Emerix decis. ..., num. 34.*

Quòd autem in casu nostro extranei sint termini novæ investituræ, patet ex ipso Instrumento emphyteusis Domùs, de qua agitur, a Ducissa acquisitæ pro ipsismet Monialibus, & ad earum favorem solummodo stipulato, accedente etiam ipsius Capituli consensu. Quamobrem non solùm ex facto cessat obiectum, & convincitur, quòd possessio usque ad obitum non fuerit penes Ducissam, nec quòd ad Moniales pervenerit existentibus jam melioramentis ab ea factis; sed in necessariam sequelam ve-
53 nit, quòd nullum pro eis debeatur augmentum quindennii, sicut non augetur laudemium, quod ab ipso meliorante persolvitur. *Rum. cons. 44, num. 12, & seqq. Socein. Jun. cons. 70, nu. 20, lib. 3. Ansald. a Ponte de Laudemiis, par. 13, nu. 1, & 2. cum aliis congestis in decis. 90, post Salgad. in Labyr. Creditor. nu. 4.*

Neque ex eo, quia loco laudemii, quod in qualibet nova investitura solvendum esset, successerint Quindennia, cum supposito, quòd bona emphyteutica, si penes privatam personam existerent, de 15. in 15. annos alienari possent, dici mereretur, quòd cùm in casu veræ alienationis reguletur Quindennium, habita etiam melioramentorum ratione, exinde eveniat, quòd eodem modo commensurari debeat in casu suppositæ alie-
54 nationis, ut fictio in casu ficto operetur quòd veritas in casu vero, *l. prima, § hoc autem, ff. ad Senat. Consult. Trebell. Decian. cons. primo, nu. 150, lib. prima; Gonzal. ad regul. 8. Cancellariæ, gloss. 51, num. 28.*

Nam, ultra quòd quando emphyteusis in manus mortuas transivit, apud quas perpetuo duratura est, nulla prorsus fingi valet nova investitura nisi in personam ejusdem emphytheutæ, quo casu cùm pro melioramentis laudemium au-
55 geatur, dictum fuit, ita nec Quindennia, ut eadem militet Juris dispositio, ubi eadem ratio procedit, *l. his solis, Cod. de revoc. donat. Rota dec. 84, num. 4, par. 4, & dec. 348, num. 13, par. 17.*

Responsum etiam fuit, quòd quamvis ex fictione, ab æquitativa consuetudine inducta, singulis quindecim annis, ex supposita alienatione, oriatur favore Domini directi Jus novæ Investituræ, & exactionis laudemii; non tamen probatur in Jure dispositum, aut ab eadem consuetudine inductum, quòd illud debitum etiam sit pro melioramentis ipsius rei emphyteuticæ, cujus fingitur nova investitura; & ratio est, quod fictio le- 56
gis, tamquam Jus singulare, ultra casus expressos non admittitur, *l. 2, § Codicillorum, ubi Bald. ff. de jur. Codicill. l. Singulari, ff. Si certum petatur. Giurgn. cons. 73, num. 64, lib. primo; Mantic. de tacit. lib. 8, tit. 12, numer. 37; & Ricc. dec. 101, num. 16.* Præcipuè in hac materia laudemiorum, in qua consuetu- 57
do præcisè observanda venit eo modo, & forma, qua fuit introducta. *Socein. Jun. cons. 70, num. 23, & seqq. lib. 3. Gratian. discept. 377, num. 29. Fulgin. de Jure emphyt. tit. de laudemiis, quæst. 15, num. 20.*

Movere tandem non potuit Dominos exaggeratum præjudicium, quod resultare videtur in hoc casu Domino directo, qui si fundum emphyteuticum in manus mortuas distrahi non permisisset, semper a novo emphyteuta laudemium potuisset exposcere ratione emponematum, prout præcisè exactum fuit pro aliis similibus fundis ab eodem Capitu-
lo, cujus jactura non debent Monia- 58
les locupletari contra Text. in cap. unico, § Sed durum, de alienat. fundi. Innocent. Cap. Secundum Canonicam, num. 25, quæst. 8.

Etenim cùm evenire quoque posset, ut quolibet decimoquinto anno non solùm non augeatur, sed fortasse diminutus remaneat valor rei emphyteuticæ, etiam ex causa inopinata, major fortassè resultat utilitas Domino directo ex invariabili taxa semel firmata, quam si 59
determinato tempore esset renovanda, ut ad propositum notat *Papon. in Collectan. arrestor. lib. primo, tit. 14, Arrest. 4, per totum.* Unde hoc etiam practicari solet in Quindenniis Cameræ Apostolicæ 60
debitis, a quibus usus processit Quindennialium hujusmodi solutionum. *Castadon. ad regul. Cancell. dec. 19, num. 6. Ursell. consult. 100, num. 20. Nego. de laudem. par. 12, art. 3, num. 219. Rota dec. 248, num. 4, par. 19.*

Cæterum, omnis tollitur dubietas in præsenti hypothesi, si consideretur quod melioramenta, de quibus agitur, tamquam sacra, & religiosa cùm cedere nequeant solo, numquam favore Domini directi, 61
devolvi possunt. Unde quoad ea frustranea remanet quæstio, tam laudemii, quàm Quindennii, ut latius dictum fuit in Decisione, quæ revidetur, quòd non solùm intelligendum est de Ecclesia, ut a Capitulo controvertitur, sed etiam de toto Monasterio, auctoritate ordinaria erecto. *Calderon. cons. 5, de religios. Domib. Gizarel. dec. 37, num. 3, & seq. Rota dec. 308, num. 6, par. 4, tom. primo.*

Et ita approbando in reliquis præteritam Decisionem, fuit responsum utraque, &c. & omnibus DD. Suffragantibus.

Ad-

ADDITIO XXIX.

De consuetudinibus contra Cæremoniale Romanum, an, & quando tolerandæ veniant, aut eliminandæ.

ARGUMENTUM.

Ex ordinationibus in Cæremoniali Romano contentis, quæ servandæ sint sub pœna peccati, adeoque impræscriptibiles existant: quæque e converso non sint tales, & præscribi valeant. Et signanter agitur, an Canonici alicujus Collegiatæ insignis, qui consueverunt præstare Primæ ejusdem Collegiatæ Dignitati actus obsequiales, solis Episcopis debitos, illos licitè valeant continuare; atque in hoc proposito quamplures recensentur consuetudines, prædicto Cæremoniali contrariæ, quæ ab Episcopis passim tolerantur.

SUMMARIUM.

1 *Cæremoniale Romanum exactam ab omnibus exigit observantiam, & in aliquo casu, etiam sub reatu gravis culpæ.*

2 *Id tamen procedit quoad ea, quæ Dei cultum immediatè respiciunt. Secus verò respectu eorum, quæ personas Ministrorum, Sacris functionibus interessentium, concernunt.*

3 *Illa primi generis impræscriptibiles sunt; non ita alia secundi, nisi quando ad abusum reducerentur, vel confunderetur ordo hierarchicus.*

4 *Cæremoniale non tollit consuetudines laudabiles contrarias, neque centenariam, sive immemorabilem.*

5 *Maximè si agatur de consuetudinibus, quæ in Diœcesi, vel in Provincia sint usu receptæ, dummodo sint rationabiles, & abusum non redoleant, & n. 13.*

6 *Quo casu, ad præscribendum contra Cæremoniale, necessaria non est immemorabilis, sive centenaria, cum suis requisitis plenè probata.*

7 *Pontifex non censetur velle obligare per suas leges, mores concernentes, nisi fuerint usu receptæ.*

8 *Ritus, contrarius Cæremoniali, quando permitti valeat, etiamsi cultum Divinum immediatè concernat.*

9 *Immutatio etiam in melius, majorum solet esse origo malorum.*

10 *Consuetudo, quæ non nisi cum perturbatione pacis tolli potest, toleranda est.*

11 *Recensentur consuetudines, Cæremoniali adversantes, quæ passim tolerantur a Prælatis, in concernentibus eorum honorificentiam.*

12 *Et hujusmodi consuetudines approbat etiam ipsa Sacra Rituum Congregatio.*

14 *Constitutio Clem. VIII, confirmatoria Cæremonialis, ad ea restringitur, quæ in eodem Cæremoniali sunt expressa.*

15 *Obsequio, seu associatio, uti referibilis ad actum civilem Canonicorum ergo Primam dignitatem, non est reprobanda.*

16 *Ad hoc ut non intret dispositio Cæremonialis, sufficit, quòd dubitetur, casum non esse comprehensum.*

17 *In materia prohibitiva, fieri non debet extensio de casu ad casum.*

18 *Decretum Sac. Congregat. Rituum in hoc proposito, per eamdem Congregationem moderatum deinde fuit ad instantiam Monachorum Cassinensium, sub simplici assertione immemorabilis, pro eorum Abbatibus militantis.*

19 *Decisiones Rotæ Romanæ, ubi concessa est nova audientia, non faciunt statum.*

20 *Priori Collegiatæ, occasione accessus Capitulariter ad Cathedralem, non debetur locus in Præsbyterio ejusdem Cathedralis, neque etiàm Canonicis, & n. 22.*

21 *Eidem Priori competit præcedentia ante Præpositum, cæterosque Canonicos Cathedralis, præsente Archidiacono, non autem eo absente.*

23 *Idem servandum in Processionibus, aliisque actibus, in quibus accedere solet utrumque Capitulum.*

24 *Quando Archidiaconus assistit Episcopo celebranti, vel assistentiam eidem præstat in Processionibus, etiam Sanctissimi Corporis Christi, non habetur pro præsente, itaut Prior prædictus præcedere debeat Præpositum Cathedralis.*

25 *Ministrare naviculam Episcopo, Thus ponenti in Thuribulo in Collegiata Ecclesia, occasione functionum, in quibus intervenit Capitulum Cathedralis, & Episcopus non assistit in Pontificalibus, spectat non ad digniorem ex Capitulo Cathedralis, sed ad Priorem, aliumve digniorem ex Capitulo Collegiatæ.*

26 *Parochus Collegiatæ in Processionibus, in quibus intervenit utrumq; Capitulum, incedere debet a sinistris Parochi Cathedralis, etiam cum Stola.*

27 *Accedenti Episcopo ad Ecclesiam Cathedralem, pro celebranda Missa privata ad Altare alicujus Sancti, tenentur de Jure Canonici occurrere in ostio, & Aspersorium porrigere.*

28 *Et ex consuetudine induci potest, ut etiam celebranti assistant.*

29 *Servitus semper est præscriptibilis.*

30 *Ad præscribendam servitutem, regulariter*

lariter requiritur spatium 30 annorum.

31 *Ecclesia repræsentatur per Episcopum.*

32 *Qui propterea debet excellentiùs, & sublimiùs, quantùm fieri potest, honorari, tamquam apex ecclesiasticæ dignitatis.*

33 *Ubi agitur de præstatione servitiì favore Ecclesiæ, consuetudo inducitur spatio decem annorum.*

34 *Affertur resolutio Sac. Congreg. Rit. super dubiis supra propositis.*

FRequens admodùm, & penè universalis est casus in omni fere Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata, quòd in aliquibus Sacris Ritibus, vel Cæremoniis diversa sit praxis a dispositione ipsius Cæremonialis. Unde quid in hac varietate statuendum veniat, hìc explicandum censeo, omissa impressione, quam alibi promisimus, Consultationum editarum in Lucana Præeminentiarum, quia sic Lectoris commodo magis consultum remanet, & quæstio magis diserta.

Quamvis Cæremoniale, utpote lex
Pontificia, concernens rectam Sacrorum
Rituum praxim, publicata, & Ecclesiæ
universali consensu recepta, loquendo in
1 abstracto, rigorosam ab omnibus exigat
observantiam, & in aliquo casu, etiam
sub reatu culpæ lethalis, transgredi nequeat, ut præ cæteris notant *Gratian. disc. forens. cap. 15, num. 7; Clerec. de Benefic. discord. 68, num. 8, Rot. dec. 647, par. 4, tom. 3 recen.* Hujusmodi tamen propositio non potest ita universaliter accipi, ut
omnes, & quæcumque ordinationes, contentæ in Cæremoniali, servandæ sint sub
2 pœna peccati, sed illæ tantùm, quæ immediatè Dei cultum; non autem, quæ
Ministros, aliasque Personas sacris Functionibus interessentes, concernunt. Illæ enim primi generis, utpote superioris ordinis, præscribi non valent, eorumque inobservantia, nonnisi abusus impræscriptibilis reputandus est. Secundi
3 verò generis inobservantia eatenus toleranda non est, quatenus reducatur ad
abusum, vel confundatur ordo hierarchicus, veluti si minor præferatur majori. Siquidem Cæremoniale non adversa-
4 tur laudabilibus consuetudinibus, neque
tollit centenariam, sive immemorabilem, neque derogat particularibus Statutis, quando, ut diximus, non agatur de abusu, qui mereatur eliminari, ut de prima propositione plures extant Resolutiones S. Rit. Congreg. quas refert *Barbos. in Collect. Decis. Apostol. verbo Cæremoniale, & plenius apud Pignatell. cons. 26, num. 4, & seq. tom. 4; & idem Barbos. de Canonic. cap. 43, num. 23; Pax Jord. lib. 14, tit. 20, num. 43, tom. 3; Clericat. de benefic. discord. 68, num. 7, & 11* de immemorabili, & centenaria, *Pignattell. cons. 18, num. 12, tom. 3; Rot. coram Merlin. decis. 109, 2; & apud Card. de Luc. ad mat. Jurisd. dec. 28, num. 15; & in Hispalen. Processionis super primo dubio 28 Januarii 1700, § & quidem, cor. Ansald.* ibi *Dum nec ipsæ Confirmationes Apostolicæ in ordine ad memoratum Cæremoniale usquam intellexerunt infringere consuetudines centenarias, & immemorabiles; & in Colonien. præcedentiæ post Antonell. de Jur. & oner. Cler. dec. 19, num. 12;* ac de Statutis in viridi observantia existentibus, *Barbos. Summ. Apost. dec. collect. 79, num. 7, & collect. 680, num. 2; Pignattell. consult. 32, & 35, & consult. 104, num. 15, tom. 4; Rot. cor. Dunoz. Jun. dec. 855, num. 11, & seqq. & in recen. decis. 102, numer. 15, par. 10; & in Colonien. Præcedentiæ 4 Junii 1696. § ex ipso, cor. b. m. Muto, apud Antonell. de Jur. & oneribus Cleric. decis. 19. num. 21.*

Præmissaque eò magis procedunt, ubi
agatur de consuetudinibus, quæ in Diæcesi, vel Provincia usu receptæ sunt,
dummodo tamen non sint irrationabiles,
vel abusivæ, *Cleric. de benefic. discord.* 5
72, *num.* 31, cum aliis apud eum; *Rot. in Pampilonen. Præeminentiarum 3 Februarii 1700, § Et hæc certiora in fin. cor. Reverendissimo dell' Olmo, & 7 Martii 1717, § Nec Præadducta, in fine, cor. eod. & in Trojana delationis Crucis super bono Jure 10 Decembris 1708, § quidquid enim cor. Eminentiss. Aldovrando, & in Osnaburgen. Canonicatus 14 Junii 1715, § Irrito, cor. R. P. D. Crispo,* ibi - *Præsertim quia talis consuetudo, nedum viget in hac Ecclesia, sed etiam in aliis pluribus Germaniæ, quòd potissimè confert ad convincendum hujus Ecclesiæ institutum, quod rationi consonum sit; cùm ea, quæ exorbitantiam continent, aliarum Ecclesiarum moribus recipi non soleant - & in simili rescripsit S. Rit. Congreg. Episcopo Nicien. apud Pignattell. d. cons. 26, tom. 4,* sub nu. 4, *sequen. tenor.*

„ Nella difficoltà, che portano i Canonici di cotesta Cattedrale in non voler essi, che il Prete assistente porti sul Capo il libro, conforme al Ceremoniale, questi Eminentissimi Signori, sentite le ragioni loro, e viste le fedi della consuetudine di cotesta Chiesa, e delle circonvicine, pensarono, che sia bene, che VS. lasci correre, come si è fatto fin quì, finchè non si determina altrimenti; perchè se la consuetudine sarà lodevole per le circostanze, che si possono considerare, bisognerà dire, che dal Ceremoniale non sia levata, &c.
„ 7 Giugno 1625. Ex qua resolutione in-
ferri potest, non esse necessariam imme- 6
morabilem, sive centenariam, cum suis requisitis plenè probatam ad præscribendam

dam

dam censuram Cæremonialis, quoties cumque agitur de consuetudine laudabili, quæque ad abusum referri non possit, si uniformis sit consuetudini Regionis, vel aliarum Ecclesiarum finitimarum, & conferunt firmata per *Rot. in supra relat. decis. in Pampilonen. & Trojanen.* & præsertim *Osnaburgen. cor. Crispo*. Eoque maximè quia diuturna observantia contra disposita per Cæremoniale circa aliquem ritum præsumere faciat, quòd
7 non fuerint usu recepta, proindeque non obligent, ex verisimili mente Pontificis, qui non censetur velle obligare per suas leges, quæ mores concernunt, nisi fuerint usu receptæ, ut in his terminis, *Clericat. de Benefic. d. discord.* 72, *n.* 30.

Tantaque est vis consuetudinis in his materiis, ut etiamsi Ritus, præscriptus a Cæremoniali, concernat immediatè cultum divinum, contrarius continuan-
8 dus veniat, & nonnisi instigante necessitate, manifesta corruptela, vel intolerabili abusu, immutandus, prout in terminis gestationis Sanctissimi Sacramenti in Processionibus super humeros Sacerdotum, contra disposita per ipsum Cæremoniale, in quo dicta gestatio propriis manibus reservavit Episcopo, plenè firmavit *Rota in Hispalen. Processionis super secundo dubio* 28 *Januarii* 1700 *per tot.* & præsertim § *Et sanè*, & *seq. cor. b. m. Ansald. impressas post meas animadversiones ad Cecroper. p.* 1, *dec.* 41, ibi: *admodum lentè, & nonnisi instigante necessitate, & respectivè corruptela, & intolerabili abusu, convenit falcem immittere in has consuetudines, populorum usu receptas*; afferendo notabile responsum *Celestini III in cap. Quod dilectio in fin. de atate, & consanguinitate.*
9 ex ea evidenti ratione, quòd multoties immutatio etiam in melius, majorum solet esse principium malorum.

Hinc cùm fuissem requisitus de meo voto, an tuta conscientia possent quidam Canonici insignis Collegiatæ continuare in præstatione quorumdam obsequiorum erga eorum Primam Dignitatem, & signanter associationis in accessu, & recessu ab Ecclesia usque ad ædes ipsius Dignitatis, eidem Ecclesiæ annexas, censui, ex motivo antiquæ consuetudinis, eisdem Canonicis non solùm licere, sed valde conveniens esse Dei servitio, usum prædictum non immutare; quia licèt hujusmodi obsequium sit potius debitum Episcopo, quàm simplici Capiti Collegiatæ, nec per eum a Canonicis exigi possit; nihilominus cùm usus prædictus esset antiquus, & receptus in cæteris Collegiatis Civitatis, & Diæcesis, neque tamquam abusus reputari posset, eò quia associatio prædicta inferior erat illa, quam Canonici faciunt proprio Episcopo, videbatur propterea continuandus, nam interversio hujus consuetudi- 10
nis, nonnisi cum perturbatione pacis sequi poterat, ut appositè dixit *Rot. in dicta Osnaburgen. Canonicatus*, § *Initio, coram Crisp.*

Etenim observabam, quòd tolerare similes consuetudines, quæ irrationabilitatem non involvunt, non solùm non debet reputari illicitum, sed multum laudabile, & quandoque necessarium, quamvis contrariæ sint Cæremoniali, propter gravia scandala, quæ regulariter exoriuntur ex qualibet innovatione in hac materia. Et exinde videmus, quòd Prælati pietate, & doctrina conspicui, non exigunt ab eorum Canonicis, vel etiam a Magistratibus secularibus exactam observantiam in eo, quod concernit eorum honorificentiam, sed antiquas tolerant consuetudines, licèt eidem Cæremoniali adversantes; permittendo, in- 11
ter cætera, Canonicis celebrantibus, etiam in eorum præsentia, ultra Diaconum, & Subdiaconum, Sacerdotem adsistentem Pluviali indutum; usum pariter Sedis ornatæ, tam pro Celebrante in ejus præsentia, quàm pro prima Dignitate, sive Assistente ad ejus Cathedram, dum Pontificalia exercet, & incensationem triplici ductu; & respectu Magistratuum, tolerando eorum residentiam intra Presbyterium, & incensatione triplici ductu, cum similibus. Neque sanè putamus hujusmodi Prælatos, tamquam reos alicujus criminis, ob hanc causam condemnandos, sed valde commendabiles esse, uti pacis amatores, quam penitus excluderent ab eorum Ecclesiis, si exactam totius Cæremonialis observantiam ab omnibus exigere vellent. Quin etiam vidimus, quòd ipsa S. Con. Rit., quæ ex peculiari suo instituto, Sacrorum Rituum, & Cæremonia- 12
lis est vindex, passim approbat hujusmodi consuetudines, prout in *Nicien. supra relata, ac in Pisana* 22 *Junii* 1624; & *in Pistorien.* 15 *Martii* 1721, in quibus approbavit usum Presbyteri Assistentis pro Canonicis.

Quibus consonare dicebam receptum principium, quòd dispositio Cæremonialis, sicuti aliæ leges Pontificiæ, quæ mores concernunt, & non fidei articulos, ex verisimili mente Pontificis, non obligant, nisi sint usu receptæ; ac proinde, cùm hoc verificaretur, respectu dictorum actuum obsequialium, quorum usus non solùm est antiquus, sed etiam universalis in cæteris Collegiatis ejusdem 13
Civitatis, videbatur, citra omnem scrupulum, continuandus, ex iis, quæ in terminis Cæremonialis, advertit *Cleric. de Benefic. d. discord.* 72, *num.* 30.

Item quia actus obsequiales prædicti cen-

censeti debeant a Cæremoniali permissi,
potius quàm prohibiti, cùm de iis exhi-
bendis inferioribus Episcopis, expres-
sè non disponat; ac proinde derogatio
contrariis consuetudinibus, contenta in
Bulla confirmationis Clem. VIII, non
14 potest extendi ad casum prædictum, pro-
ut agendo de simili actu obsequiali, so-
lito exhiberi a Canonicis Collegiatæ
Canonicis Cathedralis, firmavit *Rota*,
dec. 10:, *num.* 10, *& seq. & ferè per tot.*
p. 10 *rec. cum aliis in voto b. m. Andreo-*
ris Farsetti apud me impresso dec. 55, *p.* 1,
num. 64, *& seqq.* Quinimo observabam,
quòd actus associationis, contra quem
maximè insistebatur per Canonicos, non
poterat redargui, tamquam abusus, ut-
potè per Cæremoniale destinatus pro
Episcopo, quia juxta disposita *in cap.* 5,
obsequium, quod exhibetur Primæ Di-
gnitati est valde inferius eo, quod Ca-
nonici Cathedralis exhibere tenentur
Episcopo, cui usque ad Cameram sui Pa-
latii obviam ire, & in reditu usque ad
illam associare debent; & Canonici præ-
dicti hoc præstare consueverunt tantum-
modo usque ad ædes Priorales in Eccle-
sia Collegiata correspondentes, ac pro-
pterea casus est diversus: minorque est
honorificentia, quæ Priori exhibetur,
illa, quæ ex Cæremoniali debetur
Episcopo, quapropter obviatio Primæ
15 Dignitati, tanquam referibilis ad actum
civilem, videtur indubiè approbanda,
ut in præcisis terminis dixit *Ceccoper. lu-*
cub. can. lib. 3, *num.* 21, *secundam antiq.*
impress. ibi „ Hujusmodi associationes, de
„ quibus loquitur Cæremoniale, competũt
„ tantùm Episcopali Dignitati, non autem
„ inferioribus; sed quia obviatio est actus
„ civilis, & in aliquibus locis ab Eccle-
„ siasticis Fundatori Ecclesiæ, usque ad
„ ejus valvas crederem posse à Canonicis
„ fieri Primæ Dignitati, sæcularis Colle-
„ giatæ Capiti. Sufficit enim ad hoc ut
16 non intret dispositio Cæremonialis, ut
dubitetur an comprehendat casum de quo
est quæstio, *Rot. d. dec.* 102, *nu.* 16, *par.*
10, *Rec. And. Farsetti in præcit. voto, dec.*
55, *part.* 1.

Neque præmissis obstare putabam De-
cretum Sac. Congregationis Rit. confir-
matum a s. mem. Alexandro VII, de an-
no 1659, *relat. per Monacell. in formul.*
par. 2, *tit.* 13, *formul.* 4, *num.* 34; in quo
prohibetur Abbatibus, & aliis Prælatis
inferioribus, ne associari se sinant a suis
Monachis, sive Canonicis; quia istud De-
cretum emanavit in gratiam Episcopo-
rum; & in casu de quo agebatur, Epi-
scopus non erat in causa, neque prædi-
ctam honorificam associationem impu-
gnabat, quinimmo illi favebat; pro-
17 pterea stante materia prohibitiva, fieri
non debebat extensio de casu ad casum,
etiam concurrente majoritate rationis,
ad *notata per Fusar. de substitut. qu.* 678.
Capyc. Latr. consult. 32, *n.* 16, *& seqq. De*
Luc. de Benefic. disc. 21, *num.* 19, *& de Fi-*
deicom. disc. 159, *num.* 2. *Mans. consult.*
262, *num.* 52, *tom.* 3.

Sed quod omnem meo judicio pro-
pulsabat dubitationem, est subsequens
moderatio prædicti Decreti, facta per
eamdem Sacram Congregationem, relat.
per extensum a *Monacell. Form. practic.*
par. 2, *tit.* 13, *form.* 4, *sub num.* 34, ad in-
stantiam Monachorum Casinensium, sub
fundamento simplicis assertionis, quòd
ab immemorabili consuevissent associare 18
eorum Abbates, ad Pontificalia exer-
cenda accedentes. Si enim Sac. Congre-
gatio censuisset usum prædictum esse illi-
citum, tanquam Cæremonialis disposi-
tioni contrarium, neutiquam solemne De-
cretum, confirmatum a S. Pontifice, sta-
tim revocandum duxisset, allegata tan-
tummodo, & non probata consuetudine
immemorabili; quo pacto satis superque
declaravit, antiquas consuetudines in his
materiis Præeminentiarum legi ipsi esse
anteferendas, prout idem præseferunt
aliæ resolutiones ejusdem Sac. Congre-
gationis supra relatæ, & quæ passim
apud Auctores leguntur.

Et quamvis etiam Canonicorum dubi-
tatio inniteretur Rescripto Sac. Congre-
gat. Rit. quæ sub die 15 Martii 1722 nega-
tivam dedit responsionem dubiis propositis
contra Priorem sub hac formula: *Sac. Con-*
gregatio, &c. rescribendum censuit negati-
vè in omnibus; & ita decrevit, & servari
mandavit: adhuc credidi, duplici capite
dubium evanescere, ac primo quia cùm
Rescriptum respiceret favorem Canoni-
corum, utpote quia dubia fuerunt con-
cepta sub formula: *an Canonici tenean-*
tur ad præstanda solita obsequia D. Prio-
ri, non autem an illorum usus esset re-
probandus, remanet in eorum libertate
uti nec ne, eodem rescripto. Secundò
indubitantius, quia cùm resolutio ema-
naverit cum scissura votorum, proinde-
que ab eadem Sac. Congregatione fuerit
petita, & obtenta nova audientia, re-
solutio prædicta nullum statum facit, & 19
idem est, ac si non emanasset, ut lo-
quendo de Decisionibus Rotæ Romanæ
Card. De Luc. de Testam. disc. 79, *nu.* 14;
& cad. Rot. dec. 397, *num.* 11, *par.* 1 *rec.*
& alibi passim.

Prædictum autem votum meum, edi-
tum ad instantiam Prioris cujusdam Col-
legiatæ insignis, fuit approbatum, & sub-
scriptum a Theologis, & Canonistis pri-
mi nominis supra quinguaginta.

Hoc loco, cohærenter ad materiam
præeminentiæ, quam de Priore Ecclesiæ
Collegiatæ tractavimus, opportunum erit
addere nonnulla dubia a Sac. Rit. Con-

gregatione in una Camerinen. resoluta
sub die 11 Maii 1715, tenoris sequentis.
I. An Priori Collegiatæ Ecclesiæ S. Ve-
nantii, occasione accessus capitulariter
20 ad Ecclesiam Cathedralem, debeatur
locus in Presbyterio ejusdem Cathedra-
lis. Et quatenus affirmativè.
II. An eidem Priori debeatur præ-
21 cedentia ante Præpositum, cæterosque
Canonicos ejusdem Cathedralis, tam
præsente, quàm absente Archidiacono,
prima Dignitate dictæ Cathedralis.
III. An idem locus in dicto Presby-
22 terio debeatur etiam Canonicis ejusdem
Collegiatæ, infra locum Canonicorum
Cathedralis, in linea tamen æquali.
IV. An, & qui locus debeatur Priori S.
23 Venantii, absente Archidiacono Cathe-
dralis, in Processionibus, aliisque actibus in
quibus accedere solet utrumq; Capitulum:
& Prior S. Venantii incedat a sinistris Ar-
chidiaconi, ipso præsente, & interessente.
V. An Archidiaconus habeatur pro præ-
24 lente quando assistit Episcopo cele-
branti: vel assistentiam præstat eidem in
Processionibus, etiam Sanctissimi Corporis
Christi, ita ut Prior S. Venantii debeat
præcedere Præpositum Cathedralis.
VI. An ministrare naviculam Episco-
po ponenti Thus in Thuribulo in Colle-
giata Ecclesia in Processionibus, in qui-
25 bus intervenit Capitulum Cathedralis, &
Episcopus non assistit in Pontificalibus,
spectet ad digniorem ex Capitulo Ca-
thedralis, vel ad Priorem, aliumque di-
gniorem ex Capitulo Collegiatæ.
VII. An Parochus Collegiatæ in Pro-
cessionibus, in quibus intervenit utrum-
26 que Capitulum, incedere debeat a si-
nistris Parochi Cathedralis, etiam cum
stola.
Ad I. *Negativè.*
Ad II. *Affirmativè, præsente Archi-
diacono, negativè verò absente.*
Ad III. *Negativè.*
Ad IV. *Satis provisum in secundo.*
Ad V. *Negativè.*
Ad VI. *Negativè quoad primam par-
tem, & affirmativè quoad secundam.*
Ad VII. *Affirmativè, & amplius in
omnibus.*
Contingit etiam dubitare, an obliget
consuetudo, quòd accedenti Episcopo
ad Ecclesiam Cathedralem, pro celebran-
da Missa privata ad Altare alicujus San-
cti, Canonici occurrant in Ostio, por-
rigant Aspersorium, necnon etiam præ-
stent Missæ assistentiam.
Respectu obligationis occurrendi in
Ostio, & porrigendi Aspersorium, opus
non est consuetudine, cùm hujusmodi
27 obligatio de Jure procedat, teste *Cecco-
per. lucub. Canon. lib. 3, num. 84,* juxta ve-
terem impressionem, *Vener. in exam. Episc.
lib. 40, n. 10, Pignattell. consult. 83, n. 40,
tom. 5.* Difficultas versatur circa obliga-
tionem præstandi assistentiam Missæ; 28
quam ex consuetudine induci posse ex
eo suadetur, quia cùm agatur de servi- 29
tute, ea semper est præscriptibilis; &
ita resolutum fuisse per Sac. Congrega-
tionem affirmaut *Fagnan. in cap. licet,
num. 108 de præbend. Barbos. de canon.
cap. 35, num. 14. Pignattell. cit. consult.
83, num. 4, tom. 5. Ventrigl. de jurisd. Ar-
chiep. cap. 25, num. 5.*
Hæc autem consuetudo, cùm tendat
ad probandam servitutem, regulariter
loquendo, præscribitur spatio 30 anno- 30
rum, prout statuitur *in l. Si quis diuturno,
ff de servit. vindic.* & tradit *Card. de Luc.
de servit. disc. 32, numer. 5.* In subje-
cta tamen materia, sufficeret etiam præ-
scriptio 10 annorum, cum talis consue-
tudo respiciat majorem Episcopi honori-
ficentiam, & consequenter favorem Ec- 31
clesiæ, quæ per Episcopum repræsentatur,
Can. Scire debes 7, quæst. 1; nam Episco-
pus, uti apex Ecclesiasticæ Dignitatis, 32
debet, quantùm fieri potest, excellen-
tiùs, & sublimiùs honorari. *Can. Episco-
pus in Ecclesia, dist. 95, & Can. duo sunt
quippe, dist. 96.* Speciale siquidem est in
consuetudinibus, quæ respiciunt Ecclesiæ
favorem, ut inducantur spatio 10 anno- 33
rum, in materia habendi præstationem
alicujus servitii Ecclesiastici, ut in specie
dixit *Rocc. Iscian. disput. jur. cap. 167,
num. 50. Rot. cor. Bich. dec. 522, nu. 17,
& 18, & cor. Pen. dec. 1135, num. 2, & 3;
in recent. dec. 102, num. 10, part. 10; & in
Urgellen. Servitutum 15 Martii 1697,
§ Et quidem, cor. Ursin.*
Fuerunt proposita in Sacr. Cong. Ri-
tuum in una Asculana de anno 1716,
super obligatione Canonicorum occur-
rendi Episcopo accedenti ad Ecclesiam
Cathedralem pro celebranda Missa pri-
vata, porrigendi Aspersorium, necnon
præstandi assistentiam dictæ Missæ; &
quoad primam partem prodiit respon-
sum affirmativum, nempè quoad occur-
sum per nonnullos Canonicos, & porre-
ctionem Aspersorii in reliquis Dilata.
Cùm autem nequiverim an, & quomo-
do resoluta fuerit causa prædicta quoad
prædictam secundam partem, nihil certi
firmare audeo.

ADDITIO XXX.

*De Bonis emphyteuticis, ad Ecclesiastica
loca pertinentibus.*

ARGUMENTUM.

Emphyteusis Ecclesiastica quando fit trans-
itoria ad extraneos, & ad quos ef-
fectus. Hujusmodi emphyteusis regula-
riter non habet perpetuitatem, sed
re-

restringitur ad tres tantùm generationes Linea finita, quando competat proximioribus ultimo investito manutentio, & quando ex æquitate debentur dictis proximioribus renovatio, cum aliis ad materiam singularibus quæstionibus.

SUMMARIUM.

1 *In emphyteusi Ecclesiastica, appellatione hæredum, & successorum, non veniant nisi hæredes, & successores sanguinis.*

2 *Etiamsi concurrant clausula* ad habendum, & in perpetuum, *& quare, & num.* 3.

4 *Maximè si adsit pactum, quòd Emphyteuta uti, & frui debeat, nec permittere, quòd ad alios sua culpa, & dolo perveniat.*

5 *Quæ conclusio item ampliatur in casu, quo antiqua investitura comprehenderet etiam hæredes extraneos, & quando.*

6 *E converso censenda est facta concessio, transitoria ad extraneos, quoties Investitura est pro hæredibus, absque alia restrictione ad personas, vel ad agnationem.*

7 *Stantibus præsertim clausulis, importantibus facultatem alienandi, & quæ sint.*

8 *Requiri tamen debet concursus Domini directi, ab eo non denegandus, soluto laudemio.*

9 *Extende, quando Ecclesia, in actu concessionis, dominium directum tantummodo sibi retinuit.*

10 *Idem dicendum de emphyteusi, concessa* pro se, suisque hæredibus & successoribus quibuscumque, &c. universis, &c.

11 *Similiter quando pactum adesset solvendi laudemium, in casu alienationis.*

12 *Vel pactum prohibitionis alienationis in Loca pia, ac exclusionis Fisci in casu extinctionis lineæ.*

13 *Quid operetur facultas alienandi in Investitura, ex pacto, & providentia.*

14 *Emphyteusis Ecclesiastica regulariter non est perpetua, sed ad tres solas generationes restringitur.*

15 *Quando non constat de Instrumento emphyteusis, ex quibus adminiculis præsumatur intervenisse scriptura, cum aliis substantialibus requisitis.*

16 *Et tunc potest Ecclesia prætendere devolutionem, præsertim ob lineam finitam.*

17 *Quoties non agitur de devolutione, incursa ob Canones non solutos, seu aliam ob causam; sed ex capite lineæ finitæ, levior probatio domini admittitur.*

18 *Etiam per conjecturas simul junctas.*

19 *Proximioribus ultimo investito datur manutentio, quando spes probabilis adest renovationis, vel ex æquitate, vel ex alia causa, & nu.* 20, *&* 22.

21 *Secus si devolutio, & caducitas sit omnino certa, & indubitata.*

23 *Renovatio ex æquitate proximioribus debetur, quando Ecclesia vult alios investire; non autem quando vult bona pro se retinere, & ammensare; & affertur ratio, & num.* 24.

25 *Bona Ecclesiæ in emphyteusim concedi valent absque solemnitatibus, quando sunt solita locari, & quomodo istud solitum probetur.*

26 *Simplex enunciativa Prælati alienantis non probat hoc solitum; præsertim si sit de recenti emissa.*

27 *Attendenda verò foret, si esset antiqua, & adminiculata.*

28 *In his concessionibus emphyteuticis, factis ex motivo, quòd bona sunt solita locari, necesse non est, quòd verificetur utilitas Ecclesiæ; sed sufficit, quòd serventur pacta antiqua.*

29 *Idque præsertim procedit, quoad bona solita locari, in quibus cadit quædam coactiva æquitas renovandi.*

30 *Necesse tamen est, quòd non alteretur solitum in præjudicium Ecclesiæ, veluti si comprehenderet plures generationes, quàm prima Investitura.*

31 *Pro evitanda nullitate, optima cautela est, declarare in actu novæ Investituræ, quòd ea intelligatur facta ad normam antecedentis, & non aliter.*

32 *Ecclesia admittere debet ad purgationem moræ Emphyteutam, qui absque dolo defecit in observantia pactorum, seu in canonum solutione, quando illius jus effectum non sit deterius.*

33 *Imò etiam quando jus Actoris effectum est deterius, dummodo Emphyteuta offerat celebri satisfactione damnum reficere.*

34 *Stante hoc æquitativo præsidio, bona emphyteutica non dicantur in commissum cecidisse, nisi ultra declarationem, & acceptationem caducitatis, concurrat etiam lapsus temporis ad purgandam moram.*

35 *Devolutio consummata, ob incursam caducitatem ab Antecessore, non potest, eo defuncto, acceptari, & declarari contra Successorem.*

36 *Quando ignorantia caducitatis suffragetur Domino ad hoc, ut possit eam declarare etiam contra Successorem, & num.* 37.

38 *Fructus rei emphyteuticæ, ob non solutum canonem devolutæ ad Dominum dire-*

directum, restituendi sunt a die factæ declarationis.

39 *In casu verò devolutionis per mortem emphyteutæ, vel per extinctionem lineæ, restituendi veniunt a die mortis, & devolutionis.*

40 *Tunc titulus reducitur ad non titulum.*

41 *Neque excusat bona fides, & affertur ratio.*

42 *Emphyteusis Ecclesiastica non potest transire in aliam Ecclesiam, & sic in manus mortuas; sed solùm hypothecatio, & exactio fructuum, retento titulo ab Emphyteuta.*

43 *Et si emphyteusis jure hæreditario particulari, vel universali ad Ecclesiam, sive pium locum devenerit, tenetur bona intra annum dimittere, & in personam capacem transferre.*

44 *Quòd si in Investitura adsit pactum expressum, de non transferendo in manus mortuas; hoc casu deneganda est Loco pio immissio, etiam ad effectum vendendi, & consequendi pretium.*

45 *Emphyteusis Ecclesiastica transire non potest ad illegitimos.*

46 *Amplia, etiamsi concessio facta fuerit pro se, & hæredibus, & successoribus quibuscumque, & cum pacto francandi.*

47 *Ad Emphyteutam spectat onus probandi antiqua confinia, quando ejus culpa confusa fuerunt.*

48 *Caducitas non declarata a domino directo, nequit post mortem declarari ab ejus hærede.*

49 *Quia dum dominus directus non declaravit, dum erat vivens, caducitatem, incursam per Emphyteutam, censetur illam tacitè remisisse.*

50 *Jus declarandi caducitatem est personale, quod morte extinguitur.*

51 *Declara, id procedere, ubi dominus directus scivisset caducitatem, per Emphyteutam incursam: secus data ignorantia.*

52 *Jus declarandi caducitatem incursam, & petendi devolutionem, quinquennio præscribitur.*

53 *Caducitas, incursa in vita Prædecessoris in Beneficio, qui illam non acceptavit, declarari nequit a Successore.*

54 *Deficiente in solutione canonis usufructuario, non idcirco cadit Emphyteuta a jure suo; sed solùm emphyteusis dicitur reversa ad dominum, durante vita ipsius Usufructuarii.*

55 *Etiamsi citati fuerint hæredes usufructuarii.*

56 *Ob non factam solutionem Canonis a Beneficiato, Ecclesia non cadit a jure suo, & caducitas effectum suum operatur, durante vita Beneficiati, qui Canonem non solvit.*

57 *Dimissio fundi emphyteutici, non permittitur, invito domino directo.*

58 *Emphyteusis nomen, & natura a Jure sortita fuit.*

59 *Et inter Contractus nominatos recensetur a quibus, altera Parte dissentiente, resilire non licet.*

60 *Actio, contra primum Investitum competens domino directo, tamquam personalis, exerceri non potest contra singularem successorem.*

61 *Dimisso fundo emphyteutico, cessat obligatio solvendi canonem.*

62 *Domino directo, qui actione personali destitutus est, non aliter consultum remanet, quàm alternativè petere, quòd Emphyteuta solvat, vel rem dimittat.*

63 *Et absolvendus est tertius possessor, si dumtaxat conveniatur, ut solvat; non autem alternativè, ut solvat, vel rem dimittat.*

64 *Conclusio posita sub num. 60 limitatur, quando in singularem successorem, vigore præambuli contractus, vel quasi, translata fuerint jura omnia primi Investiti.*

65 *Ex solutione canonis dignoscitur facta nova concessio emphyteusis, & affertur ratio, & num. 66.*

67 *Sicuti qui solvit canonem, expressè agnoscit rem, pro qua præstatur, esse emphyteuticam, ita ex hac recognitione, & domini confessione probatur contractus emphyteuticus.*

68 *Et ista est optima cautela, ad obligandos emphyteutas dominis directis, absque Instrumento Investituræ.*

69 *Ex legitima præscriptione 40 annorum præsumitur contra solventes, favore Domini directi, præcessisse titulum, & fuisse celebratum Contractum emphyteuticum.*

70 *Ita pariter, si quis longissimo tempore alienum prædium, tamquam emphyteuticarium, cùm non esset, possedisset, censum pro eo solvendo; re postea cognita, dici non posset, quin qualitatem emphyteuticariam præscripserit.*

71 *Emens rem, alieno dominio subjectam, annuoque canone gravatam, videtur tale onus sponte subiisse, & quasi contrahendo, domino directo solvere se obligasse.*

72 *Afferuntur, & declarantur Auctoritates contrariæ, & num. 73.*

74 *Qui emit fundum, annuo canone gravatum, diminuto propter hoc valore illius, cùm retineat apud se pretium, oneris, correlativam obligationem idem solvendi suscepisse censetur.*

75 Eò.

75 *Eodem modo, quo si venditor pulsaretur a Domino directo ad solvendum Canonem, ipse vertere se posset contra Emptorem, cui nulla competeret defensio, quia pretium apud se retineret.*

76 *Quando non agitur de enunciativa alicujus incerti oneris, sed onus ab initio est certum, & determinatum, non potest deinde cessione rei evitari.*

77 *Expressio oneris facta ab ipso Emptore, faciliùs suadet illius agnitionem, quæ afficit omnes ab eo causam habentes.*

78 *Maximè si perpetui oneris agnitio sit geminata.*

79 *Et agitur de emphyteusi Ecclesiastica, in qua favor piæ causæ concurrit.*

80 *Scriptura est de substantia Contractus emphyteutici.*

81 *Qui tamen etiam nudo consensu perficitur.*

82 *Solemnitatemque Scripturæ vel necessariò de Jure non requirit, vel saltem ejus necessitas remissa est consuetudine, ubique recepta.*

83 *Vel demum cessit, ob diuturnas solutiones Canonum.*

84 *Quoties per scripturam probatur consequens necessarium, eadem scriptura probatum remanet etiam illius antecedens.*

Ut plurimum Capitula habent bona emphyteutica, cùmque ista regulentur in pluribus cum particularibus principiis diversis ab emphyteusi profana, non inopportunum censeo singularia quædam hic adnotare.

Et primò, quòd Emphyteusis concessa *pro se, suisque hæredibus & successoribus*, cum pacto renovandi Scripturam
de 29 in 29 annis, non transit ad ex-
1 traneos, quia in Emphyteusi Ecclesiastica, tanquam materia indifferenti, appellatione hæredum, & Successorum non veniunt nisi hæredes, & successores sanguinis, *De Luc. de Emphyt. disc. 28, n. 2; disc. 30, n. 11; & disc. 31, num. 2. Andreol. contr. 378, n. 7. Pannimoll. annot. 1, ad dec. 4, num. 44. Rot. cor. Cerro, decis. 226, num. 10. Priol. dec. 303, num. 2, in rec. dec. 211, num. 6, & part. 17, dec. 26, nu. 1.*
Etiamsi concurrant clausulæ *ad haben-*
2 *dum, &c. & in perpetuum*, cùm tales clausulæ interpretari debeant, secundùm naturam contractus, cui famulantur, prout de clausula *ad habendum*, *Mantic. de tacit. lib. 27, tit. 10, num. 21. Rot. cor. Merlin. dec. 532, num. 9, & seq. post Urceol. de transact. dec. 144, num. 5, cor. Emerix dec. 130, num. 3, par. 13, dec. 481, num. 2, par. 16*, & de clausula *in perpetuum*, quòd
3 perpetuitatem importat inter solos successores sanguinis, & personas in Investitura comprehensas, *Pacion. de locat. cap. 53, numer. 11. Rot. cor. Pamph. decis. 1181, num. 4; cor. Ottobon. dec. 24, nu. 9; in rec. par 9, dec. 423, num. 23, par. 11; dec. 340, num. 15, par. 13, dec. 481, n. 2;* optimè *in Mantuana Emphyteusis 8 Martii 1700, § Et sanè, cum sequent. cor. Lancetta;* plenissimè *Rot. in Bononien. Emphyteusis 17 Junii 1707, per tot. cor. Omana.* Ubi quod maximè procedit, si ad- 4
sit pactum, quòd Emphyteuta uti, & frui debeat, nec permittere, quòd sua culpa, & dolo ad alios deveniat.

Quod etiam ampliatur in casu, quo antiqua investitura comprehenderet ultra hæredes sanguinis etiam extraneos,
si in nova Investitura legunrur nova pa- 5
cta, propter quæ censetur facta nova Investitura, licèt in ultima habeatur relatio ad antiquas; *Rot. cor. Gregor. dec. 522, num. 19, cor. Bich. dec. 517, num. 8; & in rec. dec. 33, num. 2, par. 18. De Luc. de emphyt. disc. 32, num. 8. Palm. nep. allegat. 94, num. 55. Gratian. discept. 350, num. 47. Pacion. de locat. cap. 14, § 6, nu. 28. Rot. in rec. par. 17, dec. 564, nu. 11.*

Hæc tamen cum distinctione accipien-
da sunt; nimirùm quoties Investitura est 6
tantummodo pro hæredibus absque ulla restrictione ad Personas, vel agnationem, ut erat casus *in Mantuana, cor. Lancetta supracitata*, in qua concessio facta fuerat *pro se, & hæredibus suis;* quia in hoc casu emphyteusis censenda est transitoria ad extraneos, *Rot. decis. 294, num. 8, par. 2, & dec. 60, num. 12, & 13, par. 5, dec. 74, a num. 11, ad 13, par. 6 rec.*
quòd faciliùs procedit, quando clausula 7
ad habendum extensa est, nempe cum verbis: *& de eis quantum est respectu utilis dominii, omnia, et singula faciendum, &c.* vel
quibus dederit, aut similibus, quæ operan- 8
tur, ut concessio reputanda sit hæreditaria, & alienabilis, dummodo requiratur consensus Domini directi, ab eo non denegandus, soluto laudemio, *Rot. cor. Gregor. decis. 520, num. 8, cum aliis in voto b. m. R. P. D. Fatinelli, in Ferrarien. Emphyteusis, de anno 1694, § Accedentibus præsertim.*
Quod utique magis urget, quoties Eccle-
sia sibi retinuit in actu concessionis, tan- 9
tummodo dominium directum; nam hæc retentio solius dominii directi præsefert voluntatem concedendi, cum facultate alienandi, & transmittendi ad extraneos; *Rot. d. dec. 294, num. 5, par. 2 rec. & cor. Lancellot. apud Giovagnon. consil. 44, num. 73, lib. 2.*

Similiter in emphyteusi concessa *pro* 10
se, suisque Hæredibus & successoribus quibuscumque, &c. universis, &c. quæ utpote universalis, & indefinita, nequit restringi ad solos Hæredes Sanguinis, *Pacion. de locat. cap. 53, numer. 56. Bostol. apud*

de

*de success. in majorat. Italiæ, par. 2, resp.
2, num. 79, & seq. Rot. in Romana devo-
lutionis Vineæ, 3 Martii 1719, § Et rem
ordiendo cor. De Gamacher.*
Item quando inter pacta illud adest
11 solutionis laudemii in casu alienationis,
*Valasc. de Jur. emphit. quæst. 32, numer.
32; Rot. cor. Merlin. dec. 699, num. 17,
& seq.* Itemque alterum prohibitionis
alienationis in loca pia, ac exclusionis
12 Fisci, in casu extinctionis lineæ; *Corbul.
de jur. emphyt. tit. de caus. privat. ob
mort. civil. num. 40,* cum aliis in d. *Ro-
mana devolutionis Vineæ, § Eaque certius.*
Illud verò in hoc proposito notandum
est, quòd posita facultate alienandi ex
litera Investituræ, continente concessio-
nem emphyteusis ex pacto, & providen-
13 tia, ea operatur tantummodo in præ-
judicium Domini directi, ne occurrente
alienatione caducitatem prætendere pos-
sit, non tamen lædit jus comprehenso-
rum, quòd nunquam censetur sublatum,
ut rejecto *Laderchio in consult.* 1. ante-
signano contrariæ opinionis, illiusque se-
ctatoribus, de veriori tuentur; *Fulgin.
de Jur. emphyt. tit. de alienat. quæst.* 8,
num. 5; *Corb. eod. tract. de caus. pri-
vat. ob alienat. quæst. 7, ex num. 5; Rot.
dec. 750, num. 2, 3, & 4, par. 3 rec.
& in Amerina emphyt. 15 Februarii 1694,
§ Neque restrictam, cor. bon. mem. Ursino
inter addita ad De Luc. de emphyt. dec.
16, num. 9, & 10, & per tot. & in Fa-
nen. seu Senogallien. Castri, & Bonorum
Montis Portii, 7 Maji 1708, § Minus-
que, & seq. cor. Molines.*
Emphyteusis Ecclesiastica hoc habet
etiam peculiare, quòd non habet regu-
lariter perpetuitatem, sed restringitur ad
14 tres generationes, cùm Ecclesia sua bo-
na ultra illas concedere non valeat,
juxta *Text. in Authentic. de reb. Eccles.
non alienand. in § Emphyteuseis; Amayden.
de Stylo Datar. lib. 1, cap. 15, § 13,
num. 4, in fin. Palm. rep. alleg. 228, n.
8, & seqq. & Rot. Rom. apud eum dec.
135, num. 3, tom. 2.* Unde quando non
constat de instrumento emphyteusis &
alioquin concurrant adminicula, & præ-
cipuè longæva Canonum solutio, ex
15 quibus præsumitur intervenisse scripturam,
& omnia alia substantialia requisita, ut
benè *Rot. in recen. dec. 400, num. 10,
par. 1, & dec. 262, num. 9, par. 5; Ro-
maguer. ad Synodales Gerunden. lib. 5,
tit. 12, cap. 2, num. 52, & seqq.* potest
Ecclesia prætendere devolutionem præ-
sertim ob lineam finitam, metiendo vo-
16 luntatem a potestate, ut præter addu-
ctos; *Rot. in rec. dec. 195, num. 2, par.
14;* quia quando non agitur de devolu-
tione, incursa ob Canones non solu-
tos, seu per aliam causam, sed ob li-
17 neam finitam, non adeo rigidè proce-
ditur super probatione directi dominii,
sed minor probatio admittitur, juxta
distinctionem, de qua *Rot. cor. Buratt.
dec. 602, num. 9; cor. Cavaler. dec. 269,
in fin. cor. Dunozett. Junior. dec. 741, n.
7, & 939, num. 6, cum aliis apud Carol.
Anton. de Luc. ad Grattan. discept. 447,
num. 10;* itaut non curato Instrumento
Investituræ ad effectum devolutionis pro-
batur dominium ex conjecturis ex regu- 18
la, *singula, quæ non prosunt, unita juvant,*
ut dixit *Rot. dec. 476, num. 12, par. 4,
tom. 2.*
Notandum pariter, quòd finita linea,
datur manutentio proximiori ultimo
Investito, quando adest spes probabilis 19
renovationis, vel ex æquitate; *Bartol.
in l. 1, § Permittitur, sub nu. 1, de aqua
quotidiana, & æstiva,* vel ex tenuitate
Canonis, vel ex qualitate appodiatio- 20
nis, & solito renovandi, juxta deducta
in nullius *seu Senogallien. Bonor. impress.
post Cardinal. Albit. de inconst. in ju-
dic. dec. 49, & 56.* Siquidem in hac ma-
teria, & in summarissimo manutentionis
Judicio, communis, & recepta est opi-
nio, quòd scilicet, aut devolutio, & ca-
ducitas est omnino certa, & indubita- 21
ta, & similiter indubitata est reconsoli-
datio dominii utilis cum directo, itaut
nulla apud emphyteutam, vel illius suc-
cessores remaneat spes continuandi do-
minium utile eorundem bonorum; & tunc
conceditur manutentio, *nu.* 10, Domino
directo ut dicta devolutio non est omni-
no certa, & indubitata, sed super illa
aliqua allegari potest dubietas vel em-
phyteutæ, ejusque successoribus aliqua
effulgere potest spes continuandi in dicto
dominio utili, & possessione bonorum em-
phyteuticorum, etiam per viam renova-
tionis, vel alterius cujuscumque tituli;
& tali casu manutentio conceditur istis
ex illa juridica ratione a priori, quia
scilicet, cùm dicta possessio civilis præ-
tensa a Domino directo unicè fundetur
in devolutione, certa, ac perpetua re-
consolidatione dominii utilis cum dire-
cto, si istæ aliquam decipiunt dubieta-
tem, & disputationem, illa rejicitur ad 22
Judicium petitorium; nec ideo impediri
potest manutentio, competens in sum-
marissimo Judicio favore indubitati pos-
sessoris, de qua in specie *Valasc. consil.
159, num. 29, & seq. Grattan. discept. 736,
num. 7, & 8, Rot. apud Posth. de manu-
ten. dec. 111, num. 8, & in rec. dec. 431,
num. 22, & seqq. par. 11, & dec. 54,
num. 21, par. 16,* cum aliis in *Urbanien.
seu Senogallien. emphyt. 23 Martii 1696,
§ Non resistente cor. Molines,* cessanti-
bus verò prædictis, quæ spem probabilem
renovationis inducunt, æquitas *Bartoli*
procedit in iis tantùm casibus, in qui-
bus Ecclesia Domina directa intendit ex-
tra-

traneos, vel alios investite, neglectis Pro-
23 ximioribus, non autem quando eadem
Ecclesia vult bona pro se retinere, ea-
que ammortizzare, & ammensare; quo-
niam tunc nulla datur actio Proximiori-
bus, renovationem petendi, juxta distin-
ctionem per hoc Sac. Tribunal ample-
xam, de qua *cor. Bichio dec.* 402, *num.*
9, *& seqq. & cor. Priol. dec.* 87, *num.*
1, *& 2; & in recen. dec.* 201, *num.* 17,
par. 7, *& dec.* 151, *num.* 4, *par.* 9, *&*
dec. 143, *num.* 2, *par.* 10, *& dec.* 418,
pariter num. 1, *par.* 16, *& dec.* 358,
num. 14, *& seqq. par.* 19, *& dec.* 618,
num. 15, *eadem par.* 19, *tom.* 2, & aliis
cumulatis *Bertacchin. Vot.* 127, *numer.* 2;
& benè respondendo supradictis Decisio-
nibus in *Nullius, seu Senogallien. Bono-
rum* firmavit *Rot. in d. Pisana Devolutio-
nis*, 24 *Januarii* 1701, § *Neque ad im-
pediendam, & 27 Junii ejusdem anni cor.
R. P. D. Dell' Olmo*, ea nimirum ra-
tione, quòd nulla æquitatis ratio pati-
tur, ut Ecclesia de proprio alteri Bene-
24 ficium conferat, contra benè ordinatam
Caritatem, semetipsum primo loco re-
spicientem, ut tradunt Decisiones, &
Doctores supra allegati, cum aliis, quos
allegat *Bertacchin. d. Voto* 127, *n.* 3.

Itidem proprium est emphyteusis Ec-
clesiast. quod absque solemnitatibus præ-
scriptis *in extravag. Ambitiosæ, de reb. Ec-
cles. non alienand.* Sustineatur concessio,
quoties agitur de bonis locari consuetis,
25 itaut hoc solitum probetur, vel ex una
concessione solemni, vel ex duabus mi-
nus solemnibus, per quadraginta annos
effectum pacificè sortitis, ut tradunt *Bar-
bos. de potest. Episc. par.* 3, *alleg.* 95,
num. 29, *De Luc. de alienat. disc.* 1, *n.*
138, *cum aliis in Nullius, seu Asculana
emphyteusis*, 27 *Januarii* 1719 § *Solitum
coram Corio.*

Est benè verum, quòd hoc solitum non
probatur per simplicem enunciativam
26 Prælati alienantis, sed aliunde debet ju-
stificari, *Fulgin. de emphyt. tit. de contrahen.
emphyt. q.* 9, *num.* 10. *Samminiat. controv.*
2, *num.* 11, *Tom.* 1. *Rot. cor Dunozet. Jun.
dec.* 705, *num.* 5; *& in Recen. dec.* 367, *n.*
18, 19, *par.* 5; *& dec.* 39, *num.* 46. *p.* 8.
Quia simplex, & maximè de recenti
emissa enunciativa de per se parum ju-
vat, ne de facili detur ansa fraudan-
di legis prohibitionem, & præjudiciùm
inhærendi Ecclesiæ; nam si enunciativa
27 esset antiqua, & adminiculata, atten-
denda foret, utpotè fomentum recipiens
ab actu serio, & proportionato, in quo
emittitur, nempe in actu novæ investitu-
ræ, prout tenuit *Rot. in Ascalan. bonor.*
15 *Januar.* 1680, § *De solito, cor. Card.
Vicecomit; & in dicta Nullius, seu Ascu-
lana emphyteusis*, § *In his; & § sequen-
ti, cor. Cor.*

Occasione similium investiturarum mi-
nus solemnium, nempe ex motivo, quòd
bona sint solita locari, peculiare est,
quòd non est necessaria verificatio utili-
tatis Ecclesiæ, quæ rigidè commensurari 28
debet, quando agitur de concessione ex
integro facienda; sed satis est, quòd
serventur pacta antiquæ investituræ, quòd-
que habita veterum conventionum ratio-
ne, læsio Ecclesiæ excludatur, ut tradunt
Berous lib. 1, *cons.* 26, *n.* 1 *Grattan. discept.*
913, *num.* 34. *Sabell. resolut.* 69, *num.* 36.
Samminiat, controvers. 4, *per tot. tom.* 1. *Af-
flict. dec.* 305, *num.* 17, *& in d. Asculana
Bonorum, cor. Vicecomit.* § *Minus subsistit;
& in dicta Asculana Bon rum* § *Jam verò.*
Quod sine ulla dubitatione procedit quo- 29
ties agitur de bonis locari solitis, & in
quibus verificari valet quæcam coacta
æquitas renovandi, *De Luc. de emphyt.
disc.* 7, *num.* 7; *& disc.* 12 *in fine. Gra-
tian. disceptat.* 813, *num* 33, *Rot. decis.* 10,
num. 12, *& seqq, & decis.* 247, *nu.* 10 *coor.
Ottobon.* Necesse tamen est, ut solitum
non alteretur in præjudicium Ecclesiæ,
ac proinde non contineat plures genera- 30
tiones, quàm comprehensæ fuerunt in
prima investitura, ut dixit *Rot. cor. Coc-
cin. decis.* 1254, *num.* 9, *ad fin. & decis.*
1287. *num.* 6, *cor. Peuting. dec.* 33, *num.*
4, *&* 11. In quibus decisionibus agebatur
de sola nominatione Personæ, in casu
quo defuissent primo vocati. Unde pro
evitanda nullitate optima cautela foret
declarare in actu novæ investituræ, quòd 31
ea intelligatur facta ad normam ante-
cedentis, quodque nullum haberi de-
beat, in quo solitum alteratum esset, cùm
etiam alteratio in accidentalibus opere-
tur nullitatem actus, *Turricel. de reb. Eccl.
non alien. cap.* 5, *num.* 29. *Rot. cor. Coc-
cin. dec.* 1287, *num.* 12, *& in rec. dec.* 284,
num. 11, *& seq. p* 4, *tom.* 2; *& decis.* 291,
num. 5, *&* 10, *par.* 13.

Notandum etiam venit, quòd Eccle-
sia, utpote æquitatis, & justitiæ ultrix,
debet admittere ad purgationem moræ
Emphyteutam, qui defecit absque dolo
in observatione pactorum, sive in solu-
tione Canonis, quoties illius jus non est 32
effectum deterius, nempe post jam de-
claratam, & consummatam caducitatem
per adeptionem possessionis fundi emphy-
teutici, quia tunc non dicitur amplius res
integra, ideòque impertiendum non est
beneficium purgationis moræ, favore
ejus, qui in judicio fuit citatus, ut de
veriori testatur *Valasc. de jur. emphyt.
quæst.* 21, *num.* 8, *Rot. cor. Seraph. decis.*
591, *num.* 7, *& deis.* 1150, *num.* 4, *cor.
Emerix Junior. dec.* 749, *num.* 11, *& seq;
& decis.* 1140, *num.* 14, *cum aliis in Roma-
na, seu Portuen. Tenutarum* 17 *Jun.* 1697,
§ *Vindicatis, cor. b. m. dell' Olmo; & in
Romana Devolutionis* 8 *Martii* 1720, § *Ef-
ficacia cor. Corio.* Quod-

Quodque ex antedicta æquitate Emphyteuta admitti possit ad purgationem moræ, etiamsi Jus actoris effectum iit deterius, dummodo offerat celeri satisfactione damnum reficere, dixit *Rot. cor. Bich. dec. 485, num. 30, Add. ad Pamphil. dec. 8, num 5.* Cæterum prædictum æquitativum præsidium, ex literæ Sac. Canonum desumptum, suspendit devolutionem, illiusque effectum, itaut non dican-
34 tur bona emphyteutica in commissum cecidisse, nisi ultra declarationem, & acceptationem caducitatis, concurrat etiam copulativè lapsus temporis ad purgandam moram; nam pendente tempore, & spe purgationis moræ, devolutio non dicitur consummata, ex originalibus theoricis, *Jason. in l. 2, num. 126 in fin; Cod. de jur. emphyt. & Joann. ab Imola in cap. potuit, sub num. 29, versic. Sed circa istam, de locat. & conduct. & firmavit Rot. in d. Romana, seu Portuen. Tenutarum 2 Decemb. 1693, § Verùm quia; & 25 Jun. 1694, § Steterunt, & § Non obstant cor. eod. b. m. Emerix, & in Mantuana emphyt. 15 Martii 1697, § Devolutio, cor. Ursino.*

Est quoque advertendum, quòd etiamsi devolutio fuisset consummata, ob incursam caducitatem ab Antecessore, non potest acceptari, & declarari, eo defun-
35 cto, contra Successorem ex propria persona, in Investitura comprehensam, quia certa est propositio, quòd caducitas incursa, & non declarata contra Auctorem, qui in commissum incidit, contra illius successorem declarari non potest, ad firmata per *Honded. cons. 35, numer. 20, lib. 1; Grat. cons. 132, per tot. lib. 1; Palm. Nep. allegat. 143, num. 32, & 33, Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22, tit. 27, num. 34; Adden. ad Gregor. d. 529, num. 13. Rot. cor. Dun. z. Jun. dec. 362, num. 4, & 5, & d. 419, numer. 3, & seqq.* ubi alii concordantes.

Haud obstante, quòd quando Dominus ignoravit caducitatem, possit eam etiam declarare contra Successorem, juxta opinionem *Honded. cons. 51, nu. 29, lib. 1, & Rot. dec. 529, num. 11, cor. Gregorio.* Quia Ignorantia tunc Domino suf-
36 fragatur, quando agitur de devolutione conventionali, oriente a pacto apposito in contractu; quia tunc actio ex contractu competens Domino, utpote scripta, transit etiam contra tertium possessorem, & hæredes emphyteutæ, ut in his terminis loquuntur auctoritates, quæ in contrarium allegari possunt, & signanter *dec. 529, Greg.* ut benè se explicat *idem Greg. ibidem, num. 19, & seqq.* Secus tamen est quando nullum adest pactum resolutivum, nulla stipulatio devolutionis, in casu non solutionis Canonum, nullaque Domino competit actio ex contractu.

Sed remedio tantùm extraordinario, & 37
pœnali agit ad devolutionem ob dolum & culpam emphyteutæ; nam in his terminis, cùm pœna commissi sit legalis, non conventionalis, remanet personalissima, nec ad hæredes transit, ut magistraliter, distincta materia, dixit. *Rot. in dec. 419, num. 18, 19, & 20, cor. Dunoz. jun.* & tradunt etiam *Ruin. cons. 10, num. 5, lib. 1; Ciroc. discept. 56, num. 3, vers. Quoniam; Bonintend. dec. Bonon. 37, num. 17, & in d. Mantuana emphyteusis, 15 Martii 1697, § Incalescit, & seq. cor. Ursino.*

Est pariter notatu digna quæstio, a quo tempore restituendi sint fructus rei emphyteuticæ, quando emphyteusis ad Dominum directum devolvitur. Et distinguendi sunt duo casus, nimirum, quod aut agitur de resolutione emphyteusis ob non factam Canonum solutionem, & in
hoc casu fructuum restitutio peti nequit 38
a Domino directo a die incursæ caducitatis, sed tantùm a die factæ declarationis, ut reprobatis contrarium tenentibus, dixit *Rot. dec. 1189, a num. 1, cor. Emer. & in confirmatoriis super articulo fructuum, 17 Junii 1697, § Prioris partis cum seq. & 10 Janu. 1698, § Quandoquidem, cor. dell' Ulmo.*

Aut agitur de terminatione emphyteusis per mortem emphyteutæ, aut per ex-
tinctionem lineæ, & tunc quia emphy- 39
teusis regulatur ad instar usus fructus, veniunt a die mortis, & devolutionis, *Gall. de Fruct. disput. 26, art. 1, num. 18, Barbos. in l. divortio, num. 20, ff. solut. matrimon. Barbat. de fruct. par. 2, cap. 13, num. 6, Rot. dec. 147, num. 1, & 2, cor. Manzanedo,* latè *Fulgin. de Jur. emphyt. tit. de solut. can. quæst. 1, a num. 236, & seqq. Carol. Anton. De Luc. ad Gratian. discept. forens. cap. 810, num. 4, & seqq.*

Et ratio est, quia titulus reducitur ad non titulum, *Honded. cons. 85, num. 2,*
lib. 2; Corbul. de Jur. emphyt. tit. de canon. ob non solut. canon. ampliat. 37, num. 1; 40
Rot. cor. Manzaned. d. 247.

Et tali casu non excusat bona fides,
eo quia, data devolutione, emphyteu- 41
ta non possedit rem uti suam, sed tanquam ad Dominum directum spectantem; *Palm. dec. lucen. 265, num. 29, tom. 3, dec. 147, per tot. apud Manzaned. dec. 615, per tot. par. 4, tom. 3, &c. Carol. Anton. De Luc. loc. mox cit.*

Pro coronide alia quædam singularia hic breviter adnotare placet, ac primò quod emphyteusis Ecclesiastica in manus
mortuas, & sic nec etiam ad aliam Ec- 42
clesiam transire possit, sed solùm hypothecario, & exactio fructuum, retento titulo ab emphyteuta, ita ut quoties emphyteusis hæreditaria jure particulari, vel uni-

universali in Ecclesiam, sive locum pium
43 devenerit, teneatur intra annum bona
dimittere, & in personam capacem trans-
ferre; *Rot. post Torr. de pact. dec.* 188,
per tot. Quod tamen declarandum est,
ut si Investitura adsit pactum expressum,
44 de non transferendo in manus mortuas,
in hoc casu deneganda est immissio Lo-
co pio etiam ad effectum vendendi, &
consequendi pretium, juxta latè deducta in
Farfen. Bonor. 21 *Jun.* 1683, *cor. Emerix.*
Secundò, quòd Emphyteusis Ecclesia-
45 stica non potest transire ad filios, & suc-
cessores illegitimos, *Bartol. in l. facto,
§ Si quis rogatus*, *num.* 8, *& ibi Alex. ff.
ad Trebellian. Sperell. dec.* 73, *numer.* 8,
cor. Coccin. dec. 1873, *num.* 18, *cor. Se-
raphin. dec.* 1858, *num.* 1, *cor. Emerix*,
dec. 667, *num.* 32; *& in Romana domus*
10 *Jun.* 1707, *cor. Card. Scotto*, ubi am-
pliatur conclusio, etiamsi concessio fuerit
pro se & hæredibus, *& successoribus qui-*
46 *buscumque*, & cum pacto francandi, cùm
hæc intelligi debeant de hæredibus, &
successoribus capacibus; *Giovagnon. con-
sil.* 37, *num.* 11, *lib.* 2; *Gabriel. consil.*
83, *num.* 9, *& seq. & consil.* 84, *num.*
25, *& seqq. lib.* 2; *Carenn resolut.* 54, *n.*
4, & in hoc concordat *Constitutio S. Pii
V* 117, *in Bullar. tom.* 2.
Tertiò, quòd ad emphyteutam spe-
ctat onus probandi antiqua confinia rei
47 emphyteuticæ, quando fuerunt ejus cul-
pa cum aliis confusa; *Rot. cor. Bich.
dec.* 485, *num.* 4.
Quartò, quòd caducitas non declarata
a Domino directo, ipso vivente, nequit
48 declarari ab ejus hærede; *Rot. dec.* 419,
a num. 3, *cor. Dunozet*, ex ea ratione,
quòd Dominus directus, dum vivens non
se declaravit acceptare velle caducita-
tem incursam per emphyteutam, cense-
49 tur illam tacitè remisisse; *Rot. cor. Bich.
d. dec.* 485, *a num.* 14; *& cor. Dunozet
d. dec.* 419, *a num.* 8.
Quòd eò magis procedit attento, quòd
jus declarandi caducitatem est persona-
50 le, proindeque morte extinguitur, nec
ad hæredes transfertur, ut advertit *Rot.
in d. dec.* 485, *cor. Bich. numer.* 15; *&
dec.* 419, *num.* 8, 12, *&* 13, *cor. Duno-
zett.* Id tamen intelligendum est, qua-
tenus Dominus directus scivisset caduci-
tatem incursam ab emphyteuta; nam
51 stante ignorantia, locus non esset præ-
sumptioni remissionis caducitatis, ut ad-
vertitur in *præcit. decis.* 419, *num.* 29,
cor. Dunozet ubi firmatur, quòd hoc
jus declarandi caducitatem incursam, &
52 petendi devolutionem, quinquennio præ-
scribitur; & consentaneè ad dictam quæ-
stionem *in d. dec.* 485, *a n.* 6, decernitur,
quòd caducitas incursa in vita Præde-
53 cessoris in Beneficio, qui illam non ac-
ceptavit, declarari nequit a Successore.

Quintò, quòd hæres Usufructuarius,
ad quem spectat solutio canonis, si il-
lum non solvat, non idcirco cadit emphy- 54
teuta a jure suo, sed solùm emphyteu-
sis dicitur reversa ad Dominum, duran-
te vita ipsius Usufructuarii, *Dunozet d.
dec.* 419, *num.* 30, *&* 31, *& in fin.* ubi
quòd id procedit etiamsi fuerint citati 55
hæredes Usufructuarii. In cujus principii
sequelam, ob non solutionem Canonis
factam a Beneficiato, Ecclesia non cadit
a jure suo, & caducitas solùm operatur
suum effectum, durante vita Beneficia- 56
ti, qui Canonem non solvit; itaut, eo
mortuo, revertatur emphyteusis ad Ec-
clesiam, ut dixit *Rot. in sæp. cit. dec.*
419, *num.* 33, *cor. Dunozet.*
Denique cùm ad manus pervenerit quæ-
dam magistralis decisio emanata in *Nea-
politana emphyteusis*, 16 *Maji* 1687, *cor.
Hervault*, quam nullibi impressam in-
veni, in qua agitur de articulo, an em-
phyteutæ liceat dimittere bona emphy-
teutica, & sic se eximere a solutione
Canonis, illam hic imprimendam cen-
sui, ad complementum hujus materiæ.

NEAPOLITANA EMPHYTEUSIS

Ven. 16 *Maji* 1687.

coram

R. P. D. HERVAULT.

DOmus, de qua agitur a Ven. Car-
thusia Neapolis pro annuo Cano-
ne ducator. 24 in emphyteusim concessa
Vincentio, pro se, suisque hæredibus, &
successoribus quibuscumque, etiam parti-
cularibus, eoque mortuo magna æris alie-
ni mole gravato, ad instantiam Credi-
torum, sub hasta vendita Francisco, de-
lata fuit cum universa hujus hæreditate
Hospitali, & Patribus S. Mariæ Pacis,
qui cùm recusare cœpissent solutionem Ca-
nonis, offerendo dimittere penes Domi-
num directum fundum emphyteuticum;
post varias inter se pugnantes sententias
in partibus, & in Curia prolatas, cau-
sa fuit ad Rotam devoluta, mihique
commissa. Unde cùm bis proposuerim
dubium: An præfati PP. teneantur ad
solutionem annui Canonis ducatorum 24.
Domini, dilata die 11 Jan. proximè ela-
psi Causæ resolutione, hodie maturiori
examine re discussa, responderunt, PP. te-
neri ad Canonis solutionem, eamque evi-
tare non posse, dimittendo fundum em-
phyteuticum; & ratio fuit, quia dimis-
sio fundi emphyteutici non permittitur 57
invito Domino directo, ut probat Text.
a contrario sensu in *l.* 2, *C. de Jur. em-
phyt.* ibique post antiquiores notavit *Ja-
son. num.* 24; *Abb. cons.* 94, *num.* 4, *vers.*

finem, *verſ. & ſic non poteſt*, *lib.* 2, *Gui-*
do de Suza de Jure emphyt. num. 53, *tract.*
mag. tom. 6, *part.* 1; *Jacob. Vanent. de*
ann. præſtat. q. 33, *num.* 5, *tom.* 6, *p.*
2, *tract. mag.* aliiſve relatis concordanti-
bus noviſſimè dixit *Rota coram me in una*
Romana emphyt. 20 *Junii* 1686, § *At DD.*
Emphyteuſis enim peculiare nomen,
& naturam a Jure ſortita, ut in § *Adeo*
58 *autem*, *inſtit. de locat. & conduct. & l.* 1,
C. de Jur. emphyt. Clar. in § *Emphyteu-*
ſis, *q.* 2; *Molin. de Juſtit. & Jur. tract.*
2, *diſput.* 447, *num.* 3, recenſetur inter
contractus nominatos, a quibus, altera
59 parte diſſentiente, reſilire non licet;
Speculator, *tit. de emphyt. num.* 154, *Fa-*
ber in ſuo Cod. eodem tit. lib. 4, *tit.* 42,
definit. 11, *n.* 1, *clar. me. Card. De Luca*
de feud. diſc. 71, *num.* 2; *Gullerat. de*
renunc. tom. 2, *cent.* 1, *renunc.* 40, *num.*
3, *Theſaur. dec.* 20; & proſequitur *Rota*
mox citata, *deciſ.* § *Eaque hujus ſen-*
tentiæ.
Nec obſtat, quòd actio, quæ contra
primum inveſtitum Domino directo com-
petebat, tanquam perſonalis, exerceri non
60 poterat contra Franciſcum ſingularem
ſucceſſorem, ad quem domus devenerat
Jure ſubhaſtationis, *l. fin.* § *Finali*, *ff. de*
contrahen. empt. Roman. conſ. 34, *num.* 1,
& conſ. 417, *num.* 7, *Theſaur. quæſt. fo-*
renſ. 32, *num.* 2, *lib.* 1; *Guidopap. d.* 576;
Afflict. d. 95, *num.* 6, ideoque PP. ab
eo cauſam habentes, renuntiando fundum
61 emphyteuticum, abſolvi debere a præ-
ſtatione Canonis, ad *Text. in l. cùm fru-*
ctuarius 64, *ff. de uſufruct. & Gloſ. in*
l. & ſi forte 6, § *Enim*, *in verb. dereliu-*
quere, *& in verb. ſcribit ff. ſi ſervitus*
vindic. & eſt altera *Gloſſ. in l. ſi uſus*
fructus, *nomine* 7 *in verb. conduci pote-*
rit, *ff. uſufruct. quemadmodum caveat* cum
Domino directo (ſi deſtituitur actione
perſonali) non aliter conſultum ſit con-
tra fundi poſſeſſorem, quàm alternativè
62 petendo quòd ſolvat, vel rem dimittat;
Jaſon. in l. 2, *num.* 150, *&* 154, *Cod. de*
Jur. emphyteut. Felician. de Cenſib. lib. 3,
cap. 6, *num.* 1, *&* 2; ubi ait abſolven-
dum eſſe tertium poſſeſſorem, ſi dumta-
xat conveniatur ut ſolvat, non autem
63 alternativè, ut ſolvat, vel rem dimittat;
quem ſequitur *Genrb. obſervat.* 65, *num.*
1; eumdemque agendi modum inſinuat Se-
natus Mantuanus apud *Surd. deciſ.* 32,
num. 8.
Quoniam præfatæ Juris regulæ non
procedunt ſi in ſingularem ſucceſſorem
virtute præambuli contractus, vel qua-
ſi, tranſlata fuerint Jura omnia primi
64 Inveſtiti, quia tunc urgeri poterit actio-
ne perſonali ad ſolvendos Canones, alias-
que omnes contractus emphyteutici le-
ges ſervandas, ex celebri doctrina *Bar-*
tole in l. ii cum quos 7, *num.* 1, *&* 2, *ff.*
de aqua plu. arcen. & ibidem Bald. Paul.
de Caſtro num. 1, *&* 3, aliique commu-
niter.
Ut contingit in noſtra hypotheſi, in
qua licèt Franciſcus non appareat ſubro-
gatus Vincentio, primo emphyteutæ, per
novam, & expreſſam inveſtituram, in
ſcriptis redactam, attamen ex diuturna
ſolutione conſueti Canonis, tam ab ipſo, 65
quàm ab ejus Succeſſoribus, quotannis
hucuſque facta, conſtare dicitur de nova
conceſſione emphyteutis; nam qualis ap-
paret ſolutio, talis præſumitur præceſ-
ſiſſe conceſſio, ut doctè advertit *Bald. in*
l. ſi certis annis 28, *num.* 9, *C. de pact.*
quem ibidem ſequitur *Jaſon. num. final.*
Decius, *num.* 18; *Rimin. ſen. colum.* 5, *pro-*
pe finem; *Felin. in cap. cum Bertoldus* 18,
num. 28, *poſt med. de ſent. & re judicat.*
Roman. conſ. 103, *num.* 5, *& ſeq. Cephal.*
conſ. 9, *num.* 17, *&* 18, *lib.* 1; *Rota dec.*
46, *poſt Pacific. de ſalv. interd.*
Et jure meritò, quia ſi receptio Cano-
nis tantæ eſt efficaciæ, ut virtute illius
Dominus directus approbaſſe dicatur per-
ſonam emphyteutæ, adeo ut finita
prima emphyteuſi, nova conceſſio ex il-
la inferatur; eidemque ſi ob non ſolu-
tum Canonem ab emphyteuſi ceciderat, 66
caducitas remiſſa cenſeatur, ita etiam
pari ratione ſolvens ex tacito ſaltem, &
præſumpto contractu obligatus remane-
bit Domino directo, ut argumentantur
Roman. d. conſ. 103, *num.* 5; *& Rota d.*
dec. 46, *poſt Pacific. num.* 6.
Quæ facilius viſa fuerunt procedere in
præſenti, tam quia ſolventes Canonem
expreſsè agnoverant Domum, pro qua præ-
ſtabatur, eſſe emphyteuticam, & ſub pro-
prietate Ven. Carthuſiæ, ex qua reco-
gnitione, & Dominii confeſſione eo ipſo 67
præſuppoſitum, probatumque cenſeri con-
tractum emphyteuticum voluit *Bald. in*
l. cum falſa 5, *num.* 6, *in fine*, *Cod. de*
Juris, *& facti ignor. Jaſon. d. l. ſi cer-*
tis annis, *in fin.* eamque eſſe optimam
cautelam ad obligandos emphyteutas Do-
minis directis, abſque Inſtrumento Inve- 68
ſtituræ notavit idem *Bald. d. l. ſi certis*
annis, *n.* 10; *ibique etiam Salicet. num.* 9,
referentes eorum temporibus exactores
Monaſteriorum curare conſueviſſe, ut ſol-
ventes Canonem, rem cenſuariam eſſe
confiterentur.
Quàm etiam quia, cùm præfati PP. S.
Mariæ de Pace, eorumque Auctor 60 cir-
citer annis controverſam Domum quaſi
emphyteuticariam ſub annui cenſus præ-
ſtatione poſſederint, ex legitima præſcri-
ptione 40, & ultra, annorum præſumitur 69
contra ſolventes favore Domini directi,
cui facta fuit ſolutio, præceſſiſſe titulum,
& fuiſſe celebratum Contractum emphy-
teuticum, cujus virtute ad ejuſdem ſolu-
tionem futuris temporibus compelli poſ-
ſint,

fint, ut arguit Jason. in l. 2, num. 158,
C. de Jur. emphyt. Ripa in l. rem, quæ
a nobis num. 28, ff. de acquir. poss. Ca-
strens. conf. 23, num. 2, lib. 2, & aliis
antiquoribus latè collectis tradunt Me-
noch. de præsumpt. præsumpt. 111, lib. 3;
Mascard. de probat. 603, num. 2, de Ma-
rinis, var. resol. cap. 100, num. 4, lib. 1,
quemadmodum si quis longissimo tempo-
re alienum prædium, tanquam emphyteu-
ticarium, cùm non esset, possedisset, cen-
sum pro eo solvendo; re postea cogni-
70 ta, dici non posset, quin qualitatem em-
phyteuticariam præscripsisset, vetustate
corrigente vitium possessionis, quæ sine
titulo fuit, ut ait Cujacius in l. 2, C.
de Jur. emphyt. fol. mihi 444, lit. E, tom.
3, operum Posthum. & docuit gloss. mag.
ad eandem legem, in fine speculat. § Em-
phyt. q. 64, d' espesses des droits Sei-
gneuriens art. 4, des droits de l' emphi-
teote fol. mihi 98, num. 10, tom. 3, &
Gamma, dec. Lusitan. 244, num. 2, & alii
passim.

Cùm igitur ex præmissis pateat PP. ut-
pote ex quasi contractu obligatos, di-
mittendo Domum, se eximere non pos-
se a solutione annui Canonis, superfluum
videri poterat novas ad idem assumptum
probandum afferre rationes. Quamquam
enim leve argumentum elici posset, ex
eo, quòd in venditione facta Francisco
expressum fuit, Domum, de qua agitur,
subjectam esse Dominio directo Ven. Car-
thusiæ, annuoque Canone 24 ducato-
71 rum gravatam, proindeque Emptorem,
cui tale onus innotuit, videri illud spon-
te subiisse, & quasi contrahendo, Domi-
no directo solvere se obligasse, ut do-
cuere Amic. de Jur. emphyt. q. 56; Cost.
de Jur. & facti ignorant. aut sciebat, aut
ignorabat distinct. 34, num. 3, Cent. 2,
Foller. in prax. cens. § Tamquam res ju-
dicata num. 29, & seqq. Ursill. conclus.
33, num. 32, Gratian. discept. 912, num.
10, & seqq. Surd. d. 10, num. 9, & dec.
32, num. 13, & Rota dec. 29, p. 4, tom.
2 rec.

Et quamvis contraria opinio placue-
rit Speculat. in § Emphyteusis numer. 95,
aliisque, quos referunt de Marinis, var.
resolut. cap. 102, lib. 1; & Giurb. obser-
vat. 65, in fine; Hodier. ad d. dec. Surd.
32, num. 10, eamque in judicando Tri-
bunalia etiam amplexa fuerint, ut ex Gui-
72 dopap. d. 24; Giurb. dec. 62, num. 25,
& ultra jura a præfatis Doctoribus alle-
gata comprobari posse videatur per Tex-
tum in l. Titius 81, § Lucius, ff. de con-
trahen. empt. in quo J. C. respondit, em-
ptorem obligatum non esse (actione ni-
mirum personali, ut ibi declarat Gloss.
in verb. esse) ad annuam præstationem
frumenti, quæ fundo vendito inhærebat.

Nihilominus tamen DD. nolentes in
abstracto subtiliori examine inquirere,
quænam ex his inter se pugnantibus opi-
nionibus meliori ratione nitatur, ob pe-
culiares facti circumstantias, priorem am-
plexi fuerunt; quia præter diuturnam
præstationem annui census, cum ejusdem
expressione concurrentem; quo casu etiam 73
contrariæ sententiæ Auctores primam
opinionem sequuntur, ut videre est apud
de Marinis d. cap. 102, num. 8, & seqq.
Hod. num. 21, & 22.

Apparet, contemplatione oneris enun-
ciati in contractu venditionis, diminutus
valor Domus. Unde Emptor, penes quem
pretium oneris dimissum fuit, correlati- 74
vam obligationem idem solvendi susce-
pisse censeri debet, Foller. in praxi cens.
§ Tamquam res judicata, num. 30, & ju-
sta ratione; nam sicuti venditor, si pul-
saretur a Domino directo ad solvendum
Canonem, se vertere posset contra empto-
rem, eique nulla competeret defensio;
quia illius pretium retineret; ita etiam 75
si tanquam debitor debitoris, directè
conveniatur, eandem solutionem effuge-
re minimè poterit ad evitandos inutiles
circuitus, ut post Franch. dec. 273, do-
cuere Giurb. d. dec. 62, num. 26, Ho-
dier. ad Surd. d. 32, in fine.

Atque etiam demum, quia, ut aliqui
ex DD. addebant, qualitas suprascriptæ
confessionis, & natura emphyteusis ac-
ceptationem confessi oneris necessariò præ-
seferre videtur, cùm non agatur de ge-
nerica enunciativa alicujus incerti oneris,
qualis erat casus, d. § Lucius, sed de
onere, quòd cum ab initio certum, & 76
determinatum esset, cessione rei evitari
modò nequit; Bartol. in l. is cum quo 7
num. 1, in fine, quem sequitur Surd. de
alim. tit. 9, q. 23, sub num. 20, eadem-
que expressio facta non legitur a vendi-
tore tantùm, ut in d. § Lucius, sed
etiam ab ipso Emptore, quo faciliùs sua-
detur agnitio oneris expressi, quæ affi- 77
cit Successores quoscumque ab eo causam
habentes; Rota in d. dec. 29, numer. 1,
par. 4, tom. 2 rec. maximè quia ratifica-
ta ab eodem apparet in Testamento, ex
quo successerunt dd. PP. quas geminatas
agnitiones perpetui oneris, ut in nostro 78
ferè præciso casu, expendit Surd. dec. 10,
num. 8.

Et versamur in emphyteusi Ecclesiasti-
ca, cujus gratia sola enunciativa annui
Canonis operatur natam dici in empto-
re obligationem ad perpetuam illius præ- 79
stationem favore piæ causæ, qui in Jure
nostro semper fuit præcipuus, Roman.
conf. 311, sub num. 2, & seqq. Afflict. de-
cis. 95, num. 7; Surd. d. dec. 32, n. 20.

His itaque sic firmatis, frustra objici-
tur, quòd renovatio emphyteusis cum
Francisco non probetur per Scripturam, 80
quam esse de substantia contractus vide-

T 2 tur

tur ex *l.* 1, & 3; *Cod. de Jur. emphyt.*
81 communique traditione DD.

Quia, cum etiam contractus emphyteuticus nudo consensu perficiatur, ut docuit *Cujac. Paralit. in l.* 4, *C. d. de Jur. emphyt. fol. mihi* 165, *tom.* 2, *operum priorum*; *Roman. cons.* 103, *sub n.* 5, vel Scripturæ solemnitatem necessario de Jure non requirit, vel saltem ejusdem
82 necessitas censetur remissa consuetudine ubique recepta, juxta *Gloss. in l.* 1, *verb. Scriptura*, *C. de Jur. emphyt. Bart. ibid. n.* 6, aliisque relatis; *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 221, *tit.* 6, *num.* 17, *& seq. Ursill. ad Afflict. dec.* 365, *num.* 7; *Rota dec.* 46, *num.* 4, *post Pacific. de sald. interd.* procul dubio cessat, si afferan-
83 tur diuturnæ solutiones Canonum, *Roman. d. cons.* 103, *num.* 5, *& seq. aliique supra allegati*, § *Ut contingit*, atque illæ in scriptis redactæ appareant; nam
84 quoties per scripturam probatur consequens necessarium, etiam illius antecedens eadem Scriptura probari ait *Bald. cons.* 116, *num.* 2, *lib.* 1; *Rota d. dec.* 46, *num.* 5.

Et ita utraque parte acerrimè informante responsum fuit.

ADDITIO XXXI.

Pisciensis, seu Montis Caroli Capellaniæ.

ARGUMENTUM.

Duo hîc firmantur. Unum, quòd Capellania, de qua agitur, requirat in Possessore, ex Fundatoris voluntate, gestationem habitus Clericalis, non secus ac Beneficium collativum. Alterum verò, quòd ob assumptum a Capellano cingulum militare, ratione incompatibilitatis, privationem Capellaniæ incurrerit, & respondetur contrariis.

SUMMARIUM.

1 *Remedio manutentionis uti non potest qui possessionem sponte dimisit.*

2 *Manutentioni locus non est, ubi Possessorium absorbetur a Petitorio claro, & indubitato.*

3 *Manutenendus est in sua possessione, qui illam, auctore Prætore, legitimè apprehendit.*

4 *Capellanus quando ex fundatione debeat esse, & permanere in statu Clericali.*

5 *Testatoris voluntas non minoris potentiæ habet, quàm ipsamet Leges dispositio.*

6 *Ubi Fundator voluit, quòd Rector Capellaniæ sit Sacerdos, vel Clericus, tunc ea regulari debet ac si esset Beneficium collativum.*

7 *Qualitas, seu status Clericatus requiritur in Legato pio, quando voluntas Fundatoris est directa ad Clericos.*

8 *Clericus, assumens cingulum militare, desinit esse miles Christi, & n.* 9.

10 *Et statim incurrit privationem Beneficii, etiamsi illud non exercuerat, & quare, & num.* 11, 17, *&* 23.

12 *Et quidem absque ulla Judicis declaratione; & quando hæc, & trina monitio requiratur, & num.* 13.

14 *Ad effectum inducendi ipso Jure privationem Beneficii, pari passu ambulant adscriptio militiæ sæculari, & Contractus Matrimonii; & utroque casu censetur Clericus habere Beneficium pro derelicto, & num.* 21.

15 *Idem dicitur de assumptione Officii Notariatus Sæcularis, & Gubernatoris.*

16 *Quicquid sit de Clericis, militantibus sub Vexillo Summi Pontificis.*

18 *Ita Clericus reputatur incapax Feudi, importantis militiam sæcularem, & subjectionem Principi laico.*

19 *Ut nec per momentum possit quis esse Clericus, & Feudatarius.*

20 *Quamvis secus sit in Feudo Ecclesiastico, vel non obligante ad talem subjectionem.*

22 *Clericus contrahens Matrimonium, quod ob aliquod impedimentum, nullum detegatur, dummodo non proveniat ex defectu voluntatis, privatur ipso Jure Beneficio.*

24 *Clericus, reassumens habitum Clericalem, reintegratur ad privilegia Fori, & Canonis, sed non ad Beneficium, quod statim amittitur, sine spe recuperationis, & num.* 25, *&* 26.

27 *Præsertim si ante reassumptionem habitus fuisset alteri jus quæsitum.*

DEneganda videtur Laurentio de Minutis manutentio in possessione Capellaniæ, de qua agitur, quia per voluntariam dimissionem habitus Clericalis, & assumptionem cinguli militaris, illicò privatus remansit omni Jure ad eamdem Capellaniam; itaut nullatenus uti possit eodem remedio manutentionis pro se confovendo in illius possessione, 1
quam una cum Clericat sponte, animo, & facto a se abdicavit, *ad Text. expressum in l. qui bona* 19, § 1, *ff. de acquirenda possessione*; *Rot. dec.* 365, *num.* 8, *& seqq. p. 10 rec. & post de Luc. ad mat. de fideicom. dec.* 107 *num.* 26. Cùmque Jus, & titulus cesset in radice, & pos- 2
sessorium absorbeatur a petitorio claro, & indubitato, non est locus manutentioni, juxta plenè deducta per *Posth. de manut. observ.* 74, *num.* 3, *Rot. in Romana*

Pen-

Penſionis ſuper manutentione, 5 *Julii* 1694,
2 § 1, *cor. Emerix*, & 9 *Decembris* 1695,
§ 1, *cor. Illuſtriſs. Scotto Almæ Urbis,
Gubernatore*; & *in Neapolitana Penſionis
impreſſa ad De Luc. in Mantiſs. ad ma-
ter. Jurispatr. dec.* 74, *num.* 1, & 4, &
dec. 75, *num.* 10, & *ſeqq.* cum aliis ibi-
dem cumulatis.

E contra verò videtur indublè decer-
nenda manutentio R. D. Joanni Domi-
nico de Minutis, qui vacantem poſſes-
3 ſionem, authore Prætore, legitimè appre-
hendit, juxta *Text. in l. Juſte poſſidet, ff.
de acquirenda, vel amittenda poſſeſſione;
Argel. de legit. contradict. q.* 2, *n.* 125;
Rot. dec. 114, *num.* 1, *ad De Luc. ad
materiam de fideicomm. cum aliis in Ro-
mana hæreditatis de Ruſpolis*, 2 *Martii*
1705, § *Docuit*, *coram Reverend. Molines
Decano*.

Nullatenus relevante duplici objecto
contra R. D. Joannem Dominicum ex-
citato: primum nempè, quòd verſemur
in caſu laicalis Capellaniæ, non exigen-
tis in Poſſeſſore ſtatum Clericalem, al-
terum verò, quòd aſſumptio militiæ ſæ-
cularis non inducat amiſſionem dictæ
Capellaniæ.

Quatenus enim pertinet ad primam
partem, clara, & literalis eſt Fundato-
ris voluntas, juxta quam poſſeſſor di-
4 ctæ Capellaniæ debet habere qualitatem
Sacerdotalem, ſeu ſaltem Clericalem;
& quidem per verba præceptiva, & in-
cludentia omne tempus, ibi – *ſi deva ſem-
pre eleggere il maggior nato deſcendente
Sacerdote di Caſa Minuti – e non eſſendo-
vene, il maggior nato Clerico* – ac proin-
de ad hoc, ut quis poſſit dictam Capel-
laniam retinere, oportet, ut in ſtatu Cle-
ricali perſeveret, non minus ac ſi age-
remus de Beneficio collativo, cùm non
minoris potentiæ, & efficaciæ exiſtat
5 Teſtatoris voluntas, quàm ipſamet juris
diſpoſitio, *l. fideicommiſſa*, § *Item ſi quis*,
ff. de legat. 3, & *l. ex facto*, *ff. de hære-
dibus inſtituen.* & in his terminis *Rota
dec.* 679, *num.* 1, *coram Cerr. dec.* 188,
num. 2, & *ſeq. part.* 11 *rec.* & *poſt De
Luc. in Mantiſſ. ad mater. Jurispatr. dec.*
47, *num.* 13, & *ſeqq.*

Quin relevet replicatio, quòd memo-
rata Capellania non ſit Sacerdotalis, nec
Clericalis, ſed juxta naturam ſimplicis
pii relicti, retineri poſſit à Laico, quia
hoc repugnat præallatæ literæ fundatio-
nis, cujus vi, nonniſi Perſonæ Eccleſia-
ſticæ illius capaces exiſtunt.

Nec diverſitas voluntatis argui poteſt in
Fundatore ex illis verbis, quæ ſubſequun-
tur, ſupra relata, nempe – *e non eſſendo-
vi nè Sacerdoti, nè Clerici di Caſa Mi-
nuti deſcendenti per linea maſculina da'
ſuddetti Padroni, ſia ſempre preferito il
maggior nato* – ex quibus infertur ex ad-
verſo, majorem natum dictæ Familiæ de
Minutis, etiam Laicum eſſe capacem di-
ctæ Capellaniæ. Etenim clarum eſt, quòd
prælatio majoris natu non concernit Ca-
pellaniæ aſſequutionem, ſeu Patronatum
paſſivum, ſed tantummodo activum, vide-
licet ſimplicè facultatem nominandi, ibi –
*ſia preferito il maggior nato deſcendente per
linea maſculina de' ſuddetti Padroni, al qua-
le detto Teſtatore diede, e dà facoltà, che
poſſa eleggere al ſuddetto Beneficio, o Ca-
pellania il ſuo Rettore, o Capellano* – proin-
deque conſtito de mente Fundatoris, nem-
pè quòd voluerit in Rectore Capellaniæ
Clericalem, ſeu Sacerdotalem ſtatum,
quoad hoc Capellania regulari debet cum
iiſdem terminis, cum quibus regulantur 6
Beneficia in titulum, cum in hoc totum
operetur Fundatoris voluntas, juxta no-
tata per *Gonzal. ad regul.* 8 *Cancell.
Gloſſ.* 5, *num.* 26, & 28. Et quoties in-
tentio Fundatoris eſt directa ad Clericos,
tunc iſta qualitas, non minus ac in ve- 7
ro beneficio in titulum, requiritur in Le-
gato pio, non habente formam Benefi-
cii; *De Luc. de Jurepatron. diſc.* 45, *in
fin. Rot. cor. Ottobon. dec.* 270, & *cor.
Celſ. dec.* 259, & 183.

Poſito autem innegabili requiſito ſta-
tus Clericalis in Poſſeſſore ſæpedictæ Ca-
pellaniæ, juxta tenorem memoratæ fun-
dationis, deſcendit in conſequentiam,
quòd dimiſſo per antedictum Laurentium
Clericali habitu, & dato nomine ſæcula-
ri militiæ in Præſidio Liburnen. ſtatim,
ut diximus, deſierit eſſe miles Dei; cùm 8
militare cingulum, militiam Chriſti ex-
cludat, eique omnimode adverſetur, ad
*Text. in cap. Si quis Clericus, de Feud. Fe-
linus in capit. in præſentia, num.* 11, *ad
fin. de probat. Gratiſſ. de effect. Cleric. ef-
fect.* 4, *Rot. dec.* 355, *num.* 9, *par.* 14
rec. & *poſt De Luc. in Mantiſſ. de Jure-
patron. dec.* 76, *num.* 11.

Electio enim miniſterii ſæcularis, in-
compatibilis cum militia Eccleſiaſtica,
ſupponit, quinimmo importat, renuncia- 9
tionem militiæ Dei, *d. cap. ſi quis Cle-
ricus, de Feud. Zabarell. in Clem. unic.*
§ *Eodem, num.* 6, *ibique Imola, num.* 26, *de
ſupplenda negligent. Prælat. Joannes An-
dreas in cap. ſicut ne Cler. vel Monac.*
latè *Rot. in recen. dec.* 279, *num.* 4, & 5,
par. 16, & *coram Celſo dec.* 69, & 216,
& *poſt De Luc. in Mantiſſ. ad mater. Ju-
rispatr. dec.* 76, *numer.* 9, ac proinde eo
momento, quo Clericus aſſumit milita-
re cingulum, incurrit privationem Bene- 10
ficii, etiamſi ſæva non exercuerit, quod
ſolùm attenditur ad effectum incurſus in
irregularitatem; quia adſcriptio ſæcula-
ri militiæ habetur tanquam probatio vo-
luntatis renunciandi, unà cum Clericatu,
etiam Beneficium, ob omnimodam incom- 11
patibilitatem, quæ inter unum, & alte-
rum

rum statum intercedit, ut optime *Card.*
De Luc. de Pension. disc. 46, *num.* 4, *&*
5; cùm adscribens se militiæ sæculari, se
submittat jurisdictioni, & obedientiæ
Principis sæcularis, & Ducis militum,
ut prosequitur *idem Cardin. De Luc. d.*
disc. 46, *num.* 11; & per consequens ex
ista assumptione ministerii, adeò adversan-
tis statui Clericali, absque ulla Judicis
declaratoria, incursa censetur prædicta
12 privatio, licèt Clericus de facto ad exer-
cendum sæva in bello non processerit, ut
cæteris omissis *Ciarlin. controv.* 36, *n.* 38,
& controv. 130, *num.* 7; *Tondut. quæst.*
benefic. p. 2, *cap.* 5. § 5, *num.* 19, & la-
tius *de Pension. cap.* 77, *ferè per tot. Rocc.*
disput. Jur. cap. 191, *& seqq.* quæ decla-
ratoria, & præcedens trina monitio so-
lùm requiritur, quando agitur de mini-
steriis omnino non incompatibilibus cum
13 Clericatu assumptis per Clericum. Vel
etiam quando agitur de incurrenda pri-
vatione aliorum privilegiorum statui Cle-
ricalis annexorum, nempè Fori, & Ca-
nonis; secus verò quando Clericus facit
actum, omnino ordini Clericali con-
trarium, prout est militiæ nomen dare,
vel matrimonium contrahere, juxta com-
munem sententiam Canonistarum, de
qua testatur Fagnanus *in cap. contingit, il*
Secondo, de sent. excomm. num. 16; *& be-*
ne distinguit *Card. De Luc. disc.* 46, *n.*
6, *& seq.* Pari enim passu procedunt ad
effectum inducendi ipso Jure privationem
Beneficii contractus matrimonii, ac as-
sumptio cinguli militaris, cùm utroque
casu Clericus, tamquam transfuga, pu-
niatur ab Ecclesia, quæ attendit ad il-
14 lum actum externum, cum privatione
Beneficii ipso facto, licèt talis Clericus
adhuc retineat dicta Privilegia Fori, &
Canonis, & ab eodem Clerico evellatur
jus, titulus, & commodum cujuscumque
emolumenti Ecclesiastici, quod habet in
Beneficio; & ulterius etiam censeatur
in ipso actu, quo vel dat nomen mili-
tiæ sæculari, vel matrimonium contra-
hit, habere Beneficium pro derelicto;
Rot. in d. Neapolitana Pensionis, post De
Luc. ad mat. de Jurepatron. dec. 75, *n.* 25,
& 26, & parificando unum, & alterum
casum optimè *Lotter. de re benef. lib.* 3,
p. 26, *a num.* 61, *ad* 84, quinimmo quòd
simplex assumptio officii notariatus sæcu-
laris, & etiam Gubernatoris, habeatur
tamquam probatio voluntatis dimitten-
15 di Clericatum, & assumendi statum sæ-
cularem, ac per consequens habendi Be-
neficium pro derelicto plenè firmavit *Rot.*
in Cæsaraugustana Pensionis, 14 *Junii*
1660, *coram Verospio, & in Romana Pen-*
sionis, 15 *Junii* 1668, *coram Albergato.*

Quæ sanè de plano procedunt, quo-
ties Clericus, prout in nostro casu, vo-
luntariè se submittit Principi sæculari,
& ejus militiæ adscribitur; quidquid sit
in Clerico militantibus sub vexillo Sum- 16
mi Pontificis, in quibus diversa cadit ra-
tio, considerata *a Card. De Luc. d. disc.*
46, *num.* 11, *&* 15, quamvis forsan, nec
in hujusmodi casu sustentabilis sit ejusdem
opinio, cùm nulla sit freta auctoritate, &
contra eam senserit *Rot. in supra alleg.*
dec. 69, *& dec.* 216, *coram Card. Celso,*
per totam, ubi agebatur in terminis sim-
plicis Custodis Arcis.

Sicuti pariter credimus suffragari non
posse prædicto Laurentio, si replicare-
tur, quod simplex adscriptio militiæ sæ-
culari in dicto Præsidio, ubi sæva regu-
lariter non exercentur, non potuerit es-
se sufficiens ad inducendam ipso jure pri-
vationem dictæ Capellaniæ. Quippe quia
ad effectum prædictum, sufficit sola as-
sumptio militiæ sæcularis, quæ propter 17
submissionem, quam importat Principi
laico, ac Duci militum, etiamsi non
exerceantur sæva, quæ ex se alium ef-
fectum, nempe irregularitatis, produ-
cunt, inducit omnimodam incompatibili-
tatem cum statu Clericali; *Rot. in Roma-*
na Pensionis, 29 *Februarii* 1692, § *Cæ-*
terum, cor. bon. me. Card. Caprara. Eo-
dem prorsus modo, quo Clericus reputa-
tur incapax Feudi, quando importat mi-
litiam sæcularem, & prædictam subje- 18
ctionem Principi laico, ut est de na-
tura ac lege feudorum, per *Text. in*
cap. unic. de Vassal. milit. qui arma bel-
lic. depos. ibi -- *Eò quòd desiit esse mi-*
les sæculi qui factus est miles Christi, nec
beneficium pertinet ad eum, qui non potest
gerere officium, & in § *Qui Clericus, si de*
feud. defunct. content. sit inter Domin. &
Agnat. Vassal. ibi -- *Qui Clericus effici-*
tur, aut votum Religionis assumit, hoc ipso
feudum amittit. Cap. unic. de feud. famin.
circa fin. ibi -- *Ex hoc illud descendit quod*
dicitur., Clericum nullo modo in Beneficium
Paternum debere succedere; & in capit.
Unic. an mutus, vel aliàs imperfect. feud.
retin. quidam tamen dicunt eum, qui ta-
lis natus est, retinere non posse, quia
ipsum servire non valet; sic dicimus in
Clerico, & in fæmina, & similibus; Hart-
man. Pistor. p. 3, *q.* 33 *Menoch. cons.* 181,
num. 64, *& seqq. De Luc. de Feud. disc.*
17, *num.* 2, & antea *disc.* 16, *num.* 2,
& plenius *disc.* 54, *eod. tit. de feud. n.*
8, *&* 9, ideoque attenta dicta incompa-
tibilitate subjectionis Principi Sæculari
cum Clericatu, sequitur, ut nec per mo- 19
mentum quis possit esse Clericus, & Feu-
datarius, licèt remotus sit casus exer-
cendi sæva, & procedendi ad bellum;
Hartman. Pistor. d. q. 33, *num.* 18; *De*
Luc. d. disc. 17, *num.* 4, *in fin.* cùm ser-
vitium spirituale sit omnino incompati-
bile cum officio temporali, ut in specie
tradunt *Tondut. de Pension. cap.* 77, *n.* 7;
Me.

Menoch. de arbitr. cas. 231, *num.* 4, *Rosental. de feud. cap.* 7, *conclus.* 30, *num.* 7;
quamvis secus sit in feudo Ecclesiastico,
20 vel non obligante ad præstandam subjectionem, juxta luculenter deducta per
Synd. cons. 59, *numer.* 15, & *per tot. lib.* 1, *ac per De Luc. d. disc.* 54, *num.* 10; & *in d. Rom. Pensionis 29 Februarii* 1692, *d.* § *Cæterum*, *cor. Card. Caprara*; & ulterius, dicta assumptio militiæ
21 pernecesse demonstrat animum habendi Beneficium pro derelicto, in quo fundatur, ut animadversum fuit, (signanter ex *Lotter. d. lib.* 3, *q.* 26, *num.* 84,) incursus privationis Beneficii ipso Jure; & bene *De Luc. de Pension. disc.* 46, *num.* 4, & 5; tanto magis, quia Clericus eo ipso, quò se submittit Principi laico, militiæ nomen dando, se exponit periculo sæva exercendi, juxta jussiones sui Ducis; ac proinde sicuti dum Clericus contrahit matrimonium, illudque nullum detegitur, ob aliquod impedimentum,
22 dummodò non proveniat ex defectu voluntatis, inducitur ipso Jure privatio Beneficii, ut discusso articulo probat *Lotter. de re benef. d. q.* 26, *num.* 75, & similiter quando Clericus succedit in feudo, obligante ad subjectionem præcisam Principi laico, licèt arma non assumpserit, censetur ex jam firmatis Clericatui renunciasse; ita pariformiter, dum Clericus efficitur miles, incurrere debet privationem
23 Beneficii ipso facto, cùm idem jus ad hunc casum porrigatur, ut advertit *Lotter. ubi supra*, *num.* 84.

Neque tandem videtur obstare, quòd pro parte prædicti Laurentii observatum fuit, nempe quòd Clericus effectus miles, si deserat militiam, & reassumat habitum Clericalem, reintegretur ad pri-
24 vilegia Clericalia, quæ suspensa erant, non deperdita; *Clement.* 1, *versic. Quamdiu*, & *ibi Gloss. in verbo recuperabunt*, *de vita & honest. Cler. cum aliis apud Rot. dec.* 355, *num.* 10, *par.* 14 *recen.* quia non per hoc evitatur incursus dictæ privationis ipso facto, statim ac Clericus effectus fuit miles; cùm reintegratio supponat præcedentem amissionem. Et prædicta intelliguntur solummodo de Privilegiis Fori, & Canonis, quæ tunc temporis manent in suspenso; non autem de beneficio, quod illico amittitur sine spe recuperationis, cùm in Beneficiis non possit dari ipsa suspensio, maximè attenta Constitutione *san. mem. Sixti V*, 92, *in Bullar. novo*, *tom.* 2, juxta cujus censuram etiam propter solam dimissionem habitus Clericalis, absque ulla monitio-
25 ne Judicis Ecclesiastici incurritur ipso facto privatio Beneficii, ut tradunt *Navarr. in Sum. Bullar. comment.* 62, *tit. de habit. Cler. Barbos. ad Concil. cap.* 6, *sess.* 14, *de refor. num.* 5; *Rot. cor. Coccin. dec.* 1290, *num.* 1, cum aliis *in Barchinonen. Beneficiorum*, 15 *Aprilis* 1704, § *Certius*, *coram Reverendiss. Molines*, & 12 *Novembris* 1704, § *Coram Omana*, quæ suspensio alioquin non repugnat dari in prædictis privilegiis Fori, & Canonis; & cæterum nimis, absurdum
foret, quòd Clericus postquam per plu- 26
res annos militiam sequutus fuit, reassumendo habitum, restituendus esset ad Beneficium, dimissum de tempore, quo militiæ nomen dedit, contra ea, quæ in his terminis firmant *Novar. in sum. Bullar. com.* 71, *tit. de habitu Cler. num.* 5; *Lotter. de re benefic. lib.* 3, *q.* 26, *n.* 92; *Rot. coram Coccino*, *dec.* 1290, *a num. primo*, *ad* 4, & *in dicta Barchinonen. Beneficiorum*, § *Et hinc*, *coram Omana*, quod eo magis in præsenti hypothesi procedere debet, in qua fuit jus perfectè quæsitum Reverendo D. Provinciali, qui antequam Laurentius deposuerit militare cingulum ad dictam Capellaniam fuit electus, illiusque possessionem apprehendit; itaut res amplius non sit integra, ut ad rem optimè faciunt deducta in terminis feudi per *Card. De Luc. de feud. d. disc.* 17, *sub num.* 4, cum aliis per eum ibidem allegatis.

Quare, &c.

Joannes Jacobus de Scarfantoni
J. C. Pistoriensis.

Juxta supra deducta resolutum fuit, Anno 1714, ad favorem D. Joannis Dominici de Minutis per Reverend. D. Josephum de Ciampollis Auditorem Illustriss. Nunciaturæ Florentinæ.

Iterum anno 1715, fuit resolutum ad favorem d. D. Joannis, juxta Votum D. de Bonsinis Auditoris Rotæ Florentinæ.

ADDITIO XXXII.

Pisciensis Officiaturæ, seu Legati Pii.

ARGUMENTUM.

Prorogatio termini ad præsentandum, ab Ordinario concessa, quando sustineatur in præjudicium Papæ. Agitur etiam de Capellania, quando dicatur Beneficium Ecclesiasticum, vel potiùs simplex Legatum Pium.

SUMMARIUM.

1 *Exponitur facti series.*
2 *Impetratio odiosa strictè est interpretanda contra exosum expiscatorem.*
3 *Et Reo convento sufficit vincere per non jus Actoris.*
4 *Literæ Apostolicæ, vitio obreptionis, seu subreptionis laborantes, non sunt exequendæ.*

5 Stan-

5 *Stante prorogatione, ab Ordinario obtenta, idem est praesentare in tempore prorogato, ac intra quadrimestre, & num. 50.*

6 *Ordinarius facultatem habet prorogandi terminum ad praesentandum, & affertur ratio.*

7 *Hujusmodi prorogatio non praejudicat Pontifici, quin possit concurrere, & Ordinarium in ipsa collatione praevenire.*

8 *Potest ea ab Ordinario concedi, etiam invitis Compatronis.*

9 *Quid importet clausula* dummodo de tempore datae, non sit alteri jus quaesitum, *& num. 10, 11, 12, 17, 48, & 49.*

13 *Praesentatus a vero Compatrono, post acceptationem, jus validum ad rem acquirit, & necessariò est instituendus.*

14 *Papa, concedendo alicui gratiam, nunquam intendit Tertio, etiam in Jure quaerendo, praejudicare.*

15 *Declarantur Auctoritates, firmantes, sustinere Provisionem Apostolicam contra Praesentatum, ante illam datam, in tempore prorogato, & numer. 16, & 18.*

19 *In materia beneficiali, impedimentum, dolosè procuratum ab Adversario, jus alterius deterius non efficit.*

20 *Et est etiam regulare, quòd impedimentum, ex facto Adversarii procedens, alteri nunquam nocet.*

21 *Sub nomine Officiaturae, vel Capellaniae non venit Beneficium.*

22 *Naturae Beneficii repugnat, quod redditus, tempore vacationis, per Laicos administrentur, & successoribus non reserventur.*

23 *Attestanti super re, quae ad proprium officium spectat, deferendum est, & num. 61.*

24 *Negativa probatur ex Actorum diligenti rimatione.*

25 *Capellaniae, absque Ordinarii auctoritate erectae, non reputantur Beneficia Ecclesiastica, & num. 29.*

26 *Sed juxta terminos Legatorum piorum regulantur.*

27 *Causa efficiens Beneficii est auctoritas Episcopalis, seu quasi Episcopalis, & num. 90.*

28 *Juris Spiritualis creatio ad alium spectare non potest, nisi ad habentem Jura Pontificalis Dignitatis.*

30 *In hujusmodi Capellaniis locum non habet tempus quadrimestris, nec devolutio ad Ordinarium.*

31 *Si dictae Capellaniae impetrentur, uti Beneficia, gratia redditur subreptitia.*

32 *Iisdem non conveniunt termini collationis, & institutionis, nec aptantur aliae regulae, in materia beneficiali cadentes, & num. 33.*

34 *Sed illarum provisio omninò dependet a nominatione, & electione Patroni Laici.*

35 *Non obstante quòd per errorem in antecedenti statu facta fuisset collatio ab Ordinario.*

36 *Probata qualitate Capellaniae, uti Legati pii, ea adjudicanda est nominato, sive praesentato per Patronum, excluso Proviso Apostolico.*

37 *Fraus illam machinanti opitulari non debet.*

38 *Impedito ex facto Adversarii non currit tempus.*

39 *Maximè si proveniat ex lite, ab eodem Adversario procurata.*

40 *Non debet quis sine propria culpa poena devolutionis mulctari, & a Jure suo cadere.*

41 *Literae Apostolicae obreptitiae nullam executionem merentur.*

42 *Si Pontifici reticita fuerint ea, quae narrata difficiliorem gratiam reddidissent, talis gratia non est exequenda.*

43 *Papa in concessione gratiae, ex regula de Jure quaesito non tollendo, non censetur alteri praejudicare.*

44 *Ubi agitur de gratiis, in praejudicium Collitigantis tendentibus, mentio litis semper facienda est, & de ratione, & num. 45.*

46 *Alias impetratio est subreptitia, & nulla.*

47 *Respondetur auctoritatibus contrariis.*

51 *Si Ordinarius conferat Jure devoluto, praeveniendo collationem Papae, in concursu Provisionis Apostolicae, obtinere debet Provisus ab Ordinario.*

52 *Etiamsi nondum cepisset possessionem Beneficii.*

53 *Nec subsequens Provisio Apostolica, tanquam de devoluto, potest adimere Jus, in Praesentato jam radicatum.*

54 *Si lis vertat inter Provisum Apostolicum, & nominatum a Patrono, attenditur solùm ultimus status.*

55 *In quibus terminis procedat antecedens conclusio.*

56 *Quale tempus requiratur ad hoc, ut ultimus status aptus sit ad imprimendam novam qualitatem Beneficii.*

57 *Ultimus status non attenditur, ad sustinendam Provisionem Apostolicam, quando in contrarium constat per Instrumentum fundationis.*

58 *Et tunc possessio absorpta remanet a proprietate.*

59 *In tota Jurisdictione Pisciensi Capitulum Collegiatae Ecclesiae est Ordinarius Collator omnium Beneficiorum, excluso etiam a Jure simultaneae collationis Praeposito, ex concessione S. M. Leonis X, in ejusdem Collegiatae erectione.*

60

60 *Et Præposito non remansit nisi facultas auctorizzandi fundationes simplicium Capellaniarum, & Officiaturarum.*

62 *Tribunal Nunciaturæ Civitatis Florentiæ facultatem non habet cognoscendi causas beneficiales.*

63 *Nomina confirmationis, & institutionis sæpe confunduntur, & unum promiscuè accipitur pro altero.*

64 *Edictorum affixio est necessariò præmittenda institutioni.*

65 *Effectus, & natura actus, rejecta vocis significatione, spectandus est.*

66 *Expressiones Patronorum, pro constituenda Officiatura simplici in statu Beneficii collativi, quando non attendantur.*

67 *In actibus ineffectuatis nullum potest constitui fundamentum.*

68 *Institutio concessa per Ordinarium, tamquam de Beneficio, imprimere non valet simplici Officiaturæ qualitatem beneficialem.*

69 *Ad coercendam detestabilem Clericorum incontinentiam, a Sacris Canonibus, & Conciliis Generalibus pœna, & infamia irrogata fuit tam in illius Auctores, quàm in eorum progeniem, & singillatim recensentur prædictæ Constitutiones, & pœnæ, ab eis inflictæ, & numer. 70, 71, 72, & 73.*

74 *Filii illegitimi Clericorum, juxta alias Sacrorum Canonum sanctiones, institui prohibentur in Beneficio, immediatè ante a Patre possesso.*

Prout etiam vetitum est filiis, ex legitimo thoro susceptis, & quare, ibidem.

75 *Quia tamen possent intitulari in Beneficio, quod Pater obtinuisset, media intercedente Persona, cui Beneficium illud fuisset collatum, & de ratione, & num. 76.*

77 *Ideo ad tollendum hunc abusum, S. M. Clemens VII, sancivit, ne filii Presbyterorum, ex fornicatione nati, Beneficia Ecclesiastica quæcumque, quæ eorum Patres obtinuerant, possent, neque immediatè, neque mediatè, obtinere.*

78 *Ulterius Sac. Conc. Trident. decrevit, ut illis non liceat in Ecclesiis, ubi ipsorum Patres Beneficium aliquod Ecclesiasticum habent, aut habuerunt, quodcumque etiam dissimile Beneficium obtinere, nec in dd. Ecclesiis ullo modo ministrare, nec Pensiones habere super fructibus Beneficiorum, quæ Parentes eorum obtinent, vel aliàs obtinuerunt.*

79 *Et collatio, iisdem facta, redditur ipso Jure invalida, & nulla.*

80 *Ad quem effectum sufficit, quòd Pater naturalis de facto, & sine justo titulo, ac per possessionem, sive bonam, sive malam, Beneficium in eadem Ecclesia obtinuerit.*

81 *Imò quòd ipse Pater habuerit possessionem Beneficii, licèt in eo, aut in Ecclesia non ministraverit.*

82 *Præsentato a majori parte Patronorum debetur institutio.*

83 *Conciliaris dispositio in hac materia est in pluribus correctoria Juris communis.*

84 *Adeoque strictè intelligi debet, nec patitur extensionem de casu ad casum.*

85 *Simplex Capellania laicalis, cum onere Missarum, in titulum Beneficii non erecta, non cadit sub dicto conciliari decreto.*

86 *Et illius capax est etiam Laicus.*

87 *De natura, & substantia Beneficii Ecclesiastici est, quòd Beneficiatus non potest sibi successorem deputare.*

88 *Pœna privationis Beneficii, utì gravissima, nisi præviis Canonicis monitionibus, & sententia Judicis, infligi non potest.*

89 *In Beneficio Ecclesiastico, post Canonicam Institutionem, statim Beneficiatus omnes fructus vacantis Beneficii assequitur: nec illud dari potest ad tempus, sed ad vitam Beneficiati confertur.*

91 *Simplex voluntas efficiendi Capellaniam collativam non sufficit, nisi probetur ad actum redacta cum consensu Ordinarii.*

92 *Collatio, seu Institutio Præsentati sufficiens non est ad immutandam naturam simplicis Legati pii in Beneficium, si deficiat erectio.*

93 *Incongruum non est, quòd etiam in Legatis piis Ordinarii auctoritas adhibeatur in eorum adjudicatione potiùs uni, quàm alteri.*

94 *Vicarius Generalis institutionem concedere nequit, nisi ex speciali Episcopi facultate, sive mandato.*

95 *Non repugnat, quòd simplices Capellaniæ cum onere Missarum, donec accedat auctoritas Ordinarii, remaneant in statu Legati pii, nec Beneficii Ecclesiastici nomen mereantur; & tamen ad illarum titulum quis Ordinari valeat.*

96 *Declarantur contrariæ Auctoritates, in quibus terminis procedant, & ex numer. 98.*

97 *Capellani in Ecclesiis receptitiis dicuntur verè Beneficiati, & quare.*

BON. mem. D. Thomas de Pinis in ultimo, cum quo decessit Elogio de Anno 1643, de universo suo asse hæreditario, perpetuum legatum cum onere Missarum instituit, explicatum ab eodem Testatore sub nomine Officiaturæ,

1 relinquendo nominationem Sacerdotis, cui incumbere debebat onus dictæ celebrationis, majori natu familiæ de Neris de Luicciana, & in defectum dictæ familiæ, majori natu aliarum familiarum successivè substitutarum, ea etiam lege adjecta, quòd, quousque ab habentibus Jus nominandi, non esset facta Sacerdotis electio, & nominatio, redditus suæ hæreditatis, ad effectum interim adimplendi onera Missarum per eum injuncta, remanerent penès eosdem Executores, & post ipsorum obitum, penès Camerarium nuncupatum della Vicinanza, ad eumdem effectum adimplementi dd. onerum pro tempore, quo Officiatura destituta esset Capellano, seu Sacerdote, ut supra eligendo.

Usque ad hæc tempora Officiatura prædicta perseveravit in statu simplicis Legati pii cum onere Missarum, quæ adimpletæ fuerunt per Sacerdotes a Patronis electos, absque eo quòd neque ab Illustriss. D. Ordinario Pisciensi, seu a Reverendiss. Capitulo dictæ Civitatis Ordinario Collatore in vim suarum facultatum fuerit erectum in Beneficium, aut tamquam tale per actum collationis, seu institutionis ab eisdem provisum, prout testantur post exactissimam rimationem omnium actorum existentium tam in Archivio Ecclesiastico, quàm Capitulari Pisciensi utriusque Cancellarii.

Vacante nuper dicto Legato per obitum R. P. Flamminii de Bartolinis, D. Philippus Major natu memoratæ familiæ de Neris unicus Patronus, non informatus de natura dicti Legati pii, putans regulandum esse ad normam Beneficii Ecclesiastici, comparuit coram dicto Reverendiss. Capitulo Pisciensi & instante lapsu quadrimestris dato a Jure Patronis laicis ad præsentandum, petiit, & obtinuit sibi prorogari terminum prædictum ad duos menses. Pro parte verò Caroli de Bartolinis prætensi Patroni intra dictum terminum quadrimestris fuit præsentatus R. D. Antonius Franciscus de Pagnis, ac demum in dicto tempore prorogato dictus D. Philippus de Neris præsentavit R. D. Canon. Petrum Thomam de Bianuccis, qui suam præsentationem incontinenti acceptavit.

Cùmque Præfatus R. D. de Pagnis parum de suis Juribus fideret, utpotè quia Jus suum metiebatur a præsentatione obtenta a dicto de Bartolinis, qui nonnisi in defectum dictæ familiæ de Neris invitatus erat ad dictum Jus Patronatus, impetravit a Sede Apostolica collationem dictæ Officiaturæ, tamquam de Beneficio collativo, sub narrativa, quòd illius collatio ad eamdem Sedem devoluta esset, ex quo a quatuor mensibus, & ultra vacaret, & tempus Patronis laicis ad præsentandum a Jure præfixum, lapsum existeret, illamque obtinuit sub expressa conditione, dummodo tempore datæ earumdem literarum, in eodem Beneficio alicui Jus quæsitum non existeret, & tempus prædictum defluxum foret. Quarum literarum executio cùm directa fuerit Illustriss. & Reverendiss. D. Episc. Pistorien. ac in ejus locum ex subdelegatione suffecta fuerit Persona D. V. Reverendiss. speratur respondendum fore pro inexequibilitate earumdem literarum, ac pro immissione in possessionem Jurium, & Bonorum dictæ Officiaturæ, ad favorem dicti D. de Bianuccis Principalis, ac etiam reverenter supplicatur.

Præmisso namque, quòd versamur in casu odiosæ impetrationis, quæ strictissimè est interpretanda contra exosum 2
expiscatorem, *ad notat. per Hostien. in cap. Cum in multis, sub numer. 4, vers. proinde, & sub num. 9, vers. verum, de rescript. in 6; Lotter. de re benef. lib. 2, quæst. 44, & seq. Card. De Luca de Benef. in supplem. par. 4, disc. 134, num. 4, Rot. dec. 269, num. 4; dec. 303, num. 10, coram Royas; & in Leodien. Canonicatus, 14 Decembris 1698, § 1, coram bo. mem. Jacometto, & in Cracovien. Canonicat. 13 Junii 1701, § Præbabitis, coram R. P. D. meo Ansaldo*, itaut D. Princi- 3
pali sufficiat vincere per non Jus Actoris, ut passim respondit *Rota, & signanter in Gerunden. Beneficii, 28 Aprilis 1690, in fin. coram bo. mem. Benincasa; in Mutinen. seu Regien. Archipresbyteratus, & Canonicatus, 20 Februarii 1693, cor. Reverendiss. P. D. Molines Decano; & in Alerien. Parochialis, 23 Februarii 1693, § Incontrovertibilis, coram eod.* patet ad evidentiam, quòd literæ Apostolicæ præfatæ, utpotè patientes obreptionis, & subreptionis notam, nullam 4
promererentur executionem, *ad Tex. in Cap. super literis, de rescript. Rot. dec. 520, num. 1, coram Bichio; dec. 148, num. 13, par. 19 rec. in Lucana Beneficii, 7 Maji 1694, § Nec minùs, cor. R. P. D. Molines; & in Romana Clericatus, 3 Martii 1698, § Præbuit, coram R. P. D. meo Ansaldo.*

Vitium sanè obreptionis, & subreptionis manifestè resultat, tum ex narrativa, sub qua obtentæ fuerunt eædem literæ, nimirum, quòd lapsum esset tempus ad præsentandum; tum quòd Officiatura, seu Legatum pium, de quo agitur, esset Beneficium Ecclesiasticum, in titulum collativum provideri solitum.

Quatenus enim pertinet ad primam partem, subreptio redditur innegabilis, quod lapsum esset tempus datum de Jure ad præsentandum, quia neutiquam verificatur hujusmodi defluxus temporis propter prorogationem obtentam a Reve-

ve-

verendiss. Capitulo Ordinatio collatore,
5 qua prorogatione attenta, idem est præ-
sentare in tempore Quadrimestris, ac in
alio prorogato per Superiorem; *Rot. dec.*
114, *num.* 14, *coram Cerro*; & *dec.* 74,
num. 25, *par.* 16; & *dec.* 491, *numer.* 8,
par. 18 *rec. cum aliis in Mediolan. Præ-
positura*, 3 *Martii* 1704, § *Hac siquidem*,
& § *Quòd verò, coram R. P. D. meo An-
saldo*, & 23 *Januarii* 1705, § *Firmata*,
cor. R. P. D. Molines; cùm Ordinarius
indubiè facultatem habeat prorogandi
6 terminum, in quo, Jure devoluto, posset
conferre, cùm sibi tantùm præjudicium
inferat, *Gonzal. ad Reg.* 8 *Cancell.* § 4,
proœm. num. 92, & *seq. cum aliis in dec.*
180, *num.* 20, *par.* 18, *tom.* 1 *rec.*

Nec adversatur, quòd prorogatio ten-
dat etiam in præjudicium Papæ, qui
tamquam Ordinarius Ordinariorum, po-
test concurrere cum quolibet Collatore
inferiore, ideoque non sit attendenda,
quia prorogatio, seu extensio termini
concessa ab inferiore, nequaquam præ-
7 judicat Pontifici, quominus intra illius
tempus possit concurrere, atque præve-
nire Ordinarium in ipsa collatione;
ideoque, cùm ea solùm liget manus
Ordinarii Collatoris illam concedentis,
nullus dubitat, quin omninò subsistat,
ex animadversis per Rot. in d. dec. 180,
sub d. num. 20, *par.* 18 *rec. cùm aliis pro-
ximè allegat.*

In nihilo pariter refragante, quòd nul-
la sit prorogatio prædicta, utpotè obten-
ta, contradicente alio prætenso Patrono,
8 quia hujusmodi contradictio præterquam-
quod nullatenus erat attendenda, utpo-
tè facta ab eo, qui Jus suum metieba-
tur a Persona, cui Jus Patronatus non
competebat, nihil relevat, quia potest
concedi ab Ordinario etiam invitis Com-
patronis; cùm de illorum præjudicio non
agatur, quoties, ut in præsens petita
fuit, durante adhuc termino Quadrime-
stris, ut punctualiter objectum diluit
Pax-Jordan. lucubr. tit. 2, *lib.* 10, *tit.* 7,
sub num. 34, *vers. ex eo autem*, quem se-
cuta est *Rota in d. Mediolan. Præpositu-
ræ*, § *Quo verò, coram R. P. D. meo An-
saldo*; & *in confirmatoria*, § *Quin hujus-
modi, coram R. P. D. Decano.*

Præter vitium subreptionis, inexequi-
bilitas earumdem literarum resultat ab
expressa conditione, sub qua provisio
Apostolica fuit expedita, nempè cum
clausula; *dummodò de tempore datæ præ-
9 sentium non sit alteri Jus quæsitum*, quæ
declarat mentem Sum. Pontificis tam-
quam æquissimi Principis noluisse tollere
Jus alteri in beneficio competens; *Lot-
ter. de re benef. lib.* 2, *quæst.* 23, *num.*
1; *Rot. dec.* 169, *num.* 29, *par.* 10, & *dec.*
240, *num.* 12, *par.* 11; & *d. dec.* 180,
num. 14 *rec.* ac talis, tantæque est effi-
caciæ, ut per eam præservatum censea- 10
tur Jus alterius, & in nihilo detractum
Juribus inferioris Collatoris, *Rot. dec.* 159,
num. 11, *par.* 18 *rec. coram Emerix*, *dec.*
1046, *num.* 2, 3; & *dec.* 1352, *num.* 3,
4, & *in Celsonen. Beneficii*, 25 *Januar.*
1700, § *Nihilominus, coram bon. mem. Ja-
cometto*, & præservatum censeatur etiam
Jus ad rem, licèt non in re, nimirum 11
adeptum per actualem institutionem, seu
Collationem; *Lotter. d. lib.* 2, *quæst.* 51,
num. 18, & *seq. de Ros. de execut. Litt.
Apost. par.* 1, *cap.* 5, *num.* 105; *Rot. in
Barchinon. Beneficii*, 26 *Novembris* 1703,
§ *Dum hac, coram R. P. D. Lancetta*, &
23 *Martii* 1705, § *Tum etiam, coram R.
P. D. meo Ansaldo*; & signanter, quòd
per præcitatam Clausulam præservatum
censeatur Jus quæsitum ad Beneficium, 12
mediante præsentatione acceptata plu-
ries resolvit Rota, ut testantur *Vivian.
de Jur. patr. par.* 2, *lib.* 8, *cap.* 8, *num.*
3; & *coram Cavaler. dec.* 478, *num.* 6,
ibi -- *cùm semper intelligatur Papam con-
cedere gratiam, dummodò alteri non sit jus
quæsitum; quæ clausula dummodò expressè
aderat in literis Julii; & sic per eam appa-
rebat Papam voluisse præservare præsenta-
tiones jam factas a Patronis*, & dec. 208,
num. 12, par. 19 rec. -- ibi -- *Unde fit
consequentia non justificari narrativam,
quòd in Canonicatu alteri non sit Jus quæ-
situm, cùm de tempore datæ adesset præ-
sentatus a familia Lanza, qui tamquam
majoribus vocibus suffultus, aliisque præ-
ditus qualitatibus, haberi debet pro sufti-
tuto, nec illi Papa præjudicare censetur*,
& optimè etiam coram *Buratt. dec.* 651,
num. 4; & *coram Cels. dec.* 144, *n.* 12.

Ac proindè, cùm præsentatio D. Prin-
cipalis, illiusque admissio, & accepta-
tio prævenerit datam dd. Literatum Apo-
stolicarum, sequitur idcircò, quòd nul-
lum per eas fuerit irrogatum præjudi-
cium Juri, quod idem D. Principalis
acquisiverat; maximè quia præsentatus
fuerat ab unico Beneficii Patrono, un-
de post acceptationem Jus validum ad 13
rem sibi quæsiverat, ac necessariò de-
bebat institui; *Lambertin. de Jur. patr.
lib.* 2, *par.* 2, *quæst.* 5, *art.* 8, *n.* 2, *in
fin.* & *num.* 3; *Gonzal. ad reg.* 8, *Glos.*
15, § 2, *num.* 2, *Vivian. d. cap.* 8, *num.*
4, & 5; *Lotter. de re Benef. lib.* 2, *quæst.*
20, *num.* 33, & 35; *Seraph. dec.* 1446,
num. 1; & optimè *Adden. ad Buratt. d.
dec.* 651, *num.* 10, *lit.* B; cùm juxta re-
gulam passim receptam Papa conceden- 14
do uni gratiam nunquam intendat Ter-
tio etiam in Jure quærendo præjudica-
re; *ad Text. in Cap. Quamvis in fin.* &
*Cap. Si propter tua, de rescript. Tondut.
resol. benef. Cap.* 110, *num.* 18, 19, *lib.*
1; *Ottobon. dec.* 53, *num.* 7, *Millin. dec.*
198, *a num.* 8, *ad dec.* 285, *n.* 6, *par.* 9 *rec.*

Hinc non refragatur *Rota in Lunen. Sarzanen. Capellaniæ, coram Bevilacqua, impressa apud Minf. post Consultationem* 785, *tom.* 8, in contrarium allegata, quia etiam in ea admittitur, quòd Ordinarius possit prorogationem concedere in sui præjudicium, ut in § Hujusmodi; & licèt ibi recedendo a firmiter stabilitis in eadem causa *coram Em. Carpineo in dec.* 74, *par.* 16 *rec.* sequuta sit opinionem pro prælatione Apostolicæ provisionis contra eum, qui ante illius datam in tempore prorogato præsenta-
15 tionem obtinuit, vel est intelligenda, quòd non procedat in terminis, quando non sit verè Jus quæsitum præsentato ob non factam acceptationem, sive præsentationem actualem coram Ordinario, ut in puncto distinguit *Rot. dec.* 665, *num.* 8, & 9, *par.* 18, *tom.* 2 *rec.* cùm ibi con-
16 cordantibus, sive tandem, non a majori parte Patronorum, ut declarat *Add. ad Buratt. d. dec.* 651, *num.* 10, ne alias destruantur superiùs allatæ regulæ comprobantes efficaciam dictæ clausulæ, *dummodò de tempore datæ, &c.* quæ, ut etiam admittitur in *d. dec. coram Bevilacqua in fin.* præservat Jus validum, ac legiti-
17 mum, vel in omnem casum inapplicabilis censeri deberet ad præsentem hipothesim, in qua R. D. Principalis institutionem non obtinuit, attenta contradictione ipsius Adversarii, ut constat ex actis gestis coram Reverendiss. Capitulo Piscienti, ne ex sua quodammodò fraude lucrum, & commodum reportet; quia si cessassent dd. impedimenta posita pro parte dicti D. Adversarii, D. Principalis obtinuisset præventivè ad expeditionem Literarum institutionem, ac proinde Jus magis validum, & efficacius acquisivisset, quòd citra omnem dubitationem præservatum extitisset per clausulam *dummodo de tempore datæ, &c.* ut
18 in specie declarando dictam decisionem coram Bevilacqua, respondit *ead. Rot. d. dec.* 180, *num.* 20. Cùm nulla æquitas patiatur, quòd per impedimentum
19 præstitum, & dolosè procuratum ab Adversario, Jus alterius deterius fiat, ut faciunt deducta in terminis Juris patronatus per *Gonzal. ad Reg.* 8, *gloss.* 6, *n.* 108 & *seq. Lotter. de re benef. lib.* 2, *quæst.* 31, *num.* 9; *De Luca de Jurepatr. disc.* 64, *num.* 12, & regulare est, quòd
20 nunquam debet nocere impedimentum, quod provenit ex facto Adversarii, *ad Tex. in l. cum ipse, ff. de excusat. Tutor. De Luca de Cens. disc.* 27, *num.* 6; *Rot. cor. Ludovis. dec.* 341, *num.* 2, *coram Cerr. dec.* 380, *n.* 8, & *dec.* 19, *n.* 6, *par.* 7 *rec.*

Descendendo ad alteram partem subreptionis dd. Literarum Apostolicarum, ea redditur manifesta, a Litera Testamenti Fundatoris Officiaturæ prædictæ, qui noluit Beneficium Ecclesiasticum instituere, seu simplicem Officiaturam, seù pium Legatum cum onere Missarum; nam pluries illud explicavit sub dicto vocabulo Officiaturæ -- ibi -- *in augumento della detta Eredità, & Officiatura*, & subindè *ordinare un' Officiatura, o Cappellania*; & postmodum, *alla quale Officiatura* -- sub quo non venit Beneficium, etiam ex 21
communi usu loquendi, sed reputatur tamquam simplex stipendium, seu salarium, nihil habens spiritualitatis.

Et indubitantiùs, quia patet ex dicto Testamento mentem Fundatoris fuisse, instituendi simplex Legatum pium ex conditione adjecta, quòd durante tempore vacationis Officiaturæ, videlicet usque dum per Patronos non fuisset facta electio Sacerdotis, per ejus Executores administrarentur redditus Officiaturæ, seu ejus hæreditatis destinatæ pro illius Dote, ac procuraretur adimplementum oneris Missarum -- ibi -- *e mentre dal Cappellano non sarà eletto, li sopradetti Esecutori tenghino conto dell' entrate della detta Eredità, e di quelle faccino celebrare le tre Messe ordinate ogni settimana, ec.* repugnat enim naturæ Beneficii, quòd illius redditus tempore vacationis per Laicos administrentur, & expendantur juxta modum ab eodem Testatore expressum, 22
nec reserventur, juxta formam Juris, Successoribus, *ad Tex. in Cap. cum in officiis de Testam. Cap. Quia sæpè, de elect. Panimoll. dec.* 20, *annot.* 2, *num.* 1; ut in terminis durioribus qualitatem Laicalitatis firmavit *Rota in Hydruntina Capellaniæ.* § *Et fructus, coram dell' Olmo, infra allegandæ.*

Illud autem, quod rem magis in tuto ponit, est defectus authoritatis Superioris Ecclesiastici, cùm ex dd. attestationibus, tam Cancellarii Ordinarii Piscientis, quàm Capitularis ejusdem Civitatis, pateat, prædictam Officiaturam nunquam fuisse in Beneficium erectam, neque uti tale in titulum collativum provisam, quibus Cancellariis sine dubio tamquam deponentibus de re ad pro- 23
prium officium spectante, plenè deferendum venit, etiamsi sint extrajudiciales, *Rot. dec.* 122, *num.* 7, *par.* 1 *rec. Adden. ad Gregor. dec.* 214, *lit. B, Merlin. dec.* 714, *num.* 18; & *dec.* 467, *numer.* 16, *par.* 19, *tom.* 2 *rec.* ac ex ipsis attestationibus exarat s post exactissimam rimationem omnium actorum, negativa d. 24
coofirmationis superlativè probatur; *Rot. dec.* 683, *num.* 2, *coram Buratt.* & *Adden. ad eundem dec.* 120, *lit. B,* & *dec.* 611, *num.* 2, *par.* 1; & *dec.* 455, *numer.* 4, *par.* 2 *rec.*

Siquidem Capellaniæ sine aliqua Superioris Ecclesiastici authoritate erectæ, ad

hoc

hoc ut in illis succedant Clerici de Pa-
rentela, vel alii approbati, seu nomi-
nati a Patronis laicis, quamvis sint per-
petuæ usque ad obitum Capellani; quan-
25 do deficit authoritas, & institutio Or-
dinarii, non reputantur Beneficia Ec-
clesiastica, ut innumeris relatis tradit
*Gonzal. ad reg. 8, Glos. 5, num. 20, Lot-
ter. de re benef. lib. 1, quæst. 5, numer.
59, & 60; Barbos. de Jur. Eccles. lib. 3,
cap. 4, num. 15,* cum aliis cumulatis in
*Hydruntina Capellaniæ, 10 Martii 1697,
§ Quod autem, coram R. P. D. dell'Ol-
mo ad De Luc. in Mantiss. dec. 5, tit.
13,* sed cum terminis Legatorum piorum
26 regulantur, *De Luc. de Benef. disc. 61,
num. 6,* & eisdem inapplicabiles sunt re-
gulæ beneficiales, *idem De Luc. disc. 80,
num. 17, eod. tit. de Benef. & de Jure
patr. disc. 15, num. 4.* Causa enim effi-
ciens Beneficii est authoritas Episcopalis,
27 seu quasi Episcopalis, itaut impossibile
sit aliter constitui Beneficium, si illa non
interveniat; *Gloss. prima, in Clem. 2, ad
fin. vers. tu dic. de Decimis, Guid. pap.
dec. 187, num. 1, Lotter. d. quæst. 5. n.
39, & seq.* cùm creatio Juris Spiritualis,
quod est in Beneficio, ad alium specta-
28 re non possit, quàm ad habentem Jura
Pontificalis dignitatis; *ad Tex. in c. ad
hæc, ubi Gloss. in verbo authoritate Pon-
tificis, de Religios. Dom. Lotter. ubi sup.
num. 45.* Unde sequitur pernecessè, quòd
dum hujusmodi Ordinarii assensus, &
29 authoritas desideratur, non possit di-
ci, nec reputari Beneficium, sed simplex
pium relictum extraneum a natura, &
indole Beneficii Ecclesiastici, ut prose-
quitur *Lotter. ubi supra, num. 56, Bor-
don. tract. var. cap. 13, de Capellan. n.
5;* & optimè in terminis *Rot. dec. 238,
num. 1, & seq. par. 5, tom. 1 rec.* Nec in
hujusmodi Capellaniis habet locum de-
fluxus quatuor mensium, nec devolutio
30 ad Ordinarium, qui in ipsis non habet
Jus instituendi, seu destituendi, multo-
que minus conferendi, *Garz. de Benef.
par. 1, cap. 2, num. 102; & Rot. penès
eum sub num. 106, & 107;* ubi quòd gra-
tia impetrationis hujusmodi Capellania-
31 rum, utì Beneficia, tanquam subreptitia,
non est attendenda, *Amostaz. de Caus.
piis, lib. 3, cap. 2 & seq. & in Senogal-
lien. Capellaniæ, 16 Aprilis 1696, § Ex-
clusa, coram R. P. D. Molines; & in d.
Hydruntina, § Nec obstat, coram dell'Olmo.*
Et indè profluit, quòd hujusmodi Ca-
pellaniis, seu Officiaturis sint inapplica-
biles termini Collationis, seu institutio-
nis, aliarumque regularum in materiis be-
neficialibus cadentium; sed attenta qua-
litate laicalitatis, solùm spectatur Te-
statoris dispositio, non minùs ac in cæ-
32 teris profanis Legatis; nec est locus Col-
lationi, seu provisioni ordinariæ, seu
Apostolicæ, quæ in suum necessarium an-
tecedens requirit existentiam Beneficii Ec-
clesiastici formiter erecti, *Abb. cons. 47,
num. 1, lib. 2; Rot. dec. 254, num. 3, par.
2 rec. Gonzal. ad reg. 8, d. Gloss. 5, num.
22;* & in puncto contra Apostolicum pro-
visum, *Rot. d. dec. 238, num. 6, par. 5
tom. 1 rec.* cum aliis in dicta *Senogal-
lien. Capellaniæ 1696. § Etenim, coram R.
P. D. Molines impress. in Mantiss. ad De
Luc. dec. 46, lib. 13;* cùm actus colla-
tivus in titulum non cadat, nisi in Bene- 33
ficio Ecclesiastico; *Dec. cons. 248, sub n.
2, Lotter. d. quæst. 5, num 64;* sed il-
lius provisio omnimodè dependet a no-
minatione, & electione Patroni laici, 34
ut prosequitur *Gonzal. d. Gloss. 5, num.
28; Rot. apud Garz. d. par. 1, cap. 2, n.
106,* etiamsi per errorem in antecedenti
statu processum fuisset per viam collatio-
nis Ordinarii, quia prævalere debet in 35
illius concursu status anterior laicalitatis,
ut respondit *Rota in d. dec. 238, num.
3, & seqq.* & optimè in d. *Senogallien.
coram Molines, § Nec subsistit* - ibi - *Con-
stito de statu Laicale ex lege Fundatricis,
subsecuta institutio facta ab Ordinario,
non potuit imprimere qualitatem Beneficii
Ecclesiastici, nisi appareat de vera illius
erectione canonicè facta authoritate Ordi-
narii in titulum veri, & perpetui Bene-
ficii Ecclesiastici: & in dicta Hydrun-
tina Capellaniæ, § Multò minus, coram
dell' Olmo.*

Quamobrem firmata ex præmissis qua-
litate laicalis Legati, tum ex mente
Fundatoris, tum ex deficientia authori-
tatis Ecclesiastici Superioris, plus quàm
manifestum redditur, quod impetratio
Officiaturæ tamquam de Beneficio obten-
ta a D. de Pagnis, nullo Jure subsiste- 36
re possit; sed quòd prædictum Legatum,
seu Officiatura adjudicanda sit D. Prin-
cipali, in quo concurrunt omnia requisi-
ta per Testatorem; ac præsentatio, seu
nominatio facta per unicum Patronum,
ut patet ex attestationibus ad verifica-
tionem ejus personæ in actis productis,
ut in fortioribus terminis contra provi-
sum Apostolicum resolvit *Rota in d. Ma-
gistrali dec. 238, par. 5 rec.*

Quare, &c.

Joannes Jacobus Scarfantoni

PISCIENSIS OFFICIATURÆ

SEU

LEGATI PII.

Subsistunt fundamenta, relata in pri-
ma nostra informatione, non obstan-
tibus doctissimè deductis per D. Advo-
ca-

catum de Mauris, favore D. de Pagnis. Siquidem procedendo pro nunc cum præsuppofito, quòd Officiatura, de qua loquimur, effet Beneficium Ecclesiasticum: & omiffa difputatione, an verfemur in cafu odiofæ expifcationis, illud eft innegabile, quòd impedimentum procuratum ab Adverfario, ne a Reverendifs. Capitulo Pifcienfi concederetur D. Principali inftitutio, pro qua præventivè ad datam Literarum Apoftolicarum inftiterat, fuit unica caufa, quòd antea non fuerit eidem decreta inftitutio prædicta, eaque cum actuali poffeffione confummata; ac proinde fequitur, quòd hujufmodi dolofæ, ac quodammodo fraudolentæ oppofitiones præftitæ per eumdem Adverfarium, quæ unicè retardarunt, ne D. Principalis jus plenum, & per fubfequentes literas Apoftolicas non vulnerabile, obtineret, non debeant eidem præjudicium irrogare ex iis, quæ diximus in præterita, § *Hinc non refragatur*, circa finem, ne alias contra omnem æquitatem fraus opituletur
37 illam machinanti, contra difpofita per *Text. in l. Si itaque 12, ff. de furt. & in l. 13, ff. de dolo; Mart. Medic. dec. Senen. 100, numer. 10, Rot. in Romana Fideicom. de Pinis, 4 Martii 1699, § Vel tandem, cor. Reverendifs. Molines.* Sicuti
38 habemus in proximis terminis, quòd impedito ex facto Adverfarii non currit tempus, *ad text. in Cap. Quia diverfitatem, de conceff. præben. Lotter. de re benef. lib. 2, quæft. 24, num. 18; Rot. dec. 542, num. 12, par. 18, tom. 2 rec.* maximè fi proveniat ex lite, ab eodem
39 Adverfario procurata, ad firmata per *Card. De Luc. de Jur. patr. difc. 64, n. 12; Lotter. d. quæft. 24, num. 19, Rot. dec. 506, num. 15, par. 18, tom. 2 rec.* quia
40 fine culpa non eft æquum, quòd quis pœna devolutionis mulctetur, & a jure fuo cadat; *Gonzalez. ad Regul. 8 Cancell. Glof. 6, num. 128, & feq.*

Verùm ulteriùs progrediendo, patet etiam ex alio capite, eafdem literas Apoftolicas impetratas, feu potius extortas a D. de Pagnis, utpote obreptitias, nullam
41 mereri executionem, ex connotatis paffim per *Rot.* & fignanter *dec. 260, num. 27, coram Buratt. & dec. 352, num. 32, par. 16; & dec. 148, num. 3, & 4, par. 19, & in Palentina Thefaurariæ, 4 Junii 1703, § Agnoverunt, coram Kaunitz, cum aliis in d. Hipporegien. Beneficii § Expreffi, cor. Muto.* Manifeftus enim obreptionis defectus refultat, ex quo D. de Pagnis reticuit veritatem, quæ narrata difficiliorem reddidiffet Summum Pontificem ad concedendam gratiam; isque
42 fufficit, ut literæ fic obtentæ, nullatenus debeant executioni mandari, ex traditis *per Fagnan. in cap. fuper literis, n. 12, & feqq. ibiq. per cæteros Canoniftas de refcript. Marchefan. de Commiff. tom. 3, tit. de commifs. relaxan. jurament. § 1, num. 38; Rot. in Mediolanen. Præpofituræ, 3 Maji 1705, § Facile negotio, cor. R. P. D. meo Anfaldo; & in Barchinonen. Beneficii, 23 Martii ejufdem anni, cor. eod.* Tacuit enim D. de Pagnis in fua impetratione præfentationem jam fecutam, & acceptatam per Dominum Principalem in tempore habili, nempè prorogato ab Ordinario Collatore; cujus circumftantiæ taciturnitas, non poteft ambigi, quin retardare potuiffet Summum Pontificem a conceffione gratiæ, cùm tanquam æquiffimus Princeps nunquam præfumatur, quòd alicui in jure, fibi quæfito, præjudicare voluerit, nifi expressè de diverfa illius mente conftiterit, maximè propter regulam de jure quæfi- 43
to non tollendo, quæ eft generalis declaratio intentionis Papæ de non irrogando alteri præjudicio, cum alicui indulget, ut advertit *Card. De Luc. de Penfion. difc. 13, num. 16; Rot. decif. 17, num. 8, tom. 12, poft eundem De Luc.* & alibi paffim.

Clarius etiam patet vitium obreptionis earumdem literarum, quia memoratus D. de Pagnis prætermifit exprimere litem, jam introductam cùm Domino Principali coram Reverendifs. Capitulo Pifcien. fuper prætenfa hinc inde inftitutione ad Beneficium prædictum; hujusmodi fanè taciturnitas gratiam vitiat,
qula femper facienda eft litis mentio in 44
impetratione, quoties, ut in præfenti, agitur de gratia, quæ in collitigantis præjudicium tendit; *Oldrad. conf. 293, num. 5, verf. aut impetrat; De Luc. de Penfion. difc. 13, num. 17,* recurrente fuperius allata regula, quòd non præfu- 45
mitur, Papam velle præjudicare liti, & juribus Collitigantis; *ad Text. in cap. final. ut lit. pendent. & in cap. final. de confilt.* Ac proinde cùm fit manifeftum, quòd gratia Domini de Pagnis omninò deftruat jus adeptum per D. Principalem ex fua præfentatione, illiufque acceptatione, ac ex lite fuper hinc inde petita inftitutione introducta coram Reverendiffimo Capitulo Pifcienfi, non potuit per eumdem prætermitti illius expreffio, fine 46
vitio fubreptionis, juxta magiftraliter firmata per *Rot. in dec. 14, a num. 27 ad 38, par. 10 rec.*

Hæc fanè exuberarent, ut refponderi deberet pro inexequibilitate dd. literarum Apoftolicarum; verùm, ut cætera etiam diluantur, deducta favore Domini de Pagnis, animadvertere rogamus Reverendiffimum Dominum, quòd neutra 47
ex Decifionibus allatis in contraria Informatione, nempè *dec. 13, par. 17, & dec. 180, num. 9, 11, & 13, par. 18 rec.* defcendit ad cafum, in quo verfamur, nemi-

nempè quando præſentatio, & accepta-
ptio, cùm inſtantia pro inſtitutione præ-
venerit Datam literarum Apoſtolicarum,
ac per conſequens Præſentato quæſitum
fuerit jus validum ad Beneficium; ac de
cætero indubitatum eſt, quod diximus in
præterita, videlicet, quòd jus ex Præ-
ſentatione acceptata, radicatum in Præſen-
tato, & cui alioquin debita eſſet inſti-
48 tutio, nequaquam tollitur per proviſio-
nem Apoſtolicam continentem clauſulam
Dummodo de tempore Datæ, ut probant
auctoritates congeſtæ in § *Præter vitium*,
& potiſſimum *Rot. cor. Cavalier. deciſ.*
478, *num. 6; & dec.* 208, *num.* 12, *par.*
19 *rec.* quibus addimus *Rot. in Januen.
Abbatiæ*, 27 *Junii* 1707, § *Et quòd re
vera*, & § *Eoq. certius*, *cor. Reverendiſſ.
Molines*, cùm prædicta clauſula *Dummodo*
conditionem præciſam importet, quæ ab-
ſtrahit animum Sum. Pontificis conceden-
49 tis a conceſſione gratiæ, quatenus per
eam jus alterius lædatur; *Lotter. de re be-
nefic. lib.* 2, *quæſt.* 20, *num.* 82; *Roſ. de
Execut. liter. Apoſtol. lib. primo, cap.* 4,
il 2, num. 153, *& cap.* 16, *num.* 173; *Rot.
coram Bich. dec.* 455, *num.* 9, *& cor. S.
M. Alex. VIII, dec.* 120, *num.* 8, *& in
Cracovien. Archidiaconatus*, 19 *Aprilis*
1697, § *Et proinde*, *cor. bon. mem. Mu
to*; *& in Monaſterien. Canonicatus*, 20
Novembris 1705, § *Perhorreſcebat*, *cor. R.
P. D. meo Anſaldo*, cum aliis in his ter-
minis *in Barchinonen. Beneficii*, 23 *Mar-
tii* 1705, § *Tum etiam*, *coram eodem*.

Nullatenus refragante, quòd præſenta-
tio Domini Principalis non fuerit facta
in tempore quadrimeſtris, ſed in alio
prorogato per Ordinarium Collatorem,
50 quia, ut objecto ſatisfecimus, eumdem
propemodum parit juris effectum præſenta-
tio facta in uno vel altero tempore, ut
probant auctoritates relatæ in § *Quatenus
enim*, & ſignanter *Rot. in Mediolanen. Præ-
poſituræ*, 23 *Januarii* 1705, § *Firmata*, *cor.
Reverendiſſ. D. Molines Decano*.

Quin relevet replicatio, quòd Ordina-
rius non valeat præcludere aditum Sum-
mo Pontifici conferendi Beneficium, poſt
effluxum terminum quadrimeſtris, cùm
pro ſuprema illius poteſtate in Beneficia-
libus, poſſit concurrere, ac prævenire in
collatione quemcumque Collatorem; quo-
niam ex hoc non infertur, quòd idem
Summus Pontifex conferendo Beneficium,
tamquam devolutum, intellexerit tollere
jus antea quæſitum Præſentato; nam ſic-
51 uti ſi Ordinarius jure devoluto contuliſ-
ſet, præveniendo collationem Papæ in
concurſu Proviſionis Apoſtolicæ, obtine-
ret Proviſus ab Ordinario, ex juribus
congeſtis in præterita, § *Præter vitium*,
circa princ. quinimmò etiam ſi nondum
52 cœpiſſet poſſeſſionem Beneficii; *Rot. dec.*
412, *num.* 7, *p.* 18, *tom.* 2 *rec.* ita pari-
ter, quoties Ordinarius admiſit præſen-
tationem in tempore prorogato, ac per
eam fuit jus quæſitum Præſentato, me-
diante acceptatione, ac inſtantia pro ha-
benda Inſtitutione, ſubſequens proviſio
Apoſtolica, tanquam de devoluto, non 53
poteſt adimere jus jam radicatum in Præ-
ſentato, cùm in hoc caſu non verifice-
tur devolutio, nec quòd alteri in Bene-
ficio non ſit jus quæſitum, ſub quibus con-
ditionibus unicè innititur, ac fundatur
ipſa Apoſtolica Proviſio; & arguendo a
contrario ſenſu, benè *Rot. dec.* 165, *num.*
8, *& 9*, *par.* 18, *tom.* 2 *rec.*

Quatenus verò pertinet ad alterum, ex
fundamentis per nos deductis, ad oſten-
dendum, literis Domini de Pagnis nul-
lam deberi executionem (nempè quòd
caſus controverſiæ non ſit de Beneficio
ſuppoſito collationi, ac devolutioni, ſed
de ſimplici Officiatura, vel Legato pio,
non cadente ſub regulis Beneficialibus,
ac quòd per conſequens deficiat ipſum
ſubjectum Apoſtolicæ Proviſionis) effica-
ciam hujus ineluctabilis difficultatis Do-
minus exadverſo Scribens evitare cona-
tur, replicando, quòd quatenus juxta te-
ſtamentariam diſpoſitionem Fundatoris
Officiaturæ, eadem regulanda eſſet ad
inſtar ſimplicis Legati pii; nihilominus,
attento ultimo ſtatu collativo, & ex eo,
quòd quæſtio vertitur inter Proviſum
Apoſtolicum, & nominatum a Patrono, 54
veniat ſolummodò attendenda quaſi poſ-
ſeſſio ſtatus collativi, ad ſubſtinendam
Apoſtolicam Proviſionem, rejecta diffini-
tione veri ſtatus Beneficii ad petitorium,
pro futuris vacationibus, juxta ea, quæ
communiter per Beneficialiſtas favore ha-
bentis pro ſe ultimum ſtatum, traditur,
ut apud *Corrad. in prax. benefic. lib.* 1,
cap. 2, *num.* 58, *cum aliis cumulatis in
d. contraria Informatione*, § *Exploſa*.

Verùm facili negotio ſubmovetur obje-
ctum, quia prælatum principium ſo- 55
lummodo procedit, quoties, vel ſumus
in dubio, & verba Fundatoris ſunt ob-
ſcura, ſeu deficit inſtrumentum fundatio-
nis, vel quoties agitur de actu jam per-
fecto, nempe de Proviſione jam ſuum
effectum ſortita, per actualem poſſeſſio-
nem Apoſtolici proviſi, ita ut caſus eſ-
ſet de eodem amovendo a poſſeſſione,
jam legitimè capta, prout de primo ca-
ſu apertè loquuntur *Corrad. in d. cap.* 2,
num. 58; *Garz. de benefic. par.* 1, *cap.* 2,
num. 113; *Rot. dec.* 329, *ſub num.* 4, *&*
5, *par.* 18, *tom.* 1; *& dec.* 411, *num.* 13,
& 14, *ead. par.* 18, *tom.* 2 *rec.* & in
altero caſu procedit *Merlin. dec.* 501, *nu-
mer.* 10, omnes exadverſo allegati *in d.*
§ *Exploſa*.

Cùm igitur in hypotheſi deficiat utrum-
que ſuppoſitum, inapplicabile redditur
hujuſmodi principium; res enim eſt integra,
&

& non agitur de amovendo Proviso a possessione Beneficii; & qualitas simplicis Officiaturæ, satis superque fuit ostensa, ex tenore Testamenti Fundatoris, & innegabiliter ex defectu interventus authoritatis Superioris Ecclesiastici, qui Legatum pium in esse Beneficii constitueret; unde ne inutiliter repetantur jam dicta, me refero ad præteritam Informationem in § *Et indubitantius*, & § *Sequen.*

Quod autem omnem prorsus eliminat umbram difficultatis, illud est, quòd status ultimus neutiquam, prout præsupponitur exadverso, assistit D. de Pagnis; & quatenus etiam ille esset tanquam de Beneficio collativo, eidem suffragari non posset, quia quatenus pertinet ad hanc secundam partem, videlicet, quòd etiam si in statu ultimo Capellania, seu Officiatura collata fuisset in titulum Beneficii, cùm versemur in casu, in quo non agitur de accidentalibus Beneficii, veluti si quæreretur, an esset nec ne residentiale, sed de substantiali qualitate, videlicet, an sit Beneficium, seu potiùs simplex Legatum pium, non est sufficiens simpliciter docere de ultimo statu, pro substinenda provisione Apostolica, tanquam de collativo; sed necesse est do-
56 cere, quòd hujusmodi status sit legitimè impressus, mediante decursu saltem quadraginta annorum, ac proinde cùm d. status ultimus sit de anno 1676, deficit cursus temporis legitimus ad imprimendam qualitatem Beneficii, ex iis, quæ communiter firmant *Gratian. discep. 574, num. 10, & seqq. Tondut. resolut. benef. par. 3, cap. 166, num. 13, & seqq. Lotter. de re benef. lib. 1, quæst. 34, num. 35, & seq. Coccin. in annot. 304, numer. 12, & seqq. Rot. cor. Pænia dec. 1435, & dec. 1487, cum aliis in Hipporegien. Beneficii, 11 Februarii 1704, § Nec obstat, & § Eòque fortius, cor. bon. mem. Muto.* Maximè quia res est adhuc integra, ut prætactum fuit, nec Provisus Apostolicus reperitur in possessione, & constat liquidissimè de statu anteriori per superla-
57 tivam probationem, nempè per exhibitionem Instrumenti fundationis, unde inallegabilis redditur dictus status ultimus, & ineptus ad substinendam provisionem Apostolicam, ex magistraliter firmatis in *Barchinonen. Parochialis, del Prat. 2 Decembris 1695, ferè per tot. cor. bon. mem. Ursino, impressa post De Luc. in Mantiss. ad mater. de Jurepatron.* cum aliis in *d. Hipporegien. Beneficii, § Posito autem, cor. Muto*, & spreta probatione, elicita ex ultimo statu, uti con-
58 traria veritati, attendenda est litera fundationis, cùm possessio absorta remaneat a proprietate; *Felin. in cap. In nostra, num. 43, de rescript. latè Coccin. in præallegata annot. 304, num. 11, cum aliis. in Cracovien. Parochialis 14 Maji 1696, § Sive etiam, cor. Ursino, impressa in Mantiss. ubi supra, dec. 36.*

Indubitantius præmissa procedunt, quia non solùm ex Instrumento fundationis, ac ex probatione negativa non interventus Ordinariæ authoritatis, liquidò constat de qualitate simplicis Officiaturæ, seu Legati pii, cum onere Missarum; & exclusa remanet qualitas Beneficii collativi; verùm etiam, ut proximè innuimus, quia status prædictus anni 1676, comprobat mirificè qualitatem simplicis Officiaturæ, & excludit collativam. Sanè præmittere operæ pretium est, Ordinarium Collatorem omnium Beneficiorum in titulum in tota Jurisdictione Pisciensi esse Capitulum Collegiatæ Ecclesiæ. Si-
quidem *Sa. me. Leo Decimus*, dictum Ter- 59
ritorium dismembrando ab Episcopatu Lucensi, jus conferendi omnia Beneficia ejusdem Territorii, eidem Capitulo attribuit, excluso etiam a Jure simultaneæ collationis Præposito, qui nonnisi unam vocem, prout alii Capitulares in iisdem actibus collationum habet, ut expensis literis dictæ dismembrationis, & erectionis ejusdem Collegiatæ, latè firmatum fuit in *Piscien. Juris conferendi, 14 Januarii 1658, cor. Albergato, impressa inter recen. dec. 300, par. 12, confirmata coram eodem, 24 Martii 1659, inter*
recen. dec. 44, p. 13. Unde eidem Præ- 60
posito non remanet nisi facultas authorizzandi fundationes, & erectiones simplicium Capellaniarum, seu Officiaturarum, quæ in titulum Beneficii non providentur, & in quibus non fit expeditio Bullarum, sed simplex interponitur Decretum pro approbatione Sacerdotis a Patronis nominati, prout patet ex attestatione publici Cancellarii Curiæ Præposituralis, cui indubiè fides adhibenda venit, non solùm quia ejus dictum habet assistentiam dd. Decisionum, verùm
quia deponit de re ad suum officium spe- 61
ctante, ut passim respondit *Rot. & signanter coram Emerix Jun. dec. 752, numer. 6, in rec. dec. 316, num. 9, par. 10; dec. 352, num. 6, par. 12; dec. 432, num. 6, par. 13; & in Seguntina Archidiaconatus 12 Febr. 1703, § Quid enim, cor. Illustriss. D. Scotto Almæ Urb. Gubernatore.*

Hoc præmisso, cum in ultima vacatione Officiaturæ de d. anno 1676, nominatio Capellani fuerit facta coram D. Vicario Generali Illustriss. D. Præpositi Piscien. ac idem per modum tantùm simplicis confirmationis, & approbationis ejusdem nominationis sine Bullarum expeditione, & non per actum collationis, seu institutionis, prout in Beneficiis collativis servatur, processerit, ut patet ex

De-

Decreto d. Confirmationis in Proc. a
52, ibi -- *præfatum D. Flaminium de Bar-*
tolinis, nil vocatum a Testatore in Capella-
num S. Claræ, instituit, & confirmavit,
prout hoc præsente Decreto. pro institu-
to, & confirmato haberi voluit, possessio-
nemque præfatæ Officiaturæ, unà cum omni-
bus suis Juribus, & oneribus, & perti-
nentiis concessit; decernendo desuper, omne,
& quodcumque mandatum, magis utile, &
opportunum pro effectu prædicto -- Inde
sequitur, quòd tam considerato actu præ-
dicto, quàm etiam mensurando volun-
tatem a potestate; dum, ut diximus,
facultas ejusdem Domini Vicarii non se
extendebat ad explicandum actum colla-
tionis, spectantem privativè ad dictum
Capitulum Collegiatæ Piscien. liquet ma-
nifestè, statum d. anni 1676, conclude-
re qualitatem simplicis Officiaturæ, &
excludere qualitatem Beneficialem. Quod
etiam in majorem transit evidentiam,
quia a sententia ejusdem D. Vicarii, la-
ta occasione dictæ ultimæ vacationis, fuit
provocatum ad Illustrissimam Nunciatu-
ram Florentiæ, & in ejus Tribunali lis
agitata, ac per sententiam diffinitivè ter-
minata, ut in Proc. a 49. Quòd utique
pariter convincit qualitatem simplicis Of-
ficiaturæ; nam Tribunal Nunciaturæ non
habet facultatem cognoscendi causas be-
62 neficiales, prout est notorium, & patet
ex lectura Brevium, in quibus exprimun-
tur facultates Illustrissimorum & Reve-
rendissimorum Nunciorum, & adest ex-
pressa limitatio facultatis cognoscendi
causas beneficiales prædictas, nullatenus
attento, quòd in eadem sententia, ac
Decreto d. Domini Vicarii adhibita sint
etiam verba denotantia institutionem,
quæque proprius cadunt in materia Be-
neficiali; cùm nomina confirmationis, &
63 institutionis sæpè confundantur, & pro-
miscuè accipiatur unum pro altero, ut
advertit *Gloss. in can. hoc tantùm, in*
verb. instituere 18, quæst. 2; Lotter. de
re benefic. lib. 2, quæst. 1, num. 16; ideo-
que vis fieri non potest in verbis *insti-*
tuit, & *pro instituto haberi voluit*, ma-
ximè quia fuit adhibitum etiam nomen
Officiaturæ exclusivum Beneficii, ac re-
laxatum mandatum, prout in profanis,
sine expeditione Bullarum, ac præceden-
ti affixione edictorum de necessitate præ-
64 mittenda institutioni, juxta sanctionem
Text. in cap. final. de elect. in 6; Lam-
bertin. de Jurepatr. lib. 2, par. 2, quæst.
6, per tot. Lotter. de re benefic. lib. 2,
quæst. 13, num. 20; ideoque rejecta vo-
cis significatione, spectandus venit effe-
65 ctus, & natura actus, secundùm quam
eadem significatio inflecti, & impropria-
ri debet *ad text. in l. insulam 6, de præ-*
script. Verb. Bald. in l. 2, num. 2; Cod.
Comodat. Lotter. d. tract. lib. 3, quæst.
34, num. 18; Seraphin. dec. 794, num 6.
Hinc proinde multò minus attendendæ
sunt expressiones, & actus gesti per Pa-
tronos qualitatem Beneficialem præsefe-
rentes, quia (prætetquamquod, utpo-
tè Personarum minimè callentium pro-
prietatem terminorum, parvi faciendi
sunt) potissimum in concursu effectus
inde secuti, hujusmodi expressiones Pa- 66
tronorum non possunt esse habiles ad con-
stituendam Officiaturam simplicem in sta-
tu Beneficii collativi, dum, ut abundè
fuit ostensum, omnia simul collimant ad
evidenter comprobandam qualitatem Of-
ficiaturæ, nempè aperta voluntas Funda-
toris, defectus authoritatis Ordinarii
pro illa constituenda in esse Beneficii, &
denique subsecuta observantia, cùm nun-
quam in titulum Beneficii appareat col-
lata, & quòd majus est, neque ab ha-
bente jus conferendi, nempè a Reveren-
diss. Capitulo Piscien. omnium Beneficio-
rum dictæ Jurisdictionis Ordinario Col-
latore, fuerit facta Capellanorum appro-
batio, proinde super prædictis actibus, 67
quorum probatur ineffectuatio, nullum
potest constitui fundamentum, ut ad
rem *Rot. in Mediolanen. Præpositurae, 4*
Julii 1692. § Adhuc, cor. Reverendiss. D.
Molines Decano; & 18 Maji 1695, § In-
super, & § Sequen. coram bo. mem. Mu-
to, & in sæpe allegata Hipporegien. Be-
neficii, § Alii, coram eodem, maximè quia,
ut latè in præterita nostra fuit compro-
batum, constito de statu laicalitatis ex
lege fundationis, etiam institutio con-
cessa per Ordinarium, tanquam de Be- 68
neficio, sine expressa erectione canoni-
cè facta, non est apta ad imprimendam
simplici Officiaturæ qualitatem collati-
vam, seu beneficialem, ut reliquis omis-
sis, solidè firmavit *Rot. in Senogallien.*
Capellaniæ, 16 Aprilis 1696, § Nec sub-
sistit, cor. Reverendiss. Molines; & in Hy-
druntina Capellaniæ, § Multò minus, 10
Martii 1697, coram Reverendiss. dell'Ol-
mo Episcopo Conchen.

Jo. Jacobus Scarfantoni.

R. P. D.

DE MARYMON.

Pampilonen. Dimidii Beneficii de Zegama.

Lunæ, 27 Novembris 1719.

Detestabilem Clericorum incontinentiam adeò fuisse in Ecclesia Dei semper exosam, ut ad eam coercendam, non tantùm in illius Authores, verùm & in eorum progeniem pœna, & infa-

mia

mia ferretur, ac redundaret, plures Sa-
crorum Canonum determinationes, &
69 Conciliorum Generalium Decreta lucu-
lenter inter cætera nobis ostendunt. Post-
quam enim *Concilium Toletanum 9. Can.*
70 *10*, celebratum anno Christi 655, tempo-
re *Eugenii Papæ I*, quod refertur *in cap.*
cum multæ, Cauf. 15, quæst. 7, sanciverat,
ut quilibet ab Episcopo usque ad Sub-
diaconum, qui filios, sive ex ancilla, si-
ve ex ingenua procreaverit, canonica cen-
sura damnaretur, ejus verò filii non so-
lum Patris hæreditatem nunquam acci-
perent, sed ulterius in servitutem Ec-
clesiæ, ad cujus ignominiam nati essent,
Jure perenni redigerentur; & in Conci-
71 lio *Bituricensis* celebrato anno 1034, sub
Benedicto IX, *Canon. 8*, statutum fuerat,
ut filii Presbyterorum, Diaconorum, &
Subdiaconorum post ordinationem susce-
pti, nec Sacris Ordinibus decorari, nec
hæreditates adire, nec testimonium di-
72 cere possent; & in Concilio Generali
Lateranense 2, anno 1139, sub Innocen-
tio II Canon. 21, decretum fuerat, ut
filii Presbyterorum a Sacris Altaris Mi-
nisteriis removerentur, nisi aut in Cæ-
nobiis, aut in Canonicis religiosè fuerint
conversati, ut eruditè observat *P. Tho-*
massin. in vet. & nov. Eccles. disciplina,
par. 2, lib. 1, cap. 84, num. 2, & 7 In-
nocentius III, vestigiis suorum Præde-
73 cessorum inhærendo districtè prohibuit,
ne filii illegitimi Canonicorum fierent
Canonici, vel Præbendas haberent in
Ecclesiis, in quibus Patres eorum fuerant
instituti, ut legitur *in cap. Cùm decorem,*
de fil. Presbyterorum, eam ibi adducens
rationem — *Cum indecorum sit, ut in Alta-*
ris Officio illegitimus filius impudico Pa-
tri ministret, in quo Unigenitus Dei Fi-
lius Æterno Patri pro salute humani Ge-
neris victimatur, & id ipsum decrevit
in cap. ad abolendam, eod. tit.

Verùm quamvis juxta alias Sacrorum
Canonum Sanctiones filii illegitimi Cle-
74 ricorum intitui quoque prohiberentur in
beneficio immediatè ante a Patre posses-
so, prout etiam vetitum erat filiis ex
legitimo thoro susceptis, ad evitandam
in beneficiis hæreditariam quasi successio-
nem Sacris Canonibus inimicam, ut dis-
ponitur *in cap. Ad extirpandam, & cap.*
Dilectus, de filiis Presbyterorum. Quia
tamen poterant intitulari in beneficio,
75 quod Pater obtinuerat mediate, idest
cum media intercessit Persona, cui be-
neficium illud fuerit collatum, prout re-
scripsit *Alexander III Episcopo Cantau-*
riensi in c. ex transmissa, eodem tit. qua-
si quod Persona media purgaret vitium
76 successionis, ut advertunt *Fagnan. in cap.*
ad extirpandas, n. 7, & 12, de Fil. Pre-
sbyteror. Castropal. Oper. Moral. tom. 2,
tract. 13, disputat. 4, puncto 2, num. 2;
ideò postremis hisce sæculis Sacerdotes,
qui ob inordinatum filiorum Spuriorum
amorem exoptabant, ut beneficia per
ipsos possessa ad filios pervenirent, eva-
dere satagentes dispositionem præfato-
rum Canonum prohibentium immedia-
tam successionem filiorum in beneficiis
Parentum, illa resignabant in favorem
Personarum, quæ, etiam possessione non
habita, denuò, illa mediante nova resi-
gnatione, mox transferebant in ipsorum
Resignantium filios ex fornicatione ge-
nitos; cui quidem abusui, & corrupte-
læ provida determinatione occurrere in-
tendens san. mem. *Clemens VII*, per suam
specialem Constitutionem editam anno
1533, quæ incipit *Ad Canonum Condito-*
rem, inter ejus impressas *la 30, Bullario*
novo, tom. 1, & per extensum transcripta
apud *Gig. de pension. q. 86*, sancivit, ut
de cætero filii Presbyterorum ex forni 77
catione nati, quæcumque beneficia Eccle-
siastica, quæ eorum Patres Presbyteri,
& Clerici, ac Religiosi obtinuerunt,
nullo umquam tempore, & sic neque im-
mediate, neque mediate possent obtine-
re, ut referunt *Pax Jordan. lucubrat. Jur.*
tom. 2, lib. 10, tit. 19, num. 7. Pignat-
tell. Consult. Can. 140, num. 4, tom. 9.

His autem restrictivis, quibus repelle-
bantur filii illegitimi a consecutione Be-
neficiorum, quæ obtinuerant illorum Pa-
rentes, minimè contentum Sacrum Con-
cilium Tridentinum, ut memoria pater- 78
næ incontinentiæ a Locis Deo consecra-
tis longissimè arceretur in *Sess. 25, de re-*
format. cap. 15, ulterius decrevit — *ut non*
liceat filiis Clericorum, qui non ex legi-
timo nati sunt Matrimonio, in Ecclesiis,
ubi eorum Patres beneficium aliquod Ec-
clesiasticum habent, aut habuerunt, quod-
cunque etiam dissimile beneficium obtinere,
nec in dictis Ecclesiis quoquo modo mini-
strare, nec pensiones super fructibus bene-
ficiorum, quæ Parentes eorum obtinent,
vel aliàs obtinuerunt, habere — Et conven-
tanee ad dictum Conciliare decretum mo-
nent *Anaclet. in decretal. tom. 1, tit. 17,*
num. 30. Lavor. var. lucubrat. tit. 4,
cap. 10, num. 48, cum seqq. Gratian. di-
scept. 397. num. 14, cum pluribus seqq. Pi-
gnattell. consult. 140, num. 4, & seqq. tom.
9; Pax Jordan. elucubrat. tom. 2, lib. 10,
tit. 19, num 1, & seqq. & per tot. Ga-
vant. Manual. Episcoporum, verbo filii Cle-
ricorum illegitimi, num. 1, & seqq. Garz.
de benefic. par. 7, cap. 3, per tot. Lotter.
de re benefic. lib. 2, quæst. 48, num. 177
& seqq. Corrad. in praxi dispensat. Apo-
stolic. lib. 3, cap. 2, num. 14 & seq. Bar-
bos. de Episcopis, par. 3, allegat. 63, n.
1 & seqq. Castropal. tom. 2, tractat. 13,
disputat. 4, punct. 2, num. 1 & seqq. Ro-
magner. ad constitut. Synodal. Gerundens.
lib. 1, tit. 3, cap. 1, numer. 1 & seqq.
Car-

Cardinal. De Luca in annotat. ad Concil.
discurs. 49, *num.* 1, *& seqq. Rota coram*
Seraph. dec. 1442, *per tot.*
Tantæque est efficaciæ conciliaris hujus-
modi dispositio inhabilitans filios illegi-
timos ad consequendum beneficia etiam
dissimilia in eadem Ecclesia, in qua Pa-
79 ter naturalis illa obtinuit, ut collationem
ipsis factam reddat ipso Jure invalidam,
& nullam, ex punctualiter animadversis
per *Fagnan. in cap. veniens*, *num.* 21, *de*
Filiis Presbyter. Grattan. discept. foren.
cap. 397, *num.* 32, *& seqq. Pax Jordan.*
Elucubrat. Canonic. tom. 2, *lib.* 10, *tit.*
19, *num.* 17; *Garz. de benefic. part.* 7,
cap. 3, *num* 16. Quinimò ad hoc, ut ha-
beat locum inhabilitas filii illegitimi ex
præfato Conciliari Decreto proveniens,
& ut militet ratio per Sacrum Conci-
lium inibi adducta de longissimè arcenda
memoria paternæ incontinentiæ ab Ec-
clesia, non solùm satis est, quòd Pater
naturalis de facto, & sine justo titulo,
80 ac per possessionem, sive bonam, sive
malam, beneficium in eadem Ecclesia ob-
tinuerit; sed ulterius sufficit, quòd ipse
Pater habuerit possessionem Beneficii, li-
cèt in eo, aut in Ecclesia non ministra-
verit, ut in terminis primæ propositio-
nis monuerunt *Pax-Jordan. dicto lib.* 10,
tit. 19, *num.* 25; *Pignattell. consult.* 140,
num. 28, *tom.* 9, *Gavant. in Manual. Episc.*
verbo Filii Clericorum illegitimi, *num.* 7;
Barbos. de Episc. allegat. 65, *n.* 7; *Garz.*
de benef. d. par. 7, *cap.* 3, *numer.* 58, *&*
seqq. & in proposito secundæ advertunt
81 *Lavor. variar. lucubrat. tit.* 4, *cap.* 16,
num. 5, *Ugolin. de offic. Episc. cap.* 50, §
7, *num.* 1, *vers.* 4, *Gavant. Manual. Episc.*
d. verbo filii Clericorum illegitimi, *num.*
10; *Passerin. de electtion. Canonic. cap.* 25,
quæst. 22, *num.* 253; *Garz. de benef. di-*
cta part. 7, *cap.* 3, *num.* 57.
His freti theoricis, & signanter *Sa-*
cri Concilii Tridentini dispositione Bar-
tholomæus de Assequilonaza, quamvis
occasione vacationis dimidii beneficii fun-
dati in Ecclesia Parochiali Villæ de Ze-
gama reportasset a Vicinis dictæ Villæ,
ad quos Jus præsentandi spectat, mino-
rem numerum vocum, adhuc sibi blan-
diebatur idem beneficium consequi ad
exclusionem alterius Bartholomæi de Lar-
rea præsentati a majori Patronorum par-
te, eo sub obtentu, quòd idem de Larrea
esset incapax ad illud assequendum, tan-
quam filius naturalis Francisci de Larrea
Presbyteri, qui in eadem Ecclesia obti-
nuerat Capellaniam a Thoma Oyarbide
fundatam; & licèt ab Ordinario favora-
bilem reportaverit sententiam, qua me-
diante declaratum fuit, quòd stante præ-
fata inhabilitate ejusdem Bartholomæi
de Larrea, totum Jus præsentandi pro il-
la vice consolidatum fuerat in Vicinis,
qui præsentaverant ipsum Bartholomæum
de Assequilonaza; contrariam tamen for-
tem expertus est in nostro Tribunali, ad
quod Causa in gradu appellationis con-
scendit; cum enim in hodierna Audien-
tia ad normam Commissionis mihi dire-
ctæ a Dominis meis exquisiverim — *cui es-*
set danda Institutio — resolutionem habui,
quod *esset danda Bartholomæo de Larrea.*
Quandoquidem ipse se præsentatum
ostendebat a majori parte Vicinorum Pa-
rochialis Ecclesiæ Villæ de Zegama, ad
quorum favorem in nupera controversi
Beneficii erectione jus præsentandi fuit
reservatum, proindeque eidem in 82
concursu alterius Coppositoris præsen-
tati per minorem eorumdem Vicinorum
partem, omni jure debita erat Institu-
tio ex communiter adnotatis per *Text.*
in cap. quærelam, *de elect. Rip. in cap.*
cum Eccles. Sutrin. num. 9, *de caus. pos-*
sess. & propriet. Calderin. cons. 12, *de*
Jurepatr. Lotter. de re benef. lib. 1, *quæst.*
34, *num.* 21, *Rota in Sorana Jurispatro-*
natus 11 *Decembris* 1711, § *Clara coram*
Eminentissimo Priolo; & in Compostellana
Parochialium 10 *Martii labentis anni*, §
Iterum namque, *coram R. P. D. meo de*
Gamacher.
Absque eò, quòd obesse valuerit asser-
ta incapacitas Bartholomæi de Larrea
ex eo desumpta, quòd cùm sit filius na-
turalis Francisci, qui in Ecclesia Paro-
chiali de Zegama obtinuit Capellaniam
fundatam a Thoma de Oyarbide cùm sub-
sequuta illius possessione, fuerit effectus
inhabilis ad obtinendum in eadem Ec-
clesia beneficium, de quo agitur, juxta
supradictam dispositionem *Sacri Concilii*
Tridentini in sess. 27, *de reformat. cap.*
15, cùm qua conveniunt, *Authores su-*
pra relati in § *His autem*. Ponderabant
quippe Domini, quòd Sac. Concilium
Tridentinum solùm prohibet, ne filius il-
legitimus possit obtinere beneficium in
eadem Ecclesia, in qua naturalis Pater
possedit aliquod beneficium Ecclesiasti-
cum, ibi -- *ubi eorum Patres aliquod bene-*
ficium Ecclesiasticum habent, *vel habue-*
runt, *&c.* Unde cùm dispositio Concilia-
ris, tamquam in pluribus correctoria Ju-
ris communis ex animadversis in specie 83
per *Fagnan. in cap. ad extirpandas*, *a n.*
10, *cum pluribus seqq. de fil. Presbyter.*
Pignattell. cons. 140, *num.* 1, *cum seqq.*
tom. 9, *Castropal. tom.* 2, *tract.* 13, *disput.*
4, *punct.* 2, *num.* 2, sit strictè intelligen-
da, nec patiatur extensionem de casu ad 84
casum, ut probant *Barbos. ad Concil. d.*
sess. 25, *cap.* 15, *num.* 5, *Garz. de bene-*
fic. par. 7, *cap.* 3, *n.* 27; *Castropal. oper.*
moral. tom. 2, *tract.* 13, *disput.* 4, *num.*
2; *Murg. de benefic. quæst.* 3, *num.* 651;
Rota coram Seraph. decis. 1442, *num.* 13,
neutiquam extendi posse autumarunt ad

præsentem hypothesim, in qua Franciscus Pater naturalis Bartholomæi de Larrea solum possedit in dicta Ecclesia sim-
85 plicem Capellaniam laicalem cum onere missarum, minimè erectam in titulum beneficii Ecclesiastici, quam non cadere sub Conciliari decreto advertunt *Barbos. ibidem, num. 22; Piring. in Jus Canonic. lib. 1, tit. 17, § 2, num. 42; Fr. Sigismund. a Bonon. de elect. dub. 75, num. 6; Pax Jordan. tom. 2, lib. 10, tit. 19, num. 65; Garz. de benef. par. 7, cap. 3, num. 72; Murg. eodem tract. quæst. 3, numer. 656, Castropal. Oper. Moral. tom. 2, tract. 13, disputat. 4, punct. 2, num. 16.*

Quòd autem præfata Capellania per Franciscum de Larrea possessa, non esset beneficium Ecclesiasticum, sed merum legatum pium cum onere missarum manifestè resultare visum fuit ex toto contextu Testamentariæ Dispositionis Thomæ de Oyarbide Fundatoris, qui nil aliud habuit in votis, nisi quòd -- *In suffragium ejus animæ celebretur una missa lecta singulis diebus hujus mundi perpetuò cum uno Responsorio dicto in Sepultura* -- Quæ quidem verba nullo pacto præseferre valent fundationem beneficii Ecclesia-
86 stici, sed important simplex legatum pium cum onere missarum, quo capax evadit quicumque etiam Laicus, ut dixit *Card. De Luc. de fideicom. disc. 8, num. 2, & de Jurepatr. disc. 45, num. 10; Rot. coram Burat. decis. 1, num. 7.*

Longeque clarior apparuit præfati Testatoris voluntas exclusiva fundationis beneficii Ecclesiastici ex subsequentibus ejusdem Testamenti partibus. Postquam enim nominavit personam Andreæ de Ibarrerta, qui dictas Missas celebrare deberet, talem nominationem non coarctavit ad ejus personam dumtaxat, sed addidit ulterius, ut Missas præfatas unà cum ipso celebrare valerent alii Presbyteri, qui fuerint ei benevisi, dictoque Andreæ, aliisque Capellanis ab eo nominatis, indulsit facultatem nominandi alium Capellanum, aut Capellanos post eorum mortem; quo nil magis repugnans dari potest naturæ, & substantiæ beneficii Ecclesiastici, in quo Beneficiatus non po-
87 test Successorem sibi deputare, ut in puncto dixit *Rot. decis. 101, per tot. coram Dunozzet. jun.* nec plures possunt insimul institui, & ad unam Præbendam admitti, ut per *Text. in cap. cum dilecto, de Præben. ubi Abbas, n. 3; & Barbos. num. 4,* monuerunt, *Piring. in jus Canonic. lib. 3, tit. 5, sect. 6, § 6, num. 226, vers. notandum secundo; Garz. de benef. par. 12, cap. 4, numer. 2; Murg. eodem tract. quæst. 6, num. 2; Rot. decis. 50, numer. 2, par. 7, & dec. 509, numer. 33, par. 14 rec.*

Nec diversimodè mentem suam aperuit idem Fundator, ubi subinde jussit, quòd si Capellanus, aut Capellani deficerent in demandata celebratione Missarum, adeout solis octo diebus illam neglexerint, valeret illicò Visitator Missas transferre ad Ecclesiam Sanctæ Mariæ Magdalenæ *de Segura* cum eisdem qualitatibus; ex qua circumstantia eò certius exclusa videbatur qualitas Beneficii Ecclesiastici, dum per solam contumaciam octo dierum non potuissent Capellani Beneficio privari. De jure namque gravissima pœna privationis Beneficii executioni demandari nequit, nisi præviis Canonicis monitionibus, & sententia Ju- 88
dicis, ex firmatis per *Rebuff. in praxi benefic. tit. de pacific. possess. numer. 318; Garz. de benefic. par. 3, quæst. 2, n. 6, & 9,* cum aliis relatis per *Rot. in Leodien. beneficii 27 Junii 1718, § Finali, coram R. P. D. meo Cerro.*

Quidquam non refragantibus Codicillis ab ipso exaratis, in quibus consulendo pauperum Studentium necessitati, qui ob patrimonii defectum ad Sacros Ordines promoveri non possent, mandavit, ut Rector, & Beneficiati dictæ Ecclesiæ possent assignare ad præmissum effectum alicui Studenti pauperi annuos ducatos 30, constituentes medietatem redditus Capellaniæ, de qua agitur, quibus frui deberet a die promotionis ad Subdiaconatum, quousque redditum Ecclesiasticum ejusdem summæ consequeretur; quo assequuto, liberam dimitteret dictam Capellaniam. Tantum enim aberat, quòd hæc peculiaris dispositio favore pauperum Studentium facta, congruere posset fundationi beneficii Ecclesiastici, quinpotius eidem adversaretur, tam quoad conditionem illam percipiendi solum fructus a die promotionis ad Subdiaconatum, quàm quoad alteram dimittendi liberè Capellaniam post consequutionem alterius redditus Ecclesiastici; cùm in Beneficio Ecclesiastico post Canonicam Institutionem statim Beneficiatus assequatur omnes fructus vacantis beneficii, nec illud dari possit ad tempus, sed ad vitam Beneficiati conferatur, ut quoad primam 89
propositionem observant *Garz. de benef. par. 2, cap. 5, num. 89; Rot. in Eistchsteten. Scholasteriæ, 14 Maji 1710, coram Reverendissimo D. meo Aldrovando, & in Augustana Canonicatus super fructibus 30 Junii præteriti, § Quandoquidem, coram R. P. D. meo Cerro,* & quoad secundam advertunt *Lar. de Capellan. lib. 2, cap. 6, num. 9; Barbos. de potest. Episc. par. 3, allegat. 57, num. 146; Murg. de benef. quæst. 1, num. 1, & seqq.*

Qualitas autem Beneficii Ecclesiastici quoad Capellaniam, de qua res est, quæ superabundanter sublata remanebat ex ipsius Fundatoris mente, & voluntate,

eo

eò securiùs excludebatur in præsenti hypothesi, in qua nulla affertur erectio Episcopi; qua seclusa, nullius remanuisset roboris quæcumque fundatio, & voluntas Testatoris, tametsi directa ad Constitutionem Beneficii Ecclesiastici. Ad hoc
90 enim ut Capellania, quam fundare mandaverit aliquis Testator, assumat naturam Beneficii Ecclesiastici, oportet, ut Episcopus Diœcesanus illam sua ordinaria auctoritate in Beneficium Ecclesiasticum erigat, & approbet pacta, & conditiones per Fundatorem in illa appositas, & quousque talis Capellania erigatur auctoritate Episcopi in titulum Beneficii, semper remanet in statu simplicis legati Pii cum onere Missarum, nec prætendi potest Ecclesiastica, vel collativa, non obstante Testatoris fundatione, quæ in nihilo est attendenda, tamquam nuda, & pura materies sine forma, quæ solùm imprimitur per assensum, & approbationem Episcopi, juxta ubique receptam Doctorum omnium sententiam, de qua *Gonzalez ad regul. 8 Cancellar. gloss. 5, num. 6, & 7; Lotter. de re benef. lib. 1, quæst. 3, num. 4, & seqq. Lambertin. de Jurepatr. lib. 1, par. 1, quæst. 2, art. 5, num. 2; Lara de Capellan. lib. 2 cap. 1, num. 40; Corrad in prax. benef. lib. 1, cap. 2, num. 29, & num. 41; Garz de benef. par. 1, cap. 2, numer. 102; Card. De Luc. de Jurepatr. disc. 15, num. 24; Rot. coram Dunozzet. jun. decis. 101, n. 2, & 3, in Pampilonen. Capellaniæ, 25 Maji 1646, § Verùm, coram clar. me. Card. Corrado, in Hydruntina Capellaniæ, 10 Maji 1697, coram Reverendissimo dell'Olmo, Episcopo Coneben. impress. ad ornat. Card. De Luc. in Mantiss. ad mater. de jurepatr. disc. 5, num. 4; in Asten. Prioratus super pertinentiis, 7 Decembris 1708, § Vis igitur, coram Reverendissimo Aldrovando, & in Tredentina Beneficii, 20 Junii 1712, § Diximus, coram Reverendissimo D. meo Ansaldo Decano.*

Quin hujusmodi defectus formalis erectionis ab Episcopo factæ suppleri valeret, ex quo de anno 1627 Rector Parochialis Ecclesiæ de Zegama nominaverit ad Capellaniam 36 ducatorum Clericum Franciscum de Huarte Studentem, ut ad Sacros Ordines promoveri posset, & constituit Procuratores, ut supplicarent Episcopo Pampilonensi ad hoc, ut dictam Capellaniam faceret collativam. Non enim ostendebatur, quòd Procuratores a dicto Rectore deputati, eorum mandatum coram Ordinario produxerint, quodque coram eo institerint pro erectione Capellaniæ in titulum beneficii, multòque minus, quòd Episcopus ad dictam erectionem processerit. Unde quemadmodum nuda Fundatoris voluntas inefficax remanet, nisi concurrat causa efficiens, & productiva resultans a specifica erectione facta ab Episcopo, ut probant auctoritates superiùs adductæ, ita a fortiori sufficiens esse non potest simplex voluntas dicti Rectoris, quæ non probatur ad actum deducta, nec subsequuto Ordinarii consensu, adimpleta, ut patet ad sensum. 91

Minusque refragare authumarunt Domini, quòd anno 1692, Franciscus de Larrea per sententiam Vicarii Generalis Pampilonen. confirmatam per Metropolitanum Burgen. obtinuerit sibi adjudicari dictam Capellaniam, ad cujus titulum Sacris Ordinibus insigniri se fecit; ex quo inferre satagebat Bartholomæus de Assequilonaza, quòd eadem Capellania esset verè, & propriè Beneficium Ecclesiasticum, tum quia de ea fuit facta collatio, & Canonica Institutio, quòd verificabile non est in simplici legato Pio cum onere Missarum; tum etiam quia implicare videtur, quòd quis ordinetur ad titulum Capellaniæ, & illa non sit Ecclesiasticum beneficium. In casu namque prædicto orta fuerat contentio super assequutione dictæ Capellaniæ inter Franciscum de Larrea, qui præferri prætendebat tanquam de genere vocato, & contemplato a Testatore, & alterum nominatum a Patronis; & ideò Vicarius generalis illam adjudicavit Francisco, tamquam de genere, ad exclusionem alterius Prætendentis. Unica autem collatio, seu institutio Præsentati sufficiens non est ad Immutandam naturam simplicis legati pii in Beneficium Ecclesiasti- 92
cum, ubi deficiat erectio, ut in specie animadvertunt *Felin. cons. 45, numer. 2, & 4, Corrad. in prax. benefic. lib. 1, cap. 2, num. 53; Card. De Luc. de jurepatr. disc. 27, sub num. 5*, ubi quòd non est incongruum, ut etiam in legatis piis Or- 93
dinarii authoritas adhibeatur in eis adjudicandis potius uni, quàm alteri; *Rot. decis. 101, num. 3, coram Dunozzet. jun. dec. 238, num. 3, par. 5 rec.*

Potissimè quia talis Institutio non processit ab Episcopo, sed a Vicario Generali, qui sicuti nulla pollet Jurisdictione pro interponenda sua auctoritate in ere-
ctione beneficii, ita multò minùs id fa- 94
cere valet præsuppositivè concedendo alicui institutionem, nisi intercedat specialis Episcopi facultas, sive mandatum, ut in proposito connotarunt *Fagnan. in cap. non amplius, num. 80, de instit. Rot. coram Roxas, decis. 99, num. 9, 11, & 12; & decis. 111, num. 7; & in recen. decis. 555, num. 3, par. 3; decis. 430, num. 6, par. 9; decis. 331, num. 5, par. 15; & in Comen. Jurispatronatus, 15 Martii 1715, § Absque eo quod, coram R. P. D. meo Cerro, & in Placentina Beneficii, 27 Martii præteriti, § Finali, coram eodem.*

Ejusdemque irrelevantiæ visa est susceptio Sacrorum Ordinum facta per Franciscum de Larrea ad titulum sæpedictæ Capellaniæ. Retento namque indubitato illo principio, quòd, deficiente authoritate Ordinarii, hujusmodi Capellaniæ numquam possunt assumere qualitatem, & naturam veri Beneficii Ecclesiastici, quæ solùm imprimi debet ab assensu, & approbatione Episcopi, nulla considera-
95 bilis est repugnantia, quòd, donec Episcopi authoritas intercedat, illæ remaneant in statu simplicis legati Pii cum onere Missarum, nec Beneficii Ecclesiastici nomen mereantur, & tamen sint perpetuæ, & ad illarum titulum quis ordinari valeat, secundum ea, quæ dixit *Corrad. in prax. benef. dicto lib. 1, cap. 2, num. 44. Gonzal. ad regul. 8 Cancellar. gloss. 5, num. 20; Pignattell. consultat. Canonic. 4, num. 5, tom. 8; Cardin. De Luc. de donation. disc. 11, num. 8, Rot. in Pampilonen. Capellaniæ, 25 Maji 1646, § Verùm, & § Secundum, coram Card. Corrado. & in dicta Hydruntina Capellania apud De Luc. de jurepatr. in Mantiss. dec. 5, num. 17.*

Demum nullatenus officere compertum est, quòd vigore Conciliaris decreti ad arcendam memoriam paternæ incontinentiæ debeat repelli filius naturalis a consequutione Beneficii in eadem Ecclesia, in qua Pater obtinuit etiam simplicem Capellaniam; cùm satis sit, quod hujus-
96 modi Capellaniæ conferantur ad vitam Recipientis, & habeant aliquid Spiritualitatis annexum; quo casu illas recipiens dicitur Beneficia Ecclesiastica obtinere, & intitulatus est in Ecclesia, prout animadvertunt *Gratian. discept. forens. cap. 397, num. 48, & seqq. Pax Jordan. tom. 2, lib. 10, tit. 19, num. 59, cum pluribus seqq. Passerin. de election. Canonic. cap. 25. quæst. 22, num. 248,* & in fortioribus terminis resolvit *Sacra Congregatio Concilii in Ostunen. Participationis, 15 Aprilis 1684, lib. decretor. 34, fol. 113;* ubi declaravit, quòd filius naturalis Archidiaconi Cathedralis non posset admitti ad participationem Eleemosynarum, quæ in eadem Ecclesia distribui solebant pro celebratione Missarum inter Sacerdotes, qui longiùs servitium Ecclesiæ præstiterant; & in *Pampilonen. Indulti, 29 Novembris 1692, lib. decretor. 42, fol. 666, a tergo,* in qua Sacra Congregatio decrevit dispositionem Conciliarem obstare filio illegitimo, ne tamquam Capellanus amovibilis celebraret in Ecclesia, in qua ejus Pater naturalis erat Parochus: & demùm *in Marsicen., 25 Septembris 1694, lib. decretor. 44, fol 480, a tergo,* ubi rejecta fuit instantia filii naturalis petentis declarari, quòd decretum Sacri Concilii ei non obstaret, quin celebrare posset Missas, & recipere eleemosynas pro eis dari solitas ex Massa communi in Ecclesia receptitia, in qua ejus Pater naturalis obtinuerat officium Cantoratus, cui nulla erat annexa Præbenda.

Prædicti namque Authores loquuntur in terminis Capellaniarum, quæ fundatæ reperiuntur in Ecclesiis non numeratis, seu receptitiis, quas comprehendi tuentur sub nomine Beneficii Ecclesiastici ob eam rationem, quia etiam si tales Capellani non vocentur ad communes tractatus cum Canonicis, nec habeant vocem in Capitulo, nec sint de corpore Collegii: quia tamen percipiunt fructus Ecclesiæ ratione Juris Spiritualis, & participant de Massa communi, dicuntur vere Beneficiati, ut probat *Tondut. quæst. & resolut. benefic. par. 2, cap. 1, § 3, n. 3, tom. 1, Card. De Luc. de Canonic. disc. 22, num. 5,* & late tradunt idem *Gratian. d. cap. 397, a num. 69 ad numer. 74; Pax-Jordan. d. tom. 2, lib. 10, tit. 19, num. 19 cum seqq.* & sub eadem classem similium Capellaniarum in Ecclesiis receptitiis cadit resolutio Sacræ Congregationis Concilii in *dicta Marsicen. 25 Septembris 1694,* in qua agebatur de Patre, qui in Ecclesia receptitia participaverat de Massa communi, tamquam Cantor. Unde inapplicabiles dignoscebantur præsenti hypothesi, in qua Pater naturalis Bartholomæi de Larrea solum possedit Capellaniam Laicalem numquam authoritate Ordinarii erectam in titulum Beneficii Ecclesiastici, quam non comprehendi sub Conciliari decreto requirente, quòd Pater possederit aliquod Beneficium Ecclesiasticum, firmant authoritates supra congestæ *in § Absque eo quòd.*

Cæteræ verò ejusdem Sacræ Congregationis Concilii resolutiones superius adductæ remanent extraneæ a præsenti inspectione. In illarum namque casu dubitari non poterat, quòd Pater possedisset in eadem Ecclesia Beneficium verè Ecclesiasticum, quia in *Ostunen. Participationis, 15 Aprilis 1684,* agebatur de filio Archidiaconi in eadem Ecclesia, *& in Pampilonen. Indulti, 29 Novembris 1692,* res erat de filiis Parochi.

Et ita Partibus utrimque informantibus responsum fuit.

ADDITIO XXXIII.

Piscien. Capellaniæ.

SUMMARIUM.

1 *Per præsentationem factam in tempore devoluto ad Ordinarium, qui prorogavit terminum ad præsentandum, nul-*

nullum jus acquiritur in præjudicium Papæ.

2 *In quibus terminis procedant Auctoritates contrariæ*, & n. 3, 4, & 5.

6 *Impetratio non dicitur odiosa, quoties fundatur in devolutione ob negligentiam Patronorum; ad differentiam casus, quando fundatur in incapacitate, seu inhabilitate Possessoris.*

7 *Simplex Legatum pium non cadit sub collationem, ac devolutionem.*

8 *In dubio de qualitate Beneficii Ecclesiastici, ultimus status est attendendus inter Provisos.*

9 *Qui venit per obitum Provisi ab Ordinario in ultimo statu, tanquam de Beneficio, illius titulum approbare censetur.*

10 *Confessio plenè probat contra confitentem.*

11 *Et eximit Adversarium ab ulteriori probatione.*

12 *Nec valet confitens contra propriam confessionem, ac proprium factum audiri.*

13 *In Legatum pium non cadit Simonia.*

14 *Neque institutio Ordinarii.*

15 *Et multò minus prorogatio termini ad præsentandum.*

16 *Quando voluntas Fundatoris non est ita clara, ut omnem respuat interpretationem, recedendum non est ab ultimo statu*, & num. 20.

17 *Quæ sint requisita Beneficii Ecclesiastici.*

18 *Testator instituendo simpliciter Capellaniam, instituere velle censetur Beneficium Ecclesiasticum, etiamsi adhibitus non fuerit consensus Ordinarii; ad differentiam erectionis factæ in contractu inter vivos.*

19 *Concurrente præsertim observantia, quæ in dubio interpretatur Fundatoris voluntatem.*

21 *Quando Fundatoris intentio fuit instituendi Beneficium, ab ea non est recedendum.*

22 *Ubi non resistit clara voluntas Fundatoris erectioni Beneficii, Ordinarius in quasi possessione existens conferendi, vel ad alterius præsentationem instituendi, jure suo privandus non est; sed quæstio pro futuris vacationibus ad petitorium reservari debet.*

23 *Visitationes Ordinarii non cadunt in Legata pia.*

24 *Persona præsentata diversa est a præsentante, & maxime si illa veniat ex jure diverso.*

25 *Impedimentum, quod de facili removeri potest, vel a Judice sperni, ad effectum impediendi devolutionem, non consideratur.*

26 *Idem operatur, ne quis amittat, vel impedito tempus currat; non autem juris acquisitionem.*

27 *Non facta in impetratione mentione litis, Gratia redditur subreptitia.*

28 *Clausula* dummodo de tempore datæ non sit alicui jus quæsitum, *præservat Gratiam a vitio subreptionis ob non factam expressionem præsentationis, seu juris alterius.*

29 *Ita etiam clausula* cujus litis statum habeatur pro expresso *operatur litis individuam mentionem.*

30 *Præsentatio extra tempus facta nullum jus tribuit.*

31 *Prorogatio termini ad præsentandum ab Ordinario concessa, præjudicare non valet facultati Pontificis, illum præveniendi in collatione jure devoluto.*

32 *Ex præsentatione facta intra legitima tempora jure proprio, acquiritur jus. Secus autem ubi præsentatio fiat in tempore prorogato, nisi etiam sequatur institutio, & redditur ratio*, & num. 33.

34 *Præsentatus impugnare non potest id, quod expressum fuit a Patrono, & cum ejus præsupposito illum præsentavit.*

35 *Ubi non agitur de præscribenda qualitate Beneficii, sed de justificatione illius, sufficit ultimus status, absque temporis decursu, & quando.*

36 *Apud Capitulum Pisien. residet jus conferendi Beneficia liberæ collationis; quò verò ad Beneficia de Jurepatronatus, illorum institutio spectat ad Præpositum, ejusque Vicarium, & affertur ratio*, & num. 37.

38 *Tribunal Nunciaturæ Florentiæ jurisdictionem habet etiam in Causis Beneficialibus.*

39 *Institutio non verificatur in Legato pio, in quo datur tantùm mandatum de immittendo.*

40 *Institutio alia collatione non indiget, sed ipsa, seu mandatum de instituendo pro collatione habetur.*

41 *Ad effectum imprimendi qualitatem Beneficii, non requiritur Edictum, neque etiam ad effectum acquirendi quasi possessionem.*

Exequendæ videntur Literæ Apostolicæ R. D. Antonii Francisci de Paganis, Jure præventivo propter devolutionem ad Ordinarium concessæ, non obstante duplici exceptione contra eos exadverso proposita.

Nam prima exceptio, quòd nempè præfatæ litteræ contineant clausulam præservativam Juris alteri acquisiti, quæ operatur, ut censeatur præservatum etiam illud Jus, quod per solam præsentationem acquiritur præsentato, verissi-

rissima est; sed non applicatur casui nostro; quia intelligitur illa de Jure acquisito, vigore præsentationis factæ Jure Ordinarin, non autem ex gratia Ordinarii prorogantis tempus ad præsentandum, quando nempè præsentatio facta extitit in tempore devoluto ad ipsum Ordinarium. Et ratio est, quia sicuti Ordinarius non valet prorogare tempus Patrono ad præsentandum in præjudicium Papæ concurrere volentis cum eod. Ordinario jure devoluto; ita etiam non valuit, vigore præfatæ præsentationis factæ in tempore prorogato, absq. præventiva Institutione aliquod Jus acquiri præsentato in præjudicium Apostolicæ collationis, quæ prævenit collationem ipsius Ordinarii, cùm in hoc posteriori casu jus non acquiratur præsentato, nisi per Institutionem ante Apostolicam collationem, non autem per præ-
1 sentationem in tempore nulliter prorogato, quia defectus potestatis prorogantis in præjudicium Papæ est, qui operatur, ut in istius præjudicium nullum censeatur jus per eam acquisitum ante Institutionem, sicuti in puncto, recedendo *a decis. 74, par. 16 rec.* firmavit *Rota in decis. 13, par. 17 rec.* & bene distinguendo unum casum ab altero, dixit ead. *Rot. in decis. 180, n. 9, 11, 13, & 20, vers. non applicabilis, par. 18 rec.*

Quin turbet responsio exadverso subtiliter data, quòd nempè præfata opinio intelligenda sit in casu, quando non constat de acceptatione præsentationis, seu quando non constat de præsentatione facta a majori parte, non autem quan-
2 do constat de præsentatione facta ab unico Patrono, acceptata ab ipso præsentato, nec non ab eodem Ordinario, juxta distinctionem traditam per *Adden. ad Burattum, decis. 651, n. 10; & Rota in decis. 605, n. 8, & 9, par. 18, tom. 2 recent.* aut demum quando institutio
3 impedita fuit facto Collitigantis, cùm impedimentum nequaquam debeat proficere istius Auctori.

Quia dictæ responsiones rectè procederent quando Patronus valuisset sua potestate Ordinaria, & proprio jure præsentare, & in hoc sensu procedunt præ-
4 fatæ auctoritates. At quando ipse in hoc casu non valuit jure Ordinario præsentare, quia elapsum erat tempus ad præsentandum, minùsque jure delegato, scilicet prorogato, quia hoc fieri minimè poterat in præjudicium Papæ, tunc non est agendum de impedimento, sed dumtaxat de facultate. Si etenim non habebat jure proprio in hoc casu facultatem præsentandi in præjudicium Papæ, inanè prorsus videtur allegare assertum impedimentum.

Sibi enim imputare debet pars adversa, cùm jure proprio in tempore non præsentaverit, ac maluerit tempus labi ad præsentandum ad effectum utendi
jure delegato, seu prorogato ab Ordi- 5
nario. Debebat siquidem ipsa statim debito tempore præsentare, vel in tempore prorogato illicò procurare, ac obtinere Institutionem jure devoluto, nè Papa præveniret, vel ab ipsomet Papa collationem eodem jure, sicuti fecit Principalis noster.

Illius siquidem negligentia non debet esse impedimenti Papæ præveniendi in collatione Ordinarium ad favorem Personæ sibi benevisæ, ut cultui Divino quantò citiùs provideatur.

Agnovit difficultatem D. Exadverso scribens, & propterea conatur demonstrare, quòd nempè Principalis non sit favorabiliter recipiendus, tanquam odiosus expiscator, sed inutiliter, quia im-
petrans jure devoluto beneficium vacans 6
de jure, & de facto, non censetur odiosus expiscator, quoties impetratio, ut hic, non fundatur in incapacitate, seù inhabilitate possessoris, sed in devolutione ob negligentiam Patronorum; in puncto *Tondutus, resol. Benef. par. 2, cap. 3, § 4, n. 18, fol. mihi 263,* ibi -- *duplex est devolutionis, seu devolut riorum genus; primum est, de quo egimus hoc capite, nempè quando Beneficium obtinetur jure devoluto propter negligentiam Patroni, vel Ordinarii collatoris, & hic modus non est odiosus; secundum verò devolutionis genus, quando fit impetratio Beneficii propter incapacitatem, aut inhabilitatem Possessoris; & tales impetrantes, maximè in Gallia, Devolutarii, vel Certomodarii nuncupantur, & hi non solent audiri* -- & *Rebuffus in praxi benef. tit. de devolut. n. 107,* ibi -- *Impetrantibus jure devoluto aliàs, quàm per incapacitatem, quia hic modus est odiosus, alii verò modi non* -- & *Lotter. de re benef. lib. 2, quæst. 44, n. 2, & Rota in Comen. Canonicatus, 11 Febr. 1704, § Nec urget, coram R. P. D. Scotto,* ibi -- *Nam cùm gratia Francisci non fundetur super nullitate provisionis D. Nuntii, de qua nullam fecit mentionem, sed innitatur simplici reservationi Mensis, hinc ead. non dicitur piscatoria, & odiosa, sed potius simplex provisio tanquam de reservato.*

Explosa ergo prima exceptione cum dicta qualitate odiosi Expiscatoris, & descendendo ad secundam, in eo fundatam, quòd nempè hic non agatur de Be-
neficio Ecclesiastico collativo, sed dum- 7
taxat de mero Legato Pio, quod sub collationem, ac devolutionem non cadit, *per Rotam in Hydruntina Capellaniæ, 10 Martii 1697, coram R. P. D. dell' Olmo;* dicimus, quòd huic parti assistit ultimus status, tanquam de Beneficio Ecclesiasti-

co

co collativo, qui tametsi non sit attendendus, dum clarè constat de voluntate Fundatoris non erigendi Beneficium Ec-
8 clesiasticum collativum, *ut in d. Hydruntina, & aliis*, nihilominus, quia hic dubium est, an Testator voluerit Legatum pium, seu potiùs Beneficium Ecclesiasticum, hinc non videtur recedendum a d. ultimo statu, tanquam de Beneficio Ecclesiastico, donec in petitorio disputetur inter Promotorem Fiscalem, & Patronum, an re vera Fundator voluerit Beneficium Ecclesiasticum, seu potiùs Legatum pium, quia inter provisos non attenditur, nisi ultimus status, rejecta ad petitorium definitione veri status pro futuris vacationibus; & hæc est conclusio, quæ apud Beneficialistas, & Sac. Rotam Romanam nullum habet principium difficultatis, uti videre est apud *Corradum in praxi benef. lib. 1, cap. 2, n. 58, § Interim* -- ibi -- *interim tamen pro ista praxi dicendum est, quòd ubi circa præmissa non constat, an verè &c. Beneficium Ecclesiasticum existat, quod potissimum evenire posset ex eo quòd testamentum, seu alia scriptura &c. id nequeat demonstrare &c. erit tunc quidem prædictus ultimus status attendendus, ita ut si reperiatur illud fuisse collatum in titulum Beneficii, ille attendendus, ut fuit dictum in una Pacen. Capellaniæ &c. & semper in dubio, si apparet de una collatione facta per Ordinarium, tales Capellania censetur Beneficium* -- *Garzias de Benef. par. 1, cap. 2, n. 113* -- ibi -- *Rursus, si apparet de una collatione, vel Institutione Ordinarii, in dubio censetur Capellania Beneficium, nam in dubio ultimus status Beneficii attenditur* - & meliùs *in n. 116, in fine* -- ibi -- *licet Capellania non sit collativa, tamen si ex consensu Patronorum expresso, vel tacito, vel ex negligentia efficiatur collativa, & postea interim vacare contigerit, licèt opponatur, quòd non sit collativa, ultimus status est considerandus in provisione illius* -- *Crescent. decis. 12, per tot. de probat.* & latissimè *Merlin. decis. 501, a n. 10, § Sed* -- ibi -- *Sed quidquid sit de præmissis, sufficit Gaspari, quòd modò non agitur inter ipsos Collatores, nec super statu principaliter Capellaniæ, vel illius status mutatione, sed agitur tantùm inter provisos. Unde ad substinendam provisionem ipsius Gasparis, sufficit ultimus status, qui est collativus; & provisus non est amovendus, etiam si postea detegatur, hanc Capellaniam non esse Beneficium, neque collatio infringitur, aut retractatur ex superveniente probatione veræ qualitatis &c.* ubi respondetur *n. 14, cum seqq.* contrariis auctoritatib. *& decis. 521, per tot.* & præcipuè *n. 2* -- ibi -- *& dum agitur inter provisos, non autem inter Collatores, & principaliter non agitur super statu, sed de jure provisi, sufficit ultimus status ad substinendam hanc collationem, quidquid sit in sequentib. vacationibus, quatenus detegeretur hoc Eremitorium esse simplicem Capellaniam, non autem Beneficium collativum, quia interim sufficit quasi possessio resultans ex ultimo statu &c.* & *Rot. in dec. 329, sub. n. 4, § Quod, & n. 5, par. 18, tom. 1* -- ibi -- *quatenus tamen superesset aliqua dubietas dicebant DD. hanc ipsam sufficere pro substinenda gratia Tonelli; quia quoties non est clarum fundationis Instrumentum &c. sufficit impetranti docere de ultimo statu &c.* & in ipsius confirmatoria, *dec. 411, n. 13, & 14, par. 18, tom. 2 rec.* -- ibi -- *Hæc autem, etsi aliquod dubium pati possent, ad hunc effectum sufficere DD. dicebant, ut dici nequeat constare de claro tenore fundationis exclusivo Beneficii Ecclesiastici, quia seclusis Instrumento fundationis, re judicata, vel partis confessione, attenditur ultimus status collativus pro substinenda gratia Tonelli &c. ad quem effectum non sufficit Instrumentum fundationis, quod in jure, vel in facto non est adeò clarum, ut nullam pro Beneficio Ecclesiastico interpetrationem recipiat.*

De ultimo autem statu tanquam de Beneficio Ecclesiastico collativo, non est hæsitandum, quia resultat ex collatione facta in ultimo statu, effectum sortita, & ex confessione D. exadverso scribentis in d. sua elaborata Informatione.

Transit in evidentiam præfatus ultimus status cum dicta qualitate Beneficii Ecclesiastici, quia dum D. Adversarius venit hodie per obitum ultimi provisi, tanquam de Beneficio Ecclesiastico, & ampliùs tanquam præsentatus ad Beneficium Ecclesiasticum, petit ab Ordinario institui, -- ibi -- *tanquam Patronus, & in possessione juris præsentandi ad simplex Beneficium, seu Capellaniam sub titulo St. Crucifixi* -- & -- ibi -- *in vacatione d. Beneficii, seu Capellaniæ &c.* & -- ibi -- *qui fuit immediatus Rector dicti Beneficii &c.* & -- ibi -- *petit institui, & instat per D. V. R. institui eundem Comparentem de præfato Beneficio &c. & Bullas concedi, jurans, quòd in præmissis, nulla intervenit labes simoniæ, seu alia illicita pactio* -- hinc non potest amplius impugnare validitatem dicti ultimi status, & qualitatem Beneficii Ecclesiastici; cum 9 quia, qui venit per obitum provisi ab Ordinario in ultimo statu tanquam de Beneficio, sicuti fecit, & facit D. Adversarius, censetur illius titulum approbare, in puncto *Ubagus, decis. 30, n. 9* -- ibi -- *quia hoc esset redarguere ejus titulum, quem, veniendo ex vacatione per ejus obitum, approbare censetur* -- *Emerix Jun. decis. 573, n. 10, & decis. 593,*

in fine, *Bichius dec.* 312, *n.* 20, *verf.*
& quia ugitur, *d. decif.* 351, *n.* 25, *&*
Rota decif. 186, *n.* 7, *par.* 6, *& dec.* 99,
n. 17, *p.* 10. Tum etiam, quia illi ob-
10 ftat suprad. propria confeſſio, & pro-
prium factum, nempè præſentario co-
ram Ordinario, ut inftituatur; quæ ple-
nè probant contra confitentem, & ſu-
pradicto modo agentem, *Rota dec.* 758,
11 *n.* 1, *par.* 3, & eximunt Principalem no-
ftrum ab ulteriori probatione; *Angelus*
de Confeſ. lib. 1, *quæſt.* 1, *n.* 2, *Poſth.*
de manut. obſervat. 19. *n.* 13; *Rota decif.*
68, *n.* 1, *par.* 8 *rec.* & operatur, ut
nullatenus valeat D. Adverſarius contra
12 propriam confeſſionem, & proprium fa-
ctum audiri; *ad Text. in l. Cum præju-*
dicium, Cod. de liberali cauſa; potiſſimè,
quia Patronus recurſum habuit ad Or-
dinarium anno 1671, pro confirmatione
Donationis juris præſentandi, & in præ-
ſenti vacatione pro prorogatione tem-
poris ad præſentandum, nè intraret de-
volutio; & D. Adverſarius pro inftitu-
tione, prævio juramento, quòd nempè
in controverſo Beneficio nulla interceſſe-
rit Simoniæ labes, qui ſiquidem petit,
ac obtinet confirmationem donationis
prorogationem temporis ad præſentan-
dum, nec non inftitui tanquam præſen-
tatus ad Beneficium ab Ordinario, &
ampliùs jurat, nullam intervenifſe Si-
moniæ Labem; quemadmodum fecit quo-
que suprad. Patronus, confirmat exi-
ftentiam Beneficii Eccleſiaſtici collativi
ad excluſionem Legati pii, quia dumta-
xat in Beneficio Eccleſiaſtico cadit ratio
Simoniæ, confirmationis Donationis ju-
rjs præſentandi, prorogationis temporis
ad præſentandum, & inſtitutionis, non
13 autem in Legato pio, in quo non cadit
Simonia; *Gonzalez ſuper regula* 8, *gloſſ.*
14 5, *num.* 25: nec Inſtitutio Ordinarii; *Gon-*
zalez d. Gloſſ. 5, *num.* 35; *Amoſtaz. de*
cauſis piis, *lib.* 3, *cap.* 2, *num.* 2; *Garzias*
de Benef. par. 1, *cap.* 2, *num.* 102, *cum*
aliis adductis in d. Hydruntina, § *Neque*
obſtat &c. & multò minùs prorogatio ad
præſentandum propter defectum faculta-
15 tis in Ordinario conferendi Legatum
pium jure devoluto, ut in *d. Hydrunti-*
na exadverſo allegata.

Quòd autem Teſtatoris voluntas non
ſit ita clara, ut nullam pro Beneficio Ec-
cleſiaſtico interpretationem recipiat, quod
16 ſufficit, ut non ſit recedendum ab ulti-
mo ſtatu; *Rota decif.* 329, *num.* 5, *& de-*
cif. 411, *num.* 14, *par.* 18 *rec.* evidenter
patet, quia Fundator Beneficium non
erexit ipſo vivente, ſed illud erigi man-
davit in Teſtamento poſt obitum his ver-
bis, ibi -- *E preſo il poſſeſſo, fatto l' in-*
ventario, venduto li mobili, e dato effet-
to al retratto di quelli, ordinare un' Of-
fiziatura, o Cappellania nella Pieve di S.
Pietro del Borgo, alla quale Offiziatura
deva eleggere il Cappellano, che dovrà of-
fiziare, ec. & ibi -- *aſpetti tal voce di*
eleggere il Sacerdote, & ibi -- *qual Sa-*
cerdote non poſſa conſeguire detta Offizia-
tura, ec. ſe non ſia ordinato in ſacris, ec. e
non altrimenti, ec. & ibi -- *e tutti li Sa-*
cerdoti per i tempi ſaranno eletti a tal Of-
fiziatura, o Cappellania, ſiano obbligati
celebrare, o far celebrare in perpetuo, ec.
tre Meſſe la Settimana, ec. & in § *Non poſ-*
ſa, ibi -- *non poſſa in modo alcuno d. Cap-*
pellano vendere, ec. ſotto pena della priva-
zione del Benefizio, o Cappellania, ec. &
in § *Per ſe*, ibi -- *ſia privo della detta*
Cappellania, ec. & ibi -- *etiam privo del*
Benefizio, ec. & in § *Ogni anno*, ibi -- *ſia*
tenuto detto Cappellano far celebrare, ec.
in perpetuo, ec. Qui ſiquidem in Teſta-
mento ordinat erectionem Capellaniæ,
ſeu Beneficii, jubet præſentari Sacerdo-
tem, Miſſas celebrare, ac Dotem in
perpetuum conſtituit; tunc ſine dubio
cenſetur voluiſſe Beneficium Eccleſiaſti-
cum, cùm ita ſint propria requiſita Be- 17
neficii Eccleſiaſtici in Teſtamento ordinati;
in puncto *Pamphil. dec.* 396, *num.* 5, &
ita etiam in dubio venit pronunciandum,
licèt in dicto Teſtamento non fuerit adhi-
bitus Ordinarii conſenſus ad diſtinctio- 18
nem erectionis factæ in contractu inter
vivos abſque eo, quemadmodum redden-
do rationem firmant Beneficialiſtæ omnes,
& præſertim *Garzias de Benef. par.* 1,
cap. 2, *num.* 109, ibi -- *Id verum eſt in*
Capellaniis inſtitutis in ultima voluntate,
in quibus non ſolet intervenire auctoritas,
& erectio Ordinarii, niſi poſt mortem Te-
ſtatoris, quando effectum ſunt habituræ,
& Teſtator inſtituendo Capellaniam, ſim-
pliciter videtur velle inſtituere Benefi-
cium Eccleſiaſticum, niſi aliud conſtet --
Pantmoll. decif. 21, *num.* 13, ibi -- *nam*
Teſtator, ſimpliciter inſtituendo Capella-
niam nulla facta mentione, ſeu non requi-
ſita auctoritate Epiſcopi cenſetur inſtitue-
re voluiſſe Beneficium Eccleſiaſticum, præ-
cipuè in Capellaniis inſtitutis in ultima vo-
luntate, in quibus non videtur excluſa
Auctoritas Ordinarii, & erectio ab eo-
dem facienda, dum tantùm exigitur, &
intervenire ſoleat poſt mortem Teſtatoris,
quando effectum ſunt habituræ, ad differen-
tiam Capellaniæ inſtitutæ inter vivos, re-
quiſito Ordinario, &c. Amoſtaz. de cauſ.
piis lib. 3, *cap.* 2, *num.* 11; *& Caſtropal*,
de Benef. tract. 13, *diſp.* 1, *punct.* 6, *nu-*
mer. 3.

Idemque juſtificat ſucceſſiva obſervan-
tia agendi modo præmiſſo, quæ inter-
pretatur dictam Teſtatoris voluntatem, 19
& reputatur omnium interpretationum
regina, quando ſupradictus intellectus
aliquam pateretur dubietatem, *ad text.*
in l. minime, & l. Si de interpretatione,

ff.

ff. de legib. tametsi nobis superabundet,
20 quòd materia sit dubia, ut non sit recedendum ab ultimo statu juxtà punctuales *decis. 329, num. 5, & 411, n. 14, par. 18 rec.*

Nec quidquam facit nuncupatio Officiaturæ aliquando in Testamento facta, quando est ordinata ad finem habendi Beneficium, illamque plories appellavit Capellaniam, seu Beneficium; quando enim intentio Testatoris fuit faciendi Beneficium benè desumpta ex supradictis verbis expressivis etiam Beneficii, & Capellaniæ, nec non ex dicta observantia,
21 & onere Missarum, tunc ab ea nullatenùs est recedendum, quemadmodum in puncto probat *Lara de anniversj. lib. 2, cap. 1, num. 42,* ibi -- *Et licèt quandoque quis nominat memoriam Missarum Capellaniam, utramque possit comprehendi, & Capellaniam, & Anniversarium, in eo sensu accipiendum est vocabulum, in quem magis principaliter verborum conceptio operatur, & ad quem intentio principaliter dirigitur; Abb. Panormitan. cons. 15, num. 1, par. 1, &c. Si ergo ex verbis Testatoris colligitur, quòd ejus intentio fuit faciendi Anniversarium Missarum, uti refert, quòd usus fuerit nomine Capellaniæ per supradicta; nec sunt verba ejus capienda, ut impugnetur ejus voluntas, & judicium, si tamen manifestè non constiterit, quòd Testator voluerit Anniversarium celebrari, intelligendum est de Capellania, & ut verbi &c. & quia mens Testatoris talis præsumitur, qualis verba demonstrant, &c. & quia quod est in nomine, præsumitur in re.*

Non obstat defectus erectionis factæ auctoritate Ordinaria, a qua Beneficium suum esse unicè consequitur, quia hodie quæstio non est inter Patronum, & Ordinarium super qualitate, seu existentia Beneficii, in quibus terminis necessaria foret erectio modo supradicto, sed est inter Provisos, inter quos, omissa vera qualitate Beneficii, non attenditur, nisi ultimus status tanquam de Beneficio Ecclesiastico, reservata definitione contrarii status ipsis Ordinario, & Patrono pro futuris collationibus,ut supra probavi cum dd. punctualissimis decisionibus *Merlini, & aliis supra allegat. in § Explosa.*

Quid dicendum foret, quando re vera Testatoris voluntas resisteret erectioni Beneficii, juxta casum auctoritatum in contrarium allegatarum? nam tunc non est dubium, quòd ultimus status non est attendendus, quia proprietas in conti-
22 nenti probata absorberet ultimum statum. At ubi de hujusmodi resistentia non constat, tunc ultimus status, tanquam de Beneficio, una cum supradicto modo operandi, adhibito in hoc Beneficio, & maximè cum dicti Patris, & Patroni confessione facit præsumere illius erectionem, ac operatur, ut omnino sit 22
attendendus pro adjudicatione Beneficii, quodque Ordinarius, & in illius locum Papa non sit privandus jure instituendi, seu conferendi tanquam de Beneficio, remittendo causæ decisionem in petitorio pro futuris vacationibus; in puncto *Gonzal. super regul. 8, gloss. 5, n. 51,* ibi -- *hoc tamen intelligendum arbitror, quando Ordinarius esset in quasi possessione conferendi, vel ad alterius præsentationem instituendi, nam tunc ratione possessionis præsumitur Beneficium ecclesiasticum cum debita solemnitate creatum, &c.* cum plurib. seqq. *& Garzias de benef. par. 1, cap. 2, numer. 113.*

Ipsa siquidem institutio in ultimo statu, ac donationis Jurispatronatus confirmatio vim, quatenus opus sit, erectionis habent ad effectum, de quo agitur, juxta auctoritates supra allegat. in § *Explosa*, vel saltem præsumere faciunt illud esse in statu collativo, juxta mox allegatas Auctoritates, *Gonzal. & Garzias*, & maximè si adstipulantur Ordinariæ visitationes, quæ non cadunt in Legatis piis, 23
juxta opinionem *Gonzal. super regul. 8, gloss. 5, num. 35, & Paris. cons. 34, numer. 9, 11, 31, 40, 41, lib. 4, & in dd. decisionibus Merlini.*

Jo. Baptista Maurus,
In Rom. Curia Adv.

PISCIEN.

Beneficii, seu Capellaniæ.

Reverendiss. Pater. Subsistunt deducta in mea Informatione, & propterea crederem exequendas esse literas Apostolicas R. D. de Pagnis Principalis nostri, non obstantibus exadverso deductis.

Non inquam obstat primum; quòd nempè Principalis noster fuerit causa impedimenti, ne Jus perfectum præservabile per literas Apostolicas D. Adversario acquireretur, quia hoc non regit in facto; & quatenus regeret, nullius esset relevantiæ in jure ad effectum acquisitionis juris, in odium, & præjudicium impedientis. Non enim regit in facto, quia ut mihi supponitur constantissimè, in processu nulla legitur oppositio, seu contradictio facta a D. de Pagnis, sicque hoc primum assumptum videtur ad partes ponendum. Et licèt ibi legatur scriptura exceptionis facta pro parte D. Caroli Antonii de Bartolinis, asserti Compatroni, & Authoris nostri Principalis super suo prætenso Jurepatronatus, non tamen est præfati D. de Pagnis super

stitutione, cùm Persona præsentata sit
24 diversa a Persona præsentante; & ma-
ximè quando illa venit hodie ex jure di-
verso, nempè Pontificio, ex notatis per
Gonz. super reg. 8, glos. 6, num. 128,
& 129.

Verum quando etiam tegeret in facto,
non relevaret in jure: Tum quia impe-
dimentum præditum, ne D. Adversarius
institueretur, non fecit impedimentum
de facto violentum, sed civile exceptio-
num datarum instantiæ D. Adversarii su-
per pertinentia Patronatus, quod non me-
retur allegari, non solum, quia illo spre-
to poterat per Judicem ad institutionem
Partis deveniri; verum etiam, quia po-
terat ab ipsa Parte per diligentias re-
moveri, illicò exhibendo justificationem
sui juris, exclusivam juris alterius. Ubi
siquidem de facili impedimentum remo-
25 veri potest, vel a Judice sperni, tunc
ad effectum impediendi devolutionem,
nullatenus attenditur, nec nomen mere-
tur impedimenti, in puncto *Lotter. de re*
benef. lib. 2, quæst. 24, num. 22, Seraph.
dec. 1207, num. 2, & per tot. & Rota in
dec. 104, num. 3, par. prima decis.

Tum etiam quia non valet argumen-
tum, fuit impeditus, ergo jus acquirere
in præjudicium Papæ. Impedimentum
26 siquidem operatur, ne quis amittat, vel
ne impedito tempus currat, non autem
juris acquisitionem, ad instar bonæ fidei,
de qua in *dec. 1361, numer. 3, coram*
Seraph.

Minùs obstat secundùm (sequendo
ordinem doctæ responsionis D. mei I. I. S.)
quod nempè D. de Pagnis taceuerit in
sua gratia præsentationem jam sequutam,
& acceptatam per D. Adversarium in
tempore habili nempe in tempore pro-
rogato ab Ordinario Collatore, necnon
litem coram eodem Ordinario Collatore
vertentem, quòd gratiam reddit subre-
27 ptitiam, cùm alienum sit a mente Papæ
præjudicandi juri, alteri ex præsentatio-
ne, vel ex lite acquisito, ex firmatis in
dicta responsione, § *Verum*, & § *Clarius.*

Quia clausula, *dummodo de tempore*
Datæ præsentium non sit alicui jus quæsi-
tum, apposita in nostra gratia, illam præ-
servat a vitio subreptionis ob non ex-
28 pressionem præsentationis, seu juris al-
terius, in puncto *Felinus, in cap. in no-*
stra, n. 32, in tregesimo sexto coram Ra-
na, vers. dummodo non sit alteri jus quæ-
situm, de rescriptis, & cap. super literis,
numer. 11, eod. tit. Vivian. de Jurepatr.
lib. 13, cap. 8, num. 78, Gonz. super reg.
8; glos. 15, § Primo, num. 67, Selva de
benef. par. 3, cap. 11, num. 103; Massobr.
in sua Praxi habendi concursum, præludio
7, dub. 21, numer. 154 Marta de clausul.
claus. 35, num. 12, par. 1; Barbos. de
clausulis, claus. 44, num. 14, Rota in una
Colonien. Canonicatus, penes Garz. de be-
nef. par. 10, cap. 1, num. 74, post me-
dium, vers. & insuper adest alia clausula,
Dummodo, prout etiam clausula, *cujus*
litis status habeatur pro expresso in ea-
dem gratia pariter apposita, quæ ope-
ratur individuam mentionem d. litis,
perinde ac si totus illius status fuisset 29
expressus, *Ludovis. dec. 2, num. 6, & 7;*
Mantica, dec. 213, num. 8, Coccin. decis.
263, num. 7, Barbos. de claus. claus. 77,
num. 1, & Rota in Ferrarien. Capellaniæ,
10 Maji 1694, § Fin. coram Ursino.

Tertium verò, quòd nempe Papa per
concessionem nostræ gratiæ non intelle-
xerit præjudicare juri acquisito D. Ad-
versario ex præsentatione, cum instan-
tia pro institutione, rectè procederet,
essetque admissibile in præsentatione fa-
cta jure proprio, in tempore dato a jure
Patrono ad præsentandum, quia per so-
lam præsentationem factam in tempore,
jure proprio jus acquiritur. At res ita 30
non se habet in præsentatione facta extra
tempus, quia præsentatio extra tempus
facta nullum jus tribuit, *Rota in dec. 13,*
num. 1, cum ibi allegatis, par. 17.

Non obstat prætensa prorogatio, con-
cessa ad præsentandum, quia quidquid sit
de subsistentia dictæ prorogationis, hoc
unum certum est, quod nempe illa non 31
valuit concedi in præjudicium faculta-
tis Papæ præveniendi Ordinarium Colla-
torem in collatione jure devoluto, *juxta*
constantem opinionem Rotæ, de qua in de-
cis. 13, num. 4, 5, & 6, cum ibi allega-
tis, par. 17; cujus lectura ad intentum
superabundat, & admisit etiam *Rota in*
dec. 180, num. 16, & 20, par. 18 rec.

Si ergo in præjudicium Papæ, qui con-
tulit Principali nostro beneficium, non
sustineretur, frustra allegatur. Et per
eamdem rationem non meretur attendi
subalterna responsio, videlicet, quòd
fuerit jus D. Adversario acquisitum ex
præsentatione cum instantia pro Institu-
tione ante datam nostræ gratiæ, quoties
dicta prorogatio in præjudicium Papæ
non sustinetur. In hac siquidem materia
distinguendum videtur inter præsentatio-
nem factam intra legitima tempora jure
proprio, & præsentationem factam in
tempore prorogato jure alieno, nempe
jure prorogantis. In primo quippe casu 32
admitto jus acquiri, secus in secundo,
nisi etiam præcedat Institutio. Et ratio
differentiæ est, quia in primo casu jus
acquiritur ex persona Patroni legitimè
præsentantis, juxta juris dispositionem
quæ illi tribuit hoc jus. In secundò ve-
rò casu non acquiritur nisi ex persona
Prorogantis, quæ nisi consummet actum
per Institutionem, non impedit, quin
interim Papa valeat Ordinarium præve-
nire, ac conferre in præjudicium dicti
præ-

præsentati; quia respectu Papæ dicta præsentatio tanquam facta extra tempus, non habetur in consideratione, ut optime distinguendo unum casum ab altero, firmavit *Rota in decis. 13, per tot. par. 17 rec.*

In casu siquidem dictæ decisionis, vigore prorogationis præcesserat formalis præsentatio coram Ordinario Collatore facta 18 Januarii, & ampliùs subsequuta fuerat Institutio 26 ejusdem. At quia
33 hoc medio tempore inter præsentationem, & Institutionem, nempe 22 Januarii Papa contulerat, uti videre est *in dec. 74, in principio, par. 16.* Rota recedendo *a d. dec. 74*, firmante per præsentationem fuisse jus acquisitum præsentato ante Apostolicam collationem, fuit in sensu, quòd nempe non potuerit in hoc casu jus acquiri, nisi per Institutionem, ea assignata ratione, quia prorogatio, cujus vigore facta fuit præsentatio, non poterat sustineri in præjudicium Papæ, uti videre est *in dicta celebri dec. 13 per tot. par. 17*, quæ respondet prætenso juri acquisito ex præsentatione, sic etiam distinguendo, manifeste probat itidem *Rota in dec. 182, num. 16, &* præsertim *num. 20 par. 18*, ubi respondendo *dictæ Decisioni 13, par. 17.* sic ait, ibi - *& in specie distinguit Rota in dicta Lunen. &c. in contrarium allegata, non applicabilis in reliquis casus nostro, quia in casu illius decisionis Papa prævenerat Institutionem Ordinarii.*

Sicque dum habemus casum particulariter decisum cum distinctione in præfatis Decisionibus, & exadverso nulla allegatur auctoritas, quæ contrarium definiat, & non fuerit revocata; hinc jure, meritoque non debemus recedere a dd. punctualibus Decisionibus, nec immorandum in conclusione, quòd nempe præsentatio facta in tempore prorogato eundem pariat effectum, ac si facta fuisset intra legitima tempora, quoties prorogatio non potuit concedi in præjudicium Papæ, & non potuit per eam jus acquiri, nisi sequuta Institutione, ut supra probavi, quidquid dicendum sit in præjudicium ejusdem Ordinarii.

Agnovit tandem difficultatem D. exadverso Scribens, & propterea recurrendo, ad quartum objectum conatur demonstrare, non versari in Legato pio, in quo non cadit ratio devolutionis, sed inutiliter, quia verba Testamenti suadent Fundatorem voluisse Beneficium, ultimus status collativus, tanquam de Beneficio id pariter comprobat, & denique præsentatio Adversarii facta a Patrono cum instantia ejusdem Adversarii coram Ordinario pro institutione, tanquam de Beneficio Ecclesiastico collativo; & aliis deductis in mea Informatione, § *Deultimo statu, cum seqq.* assumptum nostrum ponit in tuto. Quocirca dum habemus mentem Fundatoris, ultimum statum, & Partis confessionem, tanquam de Beneficio Ecclesiastico collativo, non debemus aliud in hoc Judicio executionis literatum inter provisos inquirere, quia partis confessio superat omne genus probationum; ultimus status superabundat pro sustinenda collatione tanquam de Beneficio, quia facit præsumere, quòd illud fuerit auctoritate ordinaria spiritualizatum; & voluntas Fundatoris non adversatur, dum stat pro Beneficio, & non pro Legato pio, ut latius probavi in alia mea Informatione a § *Explosa*, ubi allegavi punctuales auctoritates in his præcisis terminis, quæ hodie veniunt attendendæ, dum non constat de contraria voluntate Fundatoris, quæ absorbeat ultimum statum, nec exadverso allegatur auctoritas, quæ contrarium definiat; & interpretatio exadverso data nostris punctualibus auctoritatibus, non subsistit, ut ex lectura clarè resultat.

Immo sola præsentatio D. Adversarii facta ab ill. Patrono cùm præsupposito existentiæ beneficii superabundat, ut modò illam non valeat ille impugnare, in 34
puncto *Ubald. dec. 86, num. 3*, ibi - *Quia fuit responsum præterquamquòd d. erectio fuit approbata a Martino præsentando &c. Alfonsum &c. unde non videtur posse idem Alfonsus hodie impugnare dictam erectionem, cum ejus præsuppositione ipse fuit præsentatus a Patrono.*

Nec in præsenti necessarium est, quòd nempe ultimus status sit spatio quadraginta annorum præscriptus, quia hic non agitur de præscribenda qualitate Beneficii, non impugnata illius existentia, ut puta quando prætenderetur Beneficium per prius regulare, esse juxta ultimum statum sæculare, in quibus terminis necessarii forent quadraginta anni pro valida præscriptione, & mutatione status beneficii de regulari in sæculare, juxta 35
casum contrariatum auctoritatum, sed agitur de justificatione impræmissis qualitatis beneficii, absque alia mutatione; pro qua præsumenda superabundat ultimus status, absque alio temporis decursu, quando, prout in præsenti, Testatoris voluntas non resistit, sed favet, juxta punctualissimas auctoritates in dicta mea Informatione allegatas, d. § *Explosa*.

Quòd autem Testatoris voluntas ordinando erectionem Officiaturæ, seu Cappellaniæ intellexerit ordinare Beneficium, patet ex illis verbis relatis in dicta mea Informatione, § *Quòd autem &c.* & signanter ex illis verbis, ibi - *sotto pena della privazione del beneficio* - & ibi - *ettam privo del Beneficio, ec.* & ex qualitate oneris, nam Testator non dixit *sotto pena*

ne della privazione del Legato pio, sed *del Benefizio*, quod ad evidentiam ostendit voluisse Beneficium, & non Legatum pium; quia si voluisset Legatum pium, & non Beneficium, id expressisset, ut patet ad sensum.

Hanc quoque veritatem incontrovertibilem manibus palpavit D. exadverso Scribens, & propterea demonstrando, quòd nempe jus conferendi unicè residear in Capitulo Piscienti ex deductis in *decis.* 300, *par.* 12, & *dec.* 44, *par.* 13 *rec.* inferre prætendit Institutionem factam a D. Vicario in ultimo statu non esse attendendam, nisi in qualitate Legati pii, sed inutiliter, quia licet jus conferendi Beneficia liberæ collationis resideat in Capitulo, non tamen ita se haber in Be-

36 neficiis de Jurepatronatus, quorum Institutio non competit, nisi Reverendiss. D. Præposito qui est Ordinarius Piscien. istiusque Vicario, uti videre est in aliis Causis Piscien. & *signanter in dec.* 803, *n.* 4, § *Unde*, *par. prima*, & *dec.* 798, *par.* 4, *div.* & *dec.* 128, *num.* 1, & 2, *par.* 11 *rec.* & *dec.* 90, *in princ. coram Ubaldo*, recognosci potest ex actis Curiæ. In Beneficiis siquidem liberæ collationis, vel Jurispatronatus ejusdem Ordinarii

37 exercetur actus gratiæ; in Beneficiis verò Jurispatronatus Laicorum non potest exerceri, nisi actus Justitiæ, qui non convenit, nisi ipsi Præposito inibi Jurisdictionem ordinariam exercenti, juxta mox allegatas Decisiones, & praxim Curiæ, ac tradita in puncto per *Vivianum de Jurepatr. lib.* 12, *cap.* 2, *num.* 2, & 3; sic etiam determinatum habemus *per Sac. Conc. Trid. sess.* 14, *de refor. cap.* 13, & decrevit novissime *Sac. Congregatio Concilii in una Firmana contra Capitulum S. Mariæ in via lata Urbis*, non obstante, quòd Jus Instituendi haberet ex fundatione, quia Concilium ita mandat, ut ex lectura.

Cætera tanquam sublata in mea Informatione, non indigent responsione, & Recursus ad Tribunal Nunciaturæ, prout etiam verbum *Instituere*, ac defectus Edicti non merentur allegari, quia dictus Recursus habitus fuit ad alium effectum, nihilque concludit pro parte adversa, & dictum Tribunal habet ju-

38 risdictionem in hujusmodi causis; *Gonzal. super regul.* 8, § 2, *probem. num.* 62, *in additione*, *Garz. de benef. par.* 6, *cap.* 3, *num.* 86, & *Rota dec.* 156, *num.* 5, *par.* 2 *rec.* & in specie Nunciaturæ Florentiæ *in ultera Causa Piscien. Merlin. dec.* 35, § *Nam*, *vers. Nuntio Apostolico Florentiæ*. Verbum verò *Instituere* usurpatur juxta subjectam materiam; nam si agatur de Confirmatione electionis accipitur pro confirmatione, si verò de præsentatione, sumitur pro vera Institutione, cadente in Beneficio de Jurepatronatus; & nunquam verificatur in Legato pio, in quo 39 datur tantùm mandatum de immittendo, non autem Institutio, quæ alia collatione non indiget, quia ipsa institutio, seu mandatum de instituendo pro collatione 40 habetur; *Vivian. d. lib.* 12, *cap.* 1. Et demum defectus Edicti in ultimo statu, quatenus verificetur, non relevaret, quia ad effectum imprimendi qualitatem Beneficii in Beneficio ordinato a Fundatore non requiritur Edictum; quinimmò 41 nec etiam ad effectum acquirendi quasi possessionem, ex pleno firmatis per *Garz. de benef. par.* 5, *cap.* 5, *n.* 104; & *Rota cor. Peutinger. dec.* 317, *num.* 24, & 25; & *post Vivian. de Jurepatron. dec.* 86, *n.* 18, & *Rot. in Mediolanen. Capell.* 27 *Junii* 1703, § *Addito*, *coram Reverendiss. P. D. Decano Rotæ*.

Quare &c.

Jo. Baptista Maurus
In Rom. Curia Advoc.

ADDITIO XXXIV.

Pistorien. & Praten. Jurisdictionis.

DUBIA.

I. *An sit standum, vel recedendum a decisis sub die 2 Octobris anni* 1721, *quoad approbationem Laudi in casu, &c. -- Et quatenus recedendum.*

II. *An, in qua parte, & quomodò Laudum approbandum, & respectivè reformandum sit in casu, &c.*

III. *An examen Testium, exequutio dispensationum, & reliqua, quæ concernunt Causas Matrimoniales quoad Loca, & Personas, de quibus agitur, spectent ad Curiam Episcopalem Pistorien. privativè quoad Curiam Episcopalem Praten. vel potiùs contra in casu, &c.*

IV. *An Causæ super Quarta Funeralium, & Decimarum quoad eadem Loca, & Personas spectent privativè ad d. Curiam Pistorien. sive potiùs Praten. in casu, &c.*

V. *An Causæ super punitione Concubinariorum, & delinquentium in rebus Fidei, & similium, prout etiam super illorum excommunicatione, & respectivè reconciliatione quoad eadem Loca, & Personas, spectent privativè ad eumdem Curiam Pistorien. sive potiùs Praten. in casu, &c.*

VI. *An approbatio Confessariorum pro audiendis Confessionibus in prædictis Locis, de quibus agitur, spectet ad Episcopum, vel Episcopum Pistorien. sive potiùs vel Episcopum Praten. in casu, &c.*

VII.

VII. *An Ordinatio Clericorum in prædictis Locis, de quibus agitur, degen. spectet ad Episcopum, uti Episcopum Pistorien. vel potius uti Episcopum Praten. in casu, &c.*

S U M M A R I U M.

1 *Tota facti series exponitur, unà cum tenore laudi, ab Episcopo Pistoriensi, tamquam Arbitro inter Capitulares Pistorienses, & Capitulares Pratenses prolati, & num. seqq.*

12 *Ante erectionem Oppidi Prati in Civitatem, ejusque Ecclesiæ Collegiatæ in Cathedralem, Oppidum ipsum, & Loca, extra mœnia existentia, erant in Diœcesi, & de Diœcesi Pistoriensi.*

Itaut antiquus Præpositus nullam omninò Jurisdictionem in Populum haberet, ibidem.

Episcopus extra terminos suæ Diœcesis Jurisdictionem exercere contentus esse debet, ibidem.

13 *Materia dismembrationis, cùm sit odiosa, expressum requirit privilegium.*

Neque extenditur nisi ad loca, quæ in concessione comprehensa sunt, ibidem.

14 *Oppidi appellatione, quando veniant, vel non suburbia, eidem adjacentia, & num. 50.*

Quid propriè significet nomen istud Oppidi, ibidem.

Quæ sit indoles, & natura pronominis ipse, *ibidem.*

15 *In erectione novi Episcopatus, necessaria est designatio limitum Diœcesis, & quare.*

Nomen Civitatis de Jure diversificat a Diœcesi, ibidem.

16 *Pro declaratione Gratiæ, a Principe concessæ, valde deferendum est testimonio Personæ qualificatæ, quæ negocium ipsum tractavit, & num. 17.*

18 *Item interpretationem recipit a tenore supplicationis.*

Unde concessum censetur quantum postulatum fuit, ibidem.

19 *Propria confessio ex facto resultans superat omne aliud probationis genus.*

20 *Observantia longæva, & uniformis, in materia jurisdictionali, plurimi facienda est, imò omnem removet difficultatem.*

21 *Actus, destituti titulo, etiam colorato, & putativo, apti non sunt ad præscribendum.*

Vel quando e converso resistit initio præscriptionis titulus clarus, ibidem.

Vel etiamsi desiciat bona fides, ibidem.

Actus magis qualificati, & Juris assistentiam habentes prævalere debent actibus contrariis, ibidem.

22 *Ad proprium Episcopum, & non ad alium de Jure pertinet omnimoda Jurisdictio in qualibet suæ Diœcesis parte, & in Populum ibi commorantem.*

Nec unus Episcopus debet Jurisdictionem alterius usurpare, ibidem.

23 *Non repugnat, quòd Parochi unius Diœcesis Curam Animarum, & actus Parochiales exerceant, quoad Populum in alterius Episcopi Diœcesi commorantem.*

24 *Episcopus omnem Jurisdictionem, & superioritatem habet super Populum, sibi concreditum.*

25 *Nullus Parochus, licèt aliàs exemptus, potest Curam Animarum exercere, absque præcedenti approbatione ejus Episcopi, cujus est Populus.*

26 *Quando una, eademque Parochia extenditur ad plurium Diœcesum fines, tenetur Parochus approbationem recipere, & sese subjicere Jurisdictioni utriusque Episcopi, & num. 30. in fin. & 80.*

27 *Præallatæ propositionis afferuntur exempla.*

28 *Confutatur votum, in hac controversia editum a Card. Sperello.*

29 *Una, eademque Persona, ratione diversi muneris, ac diversis respectibus, non repugnat, quòd plures agnoscat Superiores.*

Eodem modo, quo idem locus, respectu diversarum rerum, duobus subjicitur Episcopis, ibidem.

30 *Episcopi habent Jurisdictionem in Ecclesias, ac Personas Regularium exemptas, quoad Curam Animarum, & Sacramentorum administrationem, & quare.*

31 *Ab exemptione Ecclesiæ, & Personarum, eidem inservientium, inferri nequit ad exemptionem ratione Curæ Animarum.*

32 *Episcopus Fesulanus Jurisdictionem habet in totum Populum S. Mariæ in Campo, licèt Ecclesia ista sita sit in Civitate Florentiæ, & affertur ratio.*

33 *Ad præscribendam Jurisdictionem, non sufficit lapsus temporis, nisi etiam probetur negligentia in illa exercenda.*

34 *Pro dirimendis litigiis inter Diœcesim Pistoriensem, & Diœcesim Pratensem, proponitur vel assignatio Populi, extra Civitatem Prati degentis, Parochis Diœcesis Pistoriensis; vel deputatio Capellanorum pro Cura Animarum, in aliquo ex Oratoriis ejusdem Pistoriensis Diœcesis.*

35 *Quod est extra terminum terminatum, intra ipsum includi non potest.*

36 *Monstruosum esset, quòd in uno eodem-*

demque loco duo adessent Capita, duoque Prælati cum Jurisdictione insolidum.

37 *Contra certam mali Juris scientiam observantia attendenda non est.*

In actibus, a causa universali dependentibus, spectatur potius ipsa causa, quam aliquorum actuum exercitium, ibidem.

38 *Locus, in dismembratione Territorii non assignatus, relictus censetur alteri Ordinario.*

39 *Ubi concurrit eadem ratio, idem quoque Jus statuendum est.*

42 *Concessa Jurisdictione in Populum circa ea, quæ Curam Animarum respiciunt, in omnibus aliis remanet ille subjectus Jurisdictioni sui Episcopi.*

43 *Causæ Matrimoniales debent privativè cognosci ab Episcopo, cujus est Populus.*

Idem dicitur de exequutione dispensationum Matrimonialium, ibidem.

Et de dispensatione a denunciationibus faciendis, ibidem.

44 *Actor sequi debet forum rei.*

45 *Facultas puniendi delicta privativè spectat ad Episcopum illius Diæcesis, in qua delinquentes commorantur.*

46 *Ad Episcopum, ordinariam Jurisdictionem habentem in Populum, sibi subjectum, pariter spectat licentias concedere pro audiendis Confessionibus.*

47 *Sicuti etiam facultas conferendi Ordines, & Literas dimissoriales concedendi.*

49 *Oppidum, nunc Civitas Prati, nec origine, nec privilegio, nec etiam præscriptione fuit unquam in statu nullius Diæcesis, neque unquam Territorium habuit separatum, & numer. 72.*

55 *Flumen Bisentii Diæcesim Pistoriensem a Florentina dividit.*

58 *Ostenditur, non currere paritatem inter Arborem, ramos extendentem in alienum fundum, & Parochiam, membra habentem in aliena Diæcesi.*

59 *Interdicta Civitate, Castro, vel Villa, veniunt etiam Suburbia, & quare, & num. 74.*

63 *Nemini permissum est contra propriam confessionem venire.*

65 *Suburbiorum appellatione quæ propriè veniant.*

66 *Assignato Oppido pro Diæcesi, Jurisdictio novi Episcopi restringitur intra ipsum Oppidum.*

73 *Materia dismembrationis est odiosa.*

In qua proinde nomen Oppidi non comprehendit Suburbia, ibidem.

75 *In exemptione, concessa a S. M. Innoc. IV, & Pio II, Ecclesiæ Pratensi, quæ veniant.*

77 *Jus instituendi ad Parochiales competere potest, præsertim ante Concilium Tridentinum, etiam Prælatis inferioribus.*

78 *Ad quid restrictum sit privilegium, concessum a S. M. Alex. III Præposito, & Capitulo Praten. circa Capellam S. Jacobi.*

79 *Urban. III, Innoc. III, & Honor. pariter III, ad viam Juris reduxerunt omnia privilegia, ab aliis Sum. Pontificibus concessa Ecclesiæ Pratensi.*

81 *Prælato inferiori exempto competit benedictio simplex novæ Ecclesiæ, & similia, absque eo quòd indigeat licentia Episcopi.*

82 *Asseruntur Visitationes, aliique actus Jurisdictionales, ab Episcopis Pistoriensibus exerciti in Territorio Pratensi, & in ipso Oppido Prati, ante ejus erectionem in Episcopatum, remissivè.*

83 *Itemque alii actus Jurisdictionales, & Visitationes, ab Episcopo cum Canonicis Pistoriensibus peractæ sub oculis ipsius Capituli Pratensis.*

84 *Resolutio Sac. Congreg. Conc. in hac causa.*

85 *Commendatur D. Columbinus Bassi, olim Episcopus Pistorien. & Praten.*

Eminentissime, & Reverendissime Domine.

SUspensa, & indecisa reperitur in hac Sacra Congregatione tum approbatio, reformatioque Laudi aliàs inter Capitulares Pistorienses Principales, & Capitulares Pratenses Adversarios a Reverendissimo Episcopo promulgati, de quo in primo, & secundo præ inserto Dubio, tum etiam Jurisdictio alterutrius Capituli quoad exercitium singulorum actuum jurisdictionalium, de quibus in reliquis itidem præinsertis Dubiis jam pridem coram R. P. D. Secretario concordatis. Quamobrem, ut Eminentissimi Patres leventur onere reassumendi veteres scripturas, & tamen omnia controversiarum capita decidere facilè possint, operæ pretium est totam facti seriem paulo altiùs repetere, moxque ad singulorum Dubiorum examen descendere. 1

Pratum, insigne Oppidum Etruriæ, intra fines Pistoriensis Diæcesis ab immemorabili constructum reperiebatur, teste *Fagnano, in cap. cum ab Ecclesiarum ex num. 13, de Offic. Ordin.* sed anno 1653, san. mem. Innocentius X, ad preces gloriosæ memoriæ Ferdinandi II, Magni Etruriæ Ducis erexit in Cathedralem ipsi Ecclesiæ Pistoriensi æquè principaliter unitam, eidemque sic in Cathedralem erectæ assignavit pro Civitate, Diæcesi *ipsum Oppidum Prati,* 2

Ho-

Homines, Habitatores, & Incolas pro Populo, & Vassallos pro Vassallis.

3 Vix annus a die hujusce Erectionis effluxerat, cùm Capitulares Pratenses Adversarii contendere cæperunt, quòd nomine *Oppidi*, & *Civitatis* continentur Suburbia, quòdque proinde Diæcesis novi Episcopatus Pratensis sese extra Mœnia ad quinque suburbanas Parochias protendere posset; sed datis per Secretariam Status Magni Ducis literis ad Marchionem Riccardum, qui tamquam Orator præfati Serenissimi Ferdinandi apud Sanctam Sedem id negotii perfecerat, ut hac ex parte mentem Summi Pontificis patefaceret; idem sub die 8 mensis Martii anno 1655, respondit -- *La mente dell' istesso Papa fu, che le cinque Chiese pretese dalli Pratesi restassero nella Diocesi di Pistoja, e non di Prato, al quale si assegnasse per Diocesi, quanto conteneva il cerchio delle Mura SOLAMENTE, e tutto il resto rimanesse a Pistoja*, semperque clariùs conclusit -- *In somma sempre si è da tutti camminato qua con supposto, che colle Mura di Prato si terminasse la sua Diocesi, ec. ed io pure mi ricordo, che il Papa disse, che voleva levare tutte le liti, che potessero nascere tra queste due Diocesi, col mettervi termini tanto reali, quanto erano le loro Mura*.

4 Quapropter certior hac de re factus Serenissimus Ferdinandus, necnon memor, quòd etiam cum publicis Deputatis Pratensibus conventum prius amicabiliter fuerat -- *Che per Diocesi di quel Vescovado se gli assegnasse la Città di Prato, rimanendo tutto il di fuori alla Giurisdizione di Pistoja*. Ipsemet die 5 mensis Julii ejusdem anni 1655, scripsit ad R. P. D. Gerinum utriusque Ecclesiæ tunc Episcopum, ut turbas ex adverso excitatas componeret, prout re vera compositæ statim fuerunt per formalem Capituli Pratensis renunciationem, cujus vigore prædictæ quinque suburbanæ Parochiæ sub Diæcesi Pistoriensi remanserunt.

5 Hac extincta controversia, altera non absimilis paulo post suboriri visa fuit; etenim, cum Parochia Cathedralis præfatæ Civitatis Prati se extendens ultra Mœnia per tria ferè millia numeret extra Civitatem Animas circiter 1250, necnon Parochiæ Sanctissimæ Trinitatis, & S. Marci habeant & ipsæ plures Animas extra Mœnia, Capitulum Adversarium cupiens super Populo tribus hisce Parochiis subjecto aliquam paulatim acquirere Jurisdictionem, exquisivit super hoc puncto Votum clar. mem. Card. Sperelli, tunc in Urbe Advocati, qui quidem censuit, quòd Capitulum Adversarium, Sede Vacante, aliquam exercere posset Jurisdictionem super eodem Populo, in iis tamen, quæ pertinent ad exercitium Curæ Parochialis existentis intra Mœnia Civitatis, & non in aliis, & eo modo, quo Episcopus in Ecclesias exemptas, & Parochiales Regularium se ingerit visitando, corrigendo, & jus dicendo in iis tantùm, quæ ad Curam, & Sacramentorum administrationem pertinent, votumque clausit verbis illis -- *Imò, exceptis iis, quæ pertinent ad Curam Animarum, Populus degens extra Mœnia, tamquam de Pistoriensi Diæcesi in delictis, & similibus, & in Foro, & in actis Judicialibus non erit exemptus a Jurisdictione sui Diæcesani*.

Verumtamen hæc omnia sine aliqua determinata firmitate permanserunt ad annum usque 1719, quo Domini Adversarii, resumpta hac disputatione, examinare contemporanee voluerunt, an ipsi aliquam exercere possent Jurisdictionem, vel super Oratoriis, quæ prope Civitatis Mœnia sita sunt, vel super exigua illa Territorii parte, quæ ultra Flumen Bisentium Ecclesiam habet S. Mariæ de Pietate PP. Carmelitarum Excalceatorum: cùmque valde opportunum visum fuerit hasce omnes differentias amicabiliter per viam compromissi dirimere, hinc de licentia hujusce Sac. Congregationis sub die 8 Martii ejusdem anni 1719, benignè concessa, omnes in Personam hodierni Reverendissimi Episcopi compromissæ fuerunt, ut convenit inter Partes. 6

Prodiit tandem Laudum in sequelam compromissi, atque in illius primo capite firmatum fuit -- *Omne Territorium, eu Loca, etiam Suburbia nuncupata, sita extra Civitatem Prati etiam circa murorum ambitum, & muris ipsis cohærentia usque ad Flumen Bisentii, etiam existentia intra fines Parochiarum Cathedralis Prati, nec non Sanctissimæ Trinitatis, & S. Marci esse in Diæcesi, & de Diæcesi Pistoriensi, excepta Cura Animarum, & Sacramentorum administratione, & locis, prout infra. Populumque ibi degentem subditum esse Episcopo Pistoriensi, murosque Civitatis Prati quoad loca, & Territorium prædictum usque ad Flumen Bisentii fuisse, & esse terminos, seu fines separantes Diæcesim & Episcopatum Praten. & Diæcesim & Episcopatum Pistorien. ac propterea in ipsis Locis, & Territorio, utpote spectan. ad Diæcesim & Episcopatum Pistorien. non licuisse, neque licere Episcopo Praten. vel ejus Vicario, & Sede Vacante, Vicario Capitulari, ullos exercere actus, neque publicæ, neque privatæ Jurisdictionis, neque voluntariæ, neque contentiosæ*. 7

In secundo capite declaratum fuit -- *Populum, & Loca extra muros Civitatis Prati degen. & existentia intra fines Paro-* 8

rochiarum Cathedralis Prati, Sanctissimæ Trinitatis, & S. Marci intra Pratum positarum, quamvis in Diæcesi, & de Diæcesi Pistorien. nihilominus quoad Curam Animarum, & Sacramentorum administrationem spectasse, & pertinuisse, spectare, & pertinere ad suos respectivè Parochos, &c. ipsumque Populum earumdem Parochiarum, quoad ipsam Curam Animarum, & Sacramentorum administrationem tantùm, consequentivè ad Parochos subesse Episcopo Praten. & Parochos in Cura Animarum, & Sacramentorum administratione delinquentes, etiam quoad ipsum Populum, ab Episcopo Praten. puniri, & corrigi debere.

9 Et in tertio tandem Capite laudatum fuit -- Capitulum, & Episcopum Praten. quoad Territorium situm ultra Flumen Bisentium versùs Diæcesim Florentinum, prout quoad Oratorium S. Rochi, & quoad collationem Beneficii fundati in Oratorio S. Hieronymi extra Muros, fore, & esse a petitis per Capitulum Pistorien. definitivè absolvendum, &c.

10 Cumque idem Laudum hoc modo conceptum, transmissum de more fuisset ad hanc S. Congregationem unà cum voto, placuit utrique Capitulo non modò super illius approbatione in genere, sed etiam specificè super declaratione nonnullorum actuum in præinsertis Dubiis postea comprehensorum insistere. At in Congregatione die 2 Octobris anni 1721, rescriptum fuit -- Laudum esse approbandum; & quoad petitam declarationem recurratur in casibus particularibus -- atque ita DD. Principales Laudum, quamvis Juribus propriæ Ecclesiæ evidenter præjudiciale, acceptare coacti fuerunt.

11 Post hæc omnia Capitulares Pratenses Adversarii denuò petere nuper cæperunt, ut hæc S. Congregatio speciatim declararet, quomodo regulanda foret Jurisdictio in Populum dictarum trium Parochialium, Cathedralis, Sanctissimæ Trinitatis, & S. Marci quoad certas causas, & certos actus, super quibus requisita priùs fuit solita Reverendissimi Episcopi relatio, ac deinde concordata fuerunt quinque posteriora Dubia sub initium hujusce nostri Restrictus apposita. Verùm descripta causa in consueto folio cum prædictis Dubiis pro Congregatione diei 9 mensis Junii 1725, compertoque præfatum Laudum omnimodam non posse mereri approbationem, dilata fuit eorum resolutio, prodiitque rescriptum -- Proponatur Causa super approbatione Laudi -- Atque in ejusdem rescripti sequelam concordata fuerunt coram R. P. D. Secretario alia duo Dubia primo loco in fronte Restrictus impressa, quæ in hodierna Congregatione unà cum reliquis contemporaneè decidenda proponuntur. Quamobrem Eminentissimos PP. obsequentissime supplicamus pro favorabili omnium resolutione, &, manifesta id exigente justitia, voti compotes effici posse certo certiùs speramus.

Remque ordiendo a primo recensiti Laudi capite, hoc quidem justissimum esse videtur in ea parte, in qua declarat Omne Territorium, seu loca, etiam Suburbia nuncupata, sita extra Civitatem Prati, etiam circa murorum ambitum, & muris ipsis cohærentia usque ad Flumen Bisentii, etiam existentia intra fines Parochiarum Cathedralis Praten. nec non Sanctissimæ Trinitatis, & S. Marci esse in Diæcesi, & de Diæcesi Pistorien. murosque Civitatis Prati quoad ea, & Territorium prædictum usque ad Flumen Bisentii fuisse, & esse terminos, seu fines separantes Diæcesim & Episcopatum Praten. a Diæcesi & Episcopatu Pistorien. Etenim, cùm, antequam san. mem. Innocentius X. Oppidum Prati in Civitatem, ejusque Ecclesiam Collegiatam in Cathedralem erexisset, non solùm loca prædicta existentia extra mœnia præfati Oppidi, ejusque Suburbia, sed etiam Oppidum ipsum esset in Diæcesi, & de Diæcesi Pistorien. ut latè probant Fagnan. in cap. cum ab Ecclesiarum, a num. 13, de offic. Ordin. Grattan. discept. 918, num. 1, clar. mem. Card. Sperell. in suo vot. impresf. apud D. meum Scarfanton. ad Ceccoper. decis. 60, in prim. tom. 1, & ipsemet Scarfanton. ibid. n. 20, ita quidem, ut antiquus Præpositus Prati nullam omninò jurisdictionem haberet in Populum, ut benè prosequuntur Fagnan. in d. cap. cùm ab Ecclesiarum, ex num. 23, ad 25; Grattian. d. discept. 918, num. 32, inde fit ut ejusdem Ecclesiæ Pratensis jurisdictio, quæ in ipsa sui erectione in Cathedralem fines habuit limitatos, ac circumscriptos Mœnibus ipsius Civitatis, ibi -- pro Civitate, & Diæcesi ipsum Oppidum Prati, homines, habitatores, & Incolas pro populo, & Vassallos pro Vassallis, &c. concedimus, & assignamus; sese protendere nequeat ad controversa Suburbia, hominesque ibi degentes, qui, cùm sint extra Civitatis ambitum, remansisse dicendi sunt in Diæcesi Pistoriensi, a qua per Bullam Innocentianam non fuerunt avulsi ad Text. in cap. Conquerente; de offic. Ordin. cap. cum Episcopus, eod. tit. in 6, cap. Cum personæ, de privileg. in 6, Barbosa de jur. Eccles. lib. 1, cap. 11, § 3, num. 108; Antonell. de loco legal. cap. 3, numer. 243. Rota post Tamburin. de jur. Abbat. dec. 64, num. 1, & 2; & dec. 71, n. 1, & in Leodien. Jurisdictionis, 6 Decemb. 1726, § Militat, cor. R. P. D. Crucio.

Agitur enim de odiosissima dismembratio- 13

tionis materia, quæ, cùm suapte natura speciale requirat expressissimum privilegium; *Extravagan. ad Apostolatus, de concess. præbend. Ancharan. in cap. postulasti, num. 115, de for. competen. Rot. in Baren. Jurisdictionis 26 Aprilis 1694, § Neque juris, cor. bo. mem. Ursino; & in Nullius, seu Fulden. Jurisdictionis, super bono jure, 1 Junii 1708, § Altera, cor. bo. mem. Ansaldo*; nullam omninò patitur extensionem ad alia loca, aut personas, quæ in concessione expressæ non sunt, sed ea dumtaxat comprehendit, quæ literaliter, oculisque corporeis ibi leguntur, ut concorditer firmant *Ancharan. in dicto cap. postulasti, sub num. 45, de foro compet. Fagnan. in cap. cum contingat, num. 23, & 26, eod. tit. Antonell. de loco legal. lib. primo, cap. 4, num. 3, Rota in Gerunden. Jurisdictionis super commissione Curæ, & actibus, 23 Februarii 1714, § Nihil efficiente, cor. Eminentiss. Falconerio, in Mileten. Jurisdictionis, 27 Januarii 1716, § 17, coram eodem, & in Burgen. Jurisdictionis S. Joannis super Territorio separato, 21 Junii 1726, § Final. coram bon. mem. Cerro.*

14 Nihilque turbat, quòd appellatione Oppidi venire possint etiam Suburbia eidem adjacentia; quidquid enim dicendum foret in casu, quo ageretur de materia favorabili, latamque recipiente interpretationem, id certè locum sibi vindicare nequit in nostra hypothesi, in qua res est de antiquæ Diæcesis dismembratione, quæ, uti materia stricta, & odiosa, nullatenus extendi potest, aut ampliari, ut præter auctoritates proximè allegatas monent *Fagnan. in cap. significasti, num. 10, de offic. Archidiac. Lotter. de re Benefic. lib. 1, quæst. 24, num. 96, & seq. Rota in recent. decis. 70, num. 34, & seq. par. 13*; quæque proinde non patitur, ut nomen Oppidi in Bulla Innocentiana appositum ne latum quidem unguem porrigatur ultra propriam, germanamque ipsius significationem, quæ nil aliud comprehendit, nisi quod murorum ambitu continetur, juxta *Text. in l. 2, ff. de verbis signific. ibiq. Alciat. in princ.* verbis illis -- *Urbis, &c. idem in Civitate, Castro, Villa, Oppido; nam hæ dictiones id propriè significant, quod ambitu murorum continetur -- cap. si civitas, de senten. excomm. in 6, Gratian. discept. 217, num. 1; Bonfin in Bannim. general. Stat. Eccles. cap. 23, num. 1, & 15; & cap. 76, num. 5*, ibi -- *de sui natura non comprehendatur nisi id, quod murorum ambitu continetur -- Rota coram Coccino, dec. 118, num. 2, & decis. 129, num. 1, & in recent. dec. 429, num. 18, par. 18.* Eòque magis, quia Summus Pontifex non jam simpliciter nominavit Oppidum Prati, sed adjecit dictionem illam -- *ipsum* --, quæ cum sit demonstrativa ad oculum, & limitativa, restringit concessionem ad ipsa mœnia, murorumque circuitum; *Bald. cons. 304, in fin. lib. 5; Surd. cons. 53, num. 11, & dec. 210, num. 18, & in rec. dec. 387, num. 30, par. 13.*

Præsertim verò, quia, cùm designatio limitum Diæcesis in erectione novi Episcopatus sit omninò necessaria pro dirimendis inter finitimas Diæceses controversiis, *Fagnan. in cap. perniciosam, num. 33, & seq. de offic. Ordin. Barbos. de potest. Episc. alleg. 107, num. 4, par. 3, Eminentissimus Petra ad Constit. Apostol. tom. 2, fol. 220, num. 36, Rota coram Peutingerio, dec. 12, num. 5, & in Nullius, seu Fulden. Jurisdictionis, super bono jure, 1 Junii 1708, § 10, coram bo. me. Ansaldo*, profectò si Summus Pontifex assignare voluisset Diæcesi Pratensi controversa Suburbia, haudquaquam designasset *pro Civitate, & Diæcesi ipsum Oppidum Prati*, nec statuisset, ut unum, & idem Oppidum *Civitatem, & Diæcesim* constitueret, sed certo certiùs pro Civitate Oppidum; pro Diæcesi verò, ejusque finibus assignasset Suburbia, cum de jure diversa sit Civitas a Diæcesi, ut videre est in *Clement. ne Romani, § Sanè, de elect. Abb. in cap. tua nobis, num. 5, vers. Quæro an Diæcesis, de offic. Vicar. Rot. coram Coccino, dec. 129, num. 1*; & ad rem nostram optimè animadvertunt *Card. Sperell. in d. suo vot. impress.* penes *Scarfanton. dec. 60, num. 1, par. 1*, ibi -- *Cùm autem pro Civitate, & Diæcesi Pratensi assignaverit ipsum Oppidum Prati, &c. manifestè patet, quòd Diæcesis ambitus geometricè restrictus est intra Mœnia, & ambitum ipsius Prati, nec ulterius se extendit* -- Idem *Scarfanton. ad Ceccoper. dec. 60, num. 4, par. 2.* Maximè quia in Voto Reverendissimi Episcopi ad hanc S. Congregationem transmisso unà cum Laudo expressum habetur, quòd controversa Suburbia tempore erectionis Prati in Cathedralem non aderant, utpotè longe prius eversa, ac diruta; ideoque, si eadem per id tempus in rerum natura non erant, frustra quæritur, an novo Pratensi Episcopatui fuerint attributa, ut, omissis generalibus, hanc circumstantiam optimè perpendit *Scarfanton. ad Ceccoper. d. dec. 60, num. 1, tom. 2.*

16 Quæ quidem, licèt clarissima sint, clariora tamen redduntur ob plures extrinsecas probationes desumptas tum a mente san. mem. Innocentii X, gratiam erectionis concedentis, tum ab animo Serenissimi Ferdinandi II Magni Etruriæ Ducis, eandem gratiam postulantis, tum denique a facto ipso Capituli Pratensis Adversarii; quæ planè omnia non innuunt, sed apertè ostendunt, & evincunt jurisdictionem Ecclesiæ Pratensis extra ipsius Ci-

Civitatis mœnia non protendi. Et profectò inspiciendo mentem Summi Pontificis, eadem clare directa dignoscitur ad restringendam Diœcesim, Jurisdictionemque novi Episcopatus intra mœnia Civitatis Prati, ut patet ex Epistola Marchionis Riccardi tunc Oratoris Serenissimi Magni Ducis apud S. Sedem, cujus curæ, ac diligentiæ gratia isthæc commissa fuerat expedienda, quique de mente Summi Pontificis sibimet pandita a R. P. D. Fagnano certiorem fecit præfatum Serenissimum Ferdinandum verbis illis — *Che la mente dell' istesso Papa fu, che le cinque Chiese pretese dai Pratesi restassero nella Diocesi di Pistoja, e non di Prato, al quale si assegnasse per Diocesi, quanto conteneva il Cerchio delle mura solamente, e tutto il resto rimanesse a Pistoja* — audiditque ex ore proprio — *Ed io pare mi ricordo, che il Papa disse, che voleva levare tutte le liti, che potessero nascere tra queste due Diocesi, col mettervi termini tanto reali, quanto erano le mura. In somma sempre si è camminato con questo supposto, che con le mura di Prato si terminasse la Diocesi.*

17 Atque id ipsum pariter confirmatur ex Epistolio a Jo. Baptista Mancini subalterno Ministro conscripto ad prædictum Marchionem Riccardum Oratorem, in quo scribens affirmat, se hac de re egisse cum R. P. D. Fagnano, ab eodemque audivisse, quod respectu Diœcesis assignandæ novo Episcopatui, constituendum ipsi erat solum Oppidum Prati ibi — *Circa al secondo, dicono volergli dare per Diocesi solamente la Terra di Prato, per non pregiudicare altri Vescovi interessati in d. Territorio.* Nemo autem est, qui ignoret, quantum sit deferendum declarationibus ab ipsomet Principe gratiam concedente factis, de quibus testimonium perhibent Personæ adeo qualificatæ, quæ negocium ipsum tractaverunt, ut post plures relatos concordantes egregiè in puncto animadvertit *Scarfanton. ad Ceccoper. dicta dec. 60, num. 5, & 7, tom. 2.*

18 Si verò intueamur animum Principis gratiam exposcentis, ejus certè petitio nil aliud continebat, nisi, quòd pro novi Episcopatus Diœcesi eadem Civitas taxativè assignaretur; ita namque asseruit Serenissimus Ferdinandus II, in ejus Epistola, quam sub die 5 Jul. 1655, pro componendis Pratensium jactationibus conscripsit ad R. P. D. Gerinum, utriusque Ecclesiæ Pistoriensis, ac Pratensis Antistitem ibi — *nel Trattato di ereggersi la Prepositura di Prato in Cattedrale fu con i Deputati de' Pratesi espressamente stabilito, che per Diocesi di quel Vescovado se gli assegnasse la Città di Prato, rimanendo tutto il di fuori nella giurisdizione di Pistoja.* Quamobrem si vera, prout verissima est illa Juris nostri regula, quòd gratia interpretationem recipit ab ipso tenore precum supplicantis, ad *Tex. in cap. inter dilectos, § Cæterùm,* ibique *Glos. verb. petitionis, de fid. instrum.* illud necessariò sequitur, quòd Summus Pontifex nil ultra Ecclesiæ Pratensi concesserit, nisi, quod Serenissimus Magnus Etruriæ Dux ab ipso postulabat, hoc est Diœcesim solo ambitu murorum ipsius Oppidi circumscriptam; *Rota coram Cavaler. dec. 225, num. 8; coram Dunozzett. jun. dec. 604, num. 7, coram Emerix jun. dec. 1175, num. 2,* & in præcisis nostræ quæstionis terminis admonet *Scarfanton. ad Ceccoper. d. dec. 60, num. 5, tom. 2.*

Si denique respiciamus ad ipsiusmet 19
Capituli Adversarii factum, hoc quidem clarius, efficaciusque esse non potest; ipsi enim Capitulares sub die 1 Februarii 1656, obsecundando menti Serenissimi Magni Ducis in præfata Epistola, luculenter expressæ, solemniter cesserunt cuicumque prætenso Juri, atque Jurisdictioni super quinque ruralibus Ecclesiis extra mœnia Civitatis Prati existentibus; & quidem non alia de causa, nisi quia tam ex prædictis Epistolis Marchionis Riccardi, & Joannis Baptistæ Mancini, quam etiam ex apertissima declaratione Serenissimi Magni Ducis Ferdinandi II, compertum clarissime fuit, Diœcesim Pratensem ipsis Prati mœnibus conclusam, terminatamque remansisse. Enim verò solemnis ista Capituli Adversarii confessio tanti roboris est, atque virtutis, ut, seclusis etiam tot, tantisque recensitis documentis, vel sola sufficeret pro submovendo quocumque contrariæ instantiæ fundamento, ut in terminis perperuò firmavit *Rota, & præsertim in Theatina Manutentionis, 5 Junii 1719, § Ulteriùs, coram Reverendiss. Crispo, & 29 Januarii 1720, § Similiter, cor. eodem, & in Nullius Terræ Pratulurum Jurisdictionis, 16 Junii 1724, § Nec mirum, coram Eminentissimo Falconerio.*

Nec tamen prætermittere possumus 20
diuturnam observantiam clarissimè resultantem tum ex pluribus actibus Jurisdictionalibus, pluribusque visitationibus quorumdam Oratoriorum in controversis Suburbiis existentium, factis ab Episcopis tanquam Ordinariis Pistoriensibus, sicuti testatur Reverendissimus Episcopus in suo Voto unà cum laudo tunc transmisso in § *Et maximè;* tum etiam ex pluribus Relationibus ad hanc Sac. Congregationem conscriptis ab utriusque Diœcesis Episcopis occasione Visitationis Sacrorum Liminum, in quibus semper declaratum fuit, quòd Diœcesis Pratensis non prætergrediebatur mœnia ejusdem Civitatis, prout recenset *Scarfanton. ad Ceccoper. dicta dec. 60, sub d. num. 24.*

Quæ

Quæ sanè observantia adeò longæva, adeò uniformis, atque solemnis in hac Jurisdictionali materia plurimi facienda est, imò omnem omninò submovet difficultatem, ut in proposito admonet *Rota in Frisingen. Juris deputandi Curatos, 24 Martii 1713, in princ. coram bon. mem. Ansaldo, in Eystetten. Jurisdictionis, super bono jure, 27 Aprilis 1716, § Quo verò, coram bon. mem. Foscaro; & in Caven. Jurisdictionis super bono jure, 1 Julii 1720, § Quòd si aliquid, coram bon. mem. de Herrera.*

21 Nec verò univocis hisce, atque continuatis actibus Jurisdictionalibus opponi possunt pauci quidam actus, qui exerciti contenduntur per Vicarios Generales Pratenses in præfatis Suburbiis, hi namque apti nequaquam sunt inducendæ legitimæ præscriptioni, tum quia pars adversa desti tuta est quocumque titulo etiam colorato, & putativo, ut notat *Scarfanton. ad Ceccoper. d. dec. 60, ex num. 28, ad num. 31*; tum quia cuicumque legitimæ præscriptionis initio resistit clarus titulus promanans a prædicta Bulla Innocentiana taxativè designante Diæcesim Pratensem intra ipsius Civitatis mœnia, contra quem præscriptio non admittitur juxta immòtam illam Juris regulam, de qua *Rota, coram bon. mem. Ansaldo dec. 31, num. 6; in Capuaquen. Jurisdictionis super bono jure, 4 Maji 1708, § Hujusmodi, coram bon. mem. Caffarello, & in Burgen. Juris visitandi de Bribiesca, 11 Januarii 1715, § Quo verò, coram bon. mem. Cerro*; tum demum, quia ejusdem præscriptionis progressui semper obstitit defectus bonæ fidei, quæ ad hunc effectum est absolutè necessaria, quæque certo certius interrupta fuit tam a dicta solemni renunciatione quinque Ecclesiarum suburbanarum facta a Capitulo Adversario anno 1656, quàm etiam a prædictis actibus Jurisdictionalibus passim exercitis ab Ecclesia Pistoriensi in controversis Suburbiis, & quidem scientibus, & videntibus ipsismet Capitularibus Adversariis, e quorum gremio regulariter assumitur Parochus Ecclesiæ Cathedralis, cujus Parochiæ limites ad præfata Suburbia protenduntur, ut benè considerat *Scarfanton. ad Ceccoper. d decis. 60, num. 32, par. 2.* Portò hujusmodi actus jurisdictionales gesti ab Ecclesia Pistoriensi, cùm sint magis qualificati, jurisque assistentia suffulti, meritò præferendi sunt actibus contrariis, tametsi isti forent numero plures, quamvis revera longè pauciores sint, ut in subjecta materia disertè firmat *Rota, coram Emerix Jun. decis. 395, num. 17, in recent. dec. 604, num. 15, par. 19; in Caven. Jurisdictionis super bono jure, 23 Junii 1721, § Sed ulteriùs, coram bon. mem. de Herrera*; & in hac eadem controversia egregiè advertit Reverendissimus Episcopus in dicto suo voto, *§ Et maximè, & Scarfanton. ad Ceccoper. d. dec. 60, num. 32, par. 2.*

22 Atque hinc, velut ex necessario antecedenti, sequitur, quòd solidissimis innititur fundamentis idem Laudum quoad alteram primi capitis partem, qua firmatur, *populum ibi* [hoc est extra mœnia] *degentem, subditum esse Episcopo Pistoriensi, ac propterea in ipsis Locis, & Territorio, utpote spectan. ad Diæcesim & Episcopatum Pistoriensem, non licuisse, neque licere Episcopo Praten. vel ejus Vicario, &, Sede Vacante, Vicario Capitulari ullos exercere actus, neque publicæ, neque privatæ Jurisdictionis, neque voluntariæ, neque contentiosæ*; pertinet enim de jure ad proprium Episcopum, & non ad alium omnimoda Jurisdictio in qualibet suæ Diæcesis parte, & respectivè in Populo ibidem commorante, juxta celebrem *Text. in can. conquerente, de offic. ordin. cap. cum Episcopus, eod. tit. in 6, can. omnes Basilicæ 16, quæst. 7, Barbosa de Jur. Ecclesiast. lib. 1, cap. 11, § 3, num. 108.* Nec uni Episcopo jurisdictionem alterius quoquo modo usurpare permittitur, ex *Text. in Can. Ecclesias 13, quæst. prima, & in cap. Nullus de Paroch. Barbos. de Offic. & potest. Episc. par. 1, tit. 1, cap. 7, n. 11, vers. 6, Ciarlin. contr. 60, numer. 4, & seq. lib. 1; clar. mem. Card. De Luca de Jurisd. disc. 1, num. 28.*

23 Transeundo autem ad secundum præfati Laudi caput, quamvis justa videatur pars illa, qua decernitur, *Populum, & loca extra Muros Civitatis Prati degentia, & existentia intra fines Parochiarum Cathedralis Pratensis, Sanctissimæ Trinitatis, & Sancti Marci intra Pratum positarum, quamvis in Diæcesi, & de Diæcesi Pistorien. nihilominus quoad Curam Animarum, & Sacramentorum administrationem spectasse, & pertinuisse, spectare, & pertinere ad suos respectivè Parochos earumdem Ecclesiarum*; cùm non repugnet, quòd Parochi ipsius Diæcesis Curam Animarum, actusque Parochiales exerceant quoad Populum in alterius Episcopi Diæcesi commorantem, ut benè probant *clar. mem. Card. De Luc. de Jurisd. disc. 20, num. 28; Pellizzar. de Monialib. cap. 10, sect. 3, subject. 1, sub n. 233, & seq. Rot. coram Priolo, dec. 334, num. 9, & seq. & in Cassanen. Jurium Parochialium, seu præeminentiarum, 6 Junii 1707, § Nihilominus, cor. bo. me. Caffarello.*

24 Acquiescere tamen non possumus alteri ejusdem secundi Capitis parti, in qua laudatur — *Populum earumdem Parochiarum, quoad ipsam Curam Animarum, & Sacramentorum administrationem tantùm, consequentivè ad Parochos subesse Episcopo Pra-*

Praten. ipsique Episcopo & ejus Vicario, &, Sede Vacante, Vicario Capituli in Curam Animarum, & Sacramentorum administrationem concernentibus, ad respondendum teneri, & obligatum esse, & Parochos in Cura Animarum, & Sacramentorum administratione delinquentes, etiam quoad ipsum Populum, ab Episcopo Praten. puniri, & corrigi debere, eorumdemque Parochorum institutionem auctorizabilem a Praten. Episcopo reportatam, etiam quoad Populum extra Muros Prati degentem, satis esse absque alia Episcopi Pistorien. approbatione. Nam si res sit de Populo extra Mœnia Prati commorante, qui in eodem Laudo jure, meritoque de Diœcesi Pistorien. nuncupatur, quique ascendit ad conspicuum numerum Animarum 1503; absurdum profecto foret, quòd ipse eximendus esset, quoad administrationem Sacramentorum, a proprio Episcopo, a cujus manibus illius sanguis per Supremum Judicem requiretur, ut ait *Sac. Concilium Tridentinum, sess. 6, cap. 1, de reform.* quique proinde omnimoda pollere debet superioritate, ac jurisdictione super oves sibi concreditas, juxta *Text. express. in cap. 1, de Offic. Ordin. cap. Cum Episcopus, eod. tit. in 6. cap. Cum Personæ, de privil. parit. in 6; Geminian. in cap. 1, numer. 2, de Capell. Monach. Gonzal. ad d. cap. 1, num. 6, de Offic. Ordin. Lotter. de re benefic. lib. 2, quæst. 12, num. 10, clar. mem. Card. De Luc. de Jurisdict. disc. 1, num. 18, & disc. 2, num. 14; Rot. in Leodien. Jurisdictionis super bono jure, 29 Aprilis 1701, § Circa quod, coram clar. mem. Card. Priolo; & in altera Leodien. Jurisdictionis, 6 Decembris 1726, § Militat, coram R. P. D. Cincio.*

25 Si verò sermo sit de Parochis, in quorum sequelam Populus dictarum trium Parochiarum extra Pratum inhabitans, quoad Curam Animarum Ecclesiæ Praten. fuit adjudicatus, debiliori certe fundamento præfatum Laudum hac ex parte innixum est; nimis namque repugnaret, quòd Homines prædicti extra Mœnia Prati degentes, in insigni numero Animarum 1560, & Pistoriensis Episcopi vigilantiæ commissi regerentur a Parochis, qui si in Cura Animarum, & Sacramentorum administratione delinquerent, a dicto Episcopo Pistoriensi corrigi, puniríque non possent, quique nec ab eodem Pistoriensi Antistite, quoad Curam Animarum suæ Diœcesis, approbari deberent, contra certissimam illam Sacr. Canonum regulam, juxta quam nullus Parochus, licet quomodolibet exemptus, potest Curam Animarum suscipere, aut exercere absque præcedenti approbatione ejus Episcopi, cujus est Populus, ac *Text. express. in cap. primo, de verb. signif. in 6, ibi* -- *Qui* [nempe Parochi] *ratione Plebium examinandi Episcopis præsententur, ut ab eis Curam recipiant Animarum, cùm Plebes Episcopis sint subjectæ -- Lotter. de re Benef. lib. 2, quæst. 12, num. 10, & seqq. cl. mem. Card. De Luc. de Jurisd. disc. 4, numer. 4, vers. Circa verò, Pignatell. consult. 58, num. 4, tom. 3, Rot. in recent. decis. 391, num. 4, par. 13; in Firmana Jurisdictionis, super reservatis, 15 Aprilis 1701, § Idque, cor. bo. mem. Molines; & in Burgen. Jurisdictionis, 26 Junii 1709, § Non attento, cor. bon. mem. Lancetta.*

Itaque impugnari nullo pacto potest, 26
quin Parochi dd. trium Ecclesiarum, quoad Curam Animarum degentium extra Mœnia Prati subjici debeant Pistoriensis Episcopi Jurisdictioni, tametsi, quoad Ecclesias Parochiales, ac reliquum Populum in d. Civitate commorantem, Pratensi Episcopo subjiciantur. Quando enim una, eademque Parochia sese porrigit ad plurium Diœcesum fines, tenetur Parochus uniuscujusque Episcopi jurisdictioni sese submittere, & ab unoquoque Ordinario obtinere approbationem quoad Curam Animarum in sua respectivè Diœcesi degentium, ut in terminis solidissimè firmant *Scarfanton. ad Ceccoper. in adnot. ad d. Votum cla. mem. Cardinali Sperelli, decis. 60, num. 2, & 3, tom. 1; & decis. pariter 60, num. 32, tom. 2, Eminentissimus Petr. ad Constit. Apostol. tom. 5, fol. 366, num. 82, § Sed Rota processit ibi -- Debuerat Parochus recipere approbationem, postquam deputatus fuerat a Monialibus S. Cæciliæ, tam a Cardinali Vicario pro parte Parochiæ existente in Urbe, & Diœcesi Romana, & etiam a Cardinali Episcopo Portuensi pro dicto Casali Marliani, existente in Diœcesi Portuen. quia etsi aliqua Parochia possit se extendere ad partes diversarum Diœcesum, &c. tenetur tamen Parochus recipere approbationem, & se subjicere jurisdictioni utriusque Episcopi; & approbatio ab alterutro ex eis reportata latius patere non potest, quàm pateat Diœcesis ipsi subjecta, cum quilibet Episcopus respectu alterius Diœcesis habeatur pro persona privata - Rota in Portuen. Jurisdictionis, 15 Aprilis 1712, § Hinc non relevabant, cor. cla. me. Card. Priolo, ibi -- Hinc non relevabant deducta ex parte Monialium, quòd nempè Parochus ab ipsis deputatus semper Sacramenta ministraverit Hominibus d. Tenutæ, interfuerit Matrimoniis, cadavera tumulaverit, quoniam prædicti actus probant quidem illius subjectionem Parochiæ Sanctæ Cæciliæ; nunquam tamen efficiunt, quòd Casale non sit de Diœcesi Portuen. sed esse debeat in Diœcesi Romana, sicut reliqua, & major pars ejusdem Parochiæ; quoniam nulla est implica-*

can-

cantia, quominus aliqua Parochia multoties se extendat ad partes multorum Territoriorum, &c. itaut Parochus S. Cæciliæ pro ea parte, quæ subest Episcopatui Romano, teneatur recognoscere Jurisdictionem Eminentissimi Vicarii Urbis; pro ea autem parte, quæ subest Episcopatui Portuen. teneatur se subjicere Jurisdictioni illius Eminentissimi Episcopi; & approbatio ab alterutro ex iis reportata latius patere non possit eo, quòd pateat Diœcesis ipsi subjecta, cum quilibet Episcopus respectu alterius Diœcesis habeatur pro privata persona -- & in contemporanea decisione super Censuris, & attentatis, § De attentatis, coram eodem.

27 Nec plura desunt exempla idipsum apertissimè evincentia, nam præter illud proximè allatum Parochiæ S. Cæciliæ Urbis in Portuen. Romanaque Diœcesi existentis, de quo loquitur *Eminentissimus Petra, & Rota in d. Portuen. Jurisdictionis locis supra citatis*, ita adamussim servatur in Civitate Florentiæ, quoad Parochum S. Eugenii, cujus Ecclesia Parochialis, licèt subjecta sit Episcopo Fæsulano, ipse tamen Parochus pro exercenda Cura Animarum degentium in Diœcesi Florentina, ejusdem Diœcesis Archiepiscopo; pariter subjicitur ob eandemque causam Parochus Ecclesiæ Mongiovini Diœcesis Civitatis Plebis, cujus Parochiæ fines sese extendunt etiam ad Diœcesim Perusinam, utriusque Episcopi Jurisdictionem tenetur agnoscere juxta resolutionem Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium *in Perusina, 22 Junii 1708*, quemadmodum refert *Rota in dicta Portuen. Jurisdictionis super Censuris, & Attentatis, 15 Aprilis 1712, § De Attentatis, coram cl. mem. Card. Priolo.*

28 Quibus quidem Sac. Congregationis Resolutionibus, ac Sac. Rotæ decisionibus opponi non meretur auctoritas cl. me. Cardinalis Sperelli contrarium hac ex parte sentientis in præfato ejus Voto, ubi censuit, Parochos dd. trium Parochiarum existentium intra Civitatem ipsam Prati in respicientibus Curam Animarum unicè subjectos esse debere Jurisdictioni Ecclesiæ Praten. etiam quoad Populum degentem in Diœcesi Pistorien. extra mœnia Prati, neque enim subsistunt momenta rationum ab eodem Doctore adductarum in eodem Voto impresso apud *Scarfant. ad Ceccoper. dicta dec. 60, a n. 8, ad 23, par. 1*, in quarum obsequium Reverendissimus Arbiter in suo Voto ad hanc Sac. Congregationem transmisso sub § *Eoque magis*, profitetur sese in controverso Laudo non aliter decrevisse.

29 Et sane admissa, ut par est, subjectione dd. trium Parochorum Jurisdictioni Episcopi Pistorien. quoad Curam Animarum in hujus Diœcesi commorantium, haudquaquam subsistit monstruositas illa plurium Capitum in eadem Parochia cum Jurisdictione in solidum, quam latè exaggerat dictus cl. me. Cardinalis Sperellus in sæpius recensito Voto sub *num. 10, cum plurib. seqq.* hoc namque casu Jurisdictio utriusque Episcopi non excedit fines uniuscujusque Diœcesis, sed uterque Episcopus præest curæ Ovium sibi commissarum; & licet Parochus duobus subjiciatur Episcopis, quia tamen id provenit occasione diversi Populi, cujus exercet Curam, nulla omninò ob id adest repugnantia, cùm absurdum non sit, quòd una, eademque persona ratione diversi muneris, ac diversis respectibus plures agnoscat superiores, ut apposite docent *Frances Pastoral. Regul. par. 2, quæst. 6, num. 7, & seqq. Rot. cor. Seraphin. dec. 1038, num. 4, & seqq. in Burgen. Jurisdictionis, seu Visitationis de Ona super novis attentatis Archiepiscopi, 26 Junii 1722, § Quoad Visitationem, coram R. P. D. Corio, & in confirmatoria, 14 Junii 1726, § 13, cor. R. P. D. de Gamachez*; eodem prorsus modo, quo non repugnat, ut unus, & idem Locus, respectu diversarum rerum, duobus subjiciatur Episcopis, ut occurrendo objectionibus, quæ contra propriam sententiam in hac eadem controversia proponi poterant, firmat idem *Card. Sperellus in d. ejus Voto, num. 17.*

30 Nulliusque roboris est contrarius ille discursus, quòd nimirum Episcopo Praten. tribui possit Jurisdictio quoad Curam Animarum degentium extra mœnia Prati in Diœcesi Pistorien. sicuti tribuitur Episcopis Jurisdictio in Ecclesias, ac Personas Regularium exemptas, quoad Animarum Curam, & Sacramentorum administrationem, ut prosequitur præfatus *Card. Sperellus in dicto suo Voto numer. 16, & 17*; quippe Regulares exempti, eatenus quoad Curam Animarum subsunt Diœcesanis, quatenus ipsi ministrare debent Sacramenta Populis prædictorum Episcoporum Curæ, ac vigilantiæ commissis, in quos Superior Regularis nullam prorsus Episcopalem Jurisdictionem habet, ut præ cæteris observat *Cardin. De Luc. de Jurisdiction. disc. 4, numer. 11, vers. circa verò, Pignatell. consult. 58, num. 4, tom. 3; Rot. in rec. dec. 391, num. 4, par. 13.* Quapropter, cùm in casu nostro Populus degens extra mœnia Prati, cui Sacramenta a dictis Parochis ministrari debent, non solùm non sit subjectus Ecclesiæ Pratensi, sed imò plenè, ac perfectissimè Jurisdictioni Ecclesiæ Pistorien. subjiciatur, manifestam idcircò saperet repugnantiam, quòd Episcopus Pistorien. super Oves sibi concreditas quoad præcipuam sui muneris partem, quæ est Cu-

Cura Animarum, Jurisdictionem exercere non posset; vice autem versa eadem Jurisdictio tribuenda foret Episcopo Praten. cui Populus ille non subjicitur, quique, respectu ejusdem Populi, perinde habetur, ac si esset Persona privata, ut in nostris terminis ratiocinantur *Scarfanton. ad Ceccoper. d. dec. 60, num. 53, par. 2; Eminentissimus Petra ad Constit. Apostol. tom. 5, fol. 366, num. 82, § Sed, Rot. in d. Portuen. Jurisdictionis, 17 Aprilis 1712, § Hinc non relevabant, in fin. cor. cl. me. Card. Priolo.*

31 Frustraque pro eximendis præfatis Parochis a jurisdictione proprii Episcopi, quoad Curam Animarum in illius Diæcesi commorantium, exadverso dicebatur, quòd Ecclesiæ ipsæ Parochiales sitæ sunt in ipsa Prati Civitate, non verò in Diæcesi Pistorien. in hac quippe materia certum omninò est, quòd ab exemptione Ecclesiæ, & Personarum eidem inservientium argui nequit ad exemptionem ratione Curæ Animarum, ad *Text. in cap. Per exemptionem, de privileg. in 6; Fagnan. in cap. Cum Capella, num. 16, de privileg. Pignattell. consult. 8, numer. 7, tom. 7, Rota cor. Carrill. dec. 181, num. 11, in rec. 233, num. 30 par. 10, in Firmana Jurisdictionis, 10 Maji 1700, § Eoque magis cor. bo. me. Molines, & in Burgen. Jurisdictionis, 26 Junii 1709, § Nequicquam cor. bo. me. Lancetta.*

32 Nulli que pariter numero habendum est exemplum Ecclesiæ Parochialis Sanctæ Mariæ in Campo, quæ licèt sita in Civitate Florentina, subest tamen etiam, quoad Parochianos, Episcopo Fæsulano, cui dicta Ecclesia Parochialis una cum omnibus suis pertinentiis unita fuit a Gregorio IX, *juxta allegationem Lapi 139;* quo exemplo utitur d. cl. me. *Card. Sperellus in præfato suo Voto, sub numer. 21, & seqq.* in casu namque dictæ Ecclesiæ S. Mariæ in Campo ideo Episcopus Fæsulanus adeptus fuit Jurisdictionem etiam in universum Populum Parochiæ subjectum, quia eidem unita non fuerat sola Ecclesia, sed omnes etiam illius pertinentiæ, ut advertit idem *Lap. d. alleg. 139, n. 10;* quamobrem recensitum exemplum congruere minimè potest casui nostro, in quo Ecclesiæ Parochiales existentes in Civitate Prati non solùm addictæ non fuerunt novo Episcopatui cum omnibus suis pertinentiis, sed imò assignatæ potiùs fuerunt restrictivè ad ipsa Civitatis Mœnia, ut egregie monet ipsemet *cl. me. Card. Sperellus in suo Vot. num. 36,* ibi -- *Non obstant, quæ superiùs dicta sunt de Episcopo Fæsulano ex allegatione Lapi 139, quia in eo casu tradita erat Episcopo Fæsulano in Urbe Florentiæ Ecclesia S. Mariæ cum pertinentiis suis, hìc verò tradita est pro Diæcesi Urbs Prati, non verò omnes pertinentiæ Ecclesiarum Pratensium, nec ea, quæ extra Urbem sunt.*

Parvique refert, quòd a die erectionis Ecclesiæ Cathedralis Praten. non appareat, quemquam ex dictis tribus Parochis approbationem obtinuisse ab Episcopis Pistorien. ut innuit Reverendissimus Episcopus in fine secundi capitis præfati Laudi. Etenim si sermo sit de vacationibus dictarum Parochiarum sequutis, vivente Episcopo, utique, cum unus, & idem Episcopus utrique Diæcesi præficiatur, & utriusque Diæcesis Populus ejusdem curæ committatur, supervacaneum omninò fuisset, quòd Parochi ab eodemmet Episcopo, & pro eodemmet Populo sibi subjecto, duplicem obtinerent approbationem; si verò loquamur relativè ad Capitulum, quòd nonnisi Sede Vacante, per actus discontinuos dictam Jurisdictionem exercere potest, & tunc non solùm non defluxit tempus idoneum ad præscribendum, sed etiam exadverso non docetur, prout doceri debet, quòd tempore Sedis Vacantis & ipsæ Parochiæ vacaverint, aut Parochi in eorum munere excesserint quoad Populum extra Prati Mœnia inhabitantem, quòdque nostrum Capitulum in eosdem Parochos Jurisdictionem exercere neglexerit; alioquin enim, seclusa hac probatione, temporis lapsus non est aptus ad auferendum Reverendiss. Capitulo Principali jus ipsi perfectè quæsitum, ut perpetuò firmavit *Rot. cor. Cavaler. decis. 80, & cor. Coccin. decis. 544, utrobique num. 6, cor. Dunozett. jun. dec. 644, num. 16, in recent. decis. 21, num. 10, 13, & 14, part. 7 & ad ornat. Card. De Luc. de jurisd. decis. 29, num. 2, lib. 3.* 33

Cæterùm hac ex parte illud animadvertendum proponitur, quòd, cum noctu claudantur Portæ Civitatis Prati, adeòut per id tempus Parochi nequeant Populo extra Mœnia degenti Sacramenta ministrare, cùmque ob magnam locorum distantiam id ipsum etiam interdiù non modicum afferat incommodum iisdem Parochis, ac præsertim Parocho Cathedralis, cujus Parochia ultra Animas 1900, quas habet in Civitate, numerat etiam alias 1270, extra Mœnia, seque protendit ad tria circiter milliaria versus Aquilonem, & ad duo milliaria versus Meridiem, opportunum maximè videretur, ad consulendum non minùs assiduis harum conterminarum Diæcesum litigiis, quàm evidenti dictarum Animarum periculo, confugere ad Juris remedia statuta in *cap. Ad audientiam, de Eccles. ædificand. & in Sac. Concil. Trident. sess. 21, cap. 4, de reformat.* scilicet vel Populum extra Civitatem Prati degentem assignando Parochis Diæcesis Pisto- 34

rien-

storiensis, vel deputando Capellanos pro Cura Animarum in aliquo ex Oratoriis d. Diæcesis Pistoriensis, qui etiam quoad Animarum Curam subjecti essent ejusdem Diæcesis Episcopo, eique rationem sui gregis essent redditurì, prout in hac eadem causa ita sentiebat etiam *cl. mem. Card. Sperellus in d. suo Voto, numer. 30, ad fin.*

35 Progrediendo denique ad tertium, idemque postremum Laudi caput, in quo statuitur -- *Capitulum, & Episcopatum Pratensem, quoad Territorium situm ultra flumen Bisentii versus Diæcesim Florentinam, & Florentinæ Diæcesi finitimum, prout quoad Oratorium Sancti Rochi, & quoad collationem Beneficii fundati in Oratorio Sancti Hieronymi extra muros, &c. esse a petitis per Capitulum Pistorien. &c. absolvendum, eidemque Capitulo, & Episcopatui, quoad d. Territorium, & quoad Pratorium Sancti Rochi, ac plenam, omnimodam, & voluntariam Jurisdictionem sibi exercendam, prout quoad collationem Oratorii Sancti Hieronymi &c. mandatum de manutenendo, &c. concedendum, &c.* dicimus, constanterque sustinemus, quòd idem non solùm nulla justa Juris ratione nititur, verùm etiam directè pugnat cum primo capite, nam, si ex inibi luculenter constabilitis Jurisdictio Ecclesiæ Praten. intra sola Civitatis Mœnia fuit restricta, & coarctata, tam inspecta voluntate Pontificis concedentis, quæ fuit, ut novo Episcopatui -- *si assegnasse per Diocesi quanto conteneva il cerchio delle Mura solamente, e tutto il resto rimanesse a Pistoja*, quàm spectato tractatu super Erectione dictæ novæ Cathedralis, de quo deponens Serenissimus Ferdinandus II in sua Epistola R. P. D. Gerino conscripta, sic ait -- *Nel trattato di eriggersi la Prepositura di Prato in Cattedrale, fu con i Deputati Pratesi espressamente stabilito, che per Diocesi di quel Vescovado si gli assegnasse la Città di Prato, rimanendo il tutto di fuori nella Giurisdizione di Pistoja*. in his profectò circumstantiis manifestam involveret contrarietatem assumptum illud, quòd præfata Oratoria S. Rochi, & S. Hieronymi existentia extra Mœnia Prati, illaque pars Territorii trans Flumen Bisentii dicerentur, & essent in Diæcesi, & de Diæcesi Praten. quæ ultra Civitatis Mœnia non extenditur, quòd enim est extra terminum terminatum, includi intra ipsum nullo modo potest, ut inquit *Bald. in Leg. si fines, num. 1, C. de evict. & Rot. in Meliten. Jurisdictionis, prima Aprilis 1715, § Cum igitur, coram Eminentissimo Falconerio.*

36 Imò verò nimis id rectæ rationi adversaretur; firmata namque omnimoda, universalique Jurisdictione Episcopi Pistorien. usque ad ipsa Prati Mœnia, admissaque e converso prætensa Jurisdictione Episcopi Praten. quoad dd. Oratoria, & Loca extra Pratum posita, sequeretur absurdum illud absurdissimum, quòd in uno, eodemque Loco duo adessent capita, ac duo Prælati cum Jurisdictione in solidum, id, quod velut monstro simile improbatur *a Text. in cap. Quoniam, de Offic. Ordinar. Fagnan. in cap. Auditis numer. 9, & 10, de Præscript. & in cap. Nullus, num. 22, de Paroch. Rot. in Burgen. Jurisdictionis, 19 Februarii 1714, § In ancipiti, cor. Eminentissimo Falconerio, in Meliten. Jurisdictionis, prima Aprilis 1715, § Jura enim, & § Cum igitur, coram Eod. & in Burgen. Juris visitandi de Bribiesca, 4 Junii 1717, § Duo quippè coram R. P. D. de Gamuches*, & in terminis optimè perpendit *Scarfant. ad Ceccoper. d. dec. 60, num. 34, & seqq. par. 2.*

Nec respectu Oratorii Sancti Rochi ullo in numero habenda est ratio in contrarium elicita ex prætensa observantia, seu visitationibus per Episcopos, uti Ordinarios Pratenses, ibidem factis, quibus adhæsisse fatetur Reverendissimus Episcopus in suo Voto, satis quippè esset respondere, quòd istiusmodi actus visitationum nullatenus attenduntur contra claram, expressamque prædictæ Constitutionis Innocentianæ literam, & contra certam, indubitatamque scientiam mali Juris in Capitulo Adversario optimè probatam, tum prædictis Epistolis Serenissimi Ferdinandi, tum solemnibus renunciationibus dd. quinque Ecclesiarum Ruralium, tum denique aliis pluribus actibus Jurisdictionalibus, ac visitationibus superius latè recensitis, ut præcisè differit *Scarfanton. ad Ceccoper. d. dec. 60, num. 33, par. 2.* Verùm præterea dicimus, quod prætensa contraria observantia, per errorem fortassè introducta, adimere nullo pacto potuit effectum provenientem a causa universali, qualis est extensio Diæcesis Pistorien. usque ad ipsa mœnia Prati, quæ secum fert id omne, quod intra dictum Territorium reperitur. In actibus enim a causa universali dependentibus spectatur potius ipsa causa, quàm aliquorum actuum exercitium, *Rot. cor. Mantic. decis. 320, num. 6, & seqq. cor. Cels. dec. 7, num. 7; in rec. dec. 257, n. 5, par. 3; in Marsicen. seu nullius Jurisdictionis super bono Jure, 7 Junii 1700, § Fortiusque incalescit, in fin. cor. bo. me. Muto in Burgen. Decimarum de Bellorado, 28 Junii 1715, § Cæterùm, cor. clar. mem. Card. Scotto; & in Nullius, seu Provinciæ Tarraconen. Beneficii, 30 Junii 1724, § Ast quando, cor. R. P. D. Nunez.* 37

Minùs urget, quòd pars illa Territorii sita ultra Flumen Bisentium ante no- 38

væ Cathedralis erectionem non esset de Diœcesi Pistorien. sed subjiceretur Præposito Praten. qui Ecclesiam ibi existentem visitavit, aliosque Jurisdictionales actus ibidem explevit, quos recenset Reverendissimus Episcopus in suo Voto; etenim, tametsi Parti Adversæ morem gerendo concederemus, quòd prædicta pars Territorii plenè subjecta fuisset Præposito Praten. nihilominus, cùm ad præcidendas controversias, quæ inter dd. Ecclesias Pistorien. & Praten. in dies oriebantur, Summus Pontifex, prævio etiam ipsarum Partium tractatu, Oppidum Prati, quod prius erat in Diœcesi, ac de Diœcesi Pistorien. erexerit in Civitatem, & Cathedralem, illudque taxativè, ac restrictive pro Civitate, & Diœcesi assignaverit novo Episcopatui, profectò inficias ire nemo potest, quin controversum Territorium situm trans Amnem Bisentium fuerit vel per viam permutationis, ac spontaneæ cessionis, vel per viam correspectivæ recompensationis assignatum Diœcesi Pistorien. a qua contemporanee avulsum, dismembratumque fuerat præfatum Oppidum Prati, ne alioquin locus ille relictus fuisse dicatur sine Pastore, ut benè ad rem arguit *Rot. in d. Nullius, seu Fulden. Jurisdictionis super bono jure, 1 Junii 1708, § 12, cor. bon. mem. Ansaldo; & in puncto Scarfanton. d. decis. 60, numer. 47, par. 2.*

39 Additur his observantia subsequuta respectu dd. quinque Ecclesiarum suburbanarum, in quibus non minùs, quam in hac Territorii parte ultra Flumen Bisentii Præpositus Prati Jurisdictionem exercebat; & tamen cuicumque in ipsas Ecclesias Jurisdictioni Capitulares Pratenses post erectionem Episcopatus solemniter cesserunt. Quamobrem si vigore tractatus, in quo concordatum fuit, quòd solus ambitus Murorum Civitatis Prati constitueret ejus Diœcesim — *rimanendo tutto il di fuori nella giurisdizione di Pistoja*; eædem quinque Ecclesiæ addictæ, subjectæque fuerunt Jurisdictioni Ecclesiæ Pistorien. pari proindè ratione controversum Territorium eidem Ecclesiæ adjudicatum fuisse dicendum est, ut, prætermissis generalibus, in puncto considerat *Scarfanton. ad Ceccoper. dicta decis. 60, num. 47, tom. 2.*

40 Ergo ex hucusque firmatis, non aliter primis duobus præinsertis Dubiis responderi posse videtur, nisi pro recessu a decisis, quoad primum; quò verò ad secundum pro reformatione Laudi juxta modum hactenus enunciatum, ita: ut in posterum tum Oratoria S. Rochi, & S. Hieronymi, tum Territorium illud situm trans Amnem Bisentium, tum demum Populus dd. trium Parochiarum degens extra Mœnia Prati generaliter, & indistincte soli Episcopo Pistorien. ac, Sede Vacante, Capitulo, ac Vicario Capitulari Pistorien. omninò subjiciantur, ac respective etiam Parochi dd. trium Parochiarum, quoad d. Populum Diœcesis Pistorien. ab hujus Diœcesis Episcopo, eoque defuncto, a Vicario Capitulari approbari, atque in casu delicti puniri debeant.

Quibus ita constitutis, supervacaneum profectò foret de reliquis quinque subalternis Dubiis quidquam disserere, cùm ipsarum resolutio ita demum esset necessaria, si vel contra literam Bullæ Innocentianæ, contra receptissimam Doctorum, ac Tribunalium sententiam, & contra observantiam superius latè constabilitam, Parochi dd. trium Parochiarum subjici non deberent Jurisdictioni Episcopi Pistorien. quoad Curam Animarum extra Pratum commorantium, vel saltem consuli non posset perpetuæ quieti utriusque Ecclesiæ Pistorien. & Praten. & imminenti dictarum Animarum periculo ipsas assignando Parochis Diœcesis Pistorien. aut Vicariis, qui ejusdem Pistorien. Episcopi Jurisdictioni subjicerentur, juxta Votum d. clar. mem. Cardinalis Sperelli toties recensitum. 41

Verum enim verò, ne quid intactum in hac Causa relinquatur, tametsi procedere vellemus cum Voto dicti Eminentissimi Sperelli, & consentaneè ad Laudum Reverendissimi Episcopi eidem Voto prorsus conforme, profectò cùm idem Eminentissimus Doctor in suo Voto impress. apud *Scarfanton. ad Ceccoper. dicta decis. 60, num. 28, par. prima*, arbitretur, *quòd, exceptis iis, quæ pertinent ad Curam Animarum, Populus degens extra Mœnia tanquam de Pistorien. Diœcesi in delictis, & similibus, & in foro, atque actis judicialibus non erit exemptus a Jurisdictione sui Diœcesani* — Cumque id ipsum declaret etiam Reverendissimus Episcopus in suo Laudo, dum decernit, *in controversis Locis non licere Episcopo Praten. vel ejus Vicario, &, Sede Vacante, Vicario Capitulari ullos exercere actus neque publicæ, neque privatæ Jurisdictionis, neque voluntariæ, neque contentiosæ*, consequens est, ut, cùm actus in prædictis dubiis expressi non respiciant ipsam Animarum Curam, uti præcisè descendentem a ministerio Parochi, quæ solummodò consequutivè ad Parochos reservata fuit Episcopo Praten. in præfato Laudo; sed potiùs publicam, & contentiosam Jurisdictionem requirant, eorum proptereà exercitium concedendum omninò sit Episcopo Pistorien. juxta ea, quæ in casu longè difficillori tradit *Calderin. in suo consil. post dictam allegat. Lapi 139, n. 20, & 22,* ibi — *Exemptio a potestate Episco-* 42

jco-

ſcopi Florentini non eſt acceſſorium ad Eccleſiam, vel Curam Populi, vel ipſius Curæ dationem; hæc enim ſtant ſimul, quòd unus Epiſcopus extraneus prædicta faciat, & ille Populus remaneat ſub poteſtate, & jurisdictione ſui Epiſcopi in omnibus aliis, puta pro chriſmate, ſive confirmatione in fronte, pro jurisdictione Cauſarum ad forum Eccleſiaſticum pertinentium, & hujusmodi, &c.

43 Et ſanè, ſi res ſit de exequutione diſpenſationum matrimonialium, de examine Teſtium ſuper ſtatu libero, de diſpenſatione a denunciationibus, cæterisque ad cauſas matrimoniales pertinentibus, quæ in tertio dubio continentur, hi omnes actus meritò adjudicandi ſunt Epiſcopo Piſtorienſi, cùm iidem nonniſi cum aliqua judiciali forma expleantur, prout maximè contingit in exequutione diſpenſationum, & in examine Teſtium ſuper ſtatu libero, ſintque appendices Cauſarum Matrimonialium, quarum cognitio privativè ſpectat ad jurisdictionem illius Epiſcopi, cujus eſt Populus, ad *Text. in Cap. Accedentibus*, ibique *Fagnan. num. 2, de exceſſib. Prælat. Sac. Concil. Trident. ſeſſ. 24, cap. 20, § Ad hæc, de reformat. Lotter. de re Benefic. quæſt. 24, num. 194, lib. 1, Zerb. reſolut. Canonic. tit. 1, quæſt. 11; Rot. cor. Dunozet. Jun. dec. 457, n. 7, in Nullius, ſeu Fulden. Jurisdictionis ſuper præſcriptione, 15 Junii 1711, § 27, cor. bon. mem. Caffarello; & in Burgen. Jurisdictionis, ſuper commiſſione Curæ, 26 Junii 1715, § Quod & confirmatur, verſ. ac ſpecialiùs, cor. Reverendiſſimo Criſpo*, ac præcisè de exequutione diſpenſationum matrimonialium diſponit idem *Sac. Conc. Trident. ſeſſ. 22, de reformat. cap. 5*, ibi -- *Diſpenſationes quacumque auctoritate concedendæ, ſi extra Romanam Curiam committendæ erunt, committantur Ordinariis illorum, qui eas impetraverint* -- *Rot. coram Coccin. dec. 346, num. 5*; & de diſpenſatione a denunciationibus præſcribitur pariter *in dicto Sac. Concil. Trident. ſeſſ. 24, cap. 1, de reformat. Matrim. Ugolin. de Poteſt. Epiſc. cap. 6, a num. 3; Sanchez de Matrim. lib. 3, diſput. 7, num. 4, & ſeqq. Barboſ. de Jur. Eccleſ. lib. 1, cap. 11, § 6, num. 184.*

44 Quod attinet ad quartum Dubium, Cauſæ ſuper decimis, & quarta funerali, de quibus ibi ſermo eſt, nil certè commune habent cum adminiſtratione Sacramentorum, & Cura Animarum, ſed potiùs pertinent ad jurisdictionem forenſem expreſsè, & literaliter reſervatam favore Epiſcopi Piſtorienſis, de cujus ſanè foro cùm ſint illi, contra quos hujusmodi Cauſæ a Parochis inſtitui deberent, longè fortiori jure ipſarum cognitio ſpectare debet ad Curiam Epiſcopalem Piſtorienſem, ita præcipiente immoto illo Juris noſtri principio, quòd nempè Actor ſequi debeat forum Rei, ad *Text. in Leg. Juris ordinem, Cod. de Jurisdict. omn. Judic. Cap. ſi Clericus, de for. compet. Valenzuel. conſ. 138, num. 36, tom. 2, Theſaur. quæſt. forenſ. lib. 2, cap. 15, num. 6; cl. me. Card. De Luc. de Jurisdict. diſc. 75, num. 1; Campell. ad Conſtitut. Ducat. Urbin. decr. 109, num. 125.*

Quintum Dubium loquitur de actibus, qui fiunt in figura Judicii, quique reſpiciunt punitionem, excommunicationemque Concubinariorum, aliorumque Delinquentium in materia Fidei; atque hi, cùm tam in Voto Cardinalis Sperelli, quam in Laudo Reverendiſſimi Epiſcopi expreſsè reſervati legantur favore Ordinarii Piſtorienſis, certo certiùs eidem Epiſcopo concedendi ſunt; nullus namque Epiſcopus alterius ſubditum excommunicare poteſt, ſed facultas coercendi, & puniendi ſcelera, cùm præſupponat omnimodam perſonarum delinquentium ſubjectionem, privativè ſpectat ad Epiſcopum, in cujus Diæceſi illæ commorantur, ad *Text. in cap. 1, & cap. conquerente, de Offic. Jud. Ordinar. Sac. Conc. Trident. d. ſeſſ. 24, cap. 20, § Ad hæc, de Reformat. cl. me. Card. De Luca, de Jurisdict. diſc. 1, num. 8, & diſc. 2, num. 14; Rot. cor. Coccin. dec. 471, num. 1, in Giennen. Adjunctorum, 13 Februarii 1702, § Pro eum, cor. bon. mem. Molines, & in Burgen. Jurisdictionis S. Joannis ſuper Territorio ſeparato, 10 Decembris 1725 § In Statutis, coram bo. mem. Cerro.* 45

Eodemque prorſus jure cenſenda eſt approbatio Confeſſariorum pro audiendis in Locis controverſis confeſſionibus, de qua loquitur ſextum Dubium; eadem enim approbatio nil commune habet cum Curæ materialis exercitio, & cùm communicet Confeſſariis facultatem abſolvendi ſubditos Epiſcopi concedentis, idcircò reſervata jure optimo fuit Epiſcopis habentibus nativam, ordinariamque Jurisdictionem in Populum ſibi ſubjectum, juxta *Text. in cap. inter cætera, § Unde præcipimus, de offic. Jud. Ordin. Sac. Conc. Trident. ſeſſ. 23, cap. 15, de reform. Rot. poſt Poſth. de manuten. dec. 310, num. 3, cor. Dunozet. Jun. dec. 457, num. 8, cor. Zarat. dec. 10, num. 19, in rec. dec. 22, num. 2, & 3, par. 7; & in Vratislavien. Juris approbandi Confeſſarios, 3 Februarii 1719, in princip. coram bon. mem. Anſaldo, 17 Junii 1720, § Ordinarius, cor. bon. memo. Lancetta, 11 Maji 1722, § Siquidem, cor. Eodem.* 46

Denique ſeptimum, idemque poſtremum Dubium agit de collatione Ordinum, & conſequutivè de facultate concedendi Literas dimiſſoriales pro recipiendis Ordinibus, ſed talis collatio, & talis facultas reſervata pariter dicenda eſt favore 47

Episcopi Pistoriensis; ea quippè nullam omnino connexionem habet cum exercitio Curæ, nullamque penitus habet dependentiam a Parochis, sed unicè spectat ad voluntariam Jurisdictionem Episcopi Diœcesani, cujus judicio commissum est eos tantùm ordinare, qui sint utiles, & necessarii suis Ecclesiis, ut ait *Sac. Conc. Trident. session. 23, capit. 16, de reform.* Quamobrem ritè, rectèque eadem facultas conferendi ordines, & respectivè concedendi Literas Dimissoriales soli Episcopo, cui ratione Diœcesis subjiciuntur Ordinandi, fuit reservata, ut docet *Text. in Can. Nullum Episcoporum 9, quæst. 2, in cap. Nullus; ibique Fagnan. a num. 9, de Parochis; Sac. Conc. Trident. sess. 23, cap. 8, de Reform. Rot. coram Seraphin. dec. 467, num. 9, coram Zarat. dec. 10, num. 20, in Rec. dec. 47, num. 4, par. 5; & in Senogallien. Canonicatus, 29 Junii 1706, § Sextus subindè, cujus coram bon. mem. Ansaldo;* & de concessione Literarum Dimissorialium loquitur *Sac. Conc. Trident. dicta sess. 23, cap. 10, de Reform.* ibi -- *Ad Episcopos, intra quorum Diœcesis fines existant, pertineat* -- *Campanil. divers. Jur. Canon. Rubr. 6, cap. 3, num 13, ad fin. Barbos. de off. & potest. Episc. par. 2, alleg. 7, num. 4, & de Jur. Eccles. lib. 1, cap. 11, § 3, numer. 111, & seq. Rot. coram Seraph. dec. 983, num. 3, & in Rec. divers. 70, numer. 30, par. 13.*

Quare &c.

Victorius de Martinis Advoc.

Pistorien. & Praten. Jurisdictionis.

Eminentissime, & Reverendissime Domine.

48 MEminimus, quòd Sacra isthæc Congregatio, postquam anno 1721, rescripsit -- *Laudum esse approbandum* -- agnoscens subinde prædictam simplicem, & absolutam Laudi approbationem sustineri nequaquam posse, mandavit anno 1725, sub die 9 mensis Junii, ut Causa reproponeretur super approbatione Laudi. Quamobrem, ut placuit Eminentissimi PP. quorum plures adhuc, bono Causæ nostræ fato, sunt in hac Sac. Congregatione, jusserunt Nos aggredi debere formale examen super Laudi approbatione, vel reformatione, nemo non videt, quod nulla nobis opus est absolutione a juramento.

49 Obsequentes igitur mandatis hujus Sac. Congregationis dicimus, a vero prorsus aberrasse contrarios discursus, & primò quidem falsissimum est, quod Oppidum Prati fuerit umquam in statu *Nullius cum Territorio separato*, cum imò certissimum in facto sit, quòd præfatum Oppidum fuit jam inde a sui fundatione de Diœcesi, & in Diœcesi Pistoriensi, nec umquam avulsum ab Ordinaria Jurisdictione Pistoriensis Episcopi, cujus quidem irrefragabilis veritatis luculentissimum Testimonium perhibet doctissimus *Fagnanus, in cap. cum ab Ecclesiarum, de Offic. Ordin. ex num. 13, usque in fin.* ubi solidissime probat, quòd Oppidum Prati nec origine, nec privilegio, nec præscriptione fuit unquam in statu nullius Diœcesis, nec unquam Territorium habuit separatum, atque id ipsum firmat *Gratian. discept. 918, ex nu. 1, usque ad 56.*

50 Illud igitur maneat in Causa, quod in casu nostro res est de odiosissima dismembrationis materia; nam hoc ipso, quòd Oppidum Prati, non obstante quocunque Indulto, erat in Diœcesi, & de Diœcesi Pistoriensi, dicendum est dismembratum ab eadem Diœcesi per constitutionem, & erectionem alterius novæ, qualis est illa Pratensis, ideoque firmissimum remanet, quòd, spectata subjecta materia, nomen Oppidi, sive Urbis, sive Civitatis nihil aliud comprehendit, nisi quod sola murorum ambitu continetur, ut optime probant Jura, & auctoritates relatæ in *nostro Restrictu sub* § 14, contrariis procedentibus in casu, quo agatur de materia favorabili, ideòque latam, atque benignam recipiente interpretationem, prout recognosci supplicamus.

51 Nec obstat enunciativa emissa in *Literis* gloriosæ memoriæ Ferdinandi II; quia Præpositi Pratenses vigore quorundam Indultorum, quorum meminit laudatus *Fagnanus, loc. supra cit.* arrogare sibi volebant aliquam jurisdictionem super quinque Parochialibus; quam tamen Episcopi Pistorienses, uti soli, & veri Ordinarij, acerrime semper impugnant.

52 Quòd autem Capitulum Pratense Adversarium renunciaverit cuicunque Juri super jurisdictione dd. quinque Ecclesiarum, haudquaquam probat, ipsi revera priùs competiisse prædictam jurisdictionem; sed actus ille referendus est ad prætensionem, quam jactitabat, ibi -- *renunciaverunt, & cesserunt, &c. omnibus, & singulis actionibus, prætensionibus, & juribus cogitatis, vel incogitatis, quæ prædictum Capitulum habet, vel habere posset, &c.*

53 Et profectò nostrum Capitulum Pistoriense nullam ob id agnoscere voluit Capituli Adversarii jurisdictionem, sed renunciationem illam acceptavit cum expressa suorum jurium præservatione, ac sine suæ nativæ jurisdictionis præjudicio.

54 Atque hinc insubsistens detegitur animadversio illa, quòd nempe in Epistola Jo. Baptistæ Mancini non legatur exclu-

sio

sio Suburbiorum, quòdque eadem Suburbia tempore Erectionis novi Episcopatus extitisse non doceantur de pertinentiis Episcopi Pistoriensis; etenim, dum præfatus Mancini ex ore R.P.D. Fagnani, qui rem hanc cum Summo Pontifice agebat, inquit, quòd novo Episcopatui volebant dare pro Diœcesi SOLAMENTE LA TERRA DI PRATO, apertissimè excludit Suburbia, attenta natura dictionis illius taxativæ SOLAMENTE, ut sensui patet.

55 Augeturque vis, & efficacia discursus ex illis aliis immediatè sequentibus verbis, *Per non pregiudicare alli Vescovi interessati in detto Territorio*. Cum enim Flumen Bisentii, quod alluit Mœnia Prati, dividat Diœcesim Pistoriensem a Florentina, teste *Fagnano, in dicto cap. cum ab Ecclesiarum, num. 17, de Offic. Ordin. & Grattan. dicta disceptat. 918, num. 17, & 18*, cumque proinde suburbia Prati certò certius spectarent ad Diœcesim Pistoriensem, ac Florentinam, utique, si eadem ultra Terram Prati assignata fuissent novo Episcopatui Pratensi, præjudicatum fuisset — *Alli Vescovi interessati in detto Territorio* — hoc est Archiepiscopo Florentino, ac Episcopo Pistoriensi, ut patet consideranti.

56 Cùm itaque probatum clarissimè fuerit, quòd non solùm Suburbia Oppidi Pratensis, excepta exigua illa parte ad Diœcesim Florentinam spectante, verùm etiam ipsummet Oppidum Prati erat in Diœcesi, ac de Diœcesi Pistoriensi ante erectionem novi Episcopatus; cumque Pars Adversa libenter admittat, Summum Pontificem eo animo fuisse, ut præjudicare nollet *alli Vescovi interessati in detto Territorio*, consequens est, ut libenti pariter animo fateri, atque admittere jam debeat pertinentiam dd. Suburbiorum ad nostram Diœcesim Pistoriensem, prout ad hanc faciendam restitutionem paratissimo se esse animo profitetur in sua Responsione, § *Altera assertio est*.

57 Confirmantur magis, magisque hucusque deducta ex Epistola Marchionis Riccardi per id tempus Oratoris Serenissimi Magni Ducis apud Sanctam Sedem, quæ adeo clarè, atque perspicuè testatur de Summi Pontificis mente, quò ad restrictionem, limitationemque novæ Diœcesis intra solum ambitum Murorum ipsius Prati, ut nullum hac in re dubitationi locum relinquat.

58 Non officit exemplum a Card. Sperello adductum arboris extenuentis palmites suos extra muros Prædii, in quo nata est. Etenim Dominus Prædii politi extra illos muros nullum Jus, nullumque dominium asserere ibi valet illorum palmitum super suo Prædio propendentium; vice autem versa Episcopus Pistoriensis, quamvis ob novam Cathedralis erectionem nullum amplius Jus habeat super Ecclesiis Parochialibus, & parte dd. Parochiarum existente intra Civitatem Prati, attamen jus omne, nativamque suam ordinariam Jurisdictionem habet super animabus earundem Parochiarum existentibus extra ambitum murorum, ac super illius Territorii parte, quam a sua Diœcesi avulsam non fuisse hactenus fuit demonstratum.

59 Minùs verò applicatur *Text. in cap. Si Civitas 17, de senten. Excommun. in 6*; ibi enim nomine Civitatis, Castri, vel Villæ idcircò veniunt Suburbia, quæ alioqui non venirent, ne vilipendatur, ac contemptibilis fiat pœna Interdicti Ecclesiastici, cui Civitas, Castrum, vel Villa supponatur, sicque ne reddatur elusoria Mens Superioris Ecclesiastici prædictam pœnam justissimis de causis infligentis. Contra verò, si nomine Oppidi venirent in casu nostro Suburbia, auferretur Episcopo Pistoriensi pars Territorii, quam Summus Pontifex auferre nequaquam voluit, cùm novam Diœcesim Pratensem restrinxerit intra solum ambitum Murorum Prati — *Per non pregiudicare alli Vescovi interessati in d. Territorio*.

Mirantur autem, quod exadverso impugnetur exercitium plurium actuum jurisdictionalium in parte controversarum Parochiarum sita extra Mœnia, quando de hac veritate testantur tum modernus Reverendissimus Episcopus in suo Voto ad hanc Sac. Congregationem transmisso, tum etiam alii plures antecessores Episcopi in suis Relationibus ad hanc eandem Congregationem conscriptis, prout jam advertimus *in nostro Restrictu*, § 20.

Ad rem autem non pertinet, utrum Votum Card. Sperelli fuerit exquisitum a Capitulo Pratensi, an potiùs a nostro Pistoriensi, vel demum ab Episcopo de consensu utriusque Capituli; sed unicè inspiciendum est, ex qua parte Auctor ille rectè senserit, ex qua non.

Doctissimus Scarfantonius, prout indubiam faciunt fidem ejus Opera, ac præsertim disertissimæ Elucubrationes ad Ceccoperium, omnem omninò meretur fidem, quia qualitas Canonici Pistoriensis ejus auctoritati nil detrahit, cùm in scribendo non fuerit persequutus fundamenta levia, infirma, ac parùm solida, sed attulerit argumenta, & numero plurima, & pondere gravissima, quibus bonum Jus Reverendissimi Capituli Pistoriensis ipsâ rei evidentiâ demonstratur.

Quare &c.

Victorius de Martinis Advoc.

Pi-

Pistorien. & Praten. Jurisdictionis.

Eminentissime, & Reverendissime Domine.

60 IN hac Causa fuit petita dilatio, ut transmitti posset contrarius voluminosus Restrictus ad Reverendissimum Capitulum Pistoriense Principale, indeque venirer aliqua responsio ad æquivoca, quæ Pars Adversa ibidem obtrudere conatur; sed iniquitate temporum factum est, ut vix eò literas nostras pervenisse resciverimus. Nihilominus, cùm eadem Causa descripta legatur in Folio imminentis Congregationis, non dubitamus in arenam descendere, quando etiam sine novis documentis demonstrari facillimè potest contrariorum fundamentorum insubsistentia, ita quidem, ut sperari tutò possit persistentia in ultimo loco decisis, prout etiam Eminentissimis PP. obsequentissime supplicamus.

61 Illud autem in primis est animadvertendum, perperam nobis exadverso improperari, quòd recedere velimus a Laudo fundato in Voto cl. mem. Card. Sperelli, solemniter a Partibus acceptato, & ab Episcopo in Synodo Diœcesana promulgato; etenim, cùm anno 1725. repropositâ Causa super nonnullis particularibus casibus, in acerrimo Partium contradictorio ipsamet Sacra Congregatio, quamvis vidisset prædictum Votum Cardinalis Sperelli, certòque sciret solemnem acceptationem a Reverendissimo nostro Capitulo factam, *ut ex contrario Summario tunc distributo, & in præsenti contrario Restrictu nunc pluries iudicato, sub num. 1, lit. B, & num 3, in princ. & n. 5;* attamen jam tum prævidens subsistere non posse secundum Laudi caput, præter nostram expectationem mandaverit Causam reponi super approbatione Laudi, nemo non videt, quòd imputari nobis nequeat recessus a Concordia, sed ipsamet Sac. Congregatio, re meliùs, accuratiùsque perpensa, eamdem Concordiam emendare voluerit in ea parte, quæ reformatione indigere videbatur.

62 Jam verò, quod attinet ad merita causæ, contendit Pars Adversa Populum degentem extra Muros Civitatis Prati, & subjectum Parochis Ecclesiarum Parochialium existentium intra muros ejusdem Civitatis subditum esse Episcopo Pratensi quoad Curam Animarum, & administrationem Sacramentorum; tum quia hoc ipso, quòd S. M. Innocentius X. in nova Episcopatus Pratensis erectione assignavit pro Civitate, & Diœcesi ipsum Oppidum Prati, comprehendisse dicendus sit etiam Suburbia, quæ, si Oppidi nomine venire possunt, etiamsi res esset de materia odiosa, multò magis contineri debere dicuntur in casu nostro, in quo non agi de odiosa dismembrationis materia dictitat Pars Adversa; tum etiam, quia, licet Diœcesis Pratensis restringeretur ad ipsos Muros Civitatis, attamen actus, de quibus agitur, pertinere debeant ad Episcopum Pratensem, qui ex Pontificiis Constitutionibus, ex Resolutionibus Sacrarum Congregationum, ac denique ex inconcussa observantia illos acquisivisse contenditur.

Sed frustrà Partis Adversæ conatus impensos credimus. Rem namque ordiendo a prima contrarii discursus parte, satis esset respondere, quòd ipsummet Reverendissimum Capitulum Adversarium mordicus innitit super simplici, & absoluta Laudi approbatione, ut videre est in contrario Restrictu, sub § *Ad cujus rescripti;* atqui in primo d. Laudi capite expressis, disertisque verbis definitur — *Omne Territorium, seu Loca, etiam Suburbia nuncupata, sita extra Civitatem Prati, etiam circa Murorum ambitum, & Muris ipsis cohærentia usque ad Flumen Bisentii, etiam existentia intra fines Parochiarum Cathedralis Prati, necnon Sanctissimæ Trinitatis, & S. Marci, esse in DIÆCESI, ET DE DIÆCESI PISTORIENSI, &c. populumque ibi degentem subditum esse Episcopo Pistoriensi; Murosque Civitatis Prati quoad Loca, & Territorium prædictum usque ad Flumen Bisentii iusse, & esse terminos, seu fines separantes Diœcesim, & Episcopatum Pistorien. &c.* — sunt verba ipsius Laudi ergo contendi nunc exadverso nunquam potest, quòd Suburbia Civitatis Prati sint in Diœcesi, & de Diœcesi Praten. Id enim esset venire contra propriam, apertamque confessionem, quod nemini permissum esse firmat ad rem nostram *Reverendissimus Piton. discept. Eccles. 59. numer. 13. tom. 3; & Rota in rec. dec. 70. num. 9. & seq. part. 13.*

64 Verùm præterea dicimus, quòd, cùm tempore factæ erectionis non adessent Suburbia, utpotè pluribus ante sæculis diruta, istiusmodi quæstio, utrùm nempè Oppidi, ac Civitatis nomine venirent Suburbia, remanebat de subjecto, ut ajunt, non supponente, ut optimè differit Reverendissimus Episcopus in suo Voto ad hanc Sacram Congregationem transmisso.

65 Et licèt remanserit denominatio quædam Suburbiorum, hæc tamen solummodò retinetur ad effectus civiles pro exigendis contributionibus; cùm Suburbia, juxta Juris intellectum, nil aliud propriè sint, quàm ædificia continentia, seu cohærentia Oppido, aut Civitati; non verò ea, quæ, prout in casu nostro, sparsim existunt in agris pro commodo Colo-

no-

norum, ut egregiè declarat *Bald. in cap. Rodulphus, num. 17, de rescript.* ibi -- *Sic-uti sunt Suburbia conjuncta Civitati, nullo extraneo loco mediante*, -- & præcisè advertit *D. meus Scarfanton. post Ceccoper. part. 2, decis. 60, sub numer. 15*, & prosequitur Reverendissimus Episcopus in præfato suo Voto.

66 Rursus, si San. Mem. Innocentius X in sua Erectionis Bulla quodammodò geometricè descripsit Oppidum Prati, prout erat Mœnibus cinctum, ibi -- *Oppidum Prati hujusmodi, Mœnibus cinctum &c.* -- & subinde -- *Ipsum Oppidum pro Civitate, & Diæcesi* -- assignavit novo Episcopo Praten. consequens est, ut Jurisdictio novi Episcopi restricta, & coarctata fuerit intra ipsum Oppidum, utque unum & idem Oppidum constituerit Civitatem, & Diæcesim, licèt, inspecta Juris censura, aliud sit Civitas, & aliud Diæcesis, ut egregiè argumentatur idem *D. Scarfanton. dicta decis. 60, num. 4, post Ceccoper. tom. 2*, & prius *clar. mem. Card. Sperellius in dicto suo Voto impressi. per D. Scarfanton. ad Ceccoper. tom. 1, dec. 60, num. 1.*

67 Accedit his tractatus, qui novi Episcopatus erectionem præcessit, prout luculentissimum perhibet testimonium gloriosæ mem. Ferdinandus II in sua Epistola, quam scripsit ad R. P. D. Gerinum utriusque Ecclesiæ Pistorien., ac Praten. Antistitem, ibi -- *Nel trattato di erigersi la Prepositura di Prato in Cattedrale fù con i Deputati de' Pratesi espressamente stabilito, se gli assegnasse la Città di Prato, rimanendo tutto il di fuori nella giurisdizione di Pistoja.*

68 Atque his consonat mens Summi Pontificis gratiam concedentis, quemadmodum testatur in quadam sua Epistola bo. mem. Marchio Gabriel Riccardi, tunc Serenissimi Magni Ducis apud Sanctam Sedem Orator, cujus diligentiæ, & curæ gratia isthæc commissa fuerat expedienda, quique de mente Summi Pontificis sibi pandita ab R. P. D. Fagnano, certiorem fecit præfatum Serenissimum Ferdinandum II verbis illis -- *Che la mente dell'istesso Papa fu, che a Prato s' assegnasse per Diocesi quanto conteneva il cerchio delle Mura solamente, e tutto il resto rimanesse a Pistoja*; audiditque, sese idipsum ex proprio Pontificis ore audivisse -- *Ed io pure mi ricordo, che il Papa disse, che voleva levare tutte le liti, che potessero nascere trà queste due Diocesi, col mettervi termini tanto reali, quant' erano le Mura. In somma sempre si è camminato con questo supposto, che CON LE MURA DI PRATO SI TERMINASSE LA DIOCESI.*

69 Nec silentio prætereundum est testimonium Joannis Baptistæ Mancini, qui & ipse, uti subalternus Minister Serenissimi Magni Ducis, hac de re egerat cum R. P. D. Fagnano, ab eodemque audiverat, quòd respectu Diæcesis novo Episcopatui assignandæ constituendum ipsi erat solum Oppidum Prati, ibi- *circa al secondo, dicono volerli dare per Diocesi SOLAMENTE la TERRA DI PRATO.*

Quid plura? Ipsummet Reverendissimum Capitulum Adversarium hanc veritatem agnoscens, jam inde ab anno 1656, sicque tempore erectioni proximo solemniter cessit, ac renunciavit cuicumque prætenso Juri super quinque ruralibus Ecclesiis extra Mœnia Civitatis Prati existentibus, quamquam nostrum Capitulum Pistoriense renunciationem illam acceptavit cum expressa suorum Jurium prælervatione, ac sine suæ nativæ Jurisdictionis præjudicio. 70

Eat nunc Pars Adversa, subtilesque, & academicos texens discursus, contendat, Oppidi, seu Civitatis nomine venire suburbia, quandò contra eam stant ipsa rei natura, voluntas Principis, & Partium gratiam exposcentium, mens Pontificis illam concedentis, nec non antiqua, & moderna judicialis confessio ipsiusmet Capituli adversarii, prout hucusque luculentissime demonstravimus. 71

Assumptique nostri veritas magis, magisque confirmatur animadvertendo, quod in casu nostro agitur de odiosissima dismembrationis materia; nam, quidquid obloqui, ac disputare conetur contrarius Restrictus, veritas ineluctabilis est, & irrefragabilis, quòd Oppidum Prati jam inde ab ipsa sui fundatione fuit semper de Diæcesi, & in Diæcesi Pistoriensi, nec unquam avvulsum remansit ab ordinaria jurisdictione Pistoriensis Episcopi, cujus quidem certissimæ veritatis indubiam fidem facit doctissimus *Fagnanus in cap. cum ab Ecclesiarum, de Offic. Ordin. ex num 13 usque in fin.*, ubi ipsa rei evidentia ostendit, quòd Oppidum Prati nec origine, nec privilegio, nec præscriptione fuit unquam in statu Nullius Diæcesis, nec unquam Territorium habuit separatum, atque id ipsum solidissimè firmat *Gratian. discept. 918, ex num. primo usque ad 56*; quos hac ex parte legisse sufficit, & quorum insuperabilem auctoritatem dissimulant Domini Contrarij Defensores. 72

Ergò, si Oppidum Prati erat in Diæcesi, & de Diæcesi Pistorien., dicendum procul dubio est, ipsum dismembratum fuisse ab eadem Diæcesi per constitutionem, & erectionem novi Episcopatus Pratensis; ideòque ratione subiectæ odiosissimæ materiæ, qualis dicitur, & est dismembratio, ut tradunt relati per D. 73

D. Advoc. Ursaya, discept. Eccles. tom. 6, par. 2, discept. 25, num. 43, Rot. in rec. dec. 576, num. 6. par. 19, tom. 2; & coram Eminentissimo Falconer. tom. 4, tit. final. decis. 34, num. 12, nomen Oppidi, seu Civitatis non extenditur ad suburbia, sed solo Murorum ambitu continetur, ac circumscribitur, ut optimè probant Jura, & Auctoritates adductæ in nostro præterito Restrictu, § 15, *quibus addo Oldrad. consil. 121, num. 7; Menoch. cons. 498, num. 34; & de Arbitr. Judic. car. 155, num. 10.*

74 Hinc vero non applicatur *Text. exadverso allegatus in cap. si civitas 17, de Sentent. excomm. in 6*; ibi enim appellatione Castri, Villæ, vel Civitatis idcircò veniunt Suburbia, quæ alioqui non venirent, ne vilipendatur, & contemptibilis fiat pœna Interdicti Ecclesiastici, cui Civitas, Castrum, vel Villa supponatur, prout contingeret, si Cives exeundo e Civitate morarentur in Suburbiis, sicque ne reddatur elusoria mens Superioris Ecclesiastici prædictam pœnam justissimis de causis infligentis, atque ideò odiositas materiæ vincitur, ac superatur a ratione publici boni ex pœna Ecclesiastica promanantis. Contra verò, si Oppidi nomine continerentur in casu nostro Suburbia, auferretur Episcopo Pistorien. pars sui Territorii, quam Summus Pontifex ei abstulisse censendus non est, cum id expressè non dixerit, sed imò novam Diæcesim Pratensem restrinxerit intra solum ambitum Murorum Prati, quemadmodum Superioribus locis clarissimè probavimus.

75 Progrediendo autem ad alteram contrarii discursus partem, quòd nempè, admissa etiam, ut par est, restrictione Diæcesis Pratensis intra ejusdem Civitatis Muros, attamen Ecclesia Praten. jurisdictionem quasi Episcopalem acquisierit in Populum degentem extra Mœnia ex Apostolicis Constitutionibus, ex Sacrarum Congregationum Resolutionibus, & ex inconcussa observantia; profectò, quod attinet ad Constitutiones Apostolicas, frustra Pars Adversa contendit, ex iis Jurisdictionem aliquam quasi Episcopalem sibi fuisse concessam, Literæ enim Apostolicæ, præsertim Innocentii IV, & Pii II, secum ferunt tantummodò exemptionem quamdam passivam Ecclesiæ Præpositurális, Præpositi, Canonicorum, ac Beneficiatorum, eorumque receptionem sub immediata protectione S. Petri; non verò important concessionem similis exemptionis quoad Loca, & Populum, de quibus est quæstio, eoque minùs translationem Jurisdictionis in eosdem Exemptos, ut in puncto advertunt *Fagnan. in dicto cap. cùm ab Ecclesiarum, de Offic. Ordin. num. 24*, ibi — *Tum quia tribuitur eidem Ecclesia Indultum simplicis exemptionis, quæ quidem exemptio necessariò supponit existentiam in Diæcesi, &c. tum denique quia exemptio non est universalis totius Cleri, & Populi, sed restricta ad Ecclesiam, illius Beneficia, & Personas* — *Grattian. dicta discept. 918, num. 32*, ibi — *Cùm etiam eadem exemptio sit restricta solùm ad Ecclesiam S. Stephani, & Præpositum, ac Canonicos, & Beneficiatos, non autem concessa quoad Locum, & Populum, prout neque Jurisdictio, quæ respectu exemptorum abdicatur ab Episcopo, fuit translata in eosdem exemptos*. Quocirca Jurisdictio Episcopalis Curiæ Pistoriensis semper remansisse in suo primævo statu dicenda est quoad Populum, & Loca, quæ comprehensa non fuerunt in exemptionis Privilegio, ut in puncto prosequitur *Grattian. d. discept. 918, n. 33*.

Fortiùs verò quia in præfato Indulto exemptionis san. mem. Pii II, Oppidum Prati enunciatur *Pistorien. Diæcesis*, ut advertunt *Fagnan. in dicto cap. cùm ab Ecclesiarum, num. 24, & Grattian. dicta discept. 918, num. 9*, id quòd ex industria omissum fuit, & rursùs ex iisdem Literis Pii II, Præpositus Prati obligabatur ad præstandum Juramentum sub hujusmodi forma, videlicet, *Ego Carolus de Medicis Præpositus Ecclesiæ, seu Plebis S. Stephani Praten. Pistorien. Diæcesis*, prout ex Registro Bullarum Cameræ Apostolicæ apparere testatur *Fagn. ind. c. cum ab Ecclesiarum, num. 24. § Nec est omittendum*. 76

Nec contrarium suadet Bulla Alexandri III, ibi enim Summus ille Pontifex facultatem concessit Præposito, & Capitulo Praten. instituendi Beneficiatum ad Capellam S. Jacobi in eorum Fundo ædificatam, & Ecclesiæ Præpositurális filialem; quòd sane privilegium prætensam jurisdictionem quasi Episcopalem non importat, tum quia jus instituendi ad Parochiales præsertim ante Sac. Concil. Tridentinum competere poterat etiam Prælatis inferioribus, qui jurisdictionem quasi Episcopalem non habebant, ex traditis per *Barbos. de Offic. & potest. Episc. par. 3, alleg. 72, num. 184; Vivian. de jurepatr. par. 2, lib. 12, cap. 3, num. 1; cl. mem. Card. De Luc. eodem titul. disc. 64, num. 32; Rota in Burgen. Jurisdictione S. Joannis super commiss. Curæ, 23 Februarii 1714, § Scitis, coram Eminentiss. Falcon. & 2 Decembris 1722, § Validius, coram R. P. D. Gamaches*. 77

Tum quia obedientia, & reverentia in spiritualibus, de quibus est mentio in dicta Bulla, respicit tantummodo jus Parochiale, & Matricitatis, cujus vigore dicta Capella S. Jacobi filialis Ecclesiæ Præpositurális Praten. & in ejus fundo ædificata, ipsam uti superiorem, & Matricem recognoscere tenebatur, ut in eadem 78

dem Bulla explicatur, ibi -- *Et eadem Capella, quemadmodum statutum est, Plebi vestræ tamquam Matrici Ecclesiæ IN OMNI JURE PAROCHIALI, sicut reliquæ Capellæ vestræ, subjecta permaneat* -- & advertit *Grattan. dicta discep.* 918, *num.* 27, ibi -- *Quia omnia ista Privilegia sunt restricta ad jus Parochiale, neque ullam jurisdictionem Episcopalem concedunt Præposito.*

79 Tum demum, quia omnia ista præcedentia Privilegia Ecclesiæ Pratensi concessa, fuerunt postmodum a Summis Pontificibus redacta ad viam juris, & præsertim a san. mem. Urbano III, Innocentio III, & Honorio III, qui in eorum Bullis expressè decreverunt, ut occasione Privilegiorum Pratensibus concessorum nulla inferri posset diminutio potestatis, aut dignitatis Pistoriensis Ecclesiæ illarum Matris, prout recensent *Fagnan. in cap. cum ab Ecclesiarum, num.* 15, *& Grattan. d. disc.* 918, *num.* 28.

80 Si verò res sit de Sacrarum Congregationum Resolutionibus, mirum non est, quòd Sacra isthæc Congregatio, quamvis approbaverit primum caput Laudi, in quo declarabatur, Diæcesim Pratensem restrictam esse intra Muros Civitatis, crediderit tamen, prout in tertio ejusdem Laudi capite continebatur, aliquam competere posse jurisdictionem Ecclesiæ Pratensi super Oratorio Sancti Rochi, & quoad collationem Beneficii fundari in Oratorio Sancti Hieronymi existen. extra Civitatis Muros. Hujusmodi enim actus Jurisdictionales super præfatis Oratoriis, tametsi a Nobis fuerint impugnati, ideò tamen Pratensibus fuerunt pro bono pacis præservati, quia ejus naturæ non erant, ut pertinerent ad Curam Animarum, & Administrationem Sacramentorum, quales profectò erant alii actus, qui in secundo Laudi capite continebantur, quique, cum respicerent præcipuum Pastoralis Officii munus, quod est Cura Animarum, & Sacramentorum Administratio, jure proindè, meritòque fuerunt a Sac. Congregatione adjudicati Episcopo Pistoriensi, qui est verus, & proprius Pastor Populi extrà Muros *Prati* commorantis, quiquè properea omnimodam exercere debet Jurisdictionem tam super eodem Populo, quàm etiam super Parochis relativè ad eundem Populum, tametsi præfati Parochi quoad Parochiales Ecclesias, & quoad alteram Populi partem alteri Episcopo subiiciantur, prout latè probavimus in præterito Restrictu, § 26, & 27, ubi præter ea, quæ individualiter advertit *D. Scarfanton. ad Ceccoper. in annotat. ad Vot. Card. Sperell. decis.* 60, *num.* 2, & 3, *par.* 1, *& decis. pariter* 60, *num.* 52, *par.* 2; punctualissimas attulimus auctoritates *Eminentissimi D. Card. Petr. ad Constitut. Apostol. tom.* 5, *fol.* 366, *num.* 82; *Rot. in Portuen. Jurisdictionis*, 15 *Aprilis* 1712, § *Hinc non relevabant coram clar. memor. Card. Priolo, & in contemporanea decis. super censuris, & attentatis*, § *de attentatis, coram eodem, & Sac. Congregationis Episcoporum, & Regularium in una Perusina*, 22 *Junii* 1708; quibus quidem individualissimis auctoritatibus ne verbum quidem Pars Adversa respondet.

81 Eademque responsione submovetur altera illa objectio desumpta ex Resolutione Sac. Congregationis Rituum, in qua non jam agebatur de exercenda Jurisdictione aliqua Episcopali in Populum alteri Episcopo subjectum, prout est casus noster, sed de simplici Benedictione novæ Ecclesiæ existentis sub Parochia, & Cura Præpositi Pratensis, de administrandis Oblationibus eidem Ecclesiæ factis, de Cura Fabricæ, celebratione Missarum, ac deputatione Sacerdotum; quæ omnia, si competere possunt cuilibet simplici Parocho, longè magis poterant pertinere ad Præpositum Pratensem, qui, uti Prælatus inferior, & exemptus, non indigebat licentia Episcopi, ut benè monet *Pax Jordan. de Re Sacra, lib.* 5, *tit.* 8, *de Ædificatione Ecclesiarum numero* 59.

82 Denique respectu prætensæ contrariæ observantiæ illud est præcipuè adnotandum, quòd sive agatur relative ad tempus ante erectionem Ecclesiæ Pratensis in Episcopatum, sive ad tempus decursum post præfatam erectionem, numquam hujusmodi observantia dici potest pacifica, & non contradicta; respectu enim temporis præcedentis, tametsi Pratenses plures actus Jurisdictionales exercere tentaverint, imò verò expressè decreverint in quodam peculiari Statuto, ut nullus allegare auderet, quòd Præpositus Pratensis non haberet Jurisdictionem quasi Episcopalem; nihilominus semper isti actus, & Pratensium attentata, contradicta & impugnata fuerunt ab Episcopis Pistoriensibus, qui Ecclesias visitarunt, aliosque actus Jurisdictionales exercuerunt non solùm in Territorio, sed etiam in ipso Oppido Prati, prout recensent *Fagnan. in dicto cap. Cùm ab Ecclesiarum, ex num.* 29, *usque in fin.* ubi distinctè, & gradatim enumerat omnia tempora; & *Grattan. disceptat.* 918, *num.* 19, 20, 40, 46, & 50; qui etiam sub *num.* 21 ait, quòd ad requisitionem Episcoporum Pistoriensium quamplures egregii Jurisconsulti contra præfatum Statutum, uti læsivum libertatis Ecclesiæ, Jurium Episcopi consuluerunt.

83 Quod verò respicit tempus post erectionem Civitatis Prati in Cathedralem,

non solùm omnis quæcumque prætensa contraria observantia inallegabilis redditur ex defectu bonæ fidei, quæ in Prætensibus adfuisse non potuit è conspectu tot, tantarumque demonstrationum evidentissimè ostendentium; quòd Jurisdictio novo Episcopatui concessa, Civitatis muros non egrediebatur, sed etiam omninò confunditur, & absorbetur tùm a solemni renunciatione dictarum quinque Ecclesiarum suburbanarum a Capitulo Adversario facta, tùm etiam a pluribus actibus Jurisdictionalibus, & Visitationibus peractis ab Episcopo eum Canonicis Pistoriensibus in conspectu, & in oculis ipsius Capituli Pratensis, prout latè disserit Reverendissimus Episcopus in suo Voto, *dato in d. nostro Summ. n. 9. § Et maximè; & D. Scarfanton. in d. dec. 60, a num. 24, ad 33, ad Ceccoper. tom. 2.* Quare &c.

Victorius de Martinis Advoc.

HÆC causa, cujus status relatio habetur in fine secundæ partis nostrarum animadversionum ad Ceccoperium, suum non habuit finem, ut putabatur, cum resolutione capta a Sac. Congregatione Concilii, ut ibidem legitur; nam Capitulum Pratense novas excitavit prætentiones contentas in dubiis in prima superius impressa informatione relatis, quæ causam dederunt, ut iterum ad trutinam revocaretur justitia Laudi prolati cum Voto D. Auditoris Jacobi de Comitibus a bo. me. Episcopo Bassi; unde proposità hujusmodi Causà prodiit rescriptum sub die 31 Julii 1728, quòd ita se habuit.

Ad primum, & secundum: Laudum esse
84 *reformandum, & respectivè approbandum juxta modum, & quo ad reliqua factis provisum in præcedentibus, & ad mentem Eminentissimi Præfecti.*

Modus est, quòd prævia Reformatione Laudi in ea parte tantùm, in qua decernit — Populum degentem extra Muros Civitatis Prati, & subjectum Parochiis Ecclesiarum Parochialium existentium intra Muros ejusdem Civitatis Prati, subditum esse in concernentibus Curam Animarum, & administrationem Sacramentorum Episcopo Pratensi — Declaretur in prædictum Populum competere omnimodam jurisdictionem Episcopo Pistoriensi, sicuti etiam in præfatos Parochos respectu illius Populi; in reliquis verò Laudum approbetur — Et iterum repropositâ Causâ, instantibus Canonicis Praten. sub die 2 Aprilis 1729, rescriptum fuit — *In decisis, & amplius* —

Verùm quia per resolutionem captam a Sacra Congregatione, periculo animarum extra Civitatem Prati degentium provisum non erat, cùm Parochi præsto esse non possent illarum spiritualibus necessitatibus maximè in periculosissimo mortis conflictu non tantùm ob distantiam ab ipsa Civitate Prati, quantum etiam, quia noctis tempore portis ipsius obseratis, nonnisi post deperditum multum temporis intervallum poterat Parochus reperiri, & interim multi absque Sacramentorum auxilio obibant; vigilantissimus tunc Præsul Columbinus de Bassis a munere Generalis Ordinis Vallisum- 85
brosæ ad Cathedras Pistorien. & Praten. invitus, ac diu reluctans, sed obnitente semper fel. mem. R. Celsitudine Cosmi III, exaltatus, recogitans dd. animarum periculum, Sac. Congregationi exposuit, nulla alia ratione eidem consultum iore, quàm mediante dismembratione dd. animarum, illarumque perpetua commendatione Parochis Diœcesis Pistorien. & voti compos effectus eum in executione obtenti rescripti comperrum fuisset, neque hoc medio prædictum animarum periculo provisum esse ob multitudinem Populi, & distantiam a Parochiis, superando penè innumerabiles difficultates, quas humani generis hostis excitavit, omni humanâ destitutus ope, sed divinâ tantùm innixus, a fundamentis erexit in loco apto novam Ecclesiam sub invocatione Beatissimæ Virginis de Humilitate satis amplam, & decentem cum ædibus Parochialibus, idque totum suo ipsius ære, quod cogebat in dies, parsimoniam adhibendo in omnibus, quæ ad sui cultum pertinebant, utpote religiosæ paupertatis rigidus cultor, præstando fabricæ continuam assistentiam, contempto solis ardore, & aeris inclementiâ, ac etiam manuum suarum labore, a quo vir zelo, & humilitate plenus, non abhorruit, licèt senio confectus, & malâ utens corporis valetudine ob incommoda tum pænitentis vitæ ab eo traductæ per plures annos in eremo Vallisumbrosæ, & in obeundo munere Generalis d. Ordinis, tum in replicatis nostræ peramplæ Diœcesis Visitationibus. Sacra insuper eidem supellectili providit, plurimumque Sanctorum reliquiis decus auxit, sufficientem redditum assignavit dotem, ac in ea constituto Parocho sub titulo Prioris, illam solemni ritu consecravit; quibus expletis paulo post ad cælestem Patriam, ut piè creditur, a Domino justo bonorum operum remuneratore fuit evocatus.

ADDITIO XXXV.

Lucana Præeminentiarum.

ARGUMENTUM

Habetur ex Summario, & ex infra positis Dubiis.

I. *An accedente Episcopo ad Ecclesiam S. Mariæ Forisportam in Festo Sanctissimæ*

mæ Assumptionis occasione interessendi Missæ ibi cantandæ per Capitulum Cathedralis, P. Abbas Canonicorum Regularium S. Salvatoris, vel potiùs dignior de Capitulo Cathedralis porrigere debeat Aspersorium Episcopo Ecclesiam introeunti.

II. *An in associando Episcopum intus, & per eandem Ecclesiam præcedere debeat P. Abbas, vel potiùs prima, & secunda Dignitas Capituli Cathedralis, in casu &c.*

SUMMARIUM.

1 *Capitulum Cathedralis Lucanæ indulto Apostolico olim fruebatur eligendi Priores, & Clericos collocandi in Ecclesiis tum intra Civitatem, quàm extra in Suburbiis, unà cum Episcopo, & num. 14.*

2 *Nonnullæ ex dd. Ecclesiis a Regularibus possideri cæperunt.*

Et signanter Ecclesia S. Mariæ Forisportam a Canonicis Regularibus S. Salvatoris, & a quo tempore, ibidem.

In vim antiquæ subjectionis, Canonici in quibusdam majoribus Festivitatibus ad easdem Ecclesias accedunt, ibique sacra solemniter peragunt, ibidem.

3 *Quomodo excipiatur Episcopus, ad dd. Ecclesias accedens.*

4 *Et a quo illi Aspersorium porrigatur.*

5 *Exponitur status controversiæ.*

6 *Episcopo ad aliquam inferiorem Ecclesiam accedenti, Aspersorium porrigendum est a Superiore illius Ecclesiæ, non autem a Canonico, seu Dignitate Ecclesiæ Cathedralis ibi præsente.*

7 *Limita, quando Canonici Cathedrales sunt Capitulariter præsentes, & indumentis Choralibus induti, & affertur distinctionis ratio, & num. 8, & 13.*

Canonici quando repræsentent Corpus Capituli, eodem num. 8.

Resolutiones Sacror. Congregationum distinguentes prævalent generalibus indistinctè loquentibus.

10 *Immemorabilis præsumere facit omnem meliorem titulum de Mundo.*

11 *Etiam in materia habente contra se magnam, & vehementem Juris prohibitionem.*

12 *Immemorabilis in quolibet Decreto derogatorio consuetudinis, præservata censetur.*

13 *Centenaria, & Immemorabilis, ut attendi non valeat, debet esse super materia, quæ abusum, & corruptelam sapiat.*

Episcopus facit unum Corpus cum suo Capitulo, ibidem.

15 *Confessio judicialis præjudicat etiam Successoribus.*

16 *Ubi militat eadem ratio, & agitur de declaratione causæ universalis, idem quoque Jus statuendum est.*

17 *Consuetudo antiqua servanda est ad tollendam perturbationem, quam pareret novitas.*

18 *In iis, quæ bonis moribus non adversantur, neque disciplinam Ecclesiasticam lædunt, permissum est, ut unaquæque Provincia in sensu suo abundet.*

19 *Consuetudo aliarum Diœcesum, seu Ecclesiarum est valde attendenda.*

20 *Associatio Episcopi spectat ad solas Dignitates, & Canonicos Cathedrales, non tantùm in propria Ecclesia, quàm etiam in aliis.*

21 *Et quidem cum præcedentia super quoscumque alios, & affertur ratio.*

22 *Hujusmodi associatio non est simplicis obsequii erga Prælatum, sed actus honorificentiæ, & solemnitatis.*

23 *Monstruosum esset, quòd Corpus separetur a membris.*

24 *Accedente Episcopo ad Ecclesiam Collegiatam, Canonici Cathedralis præcedere debent in omnibus actibus, & functionibus Canonicis, & Dignitatibus Collegiatæ, non obstante consuetudine in contrarium.*

25 *In materia præeminentiarum principem locum obtinet consuetudo, & observantia.*

Et habetur loco assistentiæ Juris, ibidem.

26 *Maximè si consuetudo sit rationabilis.*

27 *Canonici dicuntur Fratres Episcopi, sicuti Cardinales nuncupantur Fratres Summi Pontificis.*

28 *Gratia narrativa debet justificari.*

29 *Clausula* -- verificato prius, &c. *conditionem importat.*

30 *Juspatronatus tamquam servitus non præsumitur.*

31 *Hæresis ob crimen juspatronatus amittitur.*

32 *Gentilitium juspatronatus ob unius delictum non extinguitur, sed remanet in aliis de Familia.*

33 *Juspatronatus certæ lineæ reservatum, ultra illam non progreditur, sed fit hæreditarium.*

34 *Sententia pro jurepatronatus, quæ non habuit effectum, statum libertatis non mutat.*

35 *Sententia continens manifestum juris errorem, non attenditur.*

36 *Patronorum concordia, insciis Ordinario, & Promotore fiscali, nequit immutare statum liberum Beneficii.*

37 *Patronorum consensus in executione literarum Apostolicarum præstitus, liber-*

bertatem Beneficii non vulnerat, si Papa in dictis literis expressit, se non intendere juspatronatus approbare.

38 *Provisio Apostolica tanquam de reservato, supponit Beneficium liberum a jurepatronatus Laicorum.*

39 *Gratia derogatoria jurispatronatus in totum non solet concedi, nisi per lites pendentiam in petitorio.*

40 *Concordia ad redimendam litem novum titulum non tribuit.*

41 *Concordia facta, inaudito principali collitigante, litem non extinguit.*

42 *Litis pendentia in petitorio durat usque ad rem judicatam.*

43 *Literæ Apostolicæ, in quarum executione citatus non fuit Promotor fiscalis, libero statui Beneficii non præjudicant.*

44 *Clausula* -- verificato jurepatronatus -- *ut adimpleatur, citandus est Promotor fiscalis.*

45 *Quasi possessio Patroni ex ultimo statu non sufficit contra Episcopum contendentem pro libertate Beneficii.*

46 *Quasi possessio Patroni cum mala fide ad nihilum valet.*

47 *Clausula* -- verificato jurepatronatus *&c. non adimpletur per quasi possessionis probationem, sed requirit efficaces probationes tam in possessorio, quam in petitorio.*

48 *Possessivi actus, licèt remotiores, prævalent ultimis turbidis, & litigiosis.*

49 *Possessionis præcedentis continuatio non prohibetur ex lite superveniente.*

50 *Collationis jus ad Episcopum, & Capitulum spectans simultaneè, uno ex eis negligente, impedito, vel nulliter agente, consolidatur in alterum.*

51 *Institutio, licèt sit nulliter concessa, jus tamen, quod antea præexistebat, illæsum relinquit.*

52 *Præsentatio, si fiat conditionaliter, purificare debet conditio intra idem quadrimestre, quod datur ad præsentandum.*

53 *Gentilitium juspatronatus in ultimo ex vocatis fit hæreditarium.*

54 *Possessorio judicio is obtinet, de cujus non vitiosa possessione constat.*

INter innumeras conspicuas prærogativas, quibus Summorum Pontificum largitione Reverendiss. Capitulum Cathedralis Lucanæ decoratum cumulatissimè reperitur, hæc una temporibus anteactis erat præcipua, ut electiones Priorum, sive collocationes Clericorum in Ecclesiis tam
1 intra Civitatem Lucanam, quam extra
in Suburbiis non fierent, nisi cum illius, & Episcopi consensu; indeque sic electi, inter quos erant Prior, & Rector Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Forisportam, quæ tunc temporis Collegiata Sæcularis erat, obedientiam Capitulo antedicto devovebant, & ab illo una simul cum Episcopo instituebantur.

Quamtumvis autem nonnullæ ex memoratis Ecclesiis processu temporis inceptæ fuerint possideri a Regularibus, ut signanter evenit de mox dicta Ecclesia Sanctæ Mariæ, quam ab anno 1512 detinent Canonici Regulares S. Salvatoris, vulgò *Scopettini*, ubi testatur *Daniel de Nobil. in addit. ad disp. 44. numer. 25.* Nihilominus apud Reverendissimum Ca-
pitulum aliquæ remanserunt, & de præ- 2
senti remanent antiquæ subjectionis reliquiæ; nam recurrentibus in eisdem Ecclesiis majoribus quibusdam festivitatibus, ad eas DD. Canonici Capitulariter accedunt, indumentis Canonicalibus induti, ibique sacra de more peragunt.

Hinc immemorabilis inolevit consuetudo, ut Reverendissimo Capitulo ad easdem Ecclesias, ut non dictum est, accedente, Superiores Ecclesiarum obviam procedant Episcopo extra Portam Ecclesiæ ad ejus Currum in actu descensus ab illo, eumdemque associentur usque ad januam Ecclesiæ, ejusque primum gradum; quò perventi, locum cedant duabus Dignitatibus Capituli, quæ in medio ponunt Episcopum, incedentes a dextris, & a sinistris, cæteris DD. Ca-
nonicis retro comitantibus in modum Se- 3
micirculi: ac iisdem Superioribus Ecclesiarum cum suis Religiosis ab uno latere separatim ab ipso corpore Capituli; idemque servetur ordo in discessu Episcopi ab Ecclesia, qui eodem modo associatur per Dignitates & Canonicos usque ad januam Ecclesiæ, & deinde Superiores Ecclesiarum eumdem comitantur Episcopum, illique inserviunt usque ad Currum.

Præter hanc consuetudinem invaluit pariter & altera æquè immemorabilis, semperque constans, ut aspersorium aquæ Sanctæ porrigatur eidem Episcopo Eccle-
siam introeunti ab una ex Dignitatibus 4
Reverendissimi Capituli, illud prius recipiente ex manibus Capellani, sive Sacristæ ejusdem Ecclesiæ.

Has immemorabiles, & nusquam per Sæcula interruptas, imo inviolabiliter observatas, perpetuoque custoditas consuetudines intervertere satagentes Canonici Regulares S. Salvatoris Adversarii in prælata Ecclesia Sanctæ Mariæ Forisportam, recursum habuerunt ad hanc S. Congregationem petentes declarari ad
eorum Abbatem spectare porrectionem 5
Aspersorii, eumdemque in associando Episcopo præcedere debere Dignitates, & Capitulum; quamobrem superventa rela-

relatione ejusdem Episcopi, ac in Ponentem destinato Eminentissimo, & Reverendissimo Domino, Sumus hodie in disputatione præinsertorum dubiorum, quæ non aliter resolvenda veniunt, quàm favore Reverendissimi Capituli, quemadmodum perhumillimè supplicamus.

Aggrediendo namque disputationem primi dubii, in quo quæritur ad quem pertinere debet porrectio Aspersorii facienda Episcopo in ingressu Ecclesiæ S. Mariæ Forisportam, ad quam Capitulum unà cum Episcopo accedit in Festo SS. Assumptionis B. M. V. occasione Inibi celebrandi Missam cantatam. Talis præeminentia nonnisi ad unam ex dignitatibus Capituli spectare debet. Quamvis
6 enim, accedente Episcopo ad aliquam inferiorem Ecclesiam, porrectio Aspersorii, tamquam actus obsequii, pertinere videatur ad Superiorem illius Ecclesiæ, ad quam accedit, non autem ad dignitatem, vel Canonicum Ecclesiæ Cathedralis ibi præsentem, juxta resolutiones quas referunt *Barbos. de Canon. cap. 3*, *num. 8; Pignattell. tom. 3, Consult. 18, nu. 14, & seqq. Ciarlin. cap. 204, nu. 39.*

Hoc autem solemniter limitatur, & locum non habet, quando adest universum corpus Capituli capitulariter præsens cum indumentis Capitularibus, &
7 Choralibus, ut in præsenti, cum Cappa, & Rocchetto; hoc enim casu Aspersorium porrigi debet Episcopo per primam dignitatem Capituli, quemadmodum distinguendo unum casum ab altero indicavit hæc Sacra Congregatio in *Lauden.* 18 *Januarij* 1658, confirmata in altera *Lauden.* 6 *Aprilis* 1680, ibi - *Aspersorium Aquæ benedictæ esse porrigendum Episcopo a prima dignitate Ecclesiæ tum Regularis, quàm Saecularis, ad quam accedit, si adsit aliquis Canonicus, vel Dignitas Cathedralis, dummodo non adsit capitulariter, nec cum indumentis capitularibus; tunc enim hujusmodi munus ad primam Dignitatem Cathedralis spectare, sicuti resolutum fuit in alia Lauden.* 18 *Januarii* 1653.

Neque idcirco allegare juvat alias resolutiones contrarias ex adverso inculcandas. Quia cùm istæ sint generales, & indistinctè loquantur, debent intelligi ad formam distinctionis firmatæ in relatis decretis *Lauden.* ut nempe locum habeant, ubi Canonicus & Dignitas non
8 adsit capitulariter, nec cum habitu capitulari; Secus verò ubi Capitulum capitulariter præsens reperitur, quia tunc talis præeminentia, sive obsequium convenit, ut per membra præstetur Episcopo eorum capiti, nullo extraneo se immiscente, magna enim est differentia inter Canonicos singulariter, & capitulariter intervenientes ad effectum jurium præeminentialium; quæ licet competant universis, uti corpori, non tamen competunt singularibus uti singulis, qui tali casu non repræsentant corpus Capituli, ut tradit *Barbos. de Canon. cap. 18, num. 63; Panimoll. dec. 1, annot. 6, nu. 8, & annot. 9, numer. 26; Cussan. in cathol. glor. Mundi, par. 4, consider. 38, versic. ex hoc infertur. Ventrigl. in praxi, par. 1, annot. 12, § unico, nu. 20, vers. collige secund. Ceccoper. de Canon. lib. 1, nu. 209; D. Ursaya, discept. 19, num. 37, par. 1, tom. 1.*

Unde cùm habeamus resolutiones hujus Sacræ Congregationis distinguentes unum casum ab altero, istæ præferri debent aliis generalibus indistinctè loquentibus, ut benè firmavit Rota in *Gien.* 9
nen. juris votandi, 9 *Februarii* 1705, § *quo verò, coram Eminentissimo Scotto.*

Verùm enim verò in hodierna hypothesi tollitur in radice quilibet scrupulus hæsitandi, dum jus porrigendi Aspersorium competit uni ex dignitatibus Reverendiss. Capituli ex immemorabili consuetudine, quæ probata remanet ex pluribus, ac pluribus documentis relatis in
Summario. Ubi autem concurrit, ut hic 10
hujusmodi species consuetudinis, dicitur concurrere privilegium Apostolicum, omnisque alius melior, & quoquo modo excogitabilis titulus de mundo, etiam si agatur de consuetudine derogatoria juris communis, & contra ejus expressam resistentiam. *Fagnan. in cap. cum certum, de majorit. & obedien. nu. 16; Lagunez de fruct. par. 1, cap. 30, § 1, nu. 143; Frances de Eccles. Cathedral. cap. 34, num. 178, Tranchedin. consult. 14, nu. 6, & cons. 23, nu. 9, vol. pr. Capon. discept. 329, sub nu. 12, Pacion. allegat. 39, nu. 5; Panimoll. dec. pr. annot. 2, num. 2; Add. ad Buratt. dec. 903, sub nu. 21.*

Et in materia habente contra se ma- 11
gnam & vehementem juris prohibitionem dixit *Rot. in Pampilonen. Præeminentiarum* 3 *Februarii* 1700, § *Fortius, cum seqq. & 7 Maii* 1701, § *Iterum, & seq. cor. Omanna; & in Trojana delationis crucis*, 21 *Martii* 1708, § *Quamvis, cor. R. P. D. Lancetta; & 10 Decembris* 1708, § *Bonum jus, cum pluribus seqq. cor. R. P. D. Aldovrando; & in Colonien. præcedentiæ, cor. Muto, impressa apud Antonell. de jur. & oner. Clericor. dec. 19, nu. 2, & sequentibus, & nu. 23.*

Non relevante resolutione Sacræ Congregationis relata apud *Pignattell. dict. consult. 18, nu. 19, tom. 3.* juxta quam denegata fuit remissoria ad probandam consuetudinem porrigendi Aspersorium Episcopo per Dignitates, & Canonicos exclusivè ad Abbatem S. Vitalis Ravennæ. Etenim resolutio superiùs relata loquitur de simplici consuetudine, non ve-

verò de immemorabili, & centenaria,
12 quæ in quolibet decreto derogatorio
consuetudinis nunquam intelligitur com-
prehensa, sed præservata, *Ciarlin. contr.*
204, *nu.* 51; *Pignattell. consf.* 7, *num.* 25,
tom. 1, *& consf.* 25, *nu.* 12, *& consf.* 26,
nu. 25, *ubi allegantur resolutiones Sacræ
Congregationis, tom.* 4; *Novar. in Summ.
Bullar. comment.* 19, *nu.* 19, *Capon. di-
scept.* 329, *sub nu.* 15; ubi pariter alle-
gantur resolutiones Sacræ Congregatio-
nis; *Panimoll. dec.* 1, *annot.* 11, *nu.* 39;
Gratian. discept. 492, *nu.* 5; *Rot. in Pam-
pilonen. Præeminentiarum* 3 *Februarii*
1700, § *Non attento, cor. dell'Olmo; & in
Hispalen. Processionis super primo dubio*,
28 *Junii ejusdem anni*, § *Et quidem, cum
seqq. cor. R. P. D. Ansaldo; & plenè in
dicta Trojana delationis Crucis*, 10 *De-
cembris* 1708, § *Neque bonum jus, cor. R.
P.D. Aldovrando*, loquens in terminis re-
solutionum hujus Sacræ Congregationis
derogatoriarum quibuscunque consuetu-
dinibus in contrarium, quòd non com-
prehendant immemorabilem, sed eam
præservare censeantur.

Et ratio est evidens quia ut centena-
ria, & immemorabilis consuetudo atten-
di non possit, debet esse super materia,
quæ concernat abusum, & corruptelam;
in nostra autem consuetudine nulla ex-
13 cogitari potest corruptela, & abusus,
sed imo consideratur, & summopere ur-
get maxima congruentia, & honestas,
qualis est, ut Episcopus honoretur
ab ejus Capitulo, tanquam Membris,
& Personis nobilioribus, & dignio-
ribus omnibus etiam Abbatibus Re-
gularibus, ut apud *Ceccoper. de Canon.
lib.* 1, *num.* 117, *vers. Secus dicendum*;
Gavant. in Manual. Episcoporum verbo,
Abbas, *num.* 40, *Panimoll. dec.* 1, *annot.*
6, *num.* 8, *Barbos. de Canon. cap.* 18, *nu-
mer.* 56; *Gratian. discept.* 111, *numer.* 5.
Ac etiam ratione unicitatis corporis,
quod facit Episcopus cum suo Capitulo,
incongruum non est, sed naturalibus prin-
cipiis consentaneum, quòd membra ca-
piti inserviant, & famulentur, *Can. sin-
gula, dist.* 89, *cap. Novit de his, quæ fiunt
a Prælatis*.

Hæc autem immemorabilis consuetudo
magis, ac magis stringit in concreto,
attentis pluribus facti circumstantiis, eam
comitantibus. Quarum prima est, quòd
Ecclesia Sanctæ Mariæ, quemadmodum &
reliquæ tam intra Civitatem Lucanam,
quam extra in ipsius Suburbiis subjectæ
erant Capitulo Cathedralis; dum Prio-
res, & Clerici in eis non eligebantur
nisi de Capituli, & Episcopi consensu;
& sic electi obedientiam Capitulo ante-
dicto spondebant, & ab eo institutio-
14 nem etiam recipiebant. Unde non mirum,
sed maximopere conveniens videtur, ut
Capitulum retinuerit, & retineat in eis-
dem Ecclesiis prærogativam ad eas sta-
tis temporibus accedendi, ibique Sacra
celebrandi, & hac occasione porrigendi
Episcopo Aspersorium in signum, seu ve-
rius memoriale perenne illius subjectio-
nis, quâ Ecclesiæ hujusmodi erga Capi-
tulum devinctæ ab antiquo, nosceban-
tur.

Secunda ex eo promanat, quòd usque
de anno 1652, Reverendissimum Capitu-
lum introduxit litem super hoc eodem
puncto in hac Sacra Congregatione per
literas citatoriales contra omnes Supe-
riores Civitatis Lucanæ, & signanter con-
tra Abbatem hujus Ecclesiæ Sanctæ Ma-
riæ Forisportam Adversarium: quâ oc-
casione examinati fuerunt quinque Testes
concludentes immemorabilem, in qua eo
etiam tempore reperiebatur Capitulum
circa jus porrigendi Episcopo Asperso-
rium per manus suarum Dignitatum; &
Abbas tunc temporis in recognitionem
veritatis, & manifesti boni juris Reve-
rendissimi Capituli, mediante judiciali pro-
testatione, declaravit sibi non competere
jus porrigendi aspersorium, & propterea
nolle litem instituere, aut illam prose-
qui; quæ sanè circumstantia non solùm
operatur, ut non modò ratificata dicatur
immemorabilis probation facta tunc tem-
poris per Testes, verùm etiam, quòd ex 15
confessione judiciali Abbatis firmatum di-
catur jus Capituli in præjudicium etiam
Abbatum Successorum, juxta firmata in
dec. 300, *num.* 13, *&* 17, *par.* 12 *rec. &
in nullius, seu Fulden. jurisdictionis*, 25
Aprilis 1705, § 4, *cor. Molines; & in
Caven. Jurisdictionis*, 13 *Junii* 1706, §
*Et omissis, &c. & in nullius, seu Caputa-
quen. jurisdictionis*, 21 *Februarii* 1711,
§ *Veram, coram Illustriss. D. Urbis Gu-
bernatore, & in Burgen. jurium Parochia-
lium*, 10 *Maji* 1717, § *Quæ juris deter-
minatio, &c. coram eod.*

Tertia est, quòd circa annum 1685,
cùm Prior Collegiatæ SS. Paulini, &
Donati Civitatis Lucanæ prætensionem
mediteretur circa jus porrigendi Asper-
sorium Episcopo ad suam Ecclesiam ac-
cedenti, consulto per Epistolam Secre-
tario hujus Sacræ Congregationis, re-
sponsum accepit, quòd juxta resolutio-
nes *in Lauden. ut supra*, jus porrigendi
Aspersorium spectabat ad primam Digni-
tatem Cathedralis; quo audito memo-
ratus Prior acquievit, & de sua justa
acquiescentia nunciatum fecit Capitu-
lum, & memoriam reliquit in libris di-
ctæ suæ Ecclesiæ. Hoc autem exemplum,
licèt emanatum in casu alterius Eccle-
siæ, attamen facit statum etiam quoad 16
Ecclesiam, de qua agitur; quia militat
eadem ratio, & est declaratio causæ
universalis, quæ assistit Reverendissimo
Ca-

Capitulo circa competentiam juris porrigendi Aspersorium Episcopo, exclusivè quoad Superiores locales Ecclesiarum, ad quas, interveniente Capitulo, ipse accedit, ut firmat *Rot. dec. 130, sub nu. 12, & 13, par. 19; & in Recanaten. Beneficii, 20 Martii 1702, § quam relevet, cor. cl. mem. Card. Caprara; & in Salisburgen. Vicariæ, 30 Aprilis 1717, § Quandoquidem, cor. R. P. D. Foscaro.*

Postrema demum circumstantia, & quidem summa consideratione digna, profluit ex eo, quòd hujuscemodi immemorabilis consuetudo non viget in hac sola Ecclesia Sanctæ Mariæ Forisportam, sed in omnibus Ecclesiis tam Regularibus, quàm Sæcularibus Civitatis Lucanæ, ad quas Capitulum accedere solet intra annum pro ecclesiasticis
17 functionibus celebrandis. Igitur tanto firmiùs eandem consuetudinem retinere, & contrariis conatibus sarctam, tectamque modò servare oportet, ne aliàs ipsa mutatio consuetudinis adeo pervetustæ, & cui Populorum mores, & oculi per innumera temporum spatia assueverunt, plus afferat turbationis, quàm commoditatis, ut eruditè monet ex *D. Augustino, & aliis Gonzalez Tell. in cap. cum consuetudinis, num. 3, de consuet. Valenzuel. cons. 146, num. 46, & seqq. Solorzan. de jur. Indiar. tom. 2, lib. 1, cap. 4, num. 73; & lib. 2, cap. 33, num. 25, & seqq. Calvin. de aquit. lib. 2, cap. 179, num. 73; Capon. discept. 8, num. 11, De Luc. in Miscell. disc. 39, num. 17, in fin. Rot. in Hispalen. Processionis super 2 dubio, 28 Junii 1700, § Et sanè, cor. Reverendissimo Ansaldo Decano.*

Hæc enim consuetudo, quæ nihil adversatur bonis moribus, nihilque detrahit Ecclesiasticæ disciplinæ, de illis tevera est consuetudinibus, de quibus loquens *D. Hieronymus* relatus *in can. Uti-*
18 *nam, dist. 76,* inquit -- *permissum esse, ut unaquæque Provincia abundet in sensu suo* -- ejusque dictum probavit *Clemens III, in cap. certificari, de sepulturis; & Pius II in Comment. lib. II, post medium, pag. mihi* 300.

Et præsertim, quòd hæc consuetudo conformis est consuetudini Diæcesum proximarum; ita enim observatur Pisis, & ita Mutinæ. Quantum autem incremen-
19 ti recipiat nostra consuetudo, ex uniformi usu, & more practicato in Diæcesibus Limotrophiis uno ore testantur *Castrens. cons. 164, in princ. lib. 2; Dectan. cons. 124, num. 29, lib. 3; Bellon. cons. 37, n. 8, & 9; Palm. Sen. cons. 73, num. 8.*

Confecta discussione primi dubii, deveniendo ad secundum, resolvendum omnino speratur jus recipiendi, & associandi Episcopum intus, & per eandem Ecclesiam Sanctæ Mariæ spectare ad solas Dignitates Cathedralis unà cum Ca-
pitulo; etenim ad Dignitates, & Cano- 20
nicos, qui sunt membra, spectat, & pertinet honorifica receptio, & associatio Episcopi eorum Capitis non solum in propria Ecclesia Cathedrali, sed etiam in aliis, ad quas Episcopus accedere consuevit, ut præscribere videtur *Cæremoniale Episcop. lib. 1, cap. 15,* ibi -- *In accessu ad Ecclesiam præibunt Familiares Episcopi, Magistratus immediatè ante Episcopum, tunc ipse Episcopus, & post eum sequentur Canonici bini, &c.* & disertè probant *Ceccoper. Canon. lib. 3, num. 87, Scipio de Rubeis in Aphor. Episc. verb. assistentia, num. 1; Barbos. de Canon. cap. 33, num. 9, & seqq. Gratian. discept. 467, num. 55, & seqq. Rot. in Novarien. interventus in Pontificalibus, 27 Junii 1704, § Motivum, cor. bo. mem. Omanna.*

Si hoc pertinet ad Dignitates, & Canonicos tamquam membra, plana insurgit consequentia, quòd pertineat munus illud prælativè & cum præcedentia super omnes alios quoscumque, qui existunt in propriis Ecclesiis, nam licèt in propria domo unicuique competat præcedentia in singulis actibus etiam supra majori dignitate pollentibus, hæc tamen regula li-
mitatur quoad Capitulum Cathedralis, 21
ea ratione, quòd sicuti Episcopus, in qualibet Ecclesia, & in qualibet parte suæ Diæcesis præcedentiam obtinet supra omnes alios; ita eadem præcedentia gaudere debent Canonici ejus membra, ne separentur ab eorum Capite, & diverso jure discriminetur unicitas Consortii, & misticum Corpus Ecclesiæ Cathedralis, juxta Theoricam *Felin. in cap. cum licet, de præscript. Cassan. in cathal. glor. Mund. p. 4, considerat. 32, vers. Et licet, pag. mihi* 337, ubi loquens in puncto denegandæ præcedentiæ, ab Abbate in propria Ecclesia prætensæ, inquit -- *Non enim licet à capite membra discedere; ideo statim post Episcopum debent esse Canonici, tanquam membra immediatè caput sequentia* -- *Pignattell. consult. 97, num. 1, & 2, tom. 4; Barbos. de Canon. cap. 18, num. 48, & seqq. & in Summ. Apostol. dec. collect. 100, num. 4; Ceccoper. de Canon. lib. 1; num. 140, Ventrigl. in praxi, par. 1, annot. 12, § Unic. num. 20; De Luc. de præeminent. disc. 37, num. 4; Rot. apud Pignattell. consult. 18, num. 3, & seqq. tom. 3,* cujus verba præcisè ferientia hodiernam controversiam, sunt hæc -- *Commissa mihi causa super præcedentia, quam Canonici Ecclesiæ Collegiatæ de Templo Ampursensis Diæcesis controvertebant in propria Ecclesia Capitulo, & Canonicis Cathedralis illius Civitatis, proposui dubium particulare, an scilicet Capitulum, & Canonici Cathedralis Ampursensis præcedere debeant ipsis Canonicis Collegiatæ de Templo in singulis actibus, etiam asso-
cian-*

ciandi Episcopum in dicta Ecclesia Collegiata, & ad favorem dicti Capituli Ampurtensis emanavit resolutio -- *eadem Rot. cor. Gregor. dec.* 284, *num.* 1, *ubi add. litt. A; cor. Coccin. dec.* 1731, *num.* 5; & *in rec. dec.* 111, *num.* 6, & *seqq. par.* 5; & *dec.* 120, *num.* 1, & *seqq. juncto num.* 10, *par.* 13; & *in dicta Novarien. Interventus in Pontificalibus*, 27 *Junii* 1704, § *Motivum*, *cor. bon. mem. Omanna*, & *in Colonien. Praecedentiae*, *cor. Muto*, *impressa apud Antonell. de jur. & oner. Cleric. dec.* 12, *num.* 12.

Neque propterea hoc officium spectare convenit ad Abbatem Regularem, utì Dominum Ecclesiæ; actus enim iste a dextris, & a sinistris associandi Episcopum in ingressu Ecclesiæ non est simplicis obsequii erga Prælatum, sed est actus
22 honorificentiæ & solemnitatis; quæ solemnitas honorificentiùs præstatur, & obtinetur per Capitulum Cathedralis, quàm per simplicem Abbatem Regularem, ut bene advertit *Gratian. discept.* 467, *num.* 57, ibi -- *Quod etiam spectat ad decorem Dignitatis Episcopalis, quae magis honoratur, quando simul cum Capite adsunt ejus membra, &c. & Episcopus a suis membris non separetur, & personae exemptae non possent conqueri, quòd eorum Ministerium despiceretur ab Episcopo.*

Ac etiam quia si spectaret ad Abbatem Regularem recipere, & associare Episcopum, iste divisus remaneret a suis membris, & persona extranea scinderet, & intersecaret corpus Ecclesiæ, separando caput a membris, quòd veluti monstruo-
23 sum SS. Canones undique detestantur, ut *in d. cap. liceat, de praescript. can.* 1, *dist.* 12; *Barbos. de Canon. d. cap.* 18, *numer.* 55; *Pignattell. d. cons.* 90, *num.* 6, *tom.* 4; *Ventrigl. in prax. par.* 1, *annot.* 12, § *Unic. num.* 20; *Rot. decis.* 3, *num.* 4, *par.* 5; & *dec.* 120, *num.* 3, *par.* 13. *recent.*

Hinc loquendo de accessu Episcopi ad Ecclesiam Collegiatam, quòd Canonici Cathedralis præcedere debeant Canonicis, & Dignitatibus Collegiatæ in omnibus actibus, & functionibus, non obstan-
24 te etiam consuetudine in contrarium, judicavit Sac. Congregatio *in Fundana*, 2 *Octobris* 1597, *apud Barbos. de Canon. d. cap.* 18, *nu.* 48, *Rot. dict. dec.* 120, *num.* 6, *par.* 13 *recent.*

Hæc, quæ a tramite juris rectè procedunt, consona existunt, & indissolubilia redduntur ex observantia, & consuetudine immemorabili, juxta quam nedum Abbas, & Canonici Regulares hujus Ecclesiæ S. Mariæ Forisportam, sed omnes Superiores Ecclesiarum Civitatis Lucanæ, ad quas Capitulum unà cum Episcopo capitulariter accedit, has præeminentias semper cesserunt, & reliquerunt eidem Capitulo, & eius Dignitatibus, & Canonicis, absque ulla penitus reclamatione & contradictione. In hac autem materia præeminentiarum apud omnes re- 25
ceptissimi juris est, principem locum obtinere observantiam, & consuetudinem, quæ ad decidendas hujusmodi controversias maximi roboris reputatur, ut passim comprobat cæremoniale Episcoporum, & signanter in *cap.* 23, *lib.* 1, & *cap.* 33, *lib.* 2, Ita, & taliter, ut habeatur loco assistentiæ Juris, ut inquit *Rot. dec.* 781, *nu.* 6, *par.* 18 *recent.* -- ibi -- *Isti dicuntur ratione talis consuetudinis habere juris assistentiam* -- & *cor. Pen. dec.* 817, *nu.* 3; *Pamoll. dec.* 1, *annot.* 2, *num.* 1; *Reverendissimus Ansaldus in addit. ad decis.* 25, *nu.* 13; *D. Ursaya discept. eccles. par.* 2, *discept.* 26, *nu.* 62, *tom. pri.* & & *late in Pampilonen. Praeminentiarum*, 3 *Februarii* 1700, § *Fortius*, *cum seqq.* & 7 *Martii* 1701, § *Iterum*, *cor. bo. mem. Omanna.*

Quæ quidem consuetudo magis qualificata redditur ex circumstantia superiùs relata, & hic non inutiliter repetenda, quòd scilicet Abbas, & Canonici Regulares omnino non privantur juribus suis seu convenientiis; quia nempe eis permissum semper fuit obviam ire Episcopo, eique actum obsequii exhibere extra Portam Ecclesiæ ad illius currum in actu descedendi ab illo, quo loco eum recipiunt, & associantur usque ad Portam Ecclesiæ, ubi statim dant locum duabus Dignitatibus Capituli, quæ in medio ponunt Episcopum a dextris, & sinistris, comitantibus retro cæteris Canonicis per modum semicirculi, ac insimul Abbate cum Canonicis Regularibus ab uno latere separatim ab ipso corpore Capituli. Idemque modus adamussim servatur in discessu Episcopi ab Ecclesia, qui similiter associatur per Dignitates, & Canonicos usque ad januam Ecclesiæ; & deinde Abbas, & Canonici Regulares Episcopum comitantur, eique inserviunt usque ad currum, in quem ipse ingreditur, ut probant Testes desuper examinati. Quibus stantibus eo magis servanda venit hæc immemorabilis consuetudo, dum per eam omnino non tollitur jus præeminentiale Abbatis, & Canonicorum Regularium, quibus fuit præservatum in prædicta receptione Episcopi limitata juxta modum superiùs re- 26
latum; & ideo ex hac circumstantia dicitur maximopere rationabilis per ea, quæ in fortioribus notarunt *Menoch. cons.* 42, *nu.* 49. & 50; *Sperell. dec.* 76, *nu.* 12; *Pamoll. dec.* 1, *annot.* 2, *nu.* 7, & 8, *Ventrigl. in prax. p. pri. annot.* 12, § *unic. nu.* 19, *in fine.*

Rationabile est enim, ut postquam Abbas, & Canonici Regulares fecerunt primum occursum, primamque receptionem

nem ad currum Episcopi, & cum comitati sunt usque ad januam Ecclesiæ, subintret in primo gradu Januæ honorifica receptio Dignitatum, quæ respicit decorem Dignitatis Episcopalis, cui honorabilius est, quòd excipiatur per suas Dignitates, & Canonicos, cum quibus ma-
27 jorem habet connexionem, & conjunctionem, itaut dicantur ejus Fratres, non secus ac Eminentissimi S.R.E. Cardinales Fratres Summi Pontificis nuncupantur, secundum innumeras auctoritates in proposito relatas a *Cassan. in Cathal. glor. Mund. par. 4, dicta considerat. 32, vers. & primo, cum pluribus sequentibus, pag. mihi 306, & pag. 337, vers. & licet, &c. Gratian. discept. 467, num. 57; Rot. cor. Gregor. dec. 284, num. 3, & coram Coccin. dec. 1619, num. 4, & decis. 1651, num. 3; & in Novarien. Præcedentiæ 11 Decembris 1713, § Ex moti, cor. bo. mem. Barbadigo, & in dicta Colonien. Praecedentiæ, cor. Mato, apud Antonell. de jur. & oner. Cleric. dec. 18, nu. 2.*

Quare &c.

Franciscus Maria Pitonus Advoc.

Sacr. Rit. Congreg. die 7 Augusti 1716, in prædicta causa decrevit per modum provisionis servari solitum, seu modum habitum, & retentum in ultima Festivitate anni præcedentis, nempè ut Aspergillum Aquæ Benedictæ tradatur Episcopo per Primam Dignitatem Capituli; & in associando eodem Episcopo, præcedat Prima, & secunda Dignitas ejusdem Capituli. Et postmodum de hujusmodi causa amplius actum non fuit, quia Canonici Regulares S. Salvatoris acquieverunt.

ANNOTATIO ADDITIONALIS.

ULtra ea, quæ de hoc insigni Capitulo Lucano Superius per bon. mem. D. Advocatum Pitonum adducta sunt, & ultra ea, quæ Nos quoque innuimus *in animad. ad tit. 2, nu. 21, 22, & 23, lib. 3; & in animad. ad tit. 12, a nu. 38, ad fin. lib. 4,* superaddendum remanet idem Capitulum gaudere jurisdictione ordinaria in nonnullis Ecclesiis circa electionem Operariorum, seu Fabriceriorum, & circa redditionem rationum eorum administrationis, cum facultate compellendi etiam per censuras ecclesiasticas hujusmodi Operarios, aliosque Operarum debitores; cùm hoc eidem Capitulo indultum fuerit ex privilegio *S. M. Pauli III, sub die 5 Januarii 1549,* in quo hæc inter cætera habentur -- *Duobus Canonicis deputatis ad regimen, & gubernium dictarum Operarum, necnon ab Administratoribus, & Gubernatoribus dictarum Operarum, & cujuslibet earum pro tempore existentibus computa, & sindicatum petendum, & recipiendum, &c. ut modernos, & pro tempore existentes ipsarum Operarum laboratores, Censuarios, & Colonos, ac debitores ad se Sindicatui submittendum, & computa sua fideliter reddendum, &c. Ipsis duobus Canonicis pro tempore deputatis, ad effectum Operas ipsas per dictum Capitulum manutenendi, & illis necessaria, & opportuna faciendi, consignandum, persolvendum, & satisfaciendum, etiam per Censuras ecclesiasticas, & alia opportuna Juris remedia cogere, & compellere, ac ordinariam Jurisdictionem in ipsos Administratores, sive Regentium, ac Colonorum, & aliorum prædictorum dumtaxat exercere liberè ac licitè possint, & valeant, &c.*

In augmentum verò eorum, quæ inibi diximus de usu Mitræ, quo jampridem ad instar S. R. E. Cardinalium ipsi Canonici ex Apostolico Indulto fruebantur, sub silentio præterire non debemus Indultum hujusmodi novissimè confirmatum fuisse a S. M. Benedicto XIII, factâ insuper illis facultate utendi omnibus Insignibus, Indumentis, & Paramentis Abbatialibus, ac Populum solemniter benedicendi; Crucem, Annulum & Baculum gestandi, aliaque omnia Pontificalia ad instar Abbatum usum Mitræ, & Baculi habentium, exercendi, prout latiùs continetur in Breve ab eodem Summo Pontifice emanato sub *die 15 Februarii 1725,* & impresso post egregium tractatum *Vincentii de Justis de Dispens. Matrim. in append. pag. 62, pro secunda vice editum Lucæ Typis Salvatoris, & Jo. Dominici Marescandoli, anno 1726;* pro quo insigni Beneficio, ac singulari privilegio missis per DD. Canonicos ad Sanctitatem Suam debitis gratiarum actionibus, Summus Pontifex in Brevi responsivo eosdem hisce verbis inter alia decorare dignatus est -- *Quàm bene apud Vos locata sint Paternæ nostræ charitatis beneficia, & quæ jamdudum Collegii vestri dignitas deposcebat, precibus quidem vestris prævertisse, non meritis --*

Et quia in *animad. ad lib. 3, tit. 3, nu. 77, & 78,* tetigimus jus, quod habet nostrum Pistoriense Capitulum instituendi ad Parochiales S. Vitalis, & S. Leonardi, omittere nolumus, consimilem facultatem habere pariformiter prælaudatum Capitulum Lucanum, instituendi scilicet ad quamplura Beneficia tum Parochialia, tum etiam simplicia, ac residentialia in eadem Cathedrali, ut de Beneficio S. Laurentii apparet ex S. Rotæ Decisione, quæ hic subnectitur.

R. P. D.

FALCONERIO.

Lucana Beneficii.

Veneris 22 Februarii 1709.

COnstructo in Cathedrali Ecclesia Lucana Altare sub invocatione S. Laurentii a Nicolao de Arrighis, datoque placito suis hæredibus circa Missarum celebrationem, & alia onera adimplenda, Juspatronatus ad ipsorum favorem in ejus Testamento condito de Anno 1435, his verbis reservavit -- *Cujus quidem Altaris Patronos reliquit, fecit, esseque voluit, &c. Dominum Gregorium qu. Arrighi de Arrighis, & providum Virum Laurentium ejus fratrem, & filium d. q. Arrighi, Nepotes dicti Testatoris, & quemlibet eorum, & quoscumque alios eorum, & cujuscumque eorum filios, & Descendentes masculos dumtaxat ex legitimo matrimonio procreatos.*

In adimplementum recensitæ dispositionis, non solùm onera declaravit Laurentius unus ex hæredibus dicti Nicolai, unusque ex Patronis, sed ulteriùs idem Altare dotando, iterum de Anno 1467, Juspatronatus ad sui favorem, ac filiorum Gregorii Fratris spectare debere præfinivit, ut ibi -- *Item quòd ipse Laurentius toto tempore suæ vitæ, & post ejus mortem Laurentius, & Gherardus ejus Nepotes, & filii D. Gregorii prædicti, & alii ex eis per lineam Masculinam Descendentes sint, & esse intelligantur veri, & legitimi Patroni ipsius Altaris, & Capellaniæ Sancti Laurentii, & ad eos spectet, & pertineat Juspatronatus, & electio, nominatio, & præsentatio Capellanorum ipsius Altaris in futurum eligendorum; & receptio, & confirmatio ipsorum Capellanorum spectet, & pertineat ad Capitulum Canonicorum ipsius Ecclesiæ Sancti Martini.*

Extincta Linea de Arrighis in Gherardo ultimo ex Descendentibus Masculis, Juspatronatus e Gentilitio in hæreditarium transivit ad commodum Philippi de Calandrinis, hæredis ejusdem Gherardi, qui quadraginta Annorum decursu pacificè, & absque ulla contradictione quatuor explevit præsentationes. Verùm quia Julianus istius filius, recedendo ab infallibilibus Sacrosanctæ Catholicæ fidei Dogmatibus de anno 1567, prolapsus in hæresim Calvinianam, Genevam se transtulit. Hac de causa Lucana Respublica eumdem uti incursum in crimen lesæ Majestatis Divinæ, & uti Rebellem, ad pœnam ultimi supplicii, & confiscationis Bonorum condemnavit; & Ordinarius unà cum Capitulo, obventa sub anno 1572, vacatione dictæ Capellaniæ, eam recognoscendo exemptam a servitute Patronatus, liberè contulit Josepho de Galganis. E contra verò Franciscus Jacobus, & Vincentius de Arrighis de Anno 1587, sub credulitate, quòd essent de Familia Fundatoris, obtinuerunt a Vicario Generali Pisano Delegato Apostolico reintegrationem ad prædictum Juspatronatus; cujus sententia, tametsi non appareat executioni demandata, adhuc præbuit causam, ut nullus ferè imposterum stabilis, & pacificus status dijudicari possit.

In ultima tandem vacatione de mense Decembris 1706. Ordinarius, & Capitulum eandem Capellaniam Paulo Francisco Finuccio contulerunt, unà cum subsequuta possessione. Ursula Camigliana, & Magdalena de Rubeis, uti hæredes ab intestato Francisci Arrighi sine Prole defuncti, reservata Pensione Ducatorum 25 pro medietate divisa inter Jo. Baptistam Martinellum, & Sebastianum Mariam Pellum, præsentarunt Franciscum Mariam Nerium, qui pensioni consentiendo, Literas pro præsentato de Mense Octob. 1707, a Sancta Sede reportavit: Et Philippus Calandrinus ad Sanctam Catholicam fidem reversus, & in Patria receptus, præsentavit Balthassarem de Balthassaris. Delata interim hac triangulari contentione, ad Tribunal Signaturæ Justitiæ, fuit mihi directa Commissio cum Clausula -- *Circumscripta possessione, & apposito sequestro* -- cujus facti Thesis, quamvis videatur a tot inter se pugnantibus Beneficii Collationibus involuta, atque multiplicibus Juris ambagibus circumsepta; attamen in hodierna Audientia a me proposita sub dubio -- *An Literæ Apostolicæ sint exequendæ; vel potius, An & cui sit danda institutio* -- a Patribus extitit definita -- *Literas Apostolicas non esse exequendas, & Institutionem esse dandam Paulo Francisco.*

Quo enim ad primam partem Dubii, nullam promereri possunt executionem Literæ Apostolicæ, uti deficientes in principali Narrativa existentiæ Jurispatronatus, ac in verificatione Franciscum Mariam fuisse præsentatum a veris, & legitimis Patronis; *Cassador. decis.* 4, *num.* 28
10, & 12, *de probat.* & *dec.* 7, *num.* 1, & 2, *de Jurepatron. Rot. dec.* 531, *num.* 1, *par.* 1 *divers.* & *cor. Duran. dec.* 87, *num.* 17. Et præsertim attenta illa Clausula in eisdem literis apposita -- *verificato priùs coram Te, quòd dictum Juspatronatus ex fundatione, vel dotatione extat, ut præfertur*; quæ conditionem importat, & executionem gratiæ suspen- 29
dit usquequo per plenas, concludentes, & legitimas probationes fuerit justificata, *Kos. de execut. Liter. Apostolic. lib.* 1, *cap.*

cap. 4, il 2, nu. 124, & 125; Vivian. de Jure-
patr. lib. 13, cap. 8, num. 2; Rot. coram
Duran. d. dec. 87, num. 18, & 19; & co-
ram Cerro, dec. 370, num. 6, & 7, & in
recent. decis. 15, num. 12, par. 14, & dec.
331, num. 2, par. 15. Quod abſque ullo
prorsùs dubio procedit in hypotheſi,
in qua adeſt Contradictor, uti de libero
proviſus. Et Ordinarius, ſive ejus Pro-
motor Fiſcalis eſt in Cauſa, ut benè pro-
ſequitur idem *Roſa, loc. citat. num. 125,*
30 *& 126*, cùm omnis Juris præſumptio ur-
geat pro libertate Beneficii, *Canon. De-*
cretum eſt, 10, quæſt. 1, & Can. Omnes
Baſilicæ, 16, quæſt. 7; Innocen. in cap. cum
Venerabilis, num 9, de except. Ideoque
probationes in ſuo genere perfectæ, non
tam ad poſſeſſorium, quàm ad petitorium
proferri debent, *Poſth. de manut. obſervat.*
32, num. 27, in fin. Rot. cor. Molin. dec.
42, num. 3, & in rec. dec. 235, num. 1.

Hujuſmodi autem rigoroſa probatio Ju-
riſpatronatus a Juſtificationibus uſque
nunc exhibitis non deducitur; dum illius
exiſtentia de diametro pugnat cum liber-
tate Beneficii uſque de Anno 1572, pro-
pter hæreſim Juliani Calandrini ab Or-
dinario recognita. Et indubitatum eſt Pa-
tronum, in hæreſim labentem, Patronatum
amittere, & Beneficium uti liberum re-
manere ſub poteſtate Epiſcopi. *Vivian.*
de Jurepatron. lib. 15, cap. 2, numer. 5;
Lambertin. in eodem tract. lib. 3, quæſt.
31 *8, artic. 8, numer. 22; Garz. de Benefic.*
par. 5, cap. 9, num. 31; Molin. de Primo-
gen. lib. 1, cap. 24, num. 27, Sanchez in
præcept. Decal. lib. 2, cap. 19, num. 16,
& 17.

Neque libertas Patronatus in ancipiti
ponitur ab illius qualitate gentilitia, ob
quam Jure hæreditario tranſire non po-
tuit in Calandrinos, dum ſupererant
Franciſcus Jacobus, & Vincentius de Ar-
righis proximiores Deſcendentes de ea-
dem Familia Arriga Nicolai Fundatoris,
quibus nullum præjudicium irrogare va-
luit delictum Juliani Calandrini, cùm
ex illius perſona non venirent, ſed Ju-
re proprio, & uti vocati ab eodem Fun-
datore. Immò in iſto caſu etiamſi deli-
ctum fuiſſet commiſſum ab aliquo de Fa-
milia, tamen Jusparronatus nonniſi
32 temporaliter, & durante vita Delin-
quentis, confiſcari potuiſſet, & deindè
ex lege fundationis tranſire debuiſſet ad
alios de Familia in fundatione honora-
tos, ut præmiſſam Concluſionem limi-
tando firmat *Sanchez loc. cit. nu. 15, &*
17, ſequent. Farinacc. de hæreſi qu. 190,
§ 1, ſub nu. 24.

Error quippe eſt in ſuppoſito, dum
Juspatronatus fuit reſervatum favore fi-
liorum, & Deſcendentium maſculorum
-- *dumtaxat* -- duorum Nepotum ipſius
Fundatoris, vel pro Deſcendentibus per
lineam maſculinam ex Luviſo, & Ghe-
rardo filiis Gregorii; ac propterea non
oſtenſo, quòd Franciſcus Iacobus, &
Vincentius de Arrighis deſcenderent a
dictis Nepotibus, ſivè pronepotibus Fun-
datoris, ad quorum favorem Jusparro-
natus erat ſpecialiter reſtrictum, & re-
ſervatum, veniunt idcircò conſiderandi 33
tanquam extranei, & excluſi; *Riminald.*
Jun. conſ. 371, num. 77, cum duobus ſeqq.
lib. 4; Rot. cor. ſa. mem. Alex. VIII, deciſ.
217, nu. 1, & ſeqq. & in recent. dec. 15,
nu. 22, & ſeqq. par. 7; & in Meliten. ſeù
Panormitana Patrimonii, 6 Junii 1708, cor.
R. P. D. meo Lancetta.

Replicatione non attenta, quòd tunc
firmata procederent, quando nunc dicti
de Arrighis inſtarent admitti ad præſen-
tandum: at quia uſque tunc conſideran-
tes neque delictum Calandrini, neque
devolutionem ab Epiſcupo acceptatam
ſibi obſtitiſſe; obtinuerunt a ſan. memor.
Sixto V, cauſam per Breve committi Ar-
chiepiſcopo Piſano, ſive ejus Vicario Ge-
nerali, a quo de Anno 1587 Sententiam
ſuper eorum reintegratione ad dictum Jus
præſentandi reportarunt, & fuerunt ca-
nonizati proximiores de Agnatione, &
Familia de Arrighis; Ideoque fruſtato-
rium nunc reddatur amplius perquirere
eorum Deſcendentiam.

Quoniam iſta ſententia nunquam fuit
Executioni demandata propter continua-
tionem proviſi ab Ordinario in poſſeſſio-
ne Beneficii usque ad ejus obitum, quod
maximoperè confert pro illius ſtatu li-
bero, ex firmatis *a Rota poſt Vivian. dec.*
25. num. 7; & in Cremonen. Beneficii, 11
Maji 1705, § Nec proviſioni; & 14 Maji
1706, § Tum etiam quia, cor. R. P. D. meo
Kaunitz, a quibus Deciſionibus etiam ſi
fuiſſet poſtea receſſum cum ſubſecuta
Sententiæ Rotalis infirmatione, ut ha-
betur ex *deciſ. edita cor. R. P. D. meo*
Lancetta, 3 Decembris 1706; attamen
alia Fundamenta dederunt cauſam mu-
tationi, ut benè obſervat *Rota in Medio-*
lanen. Beneficii, prima Aprilis 1707, § Ter-
tius caſus in fine, coram R. P. D. meo An-
ſaldo. Prout pariter ſubſequuta proviſio
de Anno 1605, in perſonam Felicis Tren-
ta, qui, non obſtante contradictione præ-
ſentati ab Arrighis, ſuam poſſeſſionem
continuavit uſque ad aſſecutionem alte-
riùs incompatibilis, ob quam dictum Be-
neficium a Sede Apoſtolica fuit liberè col-
latum de Anno 1607 Vincentio Landi-
nello, quæ omnia ineffectuationem Sen- 34
tentiæ concludunt, & maximoperè favent
libertati Beneficii. *Rota in recent. deciſ.*
321, num. 21, & ſeqq. part. 9; & deciſ.
514, num. 7, & 8, part. 13; & dec. 136,
num. 20, par. 19; & in dicta Cremonen.
Beneficii, 11 Maji 1705, § Tantò ma-
gis; & 14 Maji 1706, § Tum etiam in fin.

& § *His verò adnectebatur*.

Accedit insuper eandem Sententiam non fuisse aptam immutare statum liberum Beneficii, non solùm, quia ex Actis non justificatur, juxtà sensum *Rotæ in supradicta dec.* 514, *nu.* 6. Verùm etiam quia ex ipsius lectura detegitur erronea, cum Judex dd. de Arrighis admiserit ad præsentandum -- *tanquàm de Familia, Agnatione, & denominatione de Arrighis* - quod ex præmissis non sufficit, sed necesse est, juxtà præscripta in lege fundationis, ut sint de vera, & effectiva Descendentia masculina Nepotum, sivè pronepotum Fundatoris. Unde, cum manifestissimus sit error, & in eadem Sententia expressus, illa non venit consideranda.
35 *Paul. de Castro in l. cum prolatis, ff. de re judic. Rota, coram san. mem. Alexandro VIII, dec.* 263, *num.* 9; *& in Melevitana Jurispatronatus* 31 *Martii* 1702, § *Prout neque, coram R.P.D. meo Scotto, & in sæpedicta Cremonen. Beneficii*, 11 *Maij* 1705, § *Æquè infeliciter*, *&* 14 *Maii* 1706, § *Ex quo facto, in fin. &* § *Tam demum quia*.

Et re vera si isti Arrighi originem habuissent a Descendentia in fundatione considerata, utique non permisissent post obitum Gherardi ultimi de dicta Descendentia, ut in Patronatu succederet Philippus Calandrinus, neque quod ille per spatium 40 Annorum in illius possessione permansisset, nec etiam quòd dicti temporis decursu per quatuor vices pacifice præsentationes explevisset, ut consideravit *Rota in Mediolanen. Prioratus super dubio Ignobilium*, 15 *Junii* 1703, § *Quod autem, & super qualitate agnationis*, 18 *Junii* 1703, § *Final. cor. R.P.D. meo Scotto; & in laudata Cremonen. Beneficii*, 14 *Maii* 1706, § *Tantò facilius*.

Nec, quæ a dicta Sententia non implorantur, deduci possunt ab observantia, vel præscriptione: nam neutram concurrere existimarunt Domini; dum post delictum Calandrini fuit ab Ordinario, uti de libero provisus Joseph Galganus, qui de Anno 1572, usque ad Annum 1605, in quieta possessione Beneficii permansit, non obstante prædicta Sententia Delegati Apostolici, emanata de Anno 1587, justà superiùs firmata in § *Quoniam*.

Sequuto ejusdem Provisi obitu de Anno 1605, iterum Beneficium, uti liberum ab Ordinario obtinuit Felix Trenta; & quamvis a Jacobo Arrigo in dicta Sententia reintegrato, præsentatus fuisset Marcus Antonius Santuccius, tamen idem Felix in sua possessione continuavit usque ad assecutionem alterius incompatibilis post biennium eventam, ut in d. § *Quoniam*.

De Anno 1607 a Sancta Sede, apud quam vacabat dictum Beneficium, Vincentius Landinellus illud impetravit, & e contra prosecuta Lite a Santuccio, per concordiam remansit huiujmodi status absolutus, & beneficium per renunciationem ejusdem Landinelli, sibi tamen reservata annua pensione scutorum centum, a prædicta S. Sede concessum fuit Georgio Arrigo, qui pro stabiliendo Jure præsentandi in Jacobo Patre adjicere curavit in suis Litteris clausulam -- *Dummodò Patroni ad hoc accedat assensus* -- proùt effectivè in actu executionis dictus Jacobus suum præstitit consensum. Ista autem in vim Concordiæ peracta, insciis Ordinario, & Promotore Fiscali, non po- 36
tuerunt immutare præcedentem statum liberum beneficii, neque in Patronum transfundere aliquod Jus manutenibile; *Corrad. in prax. Benef. lib.* 4, *cap.* 4, *nu.* 14; *Adden ad Buratt. dec.* 633, *nu.* 18; *Rot. dec.* 301, *nu.* 2, *&* 3, *par.* 2, *divers. & in rec. dec.* 615, *num* 12, *par.* 19.

Eoque magis attenta altera Clausula in eisdem Litteris contemporaneè apposita -- *per præsentes autem non intendimus dictum Juspatronatus, si quod sit, in aliquo approbare* -- quæ operatur, ut exclusa remaneat quæcumque Jurispatronatus Canonizatio, ac ut illæsa resideat præcedens Beneficii libertas, non obstan- 37
te consensu a Patrono in executione Litterarum præstito; *Amayden. de styl. Datar. cap.* 15, § 15, *num.* 47; *Rot. decis.* 331, *num.* 8, *& seqq. par.* 15; *& dec.* 290, *nu.* 4, *par.* 18 *recent. & in toties recensita Cremonen. Beneficii*, 14 *Maii* 1706, § *Nec prædictus status, coram R.P.D. meo Kaunitz*.

Eademque beneficii libertas quam maxime comprobata remansit de Anno 1630, in quo sequuto obitu dicti Georgii, Henricus, & Franciscus filii Jacobi Arrighi coram Ordinario præsentarunt Andream Carellum, cujus Institutioni se opposuit Promotor Fiscalis, allegando libertatem beneficii, Provisiones tanquam de libero effectuatas in tribus vacationibus Annorum 1572, 1605, & 1607; & impugnando sententiam Delegati Pisani, negavit præsentantes esse de Familia Fundatoris: undè, contestata lite in petitorio inter Ordinarium, & dd. præsentantes, non solùm præsentatio Carelli nullum habuit effectum; verùm etiam, ipsa lite pendente, fuit eodem Anno 1630, uti de libero provisus a S. Sede Vincentius Galganus, cum ulteriori derogatione Jurispatronatus in totum, attenta lite, addita Clausula -- *quatenùs de illo existat, citra tamen illius approbationem*. Quocirca effectuata hac gratia, eaque divisa in duobus distinctis capitibus, ex primordiali de reservato 38
comprobatur libertas beneficii, *Rota in*

di-

dicta Cremonen. Beneficii, 14 *Maji* 1706,
§ *Non relevante, coram R. P. D. meo Kau-
nitz*. Et ex secundario Jurispatronatus de-
rogatorio propter litem citra illius ap-
probationem educitur litis pendentia in
petitorio, cùm Papa nunquam soleat Pa-
tronatui derogare in totum, nisi lite pen-
dente; *Rota in Romana Capellaniæ*, 3
39 *Februarii* 1708, § *Quin suffragetur, cum
allegatis coram R. P. D. meo Scotto*.

Non obstante Concordia inita inter
Galganum, & Carellum, qui ob pensio-
nem ad sui favorem reservatam Liti re-
nunciavit quia nec ista novum titulum
eidem Galgano tradidit, neque immuta-
vit liberam collationem Beneficii; sed
pro redimendis molestiis, inquietationi-
40 bus, Litiumque versutiis, id actum fuis-
se per ipsum Galganum creditur; *Molin.
de Primogen. lib. 4, cap. 9, sub num.* 22;
& optime *Rota in Placentina Jurispatrona-
tus*, 10 *Martii* 1704, § *Eoque minùs, co-
ram Reverendissimo D. meo Molines*. At
nec etiam fuit apta litem extinguere,
41 cum in ea non intervenerit Ordinarius,
cùm quo lis principaliter agebatur, *l. a
Sententia, vers. idem rescripsit, ff. de ap-
pellat. Rot. dec. 602, num. 4, & dec. 715,
num. 2, par. 18, & dec. 164, num. 7, par.
19 rec. & in Faventina Beneficii*, 10 *Ju-
nii* 1705, § *Minusque subsistit, cor. R. P.
D. meo Kaunitz*.

Hoc namque usque ad evidentiam osten-
ditur a subsecuto statu Anni 1633, in
quo per resignationem Galgani fuit a Se-
de Apostolica dictum Beneficium colla-
tum Antonio Gratiani Nuti, cum ejus-
demmet litis specifica expressione, ac
cum derogatione Jurispatronatus in to-
tum; attenta Lite, & cum illa Clausula
præservativa -- *per præsentes non inten-
dimus dictum Juspatronatus in aliquo ap-
probare* -- Quinimmò præfatæ Literæ Apo-
stolicæ non aliter fuerunt executæ, nisi
prævia verificatione hujus Litis, ut ibi --
*Præcedens ad illarum executionem, con-
stito fiet de dicta Lite, occasione dictæ
Capellaniæ indecisa* -- Quo circa indubia
redditur Litis pendentia in petitorio, quæ
in sua stabilitate tamdiù permanere di-
42 citur, donec illius decisio a te judicata
habeatur; *cap. si ii, ut lit. penden. in 6,
& inibi gloss. in verbo finita*, ibi -- *post sen-
tentiam* -- *ubi gloss. marginalis* hæc ver-
ba addit -- *quæ transivit in rem judica-
tam* -- tunc enim est finita lis, & con-
cordat alter *Textus in cap. primo cum
Gloss. in verbo pariter finita de Litis con-
testat. in 6; Abb. in Clement. cùm Lite
pendente num. 3, ut lite pendente*.

Nulla denique vis constitui potest in
geminis ultimis Apostolicis provisionibus
cum consensu Francisci Arrighi effectua-
tis, altera nempe ad favorem Antonii Nu-
ti Junioris in Coadjutorem assignati de
Anno 1644 dicto Antonio Nuti Senio-
ri; & altera de Anno 1655, pro Jacobo
de Nutis resignatario præfati Antonii Ju-
nioris; unde arguitur, quòd existente
dicto Arrigo in quasi possessione præsen-
tandi in vim præstiti consensus in utro-
que præcedenti statu, sive consideretur
pro vero Patrono, sive pro putativo,
hæc sola possessio sufficiat Francisco Ma-
riæ pro tuendis suis præsentationibus,
& pro obtinenda executione suarum Li-
terarum Apostolicarum, juxta *Text. in cap.
Consultationibus de Jurepatronat*. & firma-
ta a *Rota in dec. 362, num. 3, par. 5, &
decis. 514, num. 3, par. 13 recent*.

Etenim in primis Literis Coadjutoriæ
non solùm fuerunt appositæ Clausulæ --
*per præsentes quoque non intendimus Jus-
patronatus, si quod sit, in aliquo approba-
re* -- Et -- *super eo inter aliquos lis &c.
pendeat indecisa, &c.* Sed etiam illarum
executio nullum inferre potuit præjudi- 43
cium libertati Beneficii, cùm in ea non
fuerit citatus Promotor Curiæ Episcopa-
lis, de cujus interesse principaliter age-
batur, *Corrad. in prax. Benefic. lib. 4, cap.
6, num. 62, Rota cor. Seraphin. dec. 139,
num. 7, cor. Burat. dec. 178, numer. 18,
cor. Cerro dec. 120, num. 15; & in dicta
Cremonen. Beneficii*, 31 *Maji* 1706, § *Re-
spectu, coram R. P. D. meo Kaunitz*.

In secundis verò resignationibus fuit ap-
posita Clausula -- *accedente consensu Pa-
troni, verificato tamen priùs Jurepatrona-
tus ex fundatione, vel Dotatione* -- in cu-
jus verificationis actu tenebatur quoque
illarum executor audire, & citare dictum 44
Promotorem Fiscalem, juxta praxim expo-
sitam a *Vivian. de Jurepatron. lib. 13, cap.
8, num. 11, & 12, Ros. de execut. Litter.
Apostolic. lib. 1, cap. 4, il 2, num. 129;
& Rota post d. Vivian. dec. 25, in fin. &
dec. 184, num. 5, & 6, part. 12 rec.*

Maxime quia adhuc indecisa pendebat
lis cum eo præcedenter in petitorio con-
testata, & Ordinarius ante prædictam li-
tem erat in possessione liberè conferen-
di Beneficium, & nunc pariter conten-
tio est circa illius servitutem, vel liber-
tatem; quapropter in isto casu locum si-
bi non vindicat dispositio d. *Text. in cap.
Consultationibus*, cùm sola quasi posses-
sio ex ultimo statu nec asserto Patrono
suffragetur ad effectum obtinendi manu-
tentionem in quasi possessione præsentan- 45
di, nec suo præsentato pro consequenda
institutione in Beneficio, ut post *Gon-
zal. ad regul. 8 Cancell. Gloss. 18, n.
22*; magistraliter *Rot. in d. Mediolanen.
Beneficii*, 1 *Aprilis* 1707, § *Cum itaque,
cor. R. P. D. meo Ansaldo*.

Immo ex causa d. Litis prorsùs exulan-
te bona fide, sicuti fructus rei materia-
lis pertinent ad bonæ fidei possessorem,
non autem ad Dominum, prout è contra
in

in malæ fidei possessore; ita fructus Juris præsentandi [cùm præsentare fructus Jurispatronatus sit] suos non facit Pa-
46 tronus, qui in omnimoda bona fide non præsentavit, ut benè observat *Abb. in d. cap. Consultationibus, num. 3, & seqq. de Jurepatronat. & in cons. 54, numer. 2,* & cæteri Canonistæ in eodem *Text. Vivian. de Jurepatr. lib. 11, cap. 6, num. 22; Marescott. var. resol. lib. 1, cap. 55, num. 53, & seqq. Lambertin. de Jurepatr. lib. 2, par. 1, q. 3, artic. 9, per totum* cum aliis *in dicta Mediolanen. Beneficii § Supposuimus.*

Addito denique, prout in § *Quo enim, &c.* præmisi, quòd in Literis Apostolicis Francisci Mariæ fuit apposita clausula — *verificato priùs coram te, quòd dictum Juspatronatus ex dotatione, vel fundatione existat* — pro cujus verificatione non sufficit quasi possessio præsentandi ad normam *Text. in cap. Consultationibus, de Ju-*
47 *repatr.* sed requiruntur probationes efficaces, tam in possessorio, quam in petitorio, ultra auctoritates allegatas in *d. § Quo enim, Rota post Vivian. de Jurepatron. dec. 25 num. 1, & seqq.* cum aliis latè congestis *in d. Mediolanen. Beneficii, § Cum itaque, coram R. P. D. meo Ansaldo.*

Descendendo modò ad secundam Dubii partem, in qua per Dominos fuit responsum -- *Institutionem esse dandam Paulo Francisco* -- satis est reflectere, quòd vindicata per Ordinarium libertate Beneficii propter hæresim Juliani Calandrini, statim se constituit in possessione liberè illud conferendi, ut habetur a provisionibus, & Collationibus de libero plenè effectuatis de Annis 1572, 1605, 1607, & 1630, quæ quantumvis sint valdè remotæ, attamen cùm posteriores fuerint detectæ turbidæ, & litigiosæ, pro
48 ultimis sunt considerandæ; ut ad rem *Rota in Aretina Beneficii, 20 Januarii 1701, § Utique, & 23 Aprilis 1703, § Minimè tollunt, cum sequentibus, coram R. P. D. meo Ansaldo, & in Cremonen. Beneficii tertia Decembris 1706, § Facilè fuit, in fine, coram R. P. D. meo Lancetta;* & in specie favore Episcopi, qui etiam ex unico actu in hac quasi possessione constituitur, *Rot. cor. Seraphin. dec. 799, num. 4.*

Aliquod non inferente Obstaculum litis pendentia, introducta de Anno 1630, inter Ordinarium, & assertos Patronos; quoniam ea vertente inter primum pro libertate Beneficii, & secundos pro servitute contendentes, atque ante moram litem, existente eodem Ordinario in quasi possessione liberè providendi, præcipuè in duobus statibus Annorum 1572, & 1605, absque ulla contradictione peractis, consimilis litis pendentia inefficax est ad impediendam Ordinario prædicto continuationem, sive manutentionem in quasi possessione liberè conferendi Beneficium, prout ante motam litem egisse ostendit *Lotter. de re Benefic. lib. 2, quæst. 20, n. 5; Lancellot. de Attentat. lit. pendent. par. 2, cap. 4, in præfat. num. 510, cum seqq.* 49
Rota coram san. mem. Alexandro VIII, decis. 203, num. 13, & seqq. & decis. 427, part. 1 rec. & in Mediolanen. Prioratus super Manutentione, 15 Junii 1603, § Pendentia verò Litis in petitorio, coram R. P. D. meo Scotto.

Eoque minùs resistente, quòd provisio Pauli Francisci, uti obtenta a Vicario Generali sine speciali mandato Eminentissimi Episcopi laboret vitio nullitatis. Etenim, ultra ejusdem mandati amplitudinem, observarunt Domini eam fuisse a Capitulo confirmatam, & absque dubio agi de simultanea Collatione ad Ordinarium, & Capitulum spectante; quapropter, uno ex eis negligente, impedito, vel nulliter agente, totum Jus consolidatum remanet in altero; ac uno non contradicente, nequaquam dubitari po- 50
test de validitate provisionis alteriùs, ut post *Gonzal. Garz. Achill. Pui. Coccin. & alios Lotter. de re Benefic. lib. 2, quæst. 21, num. 24, 25, & 26.*

Cæteroquin fere inutilis redditur dicta oppositio; quia cùm nunc in nostro Sacro Auditorio disputetur -- *An, & cui sit danda Institutio* - & Promotor Fiscalis sit in Causa, nec ex præmissis in dubium revocetur, quin apud Ordinarium existat dicta quasi possessio liberè conferendi, hinc est, quòd, corruente actu materialis provisionis, non tamen perit 51
jus Ordinarii per comparitionem ratificatum, cujus vigore venit Institutio concedenda, ad *Text. in cap. si confirmationem, de Elect. in 6; Rota coram Seraph. dec. 1274, nu. 2.*

Hucusque discussa pro libertate controversi Beneficii, relevant ab onere examinandi exclusionem utriusque contradictoris. Fortius quià, quoad Neràum præsentatum a causam habentibus a Francisco Arrigo, non justificatur, istius Auctores fuisse de illa Familia Arrigha in fundatione contemplata, nec unquam acquisivisse aliquem statum manutenibilem; nec ulterius eorum præsentario sub conditione pensionis reservandæ a S. Sede Apostolica (quatenùs cætera necessaria 52
concurrerent) institutionem meretur, cùm non doceatur prædictam conditionem fuisse intra quadrimestre purificatam; *Vivian. de Jurep. lib. 8, cap. 6, nu. 24; Rot. dec. 430, nu. 36, & 37, par. 9; & dec. 323, nu. 9, part. 16 rec.*

Quò verò ad Balthaxarem præsentatum a Philippo Calandrino, & si indubitata sit propositio, quòd extincto Pa-

tro-

tronatu Gentilitio in Gherardo de Arri-
ghis, evaserit illud hæreditarium ad com-
modum Philippi Calandrini Senioris illius
hæredis, juxta *Consil. Ancharan.* 81, a
Sac. Rota passim receptum, & pro com-
53 muni canonizatum in Decisione transcri-
pta apud *Vivian. de Jurepatronat. lib. 4, cap. 2, sub nu. 14, confirmata coram Seraphin. dec. 364, num. 3, & dec. 378, num. 1, Buratt. dec. 183, nu. 21; Millin. dec. 330, num. 1; Bich. dec. 553, nu. 5, & 6, & dec. 581, per tot. & in recent. dec. 221, num. 22, par. 8, decis. 220, nu. 16, par. 11, & dec. 667, num. 11, & 12, par. 18.* Adhùc tamen, cùm modernus
Philippus Calandrinus suam legitimam
non probet descendentiam ab illo Phi-
lippo Calandrino, qui præsentavit de
Anno 1545, nec quòd causam ab illo
habeat; immò versante nunc controver-
sia super Institutione, quæ est judicium
possessorium, non admittitur Patronus,
qui in quasi possessione præsentandi non
reperitur; & signanter, quando per la-
psum 136 Annorum, alter est in quasi
54 possessione liberè providendi; *Rota, coram Cerro, dec. 370, nu. 15, & 16; & in Astoricen. Parochialis, 6 Febr. 1699, § Ipso enim, coram R. P. D. meo Scotto, & in Mediolanen. Prioratus super manutentione, 15 Junii 1703, § His ita firmatis, cor. eodem.*

Et ita in triangulari conflictu Partibus acerrimè disceptantibus resolutum fuit.

Prædicta Decisio confirmata fuit sub die 26 Junii 1703, coram eodem Eminentissimo Falconerio, prout videre est inter suas impressas de Jurepatr. tit. 19, dec. 4, & 5; & sub die 2 Augusti ejusdem anni demandata fuit causæ expeditio.

Postmodum autem DD. de Calandrinis eorum descendentiam justificarunt coram Excellentissimo Lucensi Senatu, a quo propterea sub die 8 Maii 1727 pro ejus insigni pietate reintegrati fuerunt ad antiquos honores Patricios.

ADDITIO XXXVI.

ARGUMENTUM.

Canonicus, vel Beneficiatus justè privatus de Capitulo, & facultate optandi, si restituatur in Capitulum, non censetur restitutus etiam ad facultatem optandi, præsertim in præjudicium eorum, ad quos medio tempore devolutum est jus optandi. Secus si privatus fuisset injustè.

SUMMARIUM.

1 *Beneficiati Cathedralis Lucanæ habent Indultum Apostolicum condendi Statuta, & Ordinationes pro eorum recto guberuio.*

2 *Privatus injustè dicitur potius amotus, quàm privatus, neque cadit a sua possessione.*

3 *Canonicus privatur facultate optandi, si postea restituatur, non recuperat suum primum locum in præjudicium aliorum medio tempore ad optationem admissorum.*

4 *Officialis privatus suo officio, quod interim fuit alteri collatum, illud non recuperat per supervenientem reintegrationem.*

5 *Canonicus Sacerdos receptione posterior præcedere debet Canonicum non Sacerdotem anteriorem possessione, etiam postquam iste factus esset Sacerdos, ubi Præbendæ non sunt distinctæ.*

6 *Papa tollere non solet jus tertio quæsitum.*

7 *Vox in Capitulo non tribuit Canonico facultatem optandi.*

8 *Restitutus in Capitulum, non censetur reintegratus etiam ad facultatem optandi, quâ fuerat insimul privatus.*

9 *Optio est fructus spectans ad possessorem.*

10 *Qualitas apta ad prælationem, intelligitur* cæteris paribus.

11 *Fraudibus est obviandum.*

12 *In optationibus statur consuetudini.*

13 *Restitutio ad gradus, licèt specialiter petita fuerit, non censetur concessa, nisi de ea fiat mentio in rescripto gratioso.*

14 *Punitus duplici pœna, si absolutus fuerit ab una, non censetur absolutus etiam ab alia, nisi facta sit abolitio decreti condemnationis, cum omnibus inde sequutis.*

IN Cathedrali Ecclesia Lucana, ultra
Reverendissimum Capitulum DD. Ca-
nonicorum, adest etiam particulare Col-
legium appellatum *Universitas*, quod
componitur quadraginta Beneficiatis in
titulum, eisque olim Cardinalis Silvius 1
Legatus S. Sedis in Thuscia, anno 1517,
elargitus fuit Indultum condendi Statu-
ra, & Ordinationes, licitas tamen, &
honestas circa negocia particularia Uni-
versitatis, & Personas particulares Be-
neficiatorum, prout latiùs continetur in
eodem Indulto canonizzato per duas
Decisiones *S. Rotæ Romanæ, sub die 13 Februarii, & 9 Aprilis* 1601, *coram Pamphilio*, quarum prima habetur impressa
penes *Marchesan. de Commission, par. pri. pag. 554, nu. 3.*

Habet idem Collegium pro sua Massa grossa Distributionum multos redditus, consistentes pro majori parte in frumento, & divisos in unam supra triginta

Exa-

Exactiones, quæ vulgariter ab eis membra nuncupantur, easque exercere facit a totidem Beneficiatis anterioribus receptione, seu de Magis antianis, cum optione generali inter illos quolibet Decennio, & etiam infra Decennium, quoties aliqua legitima vacatio superveniat, assignando cuilibet ex eis meritum, seu præmium ad rationem quatuordecim pro centenario, cum onere tamen dandi omnes partitas integraliter pro exactis infra Mensem Octobris cujuslibet anni. Neque ad hasce exactiones admittuntur novissimi novem Beneficiati juniores de Collegio, nisi prius evenerit præmorientia alicujus ex Beneficiatis magis antianis. Qui tamen novem recentiores consequuntur ab aliis antiquioribus integras distributiones per eos lucratas. Quemadmodum verò præfata Membra, seu Exactiones non sunt omnes inter se æquales, sed difformes, & aliæ facilioris, aliæ autem difficilioris exactionis, ita operosiores, ac difficiliores pernecesse optari debent a Beneficiatis ultimo loco receptis, qui in ordine, seu linea optationis in dies succedunt.

Sub anno 1724, comperto per Universitatem, quòd unus ex suis Beneficiatis Exactionem fruentibus, muneri suo defecisset, & in ejus fideli administratione prævaricatus fuisset, eumdem privavit tam dicta Exactione, quam jure alias optandi suis loco, & tempore, & ulterius ipsum privavit facultate interessendi Capitularibus Comitiis pro tempore, quo Universitati libuerit; ipsiusque Exactionem, seu Membrum optationi exposuit, ac alterum ex novem Beneficiatis junioribus ad optandum admisit, quemadmodum in casu cujusque legitimæ vacationis practicari consuevit.

Beneficiatus hujusmodi privationem passus, nullum a præfato Decreto recursum interposuit, sed eidem per aliquot annos acquievit; donec Illustrissimus & Reverendissimus D. Archidiaconus Sardi Vicarius Generalis sese pro eo interposuit apud Beneficiatos pro nova admissione in eorum Adunantiis, & pro abolitione superius recensiti decreti; obtinuitque sub die 7 Aprilis 1728, ut in obsequium adeò insignis, ac meritissimi Mediatoris in Capitularibus Sessionibus iterum interesse valeret, non obstante quocunque decreto in contrarium.

Cùm autem in præsentiarum evenerit vacatio duarum ex præfatis Exactionibus, & Beneficiatus nuperrimè, ut supra, in Consortium admissus, sibimetipsi blandiatur alteram ex eis optare posse, & quidem in eo loco, in quo ante privationem repetiebatur; ipsius prætensioni sese opposuerunt Beneficiati illi, qui ob ejus privationem in Cathegoria, seu ordine optandi successerunt. Cùmque Votum meum desuper expostulatum fuerit, censui pro veritate respondendum, quòd præsentis controversiæ momentum in eo consistere videtur, an Beneficiatus de novo in Consortium admissus, fuerit justè, vel injustè privatus Exactionibus, ac facultate optandi per Decretum sub die 5 Januarii 1724. Dato etenim, quòd hujusmodi Decretum justitiæ non niteretur, & Beneficiatus privationem injustè passus fuisset, utique dici deberet potius amotus, quàm privatus, & consequenter non remansisset spoliatus sua possessione; sed suum primum locum retineret, ut firmat *Rot. dec. 44, nu. 2, par. 3 rec. Gonzal. ad Reg. 8 Cancell. glos. 31, nu. 41, & glos. 34, nu. 94, 95, & 96.*

Aggrediendo itaque examen in suppositione, quòd decretum privationis, de quo supra, sit justum, non solùm quia ita præsumi potest; sed etiam quia ipsemet Beneficiatus eidem acquievit, nec de eo apud suos Judices conquestus fuit; ac per viam gratiæ, mediante superioris interpositione, non autem per viam justitiæ in Gremium sui Collegii iterum admissus fuit. In his planè terminis clarum videtur recuperare non posse suum primum locum in præjudicium aliorum Beneficiatorum, ad quos tunc temporis facultas, & præcedentia optandi legitimè devoluta fuit; & quibus hoc interim jus optationis quæsitum fuit, ut optimè probat Præstantissimus *D. Canonicus Scarfantoni in suis Doctissimis Animadversionibus ad Ceccoper. de Canon. lib. 1, tit. 8, nu. 25, & seqq. Torr. de pact. futur. successi. lib. 2, cap. 25, nu. 74, & seqq. Piton. discept. Eccles. 10, sub nu. 21, Vers. difficultas, Tom. pr. Antonell. de Regim. Eccles. lib. 3, cap. ultim. sub nu. 10, Rot. post Remocamp. de Coadjutor. decis. 14, nu. 1, & 2; & d. dec. 44, num. 2, par. 3 recent.*

Et in terminis Officialis Officio suo per Principem privati, & postea ad illud restituti, quòd ipsum non recuperet, si ante restitutionem fuisset alteri collatum, firmat *Donat. Anton. de Martin. var. resol. lib. 1, cap. 68, nu. 4, & seqq. & cap. 310, per tot.*

Atque demum in terminis Canonici non Sacerdotis anterioris possessione, quòd cedere debeat præcedentiam Canonico Sacerdoti in possessione posteriori, ubi Præbendæ non sint distinctæ in Subdiaconales, Diaconales, & Presbyterales, & quòd eam non recuperet postquam ad Sacerdotium promotus fuerit, eà ratione, quia jus prælationis semel adeptum, amplius non amittatur, resolutum habetur a *Sacr. Rit. Congregatione in Monopolitana*, 17 *Novembris* 1674, & *in Sutrina Præcedentiæ*, 17 *Augusti* 1707,

ut

ut apud Menacell. in formul. tom. 3, par. 3, tit. 2, form. 7, nu. 9, & in supplement. num. 108, tom. 4; Pignattell. tom. 3, consult. 55, nu. 25; idem D. Canonicus Scarfanton. in Animadvers. ad Ceccoper. de Canon. lib. 1, tit. 11, num. 15, & 16, Tom. pri.

Talis enim, tantæque virtutis, & efficaciæ est, jus tertio quæsitum, ut nec ipse Summus Pontifex eidem derogare
6 consueverit, juxtà notata per *Fagnan. in cap. cæterum, de rescript. num. 18, & seqq. Tom. pr. Piton de controv. Patron. alleg. 47, nu. 9, & seqq. Tom. pr.*

Quin juvet replicatio, quòd, cùm Beneficiatus noviter admissus fuerit per Universitatem in suum Gremium, reintegratus quoque censeatur ad suum pristinum optandi locum; hoc enim neque in jure, neque in facto subsistere videtur. Non in jure, quia sola Vox, seu
7 Votum in Capitulis nullum titulum, nullamque optandi facultatem attribuit, ut advertit *Gloss. in clem. ut si, de ætat. & qualit. Gonzal. ad regul. 8 Cancell. glos. 34, num. 128, & 129, Panimoll. dec. 33, nu. 36, Barbos. de Canon. cap. 30, nu. 15; Ventrigl. in prax. part. pri. annot. 6, § unic. nu. 9.*

Non in facto, quia gratia suæ readmissionis, seu restitutionis literaliter restricta legitur ad solum Consortium Universitatis, non verò ad Exactionem, neque ad facultatem optandi, quibus sicuti fuerat expressè privatus, ità ad eas specialiter reintegrari debebat per actum retrosimilem; cùm facultas interessendi Adunantiis, & facultas optandi Exactiones sint toto Cœlo inter se diversæ, ac separatæ, neque una veniat in consequentiam alterius. Omnes enim quadraginta Beneficiati sunt de Gremio Universitatis, ac in ea Vocem habent; & tamen non omnes potiuntur facultate optandi, quæ competit solùm uni supra Triginta ex antiquioribus, juxtà tempus receptionis, quia totidem, & non plures sunt Exactiones. Ideoque cùm non fuerit per Universitatem reintegratus ad omnia sua primæva Jura (id quod non sine maxima circumspectione fecit, dum, in præjudicium alterius aliter facere non potuisset) ex hoc sequitur, quòd sola gratia obtenta pro restitutione in Consortium, non possit extendi, neque trahi per capillos etiam ad reintegrationem ad suam Exactionem, & ad facultatem
8 aliàs optandi, quemadmodum observat *Donat. Anton. de Marin. d. resol. 68, nu. 3, & seqq. lib. 1.*

Verum dato etiam per pessimam hypothesim, quòd dici deberet reintegratus non solùm in Consortium, sed etiam ad facultatem optandi, hoc utique intelligendum esset, ut ad summum, & ad omne pejus optare valeret ultimo loco post omnes illos Beneficiatos, qui hucusque legitimè optarunt, nempe ante alios novem recentiores, qui nondum optandi locum obtinuerunt; non autem eo loco, quo potiebatur antè privationem, & qui, jure devoluto, transivit in alios post illum succedentes, & per reiteratos actus perfectos, & consummatos in legitima, & pacifica possessione Exactionum, & facultatis optandi jam existentes, & qua propterea spoliari non possunt; optio enim est fructus, & fructus ad possessorem pertinent, ut in specie advertit *Tondut. quæst. Benefic. cap.* 9
111, nu. 4, & seqq. & in dec. Recoll. per D. Canonicum Scarfanton. ad Ceccoper. de Canon. Tom. pri. dec. 59, num. 59.

Absque eo, quòd suffragari possit Decretum perpetuum Universitatis, *sub nu. 44*, per quod præscribitur optationes faciendas esse a Beneficiatis antiquioribus, & priùs descriptis in Albo, seu Cathalogo Beneficiatorum. Hoc enim decretum intelligendum est, ut procedat eo tantum casu, quo iidem Beneficiati magis antiani sint capaces optandi; non autem quando isti per delictum prævaricationis privati fuerint Exactionibus, & interdicti, ne ampliùs optarent: regula namque juris est, ut omnis qualitas apta ad prælationem, semper intelligatur, cæteris paribus, sicuti docent 10
Ventrigl. in prax. par. 2, annot. pr. § 3, nu. 49, & 55, Vivian. de jurepatr. lib. 12, cap. 9, nu. 18, & seqq. Piton. discept. 93, nu. 5, & 6, Tom. 3, Gonzal. d. glos. 34, nu. 16.

Aliàs enim aperiretur via diversis fraudibus, gravibusque absurdis; quia Beneficiati habentes Exactiones periculosas, & difficilis exactionis, possent prævaricari, vel de illis rationem non reddere ad hoc, ut eis privarentur ad formam Constitutionum Universitatis, interim consequendo integras Distributiones absque periculo ferendi damnum, quod ferre cogerentur cæteri Beneficiati post illos succedentes. Transacto verò tempore, ac periculo habendi Exactionem, seu Membrum difficillimæ exactionis, redire possent ad suum primum locum, optando Exactiones pinguiores, ac facilioris exigentiæ, & excludendo ab eis Beneficiatos innocentes, qui alieni reatus pœnas eousque luissent; & sequi possent etiam aliæ fraudes, collusiones, & absurda, quibus est obviandum, non indulgendum, ne merces & præmium 11
ex illis reportetur contra monitum *Text. in cap. plerunque 23, de rescript. & in l. cum antiquitas, in fin. C. de testam. Rot. cor. Falconer. tit. 41, dec. 7, sub nu. 15; Ursaya discept. 21, num. 178, par. pr. Tom. 2.*

Vim aliquam facere posset consuetu-
do in contrarium, si adesset, quæ in hac
12 materia opiationis attendi solet, ut in
*cap. final. de consuetud. in 6; Tondut. qu.
Beneфic. cap. 110, nu. 1, & 16; Panimoll.
d. dec. 33, nu. 2.* Verùm hanc non ades-
se mihi supponitur; quotiescunque enim
Exactiones ob præfatas, vel propter alias
consimiles causas vacarunt, nunquam
Universitas coegit Beneficiatos juniores
ad illas optandas, ne postmodum eas re-
linquere compellerentur; sed potius eas
sub hasta exposuit, ac per modum pro-
visionis ita exigere, & administrate fe-
cit. Malè autem, & perperam pro con-
suetudine astruenda, allegatur casus q.
Jacobi Nuti per Universitatem extrà
gremium ejecti, ac Exactione privati;
quia ipse statim ac privationem passus
fuit, recursum interposuit ad S. Sedem,
apud quam constare fecit de nullitate,
& injustitia Decreti suæ privationis,
obtinuitque ab A. C. reintegrationem;
cujus exemplum sequi debebat hodier-
nus Beneficiatus, si a Decreto suæ priva-
tionis sentiebat se gravatum.

Et ita, suppositâ justitiâ decreti privationis, ut superiùs præmisi, atque hic iterum repeto, respondendum existimavi, sub omnimodâ tamen censura sanioris, ac sapientioris judicii, cui me omninò submittere velle protestor, atque declaro, &c.

Paulus Franciscus Finucci.

Huic responso sese pro veritate subscripserunt quamplures insignes Theologi, & eximii Juris Consulti Lucanæ Civitatis, quibus tamen non acquiescente Beneficiato, Universitas exquisivit Votum Rotæ Lucanæ, quæ ut infra respondit.

Requisiti per nonnullos Deputatos a Perillustri Universitate DD Beneficiatorum Cathedralis Lucanæ de nostra sententia pro veritate, & prout de jure in quadam Controversia in eadem Universitate vertente, in qua abundè scripserunt tam D. Abbas Paulus Franciscus Finucci, quam D. Angelus Paulinus Balestrieri Advocatus ipsius Universitatis, lectis, ac maturè pensatis eorum Allegationibus, dividendam esse duximus Controversiam in duas subalternas quæstiones, videlicet, an Beneficiati primùm ab Universitate privati, & postea per eam ex gratia in Collegium restituti, vigore hujusmodi gratiæ optare possint Exactiones, & quatenus affirmativè, an hoc intelligi debeat quoad Exactiones modò vacantes, seu etiam quoad illas, quæ in futurum vacabunt; & unanimiter censuimus approbandum esse veluti justum, ac benè fundatum quicquid de-
super præfatus D. Abbas Finucci in me-
dium adduxit, & præsertim quoad pri-
mam inspectionem, in qua, cùm per-
illustris Universitas gratiam non conces-
serit motu proprio, sed ad intercessio-
nem Reverendissimi D. Vicarii, istiusque
instantia sit literaliter restricta ad no-
vam admissionem in Universitatem, &
ad istam gratia prædicta pariformiter
circumscripta reperiatur, nullus remanet
locus interpretationi pro extendenda
voluntate concedentium præter id, quod 13
expressè continetur in decreto, seu re-
scripto gratioso, ut pluribus relatis te-
nuit *Rot. dec. 25, sub numer. 5, par. 15
recent.*

Quòd si diceretur Bilietum Reverendissimi D. Vicarii nobis ostensum petere non solùm novam admissionem in Universitatem; sed etiam abolitionem condemnationis, quod quidem secum ferret totalem restitutionem: responderi potest, vel hujusmodi abolitionem fuisse petitam pro eo tantùm, quod obstare posset gratiæ novæ admissionis individualiter petitæ; vel retorqueri posse, & coarctari debere ad dictam solam gratiam admissionis, dum hæc concessa fuit sub expressione -- *Non obstante qualsisia decreto* -- quæ quidem verba cùm non importent abolitionem condemnationis, sed solùm indicent remotionem impedimenti, quod ab ea promanabat, necessariò dicendum est, mentem concedentium fuisse impertiendi admissionem in Universitatem, ac unicè removendi in hac parte obstaculum Decreti, illud quoad cætera in suo robore relinquendo.

Hinc eo faciliùs inhærendum duximus
judicio præfati D. Abbatis Finucci etiam
quoad secundam Inspectionem; quia ad
hoc, ut gratia novæ admissionis præse-
ferret totalem reintegrationem etiam
ad locum optandi, quo Beneficiatus fuit
privatus, & in quo jam subrogati re-
periuntur alii Beneficiati, necessaria fu-
isset abolitio totius Decreti, seu con-
demnationis, quinimmò in sensu quam-
plurium Doctorum, etiam cum clausula
-- *Cum omnibus inde sequutis* -- ut videre 14
est *in dec. 125, num. 49, coram Merlin.*
Quapropter id, quod superiùs subdidit
dict. D. Abbas Finucci in § *Verùm dato, &c.*
nempè quòd Beneficiatus de novo ad-
missus optare queat ultimo loco, tantò
magis eidem favet, dum assentitur ei-
dem competere id, quod hucusque de-
monstratum fuit non fuisse mentem Uni-
versitatis concedendi.

Ponderando præsertim, quòd de jure, & ex præsumpta voluntate concedentis nunquam censetur quis restitutus ad illud officium, in quo deliquit, nisi id specificè in gratia exprimatur, ut quotidie practicari videmus, præ-

fertim

sertim Romæ in sacris illis Congregationibus, &c.
Et ita, &c.

Jacobus Canti Auditor Syndicus.
Antonius Maria Massa Aud. Consult.
Dominicus Sandreani Aud. Judex Vid.

ADDITIO XXXVII.

Pisana.

DUBIA.

I. An liceat Capellanis Beneficiatis Primatialis Ecclesiæ sedere in Choro ordinario immediatè post Canonicos, & in eadem Linea, & in Subselliis ejusdem qualitatis in casu, &c.

II. An idipsum liceat Beneficiatis in Choro æstivo in casu, &c.

III. An idem sit servandum in omnibus sacris Functionibus peragendis a Capitulo, & Canonicis cum interventu eorumdem Beneficiatorum in omnibus aliis Ecclesiis in casu, &c.

SUMMARIUM.

1 *Facti series exponitur, & num. seqq.*
13 *Canonicos distinctos esse decet a Capellanis, & stallum in choro honorificentius habere, & quare, & n. 14, 21, 22, & 23.*
15 *Recensentur prærogativæ, quibus gaudent Canonici Primatialis Ecclesiæ Pisanæ, eorumque superioritas, & jurisdictio in Capellanos, & nu. 16.*
17 *A sede, quam occupat Magister chori, qui est caput Capellanorum, seu Beneficiatorum, in capite secundi ordinis, infertur ad eorum subjectionem, & distinctionem.*
18 *Dantur plures alii actus, per quos Canonici prædicti distinguuntur a Capellanis.*
19 *Locum suum quisque tenere debet, nec alienum invadere.*
20 *Ex usu promiscuo sedilium, & ex subingressu Presbyterorum in sedes Canonicales, quale absurdum sequi possit.*
24 *Praxis Ecclesiarum finitimarum, ac præsertim Basilicarum Urbis Romæ, normam aliis præbere debet.*
25 *Observantia particularis alicujus Ecclesiæ, Juris dispositioni conformis, omninò servari debet.*
26 *Testium dicta inter se concilianda sunt.*
27 *Multa per patientiam tolerantur, quæ si in Judicium deducta sint, amplius non merentur, si Justitia ita exigat, tolerari.*
28 *Mappa, seu Planta, aliis documentis juncta, plenam fidem meretur.*
29 *Non probant Testes, quando ex relatione Ordinarii convincuntur de mendacio.*
33 *Referuntur plures Functiones Sacræ in aliis ejusdem Civitatis Ecclesiis, in quibus sedilia Canonicorum sunt ab illis Capellanorum distincta, & num. 34.*
35 *Ad tollendam consuetudinem, sufficit unicus actus contrarius.*
Probata particulari alicujus Ecclesiæ consuetudine, ratio habenda non est de contraria aliarum Ecclesiarum observantia, ibidem.
37 *Testium depositioni priori, non autem posteriori standum est.*
Ad suum locum regredi compellendus est, qui inde indecenter emerserat, ibidem.
39 *Licitum non est Capellanis subingredi Sedes Canonicales vacantes.*
Ordo Ecclesiæ Militantis dirigitur juxta ordinem hierarchicum Ecclesiæ Triumphantis, ibidem.
40 *Qui locum sibi indebitum usurpavit, inde repelli debet.*
41 *Quod ex indulgentia concessum est, nullum de Jure legitimum statum firmat.*
Consuetudo Ordini hierarchico adversativa, uti corruptela, & abusus, est extirpanda, ibidem.
42 *In iis, quæ habent Juris resistentiam, non sufficit ad præscribendum sola quadragenaria possessio, nisi etiam concurrat titulus.*
43 *Ubi constat de initio, cessat immemorabilis consuetudo.*
Immemorabilis natura est, quod contrarium nunquam auditum fuerit, ibid.
45 *Consuetudo, ad hoc ut vim habeat, qualis debeat esse.*
46 *Cæremoniale Episcoporum, confirmatum a S. M. Clemente VIII, inficit quamcunque possessionem, & consuetudinem.*
Imo derogat etiam statutis particularibus, ac peculiari contrariæ conventioni, ibidem.
Et decretum irritans, appositum in Bulla Clementina, prædicti Cæremonialis confirmatoria, elidit etiam possessionem centenariam, ibidem.
52 *Prærogativa Canonicorum occupandi in Choro Sedes superiores, & altiores, incæpit a tempore Urbani II.*
58 *Ne Canonicis quidem permittitur subingredi stalla vacantia Dignitatum.*
60 *Declaratur Sac. Rot. in Bergen. Præeminentiarum 24 Januarii 1721, cor. bon. mem. de Herrera.*
61 *Explicatur ibidem Pignatt. Consult.*

Canon. 23, in fin. tom. 4.

55 *Permissum non est Capellanis, non obstante longissima consuetudine, sedere in choro in subselliis æqualibus illis Canonicorum, ibidem, & n. 56.*

57 *Proposito Casu una cum Sac. Congreg. Conc. resolutionibus, & num. 58, & 59.*

Eminentiss., & Reverendiss. Domine.

1 CAusam agere cogimur labore Patrum Eminentissimorum non dignam, cujus facti species hæc est. Extat in Primatiali Ecclesia Pisana Chorus fixus duplici Subselliorum ordine, superiori scilicet, & inferiori compositus; cùmque inferiora Subsellia capere non possint omnes Capellanos numero sexagintaduos, licet olim omnes caperet antiquus Chorus, hinc factum est, ut, assignatis Magistro Chori, Hebdomadario, & Cantoribus, qui sunt de gremio Capellanorum, quique principem inter illos locum obtinent, primis stallis inferioris ordinis ad ostendendum, quòd hæc sit propria ipsorum Capellanorum Sedes, hinc, inquam, factum est, ut nonnulli Capellani occupent post Canonicos Stalla in superiori ordine vacantia, ex quibus solummodò viginti novem implentur a totidem Canonicis, prout apparet ex Mappa prædicti Chori fixi separatim distributa, & probant Testes relati.

2 At ista sedendi ratio, quam præcisa necessitas invexit, longè, multumque differt ab illa, quæ hactenùs servata fuit, ac servatur in præsens, vel dum habetur Synodus; cujus occasione sedent Capellani in humilioribus distinctis Subselliis, prout luculenter apparet ex altera Mappa seorsim pariter distributa, vel dum Reverendissimum Capitulum sacras audit conciones, aut interest rei divinæ, quæ ad nonnulla ipsius Ecclesiæ Primatialis Altaria identidem celebratur, vel dum extra illam sacris adest functionibus, quæ in aliis Ecclesiis peraguntur, ubi Testes singillatim, casum a casu distinguentes referunt sedendi consuetudinem hucusque servatam, quibus apprimè consonant cæteri Testes statim subjiciendi.

3 Etenim Prior S. Petri ad Vincula (in cujus Ecclesia tempore Rogationum a Reverendiss. Capitulo unà cum Capellanis canitur Missa) distinctè testatur, sese spatio viginti duorum annorum parasse Sellas reclinatorias pro Canonicis, nuda verò scamna pro Capellanis, & nullum ex his unquam ausum fuisse occupare Sedilia Canonicis destinata.

4 Eamdemque veritatem uno ore confirmant Parochus Ecclesiæ S. Felicis, deponens de triginta annorum spatio, Moniales S. Martæ, occasione pariter Rogationum, Moniales S. Josephi, Moniales S. Annæ, Moniales S. Martini, necnon Moniales S. Sylvestri, Parochus S. Petri *a Ischia*, qui testatur de hujusmodi consuetudine a semetipso in sua Ecclesia per quinquaginta tres annos servata, & Partes Sancti Torpetis.

Quod verò attinet ad ordinem sedendi in choro æstivo, & tunc cùm celebratur ad Sacella quædam Primatialis Ecclesiæ, afferuntur Testes unanimiter deponentes, Reverendissimos Canonicos sedere in Sedilibus distinctis a Capellanis; quando autem vel Synodus, vel sacræ habentur Conciones, Canonicos sedere in Subselliis sublimioribus panno viridi coopertis, Capellanos verò in Scamnis nudis, nullumque gradum habentibus. 5

Quum autem PP. Carmelitæ celebraturi per triduum essent Festum pro canonizatione B. Joannis a Cruce, ut res solemniori cum pompa, majorique cum dignitate procederet, invitarunt Reverendissimum Capitulum, ac pro Canonicis Sellas reclinatorias, pro Capellanis verò scamna ante Sedes Canonicorum constituta pararunt, prout tempore universalis Jubilæi servatum fuerat in Templo S. Antonii, & occasione Translationis Reliquiæ S. Blasii, & in Festo Beati Andreæ de Comitibus. 6

Sed ambitio Capellanorum eòusque processit, ut, viso hoc sedendi ordine, statim inde discesserint cum magna Populi illuc confluentis offensione. Immò verò, cùm postero die Missa solemnis celebraretur, redierunt Capellani, non tamen ut hesternam injuriam obsequio pleniore abolerent, sed ut magis insolescerent adversus Canonicos, quippe majori perciti animositate, ausi fuerunt Sedilia Canonicorum vacantia occupare. 7

Quapropter Reverendissimus Pisarum Archiepiscopus pro ea summa, qua pollet, sapientia, atque prudentia, occurrere desiderans ulterioribus scandalis, per suum Vicarium Generalem denunciari jussit Capellanis, hanc suam esse voluntatem, ut sine præjudicio Jurium Partibus competentium pararentur in primo, digniorique loco Subsellia pro Canonicis differentia a Sedilibus Capellanorum, in eademque linea sederent etiam aliqui ex Capellanis post Canonicos, sed in Sedilibus differentibus ab illis Canonicorum, nec subingredi possent loca Sedilium Canonicis destinatorum. 8

Tantum verò abest, quòd Capellani voluntati proprii Pastoris, sicuti par erat, obsecundarint, ut immò in reliquis ejusdem Solemnitatis diebus interesse noluerint Sacris Functionibus, quodque intolerabilius est, ipsorum 9

non-

nonnulli in omnium oculis, atque conspectu se se spectandos præbuerint in eadem Ecclesia absque habitu chorali, stantes retrò, & a tergo Sedilium Canonicalium, atque è regione Cathedræ Archiepiscopalis. Quocirca coactus fuit, quamquam invitus, Reverendissimus Archiepiscopus tribus Capellanis, veluti seditionis auctoribus, suam cuique domum loco carceris assignare.

10 Id autem, quod per hanc occasionem contigit, in causa fuit, ut, quando urbanitatis officia non proferant, ad judicialia decurreretur remedia, præsertim cùm Functiones Rogationum imminerent. Cùm enim Reverendissimum Capitulum per id tempus quasdam Ingrediatur Ecclesias, ibique aliquantisper moretur interessendo Missæ solemni, vel preces recitando, Reverendissimus Archiepiscopus, auditis Partibus, die 18 mensis Martii superioris anni edidit formale Decretum, per modum quidem provisionis, ac sine præjudicio Jurium Partium, sed sub pœna suspensionis servandum.

11 Ab istiusmodi provisionali Decreto reclamarunt DD. Capellani Adversarii ad hanc Sacram Congregationem, a qua datis de more literis Reverendissimo Archiepiscopo ad eliciendam rerum gestarum relationem, hæc supervenit. In hoc autem rerum statu consentaneè ad controversias indebitè exadversò excitatas composita fuerunt a R. P. D. Secretario Dubia præinserta, favore Reverendissimi Capituli Principalis omninò decidenda, prout certò certiùs confidimus, & obsequentissimè supplicamus.

12 Porrò primum Dubium respicit ordinem sedendi in choro fixo, in quo licèt, ità exigente necessitate, sederint, ac sedeant nonnulli Capellani post Canonicos in prima linea, sive superiori subselliorum ordine, & ob hanc ipsam causam Reverendissimum Capitulum illos inde detrudere, ac dejicere minimè contendat, quum in inferiori ordine non adsint tot Sedes Capellanorum numero respondentes; nihilominus idem Reverendissimum Capitulum, ut manifesta fiat distinctio inter Canonicos, & Capellanos intercedens, utque ab Ordine Hyerarchico confusio omnis arceatur, enixè supplicat Eminentissimis Patribus, ut recensitum *primum Dubium* resolvere dignentur *juxta modum*, quem reverenter insinuare non dubitamus, quòd nempè relinqui semper debeant pro Canonicis tot subsellia, quot ipsorum numero adamussim respondeant, sive intersint Choro, sive non, omnes, & singuli Canonici; quodque vel apponatur in corona sedilium Tabella fixa distinguens Stalla Canonicorum a Stallis Capellanorum, vel Subsellia Canonicorum altiùs eleventur, vel demùm panno quodam semper instrata retineantur.

Utque voti compotes efficiamur, satis est afferre solam Juris dispositionem, quæ omninò distinctos esse præcipit Canonicos a Capellanis, & Stallum in choro honorificentius habere, *ut ex Text. in Can. Cleros, distinct.* 21, *Can. a Subdiacono, & Can. non oportet, distinct.* 93; concorditer docent *Felin. in cap. Pastoralis, num.* 12, *de Offic. delegati*; *Valenzuel. consil.* 34, *nu.* 49, *& seqq. Barbos. de Canonic. cap.* 18, *num.* 85; *Manriquez de praeced. Canonic. quaest.* 10, *num.* 2; *Novar. quaest. for. part.* 1, *quaest.* 24, *num.* 1; *Ceccoper. lucubr. Canonical. lib.* 1, *tit.* 2, *nu.* 1, ubi quòd hoc est clarum, & dubitatione indignum, *Pignattell. consult. Canonic.* 82, *nu.* 10, *&* 11, *Tom.* 4; *& consult.* 104, *nu.* 6, *eodem Tom.*, ibi – *Hinc etiam sedilia Canonicorum debent esse distincta a Sedibus Presbyterorum ex dispositione Juris, secundùm quod Canonicis debetur locus altior. Eminentissimus Petra ad Constit. Apostolic. Tom.* 1, *fol.* 55, *num.* 11, *in fine*, ubi refert resolutionem hujus Sac. Congregationis, & post alios – *Rot. in Burgen. Praeeminentiarum*, 28 *Junii* 1723, § *Quamobrem, cor. bon. me. Lancetta*, ubi, quòd hæc est universalis totius Orbis Catholici consuetudo. 13

Et justa sanè ratione, quia Canonici dicuntur Fratres, & Collaterales Episcopi, unumque corpus cum ipso faciunt, repræsentando, dum simul conveniunt, Ecclesiam Cathedralem, vel Metropolitanam; *ad Text. in cap. novit, de his, quae fiunt a Praelat.*, ibique – *Abb. num.* 1; *Felin. in cap. Pastoralis, de Offic. delegat. Cassan. in Cathalog. Glor. mund. par.* 4, *consid.* 32, *vers. sed intellige, & vers. quinto pro hac parte*; *Lotter. de re Benefic. lib.* 2, *quaest.* 50, *num.* 53; *Ricc. in prax. Tom.* 2, *part.* 2, *resolut.* 392, *num.* 3; *Pamull. decis.* 1, *annot.* 6, *num.* 8, *& Rot. in Burgen. Praeeminentiarum*, 24 *Januarii* 1721, § *Quod profectò*, *ad med. cor. bon. mem. de Herrera*, *&* 28 *Junii* 1723, § *Quamobrem, coram bon. mem. Lancetta*. Vice autem versa Cappellani inservire tenentur non solùm Episcopo, & Archiepiscopo, sed etiam ipsimet Capitulo, cujus quodammodo famuli sunt, ac nuncupantur *Assisii*, veluti assidui ad præstandum suo Capitulo servitium, ad *Text. in cap. cum ad hoc, vers. servitoribus, de Cleric. non residen. & ibi Gloss. verb. Assisios*; *Abb. in cap. cum non liceat, num.* 2, *vers. Ego verò, de praescript. Barbos. de Canonic. cap.* 4, *num.* 36, *clar. mem. Card. de Luc. de Canonic. disc.* 7, *num.* 7, *disc.* 20, *num.* 6, *& disc.* 32, *num.* 11, *& in Miscell. disc.* 39, *num.* 13; *Pignattell. consult.* 82, *nu.* 10, *Tom.* 4; *Scarfant.* 14

fant. ad Ceccoper. lucubr. Canonic. lib. 1, tit. 3, nu. 36, Rot. in Romana Præcedentia, 5 Maji 1710, § Tanto magis, coram Reverendissimo Crispo.

15 Verùmtamen dispositio Juris magis, magisque corroborata remanet publicis, solemnibusque documentis, quibus luculenter evincitur, Capellanos Adversarios Subditos esse Reverendissimo Capitulo Principali. Etenim ex privilegio San. Mem. Nicolai II, Canonici Primatialis Ecclesiæ Pisanæ nuncupantur ORDINARII, Reverendissimum Capitulum tamquam Judex Ordinarius Capellanorum, & Beneficiatorum actus semper exercuit jurisdictionales, juxtà eorumdem Capellanorum confessiones. Idem Capitulum in fundationibus Cappellaniarum consensum præstat. Præsentationes, ac resignationes ipsarum admittit, ac recipit. Prorogationes impertitur ad præsentandos Capellanos. Quamplures sententias pronunciavit super privatione Capellanorum, & Beneficiarorum; eosdemque Capellanos vivere sub obedientia Capituli enunciatur in ipso Diario Archiepiscopali.

16 Quodque superat hac in re genus omne probationis, & evidentiæ meram attingit, est solemne illud juramentum, quod unusquisque Capellanus præstat, antequàm Capellaniæ possessionem adipiscatur, cujus quidem hic tenor est -- *Ab hac hora in antea fidelis, & obediens ero Reverendissimo Capitulo, & Reverendissimis Canonicis, eorumque Successoribus, dictique Capituli mandatis semper parebo, necnon eisdem DD. Canonicis Superioribus meis debitum per omnia honorem, atque obsequii reverentiam rependam* -- Aliique plures actus huic juramento consentanei, & omnimodam Capellanorum subjectionem secumferentes recensentur.

17 Quæ quidem subjectio, atque distinctio Capellanorum resultat etiam ex continuata observantia in omnibus, & singulis Reverendissimi Capituli functionibus; quippè Magister Chori, qui caput est Beneficiarorum, quique a Reverendissimo Capitulo seligitur, sedet in capite secundæ lineæ, sive ordinis; imò verò quando Hebdomadarius, & Cantores sunt induti Pluviali, occupant ipsi dictum primum locum in eadem linea inferiori, hinc ostendendo, quòd ipsorum vera sedes sit illa inferior, quodque ex mera tantùm necessitate Capellani sedeant in eadem Canonicorum linea, & quòd in ordine inferiori tot Sedes non adsint pro singulis Capellanis, prout reveta, antequam sub initium præteriti sæculi præsens chorus in hanc formam redigeretur, Sedilia Canonicorum distincta erant ab illis Capellanorum, sicuti patet.

Præterea, cùm Sacer Orator a Reverendissimo Capitulo excipitur in Choro, 18
sedet post ultimum Canonicum, & ante seniorem Capellanum, ita Canonicos a Capellanis distinguendo; quoties Reverendissimus Archiepiscopus Chorum ingreditur, Canonici sola capitis salutatione eumdem excipiunt, Cappellani verò flectunt genua. Idipsum servatur in distributione Palmarum, Cinerum, & in Festo Purificationis. Orando ante Aram, ubi expositum est Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, Canonici utuntur Pulvinari, Cappellani genuflexorio. Canonici thurificantur a Canonico Diacono Ministrante, Magister verò Chori, & Cantores thurificantur unico ductu a Clerico Nicosiæ, qui ante cæteros Capellanos per transitum, ac finè mora circumfert Thuribulum.

Ergo evidens, & apertum redditur, 19
quòd in omnibus quibuscumque actibus Capellani Adversarii gerunt personam Subditorum; Canonici autem Principales supereminent veluti Superiores, patefacta ipsorum distinctione etiam ob ingressum Chori, quando Reverendissimi Canonici eo intrant per aditum rectum, & majorem, Capellani verò a lateribus; adstipulanturque cæteræ probationes; atque in his proindè circumstantiis dubitare nullo modo possumus, quin Eminentissimi PP. resolutioni primi dubii adjecturi sint modum superius indicatum; sic enim ordo Hyerarchicus non confunderur; ac supetveniente post horas inchoatas aliquo ex Canonicis, illud monstro simile non amplius contingeret, quòd Canonici, & Capellani sese invicem premant, atque collidant, quemadmodum post exortas hasce controversias jam contigit cùm maximo omnium scandalo, & offensione, sicque etiam æqui, bonique ratio postulat, ut suum quisque teneat locum, nec alienum invadere tentet, ut post alios firmat *Rot. in Romana Præcedentiæ, 3 Junii 1712, § Quemadmodum, coram Reverendissimo Crispo, in Burgen. Præeminentiarum, 24 Januarii 1721, § Quod profectò, coram bon. mem. de Herrera, & 7 Martii 1727, § Subsistens, & § Si itaque, coram bon. R. P. D. Ratto; & in Novarien. Præeminentiarum, 26 Junii 1726, § Concurrente, cor. eodem.* 20

Tantòque magis, quia alioquin sequeretur alterum illud absurdum absurdissimum, quòd Capellanus sedens a latere dextero propter subingressum in loca Canonicorum vacantia, præcedere posset Canonicos, sedentes a latere sinistro, ut optimè considerat *Pignattel. consul. Canonic.* 104, *num.* 6, *Tom.* 4, verbis illis -- *Ex usu namque promiscuo sedilium, & ex subingressu Presbyterorum in Sedes* Ca-

Canonicales, non parvum sequitur absurdum, nam deficientibus aliquibus ex Canonicis, qui sedent a parte dextera primæ Dignitatis, Presbyteri per subingressum occupant non modò æqualem locum, sed honorabiliorem loco Canonicorum, qui dum sedent a parte sinistra, remanent in loco inferiori, &c. quod quidem nullo modo permittendum videtur, tamquam contrarium Sacris Canonibus, qui abhorrent ab hac membrorum confusione, quæ inter se sunt distincta, &c. estque indecorum, quòd Canonici cum proprio, & distincto habitu sedeant in loco minùs digno contra rectam ordinem, qui non est confundendus, &c. omnisque consuetudo, per quam confunditur ordo in sedendo, dicitur invalida.

21 Expediti a primo Dubio, progredimur ad examen secundi, quo quæritur -- *An idipsum liceat Beneficiatis in Choro assi-vo* -- Enimverò pro negativa hujus Dubii resolutione, huc etiam redit indubitata illa Juris Pontificii regula, quòd nempè Canonicis semper locus dignior debeatur, hoc est sedes eminentiores, Capellanis autem inferiores, ut præter Jura, & anctoritates superiùs allegatas, firmat *Text. in cap. statuimus, de Majorit. & obedient. Ceccoper. incubrat. Canonic. lib.* 1; *tit.* 8, *nu.* 2, ibi -- *Canonicis sedes eminentiores competunt, nempè in superiori luna; Curati autem, Capellani, & alii Clerici, cùm sint inferioris Ordinis, sedere debent in secunda luna, hoc est in Subselliis inferioribus, ac disjunctis a Canonicalibus. Incongruum est enim, ut Ordines confundantur, &c. - Pignattel. consult. Can.* 54, *num.* 4, *tom.* 6, *& Rot. in Burgen. Præeminentiarum*, 24 *Januarii* 1721, § *Quod profectò, in princ. coram bon. mem. de Herrera.*

22 Et in longè difficiliori casu Canonicorum Collegiatæ contendentium cum Canonicis Cathedralis, quòd primi non solùm sedere debeant in diversa linea, sed etiam in inferiori, respondit *Sac. Rituum Congregatio in Novarien. Juris sedendi*, 8 *Maji* 1700, in qua examinatis inter cætera sequentibus Dubiis -- Quinto: *An scamna, sivè sedilia Canonicorum Ecclesiæ Cathedralis debeant esse elevata a pavimento per unum gradum, & quatenus affirmativè* -- Sextò: *An hujusmodi scamna debeantur Canonicis Collegiatæ S. Gaudentis* -- Sacra Congregatio ad Quintum rescripsit -- *Affirmativè* -- ad Sextum verò *Negativè* -- quam resolutionem refert *D. Advoc. Ursaya, discept. Eccles. tom. pri. part.* 2, *discept.* 26, *nu.* 97, *&* 99; ubi superaddit rationem, quia scilicet in concursu Canonicorum Ecclesiarum Cathedralium, & Collegiatarum distinctio verificari non modò debet respectu loci, seù manus dexteræ, verum etiam respectu sedilium, itaut inæquales in gradu, cujusmodi sunt Canonici Cathedralis, & Collegiatæ, sedeant in scamnis inæqualibus; & ita etiam fuit resolutum a Congregatione Particulari habita in causa *Fundana Plurium, die* 9 *Mensis Augusti, Anni* 1728, *in responsione ad trigesimum.*

23 Dispositioni autem Juris Canonici accedit etiam censura *Cæremonialis Episcoporum, lib.* 1, *cap.* 18, quo cautum expressè reperitur, sedes Canonicales distinctas esse debere ab illis Capellanorum, cæterorumque Beneficiatorum. Quod quidem *Cæremoniale*, utpotè confirmatum *a fel. mem. Clemente VIII*, ac munitum clausula *sublato & Decreto irritanti*, vim legis obtinet, ut benè observant *Lotter. de re Benefic. lib. primo, quæst.* 16, *nu.* 123; *Gratian. discept.* 298, *nu.* 28; *clar. mem. Card. de Luc. de Jurisdict. disc.* 31, *nu.* 4; *& in Miscellan. disc.* 37, *nu.* 10; *& Rot. in Romana Præcedentiæ*, 5 *Maji* 1710, § *Ac patens cor. Reverendiss. Crispo.*

24 Atque hæc est observantia constantissimè servata in Urbe Roma; non solùm enim in omnibus Ecclesiis Patriarchalibus Lateranensi, Vaticana, & Liberiana, sed in aliis quoque Basilicis, ac etiam in Collegiatis Canonici tàm in Choro, quam in cæteris Functionibus sedent in loco sublimiori, Capellani verò in inferiori; & id ipsum usu receptum est in præclarioribus ipsius Etruriæ Ecclesiis, prout ex documentis adductis quoad Ecclesiam Florentinam, & Ecclesiam Lucanam Pisanæ conterminam; nemo autem est qui ignoret, quòd observantia, consuetudoque finitimarum Ecclesiarum, ac præsertim illa elicita ab Urbe Roma, quæ cæterarum omnium Ecclesiarum Mater est, ac Magistra, normam præbet, ac regulam in nostra Primatiali Ecclesia servandam; *Rot. in Recent. decis.* 298, *num.* 19, *par.* 6; ubi de praxi Basilicarum Urbis; *& in Romana Præcedentiæ*, 5 *Maji* 1710, § *Sed ab ea, cor. Reverendiss. Crispo*; *&* 3 *Junii* 1712, § *Militante, coram eodem*, & ita responsum fuit *a Sacra Rituum Congregatione in Neapolitana Præeminentiarum*, 12 *Julii* 1727.

25 Sed cur observantiam diversorum Locorum, diversarumque Ecclesiarum persequimur, quandò nobis præsto est certissima nostræ Primatialis Ecclesiæ consuetudo? Exploratissimum namque in facto est, quod Capellani in choro mobili per æstivum tempus confici solito in medio Ecclesiæ, sedere semper consueverunt in scamnis diversæ qualitatis, & humilioribus, licèt in eadem linea, prout deponunt sex Testes: *In tempo di Estate nel coro eretto nel luogo solito, cioè in mezzo alla Chiesa, vi stanno li suddetti*

Ban-

Banconi alti un gradino da terra, ed un gradino da inginocchiarsi per li suddetti Reverendissimi Signori Canonici, ed avante nella medesima fila vi sono quelli per li Signori Cappellani in piana terra senza gradino, ed altro -- quibus consonant alii Testes -- *nel tempo dell' Estate si va ad offiziare in mezzo alla Chiesa: li Canonici hanno le banche più alte col gradino, li Cappellani più inferiori, e senza gradino, ec.* -- quæ quidem præcisa nostræ Ecclesiæ observantia, & quidem Juris dispositioni conformis, omninò est attendenda; *Rot. cor. Seraphin. dec. 1025, num. 5, ad ornatum clar. mem. Card. de Luc. decis. 29, lib. 3, tom. pri. in Firmann. Jurisdictionis super modo visitandi, 13 Maji 1702, § Et quoniam, cor. bon. mem. Lancetta, in Frisingen. Decanatus, 29 Februarii 1712, § fin. cor. Reverendissimo Crispo, & in Eystetten. Jurisdictionis super bono Jure, 27 Januarii 1717, § Conspirante, cor. Eminentiss. Falconerio.*

26 In hoc autem rerum statu nullius momenti sunt Testes exadverso inducti, quorum ope Capellani adversarii probare contendunt, sese etiam in Choro mobili sedisse in æquali Canonicorum linea. Hæc quippè germana Facti veritas est, quam superius etiam innuimus, quòd nempè quidam Capellani in Choro mobili sedent quidem in eadem linea, sed in Scamnis depressioribus, difformisque qualitatis, nimirum absque gradu, seu suppedaneo; ideòque Testes prædicti, qui artificiosè suadere conantur æqualem Capellanorum cum Canonicis sessionem, optimè conciliantur cum novis Testibus singillatim declarantibus præcisam sedendi consuetudinem in dicto choro mobili, prout ita conciliandos esse monet *ex Text. in cap. Cum tu, de Testib. Rot. cor. Bich. dec. 615, num. 7; cor. Emer. Jun. decis. 240, num. pri. & decis. 240, nu. pri. & cor. Caprar. dec. 128, num. 15, & dec. 415, nu. 4; in Tyburtina Decimarum, 22 Januarii 1725, § Et quatenus, coram R. P. D. Corso.*

27 Et licèt non diffiteamur, quòd aliquando Capellanorum animositas eò processerit, ut nonnulla Canonicorum subsellia vacantia occupaverint, id tamen nequaquam efficit, cùm hinc præcisè orta fuerit præsens controversia, quæ proinde Supremo Eminentissimorum PP. Judicio decidenda omninò est favore Reverendissimi Capituli Principalis. Multa enim per patientiam tolerantur, quæ, si deducta fuerint in Judicium, non debent amplius, exigente Justitia, tolerari, ut totidem verbis respondit *Innocentius III in cap. Cum jamdudum, de Præbend.* ubi *Glossa, verb. Per patientiam,* subdit -- *Per patientiam non fit dispensatio* -- *Rot. in Recent. dec. 308, num. 11, par. 17, cor. Dunozett. Junior. dec. 351, nu. 15; cor. Emer. Jun. dec. 932, num 12, post Constant. ad Sat. Urb. dec. 43, nu. 9, ad ornat. cl. mem. Card. de Luc. dec. 2, nu. 41, & seq. lib. 2; & in Romana Præcedentiæ, 4 Februarii 1724, § 19, cor. Eminentiss. Falconerio.*

Et sane mirari satis non possumus, reperiri potuisse Testes, qui Capellanos in omnibus functionibus sedisse in eadem linea, & in Sedilibus ejusdem qualitatis deponerent è conspectu tot, tantarumque probationum, quibus luce ipsa meridiana clariùs ostenditur, Capellanos Adversarios in Primatiali Ecclesia extrà chorum fixum sedisse semper in Subselliis humilioribus, idque etiam servatum fuisse in celebratione Synodorum, quibus universus amplissimæ Diœcesis Clerus semper interfuit, & ubi distincta, & regularis sedendi ratio retinetur, prout perspici potest ex mappa separatim distributa, quæ juncta cum tot aliis documentis in casu nostro concurrentibus omnem omninò meretur fidem, ut post alios in puncto puncti firmavit *Rot. in Rampilonen. Præeminentiarum, impress. post Scarfanton. ad Ceccoper. lucubr. Canonical. tom. 2, dec. 33, num. 18.* 28

Ob eamdemque rationem nullo numero haberi posset quidam Testis Sacerdos, nomine Julianus Gherardini, sed tamen, cum ipse separatim deponat, speciatim etiam rejiciendus videtur, idque facili negocio effici potest. In primis enim supponit, jampridem inter Reverendissimos Principales, & DD. Adversarios similem adfuisse controversiam super sedendi forma, & tamen nusquam constat de tali controversia. Rursus supponit, Capellanos tempore quadragesimali Sacras Conciones audituros sedisse in eadem linea juxta Canonicos, quando contrarium apertissime deponunt tot, tantique Testes, & quando ipse etiam Reverendissimus Archiepiscopus contrarium omnino contestatur in sua Informatione, cujus hæc verba sunt -- *In eadem Ecclesia Primatiale, dum intersunt in Adventu, & Quadragesima Sacris Concionibus, Canonici habent Sedilia cum panno laneo viridi, & suppedaneo in linea superiori, & omnes Cappellani in linea inferiori, & ante illos sedentes in nudis subselliis; qui ordo sedendi inter eos eodem modo servatur etiam, quando in eadem Ecclesia Synodi habentur, similiter cùm tempore æstivo recitantur Vesperæ ab eis in eadem Ecclesia, sed in loco, in quo Solis radii minus sentiuntur, cum eadem distinctione, excepto solùm panno viridi, sedent Canonici, & Cappelani, necnon quando in Dominica in Albis, assistente Clero, & Archiepiscopo, Sacræ Reliquiæ, quæ* 29

in

in dicta Ecclesia custodiuntur., Populo singulis annis ostenduntur. Porrò sicuti nefas esset dubitare de veritate hujusce Informationis editæ ab Ordinario; & quali Ordinario? ita convictum dici debet contrarium Testium mendacium, ut benè differunt *Fagnan. in cap. Postulasti, n. 14, & 15, de Jurepatr. & Rot. cor. Eminentissimo Falconerio, tom. 1, tit. 3, decis. 1, num. 7; in Neapolitana Primiceriatus, 11 Decembris 1722, § Sed clariùs, coram bo. me. Lancetta, & in Bisinianen. Praeminentiarum, 2 Julii 1725, § Consuetudo, coram R. P. D. Calcagnino*.

30 Verumenimvero, tametsi contra rei evidentiam sustineri exadverso vellet, quòd duo ex Capellanis sedere attentassent in linea superiori Chori mobilis propè Canonicos, id tamen, uti monstruosum absurdum, tolerandum ampliùs non esset; neque enim in Choro mobili verificatur necessitas illa, quæ urget in Choro fixo, ubi Sedilia inferioris lineæ non sufficiunt pro Capellanis; imò verò prædicti duo Capellani rejiciendi sunt ad humiliora subsellia, quæ sunt propriæ ipsorum sedes, nam alioquin Canonici, & Capellani unicum corpus constituere viderentur, nec servaretur inter eos distinctio illa, quam dispositio Juris, Censura cæremonialis Episcoporum, communissima Doctorum Sententia, Sacrarum omnium Congregationum oracula, & gravissimæ facti circumstantiæ in casu nostro concurrentes non solùm desiderant, sed expressè etiam præcipiunt, atque demandant.

31 Illud etiam addendo veluti specialissima nota dignum, quòd in ipso Choro fixo Primatialis Ecclesiæ, quamvis nonnulli Capellani, præcisa urgente necessitate, sedeant in superiori subselliorum ordine propè Canonicos, attamen in illo ipso Choro fixo designatur præcisus locus, in quo Capellani omnes sedere deberent, quique retinetur a Magistro Chori, Hebdomadario, atque Cantoribus, qui sunt veluti capita Capellanorum.

32 Jam verò sumus in tertio Dubio, quod quidem præsenti controversiæ causam præbuit. Hoc igitur disceptatur -- *An eadem sit servandum* (scilicèt immediatè sedere post Canonicos) *in omnibus Sacris functionibus peragendis a Capitulo, & Canonicis cum interventu eorumdem Beneficiatorum in omnibus aliis Ecclesiis Civitatis*. Sed negativam resolutionem certo certius exposcunt eadem Jurium, rationumque momenta, quæ in præcedentium Dubiorum examine hactenus expensa fuerunt, ut proinde satis sit asseram refellere consuetudinem, qua unicè niti contrariam defensionem intelleximus.

33 Afferta autem consuetudo elisa penitus, atque omninò sublata remanet ex cumulo nostrarum probationum, quas carptim repetere cogi nur, quòd nempe occasione Jubilæi Universalis, dum Reverendissimum Capitulum visitavit Ecclesiam S. Antonii, paratæ fuerunt pro Canonicis Sellæ reclinatoriæ, pro Capellanis verò nuda subsellia, quod id ipsum servatum fuit occasione translationis Reliquiæ S. Blasij: quòd id etiam contigit tunc, cùm celebratum fuit Festum pro Beatificatione B. Andreæ de Comitibus in Ecclesia PP. Conventualium, & in canonizatione S. Joannis a Cruce id pariter observatum fuit in Ecclesia PP. Carmelitarum.

Nec reticendum est etiam, quòd occasione Rogationum Reverendissimi Canonici in Ecclesiis Civitatis, vel Suburbiorum habuerunt Sedilia semper distincta a Capellanis juxta Testimonium Prioris S. Petri ad Vincula deponentis de observantia 22 annorum, ac subdentis, quòd per totum illud tempus nullus Capellanus subingredi ausus fuit Canonicorum subsellia; concordantque Parochus S. Felicis de consuetudine 30 annorum deponens, Parochus S. Petri *a Ussia*, Moniales S. Josephi, S. Martæ, S. Annæ, S. Martini, & S. Sylvestri, & PP. S. Torpetis. 34

At verò, si ad excludendam consuetudinem sufficit unicus contrarius actus, 35
ut firmat *Rot. coram Carill. decis. 114, num. 11; coram Bich. dec. 48, num. 15; in recent. dec. 742, nu. 7, par. 18, in Gerunden. Capituli 9 Martii 1703, § fin. coram bon. mem. Omanna; & in Romana Præcedentiæ 8 Februarii 1724, § Eoque certiùs, coram Eminentissimo Falconerio*; quid quæso dicendum in casu nostro, in quo multifariam constat, Capellanos Adversarios nunquam in tot Ecclesiis habuisse Sedilia æqualia Subselliis Canonicorum, atque horum loca, licèt vacantia, nunquam occupasse? Qua de re, tametsi exadverso probaretur, quòd in aliis quibusdam Ecclesiis esset aliter servatum, hæc tamen contraria consuetudo rejicienda omnino foret ad tradita per *clar. mem. Card. de Luc. de Benefic. disc. 30, nu. 12, Pignatell. consult. Canonical. 86, num. 20, tom. 1; Rot. coram Cerro, dec. 551, nu. 9, coram Bich. dec. 118, nu. 17; in recent. dec. 217, nu. 18, par. 17*; & ad ornatum *clar. mem. Card. de Luc. lib. 3, tom. 1, dec. 29, nu. 15, & 16*.

Sed revera nullius roboris sunt contrariæ depositiones, utpotè majori ex parte contra ipsam rei evidentiam, ac veritatem extortæ. Et profectò Moniales illæ S. Martini, quæ jam favore nostri Capituli deposuerant, parata scilicet in sua ipsarum Ecclesia fuisse sedilia pro Canonicis diversa ab illis Capellanorum, 36

contrarium postea testatæ sunt favore Capellanorum asserentes, quòd pluries viderint, nonnullos ex Capellanis sedere in Canonicorum subselliis, & id ipsum inquiunt PP. S. Torpetis, quamvis priùs ita deposuissent — *Abbiamo sempre preparato le Sedie per gl' Illustrissimi Signori Canonici, e le Banche nude per li Cappellani, e questo si è sempre osservato da molto, e molto tempo in quà* — prout totidem ferè verbis anteà deposuerant prædictæ Moniales S. Martini, ibi — *Abbiamo sempre, e ciò per molto spazio di tempo preparato per li Signori Canonici le Sedie a Bracciolí, e le Banche lunghe per li Cappellani* —

37 Quapropter, vel hoc solo nomine posthabendæ forent contrariæ depositiones, quia regula Juris est, quòd in concursu non posteriori, sed antecedenti Testium depositioni standum est, teste *Farinace. de Testi. quæst. 65, nu. num. 223, Rosi consult. 68, nu. 18, in recent. dec. 415, num. 2, par. 11; dec. 368, nu. 5, par. 15; decis. 369, nu. 63, par. 19; & coram Benincas. dec. 268, num. 7*. Non omittendo etiam, quòd, cum in contrariis quoque depositionibus admittatur, Sedilia semper fuisse distinctim præparata, id quidem exuberat, nedum sufficit ad intentum, quia si Capellani propria elati ambitione in alienas surrepere Sedes non erubuerunt, hodie contrario Imperio Eminentissimorum Patrum, coram quibus res ad normam Juris, præscriptumque rationis expenditur, in suas ipsi Sedes detrudendi sunt, juxtà *Text. in l. nemo, Cod. de Offic. Magistr. Offic.* ibi — *In locum, ex quo indecenter emerserat, revertatur*.

38 Parvique refert, quòd DD. Adversarii habere non contendant sedilia ad instar Canonicorum, sed subingredi posse subsellia Canonicis destinata, quoties sunt vacantia, prout hactenus servatum fuisse supponunt.

39 Quandoquidem, ubi Sedilia sunt distincta, prout contingit in omnibus quibuscumque functionibus, quibus interest nostrum Capitulum, procuidubio nequeunt Capellani subsellia Canonicorum, & si vacantia, occupare; alioquin enim confunderetur ordo Ecclesiæ Militantis, quæ dirigitur juxta Ordinem Hierarchicum Ecclesiæ Triumphantis, ut benè inquit *Divus Gregorius relatus in Can. Ad hoc, distinct. 84, & Abb. in cap. novit, nu. 12, de Judic.* & in præcisis terminis, quòd non liceat Capellanis subingredi Sedes Canonicorum vacantes, concorditer tradunt *Lotter. de Re Benef. quæst. 16, num. 46. Barbos. de Canon. & Dignit. cap. 18, nu. 41*; referens ita decisum *a S. Rituum Congregatione in una Capuana; Pignatel. consult. Canonic. 104, num. 6, tom. 4; Rot. coram Seraphin. dec. 716, nu. 4, & in rec. dec. 118, nu. 5, par. 5.*

Atque in his circumstantiis, etiamsi aliquis Capellanus ex quadam Canonicorum connivencia consedisset unà cum Reverendissimis Canonicis, propterea quòd sedilia pro Capellanis parata non sufficerent, contra verò ob Canonicorum absentiam loca quædam vacaverint, prout evenisse deponunt Testes dati, non idcircò tamen inferri quoquo modo potest, quòd liceat Capellanis subsellia Canonicorum de Jure occupare, licèt vacantia, & si quandò vel precario, vel ex industria id fecerunt, posthac id ipsum attentare prohibendi sunt, juxta *Text. in l. prima, Cod. ut dignit. ord. servet. lib. 12*, ibi — *Si quis indebitum sibi locum usurpaverit, nulla se ignorantia defendat, sit planè Sacrilegii Reus* — *Gerard. singular. 33, nu. 6*; ubi quòd, si inferior temerè majoris locum ascendat, inde repelli debet, & locum consuetum amittit; latè *Mastrill. de Magistrat. cap. 4, lib. 5. num. 71; Tiraquel. de Nobilitat. cap. 13. nu. 3; Cancer. var. resol. par. 2, cap. 10, num. 117; Rot. in rec. dec. 414, nu. 3, par. 4.* 40

Quin etiam, licèt ultronea fuisset Canonicorum indulgentia, hinc tamen nullus de Jure legitimus status firmari potuisset, ut post alios monet *Rot. in Romana Præcedentiæ 4 Februarii 1725, § Maximè quia, coram Eminentissimo Falcon. & in Hildesimen. Optionis, 12 Martii 1728, § Absque eo quod, coram Reverendissimo Aldrovando*, Potissimum quia id inveheret consuetudinem quamdam adversus ordinem Hierarchicum, ubiquè in Ecclesia omninò servandum, quæ proindè consuetudo, uti corruptela, & abusus, subsistere nequaquam posset, ut benè relatis concordantibus, declarat *Rot. in Romana Præcedentiæ, 5 Maji 1710, § Verum coram Reverendissimo Crispo, & 3 Junii 1712, § Militante, coram eodem; & in Bisuntinen. Præeminentiarum, 18 Martii 1726, § Quibus, coram R. P. D. Calcagnino*. Et rectè quidem, quia consuetudo continens abusum, & corruptelam proscribenda prorsus est, juxtà *Text. in Can. mala, & Can. veritate distinct. 8*, ibi — *Nemo consuetudinem rationi, & veritati præponat, quia consuetudinem ratio, & veritas semper excludit* — & *Can. si consuetudinem, eadem distinct. 8, cap. cum Causa, de sentent., & re judic. & in l. quod non ratione 39, ff. de legib.* & optimè concinunt aurea verba *D. Cypriani in Joannem 14*, ibi — *Consuetudo, quæ apud quosdam irrepserat, impedire non debet, quominus non prævaleat veritas, & vincat* — 41

Fortius verò hæc locum sibi vindicant in nostra hypothesi, quia DD. Adversarii 42

non

non probant quadragenariam cum titulo, eòque minùs immemorabilem. Titulus enim nec expressus, nec coloratus deduci exadverso potest, quin etiam prorsus eliminatur ex ipsa prærogativa Canonicali, cui tum Juris, tum Cæremonialis Episcoporum dispositio, tum Doctorum sententia, tum denique Sacrarum Congregationum auctoritas suffragantur; ideòque tametsi quadragenaria exadverso probaretur, nullo tamen numero babenda foret; *Text. in cap. si diligenti, de præscript. & cap. 1, & 2, eodem titul. in 6; Rot. coram Emerix Jun. dec. 1021, nu. 5; in rec. decis. 70, num. 11, & 12, par. 11, ad ernatum clar. mem. Card. de Luc. dec. 1, nu. 9; & post Constant. ad Stat. Urb. dec. 1, num. 9.*

43 Prout etiam exclusa penitùs remanet immemorabilis: cùm enim scamna pro Capellanis confecta non responderent ipsorum numero, ob eamque causam Reverendissimi Principales permiserint, nonnullos ex Capellanis, ne stare cogerentur, unà cum semetipsis sedere, utiquè constare dicendum est de initio, ac ratione ita sedendi, proindeque cessat prætensa immemorabilis consuetudo; *Rot. coram Dunozet. Jun. dec. 791, num. 3; in recent. dec. 153, num. 19, par. 11, & dec. 363, par. 6, num. 18; in Brixien. Aggregationis super Remissoria, 22 Junii 1712, § Hujus mali, coram bon. mem. Lancetta; & in Burgen. Jurisdictionis, super Remissoria 19 Februarii 1714, § Insuper, coram Eminentissimo Falconerio*; eoque magis, quia constat etiam de difformi ratione sedendi, ob quam pariter submovetur immemorabilis, cujus ea indoles, ac natura est, ut nunquam contrarium auditum, nedum factum fuerit, prout ex celebri *Gloss. in cap. 1, de Præscript. in 6, verb. memoria*, concorditer observant *clar. mem. Card. de Luc. de Jurisdict. disc. 3, nu. 8; Rot. coram San. Mem. Gregor. XV, dec. 162, num. 9, coram San. Mem. Alexandri VIII, dec. 159, num. 6, & seqq. in Augustana Canonicatus, 21 Martii 1718, § Consentaneè, coram bon. mem. de Herrrra, & Colonien. Canonicatus, 12 Maji 1726, § fin. cor. bo. mem. Cerro.*

44 Et quidem contrarium apertissimè probant nostri Testes, in quibus Prior S. Petri ad Vincula ita loquitur — *nè mai ho veduto, che nessun de' Cappellani si sia messo a sedere nelle sedie de' Signori Canonici*, idque per spatium viginti duorum annorum. Parochus S. Felicis inquit — *Per lo spazio di 30 anni in circa ho sempre preparate le sedie a bracciole per gl' Illustrissimi Signori Canonici solamente, &c.* necnon Moniales S. Marthæ pariter deponunt — *sopra le sedie, e banche de' Signori Canonici non abbiamo veduto sedere alcuno de' Signori Cappellani*; & Parochus Sanctæ Christinæ deponens de observantia 33 annorum, ac subdens, ita pariter a suo Antecessore fuisse servatum.

Quæ cùm ita sint, curandum planè 45
non est, quòd aliqui ex adverso afferantur actus contrarii. Hi namque referendi omninò sunt ad meram Canonicorum conniventiam, ideòque statum firmare nequeunt, juxta superioribus locis animadversa. Ut enim consuetudo vim suam habere queat, debet esse universalis, uniformis, pacifica, & non precario titulo innixa, ad tradita per *Rot. in Ravennaten. prætensæ Aggregationis ad locum Consilii, 7 Junii 1717, § Quæ in casu, coram bon. mem. Ancaldo, in Tarentina Beneficii SS. Simeonis, & Judæ, 15, Maji 1722, § fin. coram bon. mem. Lancetta; & in Romana Præcedentiæ, 4 Februarii 1724, § Eoque certiùs, coram Eminentissimo Falconerio.*

Rursus confirmatio Cæremonialis Epi- 46
scopurum præcipientis præcedentiam Canonicorum in sedendo facta a San. Mem. Clemente VIII inficit quamcumque possessionem, & consuetudinem; *Pansmol. dec. 1, annot. 2, ex num. 31, ad 36, Rot. in recen. dec. 647, num. 11, par. 4, tom. 3, dec. 102, num. 12, par. 10, & in Monopolitana Præeminentiarum, 14 Martii 1712, § Quo verò, coram clar. mem. Card. Scotto*; imò derogat etiam Statutis particularibus, ac peculiari contrariæ conventioni, *Rot. post Antonell. de Jurib. & onerib. Cleric. dec. 18, nu. 17*; & decretum irritans, quo munita legitur Bulla Clementina prædicti Cæremonialis confirmatoria, elidit etiam possessionem centenariam ex relatis per *Rot. in Barchinonen. Beneficii, 31 Januarii 1724, § Eoque magis, cor. bo. mem. Crispolio.*

Illud denique silentio taciti præterire 47
non possumus, quòd Reverendissimi Canonici Principales gestant in Choro honorificentissimum purpurei coloris habitum instar S.R.E. Cardinalium, prout notorium est, & testantur *Marinq. de præcedent. quæst. 10, num. 14; Ceccoper. Incub. Canonic. lib. 1, tit. 8, num. 20.* Quamobrem monstruosum esset, & omnium oculos offenderet, si Capellani, utentes habitu longè inferiori, Sedes Canonicorum occuparent, & cum illis ferè commisti conspicerentur; sicque in uno corpore diversa, & inæqualia membra comparerent; id quod ferendum non esse tradiderunt *Lotter. de re Benef. lib. 1, quæst. 16, nu. 4, & 5; Pignatell. consult. 132, nu. 7, & seq. tom. 1; Rot. post Antonell. de Jurib., & Onerib. Cleric. dec. 18, num. 6; in Romana Præcedentiæ 3 Junii 1712, § Quemadmodum, cor. Reverendiss.*

vendissimo Crispo; *& in Bargea. Praeminentiarum 7 Martii 1727*, § *Sit itaque*, *coram R. P. D. Ratto*.

Quare, &c.

Victorius de Martinis Advoc.

Pisana.

Eminentissime, & Reverendissime Domine.

DUbia, quæ in hodierna Congregatione disceptantur, resolvenda omninò sunt favore Reverendissimi Capituli Principalis, nullo numero habitis iis, quæ in contraria Juris allegatione cumulantur.

48 Remque ordiendo a primo Dubio, non negamus, quominùs, ita exigente necessitate, nonnulli ex DD. Capellanis Adversariis sederint in Subselliis superioribus; sed tamen constantissimè etiam sustinemus, quod propria Sedes eorumdem Capellanorum jam inde ab initio collocata fuit in inferiori subselliorum ordine, in quo proindè semper sederunt Capita ipsa Capellanorum, quales sunt Magister Chori, Hebdomadarius, atque Cantores.

49 Quamobrem, si Capellani Adversarii sederunt in ordine superiori, ex præcisa dumtaxat necessitate. Si ejusmodi æqualis sessio eosdem allexit Capellanos ad subingrediendum etiam loca vacantia Canonicorum. Si denique hinc ortæ dissensiones, & scandala, profectò certa spe nobis pollicemur, quòd Eminentissimi Patres, ad occurrendum ulterioribus jurgiis, atque dissidiis, demandabunt certam aliquam inter Canonicos, & Capellanos distinctionem, quæ magis apta, magisque tuta excogitari minime posse videtur, quam quæ ex elevatione Sedilium Canonicalium proveniret.

50 Et sanè in spem hanc longè faciliùs adducimur, quia modus iste, atque provisio valdè conformis est Juris dispositioni, quæ non solùm præcipit Canonicos uti debere habitu nobiliori, diversoque ab indumento Capellanorum, prout latè ostenditur *in contraria Juris Informatione*, § 7, *& tribus seqq.* Verùm etiam altiorem locum, sedemque eminentiorem eisdem Canonicis in Choro competere, quemadmodùm punctualissimis auctoritatibus probavimus *in nostro Restrictu sub* § 13, *& sub* § 21.

51 Nec verò subsistit contrarius ille discursus, quòd nempè satis sit, Canonicos sedere in loco digniori, quamvis non sedeant in loco sublimiori, *ex Pignatell. consult. canon.* 25, *nu.* 4, *&* 10, *tom.* 1. In primis enim Pignatellus sibimetipsi respondet *in subsequenti consultat.* 82, *num.* 10, *tom.* 4, ibi - *Si licet Canonicis Metropolitanis, & Cathedralibus differre a Beneficiatis STALLO SUBLIMIORI, licebit etiam iis differre Pulvinaribus* -- *& in consult.* 104, *num.* 6, *eodem pariter tom.* 4, ibi -- *Haec etiam Sedilia Canonicorum debent esse distincta a Sedibus Presbyterorum ex dispositione Juris, secundum quod Canonicis debetur locus ALTIOR* -- & melius etiam *in consultat.* 54, *nu.* 4, *tom.* 6, ibi -- *Debet itaque Canonicus a Beneficiato, & Capellano distingui habitu, sede, loco, in quibus praecipuè praeminentia consistit, &c. differre enim debet Dominus a Servo, Superior a Subdito.*

Atque idipsum pariter firmarunt *Zecch. de Republ. Ecclesiastic. cap.* 2, *nu.* 1; *Novar. quæst. for. par.* 1, *quæst.* 24, *num.* 1; *Cencoper. lucubr. Canonic. lib.* 1, *tit.* 8, *num.* 2, *Manriquez*, *Barbos.* cæterique a nobis jam præventive relati, & hanc Canonicorum prærogativam impendi Sedes superiores in Choro cæpisse jam tunc ab Urbani II tempore, refert *Thomasin. de veter. & nov. Eccles. Disciplin. par.* 1, *lib.* 3, *cap.* 10, *num.* 2. 52

Et ipsa Sacra Rituum Congregatio altiora Scamna tribui voluit Canonicis Ecclesiæ Cathedralis etiam in concursu Canonicorum Ecclesiæ Collegiatæ, prout ostendimus *in nostro Restrictu*, *sub* § 22. 53

Accedit his clarissima Cæremonialis Episcoporum dispositio demandans distinctionem inter Sedes Canonicales, & Scamna Capellanorum, *ut in nostro Restrictu*, *sub* § 23. 54

Consonat pariter constantissima Urbis Romæ observantia, in omnibus namque Patriarchalibus, in omnibus Basilicis, & in omnibus Urbis Collegiatis Canonici semper sederunt, ac in præsens sedent in loco altiori, ac sublimiori. Idque etiam servatur in illustrioribus ipsius Æturiæ Ecclesiis, nimirum in Florentina, atque Lucana, quæ Pisanæ contermina est. 55

Quid: quod eadem viget consuetudo in nostramet Ecclesia Primatiali Pisana, quoties in Choro æstivo, vel in alia ipsius Ecclesiæ parte divina peraguntur officia? Quemadmodum probationibus luce ipsa meridiana clarioribus jam ostendimus. 56

Illud etiam silentio prætereundum non est, quòd, nisi nostris Reverendissimis Principalibus altiores in Choro Sedes assignarentur, handquaquam verificari semper posset, quòd in loco digniori ipsi sedeant, cùm enim Capellani Adversarii subingredi velint in loca Canonicorum vacantia, nemo non videt, contingere facilè posse, quòd Capellanus sedens a latere dextero, ob subingressum in locum Canonici absentis, præcederet Canonicos sedentes a latere sinistro, prout egregiè perpendit *Pignattell. consultat. canon.* 57

canon. 104, *num.* 6, *tom.* 4; cujus verba exscripsimus *in nostro Restrictu*, § 20.

58 Atque etiam peculiari animadversione dignum est, quòd, sine Canonicis quidem permittitur subingredi Stalla vacantia Dignitatum, ut pluries decrevit Sac. Rituum Congregatio, Teste *Barbos. in Summ. Decis. Apostolic. verb. Sedes, nu.* 11, *& Pignatell. consult. Canon.* 104, *nu.* 6, *versic. Et quemadmodum*; & tamen Canonici, atque Dignitates faciunt unum idemque corpus cum ipso Episcopo, ut latè ostendimus *in nostro Restrictu, sub* § 14. Quanto minus subingredi poterunt Canonicorum absentium loca Capellani Adversarii, qui non modò cum ipsis Canonicis unum corpus non constituunt, sed tantum ab ipsis distant, quantum Servus a Domino, ac Subditus a suo Superiore? ut in puncto benè ratiocinatur *Pignattell. dict. consult.* 104, *dicto nu.* 6, *versic. Et quemadmodum*.

59 Parvique refert, quòd Reverendissimi Principales satis distinguantur a RR. Capellanis habitu longè nobiliori, ut advertit contrarius Restrictus, § 6, *& tribus seqq.* in id sæpius allegando *Rot. in Burgen. Præeminentiarum*, 24 *Januarii* 1721, § *Quod profectò, coram bon. mem. de Herrera*. Etenim hoc ipso quòd DD. Canonici Principales habitum gestant longè honorificentiorem, justiore titulo ipsis competit etiam Sedes eminentior, ne quos diversitas habitus discriminat, eosdem Sessionis æqualitas parificare videatur; & profectò ipsimet Doctores, qui altiorem locum Canonicis in Choro competere tradiderunt, vel inquiunt, vel supponunt, eosdem uti posse, atque debere etiam habitu distincto, & honorificentiore, prout recognosci supplicamus.

60 Nec contrarium firmat *Rot. in dicta Burgen. Præeminentiarum exadverso allegata*. Ibi enim res erat non jam de Sessione in Choro, sed de Processionibus, in quibus Canonici distingui minimè poterant a Capellanis nisi habitu digniori. Idque adeò verum est, ut Sacra Rota postmodum in eadem causa sub *die* 28 *Junii* 1723, *coram bon. memor. Lancetta*, § *Quamobrem*, considerans prærogativam Canonicorum supra Capellanos firmaverit, quòd iidem Canonici non solùm in incessu, sed etiam in Sessione distincti esse debeant a Capellanis, qui dicuntur Clerici secundi Ordinis; subdens præterea hanc esse universalem totius Orbis Catholici consuetudinem.

61 Prout etiam non officit resolutio edita a Sac. Rituum Congregatione Rheginen. relata per *Pignattell. dicta consult. Canon.* 25, *in fin. tom.* 4. In ea quippè agebatur de restituendo in pristinum Choro attentatè post interpositam appellationem ad Sanctam Sedem eversò a Canonicis tempore Sedis Archiepiscopalis vacantis, ut videre est *in dicta consult. num.* 7, *&* 8, in quibus planè terminis mirum non est, si Sac. Rituum Congregatio mandavit omnia in pristinum restitui, nec ob id veræ, ac in jure subsistentes, & a Sac. Rituum Congregatione receptæ dici debent rheoricæ illæ, quæ ad ornatum afferuntur a prædicto Auctore, qui in illa Causa scripsit. Immò verò illud bono nostræ causæ fato contigit, quòd, non obstante recensita resolutione, nuper ipsamet causa *Rheginen.* proposita fuit in eadem Sac. Rituum Congregatione sub dubio - *An licitum sit Presbyteris Metropolitanæ Ecclesiæ Rheginen. sedere in choro in subsellis æqualibus illis Canonicorum dictæ Metropolitanæ in casu, &c.* -- eademque Sacra Congregatio, non attenta longissima consuetudine a Capellanis summoperè exagerata, respondit die 16 Septembris superioris anni 1730, *negativè* -- prout probè norunt, ac reminiscuntur plures ex Eminentissimis hujus nostræ Congregationis Cardinalibus, qui & in illa Sacrorum Rituum meritissimè sedent, & judicant.

62 Eat nunc Pars adversa, & innumeras congerens auctoritates extollat quantum libet vim, auctoritatemque consuetudinis, quando in nostris terminis consuetudo omnis, tametsi antiquissima, ac veluti immemorabilis rejecta fuit a prædicta Sac. Rituum Congregatione, quando eadem consuetudo, tanquam Ordini Hierarchico apertè contraria, declarata fuit corruptela, & abusus a Sacra Rota, *in Romana Præcedentiæ, & in Bisinianen. Præeminentiarum*, quas retulimus in *nostro Restrictu sub* § 41. Et quando in nostra Ecclesia Primatiali prætensa consuetudo professa fuit ex mera, præcisaque necessitate, rejectis etiam semper ad depressiorem subselliorum Ordinem capitibus ipsis Capellanorum?

63 Hæc quoad primum dubium. Quod verò attinet ad secundum, & tertium, brevi nos hinc expedimus, quia, cùm D. meus, exadverso in Jure scribens, supponat favere Capellanis antiquissimam consuetudinem, non aliud inquit, nisi quòd eadem servanda esse videtur, neque in hac præeminentiarum materia novitas ulla inducenda. Sed facilis est, ac prompta Responsio tam in Facto, quàm in Jure. Et quidem in Facto, quia jam probavimus in nostro Restrictu, quòd consuetudo non jam Capellanis Adversariis, sed Canonicis Principalibus certo certius suffragatur; quæ sanè probatio elicita fuit non modò ex depositione plurium, pluriumque qualificatorum Testium de facto proprio deponentium, sed

etiam

etiam ex luculenta relatione Reverendissimi Archiepiscopi, quem, cum nomino, honoris gratia, nomino Præsulem, non tam Doctrinæ, atque Sapientiæ, quàm Pietatis, Justitiæ, Sanctitatis exemplar, cui uni malim injurato, quàm mille aliis juratis credere.

64 In Jure autem, quia ejuscemodi consuetudo vi omni, & effectu careret, utpotè corruptela potius, & abusus de facto usurpatur contra dispositionem Juris, contrà censuram Cæremonialis Episcoporum, contra sexcentas Sacrarum Congregarionum resolutiones, contra universalem Urbis Romæ, atque adeò totius Orbis Catholici praxim, ac denique contra Hierarchicum Ecclesiæ Militantis Ordinem, qui juxta Ordinem Ecclesiæ Triumphantis adamussim dirigitur.

Quare &c.

Victorius de Martinis Advoc.

Pisana.

IN Primatiali Ecclesiâ Pisanâ consueverunt Capellani, dum Divina Officia peraguntur in Choro Ordinario, sedere non quidem omnes, sed ex iis aliqui immediatè post Canonicos in eadem linea, in iisdemque subselliis, in quibus
65 assident Canonici, non tamen ad ea aditum, ingressumque habent ex eodem loco, ex quo ingrediuntur Canonici; cæteri verò Capellani, qui talem sessionis locum capere nequeunt, ob subselliorum numerum, imparem omnibus, sedent in ordine inferiori.

Æstivo autem tempore, cùm Vesperæ recitantur in alio Ecclesiæ loco solaribus radiis minus obnoxio, tunc omnes Capellani consident in lineâ, & ordine inferiori. Hoc quoque ipsum servatur, dum quot annis in Dominicâ in Albis adstante Archiepiscopo, & Clero ostenduntur Populo Sacræ Reliquiæ in prædictâ Ecclesiâ asservatæ.

Præterea dum Conciones habentur in Adventu, & in Quadragesimâ, Canonicis, qui iis intersunt, destinata sunt subsellia superiora, & viridi panno ornata. Omnes verò Capellani sedent in linea inferiori ante ipsos Canonicos, & in nudis subselliis: quæ sanè sessionis norma adhiberi itidem solet in Synodis, prout hæc omnia refert in literis ad hanc sacram Congregationem datis Archiepiscopus.

At nuper mutua inter Canonicos, & Capellanos quæstio suborta est. Canonici enim contendunt non licere ulli ex Capellanis in Choro ordinario sumere sibi sessionis locum in eâdem lineâ, in qua assident ipsi Canonici, sed omnibus Capellanis injungendam esse sessionem in subselliis inferioribus, prout hæc sunt iis assignata seorsim a Canonicis, tam in Choro æstivo, quàm in omnibus aliis functionibus, quæ in eadem Ecclesiâ peraguntur. Talem quoque eminentiorem, ac distinctum sessionis locum dicti Canonici sibi deberi existimant, & concedi consuevisse affirmant extra Ecclesiam Primatialem, videlicet in aliis Ecclesiis, quas adire solet omnis Clerus ex causâ Processionum. Plures ad eam honorificentiam sibi vindicandam circumstantias exponunt. Hyemali quippe tempore utuntur Cappâ magnâ rubeâ, æstivo autem tempore Mozzetta ejusdem coloris supra Rocchettum; jus habent conferendi Capellanias, vel instituendi Capellanos, quos Patroni præsentaverint. Omnes Capellani in ingressu spondent, interposita jurisjurandi Religione, se obedientes fore Capitulo, & Canonicis, eisque juxta eorum statuta, consuetudines, & ordinationes in Divinis Officiis deservituros, debitumque honorem, & reverentiam exhibituros. Jus denique Canonicis est eligendi quotannis, sive confirmandi caput Capellanorum, quod vocant *Magiscola*.

Ex diverso autem Capellani innituntur veteri mori, qui supra relatus fuit circa ordinem sedendi in Choro ordinario, indeque inferunt eamdem esse servandam normam sessionis aliis in locis, & functionibus ecclesiasticis, prout confuetudinem sibi favere contendunt, quando Clerus in generalibus supplicationibus alias Ecclesias ingreditur.

Tria itaque, quæ sequuntur dubia proponuntur disceptanda. 66

I. *An liceat Capellanis Beneficiatis Primatialis Ecclesiæ Pisanæ sedere in Choro ordinario immediatè post Canonicos, & in eâdem lineâ.*

II. *An idipsum liceat Beneficiatis in Choro æstivo in casu, &c.*

III. *An idem sit servandum in omnibus sacris functionibus peragendis a Capitulo, & Canonicis, cum interventu eorumdem Beneficiatorum in omnibus aliis Ecclesiis Civitatis in casu, &c.*

Die 18 Augusti 1731, *Sacra Congregatio respondit ad primum affirmativè juxta modum, videlicet, quòd genuflexoria Canonicorum ornentur panno viridi, nec ea, licèt vacua, possint a Capellanis occupari. Ad secundum, & tertium, negativè.*

Huic decisioni non acquiescentibus Capellanis, sed imo instantibus etiam pro remissoria ad probandam consuetudinem immemorabilem sibi ipsis faventem hodie discutietur. *An sit standum, vel recedendum a decisis* Die 18 Augusti 1731. 67

Die 12 Januarii 1732, *Sacra Congregatio*

gatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum siciti in decisis, & hujusmodi causam amplius non proponi mandavit.

C. Cardinalis Origus Præfectus.

J. Amadorius ol. de Lanfredinis Secr.

ADDITIO XXXVIII.

Alben. Sacrorum Rituum, & Regiminis Ecclesiæ.

ARGUMENTUM.

Examinantur varia dubia inter Capitulum Ecclesiæ Cathedralis Alben. & Promotorem Fiscalem exorta, in materiis concernentibus Sacros Ritus, & Ecclesiæ Regimen; & dantur resolutiones super ipsis emanatæ a Sac. Congregatione particulari Eminentissimorum Cardinalium.

SUMMARIUM.

1 Concessio usus Roccbetti spectat ad S. Sedem Apostolicam, & nu. 4.
2 Quando, & quomodo illum concedere soleat.
3 Si hujusmodi privilegium in Bulla erectionis concessum non fuit, non prodest possessio, quamvis quadragenaria, & etiam longior.
5 Servanda est consuetudo, quòd Archidiaconus, prima Dignitas, vel in illius defectum, alter dignior de Capitulo, Missale sustineat Episcopo, pontificaliter celebranti.
6 Disposita in Cæremoniali Episcoporum vim legis babent.
7 Decretum irritans, contentum in Constitutione Clementis VIII, ejusdem Cæremonialis confirmatoria, inficit quamlibet consuetudinem contrariam, etiam immemorabilem.
8 Quæ requirantur ad probationem Immemorabilis.
9 Immemorabilis destruitur per actus contrarios, & etiam instantias extrajudiciales.
10 Actus, qui causam liti dederunt, ad manutentionem non prosunt.
11 Possessio, ex actu libero, & prorsus voluntario proveniens, quamlibet consuetudinem interrumpere valet, & quando talis dicatur.
12 Consuetudo negativa est difficillimæ probationis, & quare.
13 Leges posteriores derogant prioribus.
14 Episcopum ad alias Ecclesias extra Cathedralem accedentem, occasione alicujus Festivitatis ibidem celebraturum, duo Canonici debent in ingressu excipere, & discedentem associare, eidemque assistere in Missæ celebratione, & nu. 15.
16 Concurrente præsertim consuetudine, quæ tanquam laudabilis, & Juri consona, est servanda.
17 Vicarius Generalis potest Functionibus Chori, & Pontificalibus interventre, eique dignior locus est assignandus.
18 Idem Vicarius Generalis, ratione muneris & jurisdictionis, aliis præcellere debet, etiamsi esset unus ex Canonicis.
19 Synodales Constitutiones, ad instar Legis, debent in tota Diœcesi servari.
20 Licitum non est, sine scientia, & permissione Ordinarii, Venerabile exponere, & cum illo Populo benedicere.
21 Canonici an in celebratione Missæ Conventualis, tam diebus festis, quàm feriatis, teneantur Diaconum, & Subdiaconum adhibere, & nu. 22.
23 Clerici Seminarii non tenentur diebus ferialibus Cathedrali inservire, sed diebus festis tantùm, & nu. 24, & 26.
25 Non obstante contraria consuetudine, & quare.
27 Pro ministerio, seu administratione Seminarii, potest Episcopus proprios familiares deputare.
Quod probibitum non est, censetur permissum, ibidem.
28 Qui aliquam administrationem habent, solliciti esse debent de resecandis expensis, & de gerendis rebus utilibus Patrimonio administrato.
29 Missam Conventualem non canere in Ecclesia Cathedrali est culpa gravis.
30 Contravenientes præcepto Episcopi, sub pœna censuræ, aliquid faciendi, illam incurrunt.
31 Ad illos, quibus factum fuit tale præceptum, non spectat de justitia comminationis censuræ cognoscere.
32 Neque ulla suffragari valet excusatio, nisi quæ consisteret in jure claro, & incontrovertibili.
33 Suspensione innodatus si celebret, Irregularitatem incurrit.
34 Ita pariter Interdicto innodatus.
35 Episcopus non solùm potest Capitulares, in eorum munere deficientes, pœnis censurarum compescere, sed etiam debet.
36 A declaratoria super incursu censurarum non datur appellatio suspensiva, & de ratione.
37 Archipresbyter, aliique curam Animarum habentes, tenentur singulis diebus festis in Cathedrali Missam celebrare.
38 Alii verò Canonici celebrare saltem debent

debent in die Festivitatis sancti Titularis.

39 Canonicus Pœnitentiarius onus principaliter habet confessiones Fidelium excipiendi in Ecclesia Cathedrali.

40 Alii Canonici, curam Animarum habentes, quando teneantur Confessiones audire in Cathedrali, & Matrice.

41 Canonici novem Anni mensibus residere debent, & duæ ex tribus eorumdem partibus Choro continuò interesse.

42 Episcopus facultatem habet deputandi Præfectum Chori.

43 Item deputare valet contrapunctatorem; & renuentibus Canonicis dicta Officia acceptare, & exercere, potest sub censuris illos compellere, & Clericos extraneos deputare.

44 Canonici tenentur ad recitationem Officii in Choro.

45 Præsertim diebus festivis.

46 Neque circa hoc suffragatur ulla contraria consuetudo.

47 Diebus ferialibus non possunt Canonici divina Officia in sacristia recitare, nisi causa cognita, & approbata ab Episcopo.

48 Matutinum in Choro consuetis temporibus est recitandum.

49 Maximè ubi Statuta Ecclesiæ id præcipiunt.

50 Consuetudo contraria ex quibus sublata remaneat.

51 Ad quem finem inventa sint distributiones.

52 Canonici ad illas participandas admittere non valent alios Canonicos, qui ad residentiam non tenentur, & quare.

53 Episcopo permissum est Comitiis Capitularibus ad libitum intervenire, dummodo non proponatur negocium, ad ipsum, vel ad suos pertinens.

54 Capitulum quando contribuere teneatur ad expensas, pro celebratione Anniversarii Episcopi antecessoris.

Decreta Synodus Provincialis ab Ecclesia suffraganea sunt servanda, ibidem.

55 Capitulum tenetur exhibere Libros Capitulares, ad omnem Episcopi requisitionem.

56 Episcopus exigere valet a Capitulo redditionem rationis proventuum Capitularium.

57 Potest pariter injungere Capitulo exactionem redditiuum, reparationem, & culturam Bonorum.

58 Et ex legitima causa Oeconomos, aliosque Capituli Ministros removere.

59 Necnon etiam demandare, ut scripturæ, respicientes interesse Ecclesiæ, serventur in Archivio Capituli, sub custodia ad id specialiter deputatorum.

60 Episcopus Cathedraticum exigere valet etiam a Beneficiatis, qui a proprio Beneficio congruam non percipiunt, & nu. 61.

62 Episcopus, qui Cathedraticum numquam exegit, potest illud exigere, tam pro tempore præterito, quàm in futurum.

63 Imo nec expressè remitti valet.

64 Ad Episcopum spectat distributio eleemosynarum, inter Conciones recollectarum, non autem ad Capitulum.

65 Ad ipsum Episcopum spectat licentias quæstuandi concedere, exceptis Regularibus, quibus ex proprio instituto quæstuare permissum est.

66 Jus recognoscendi Institutiones, seu Bullas Provisorum de Beneficiis Cathedralis, non spectat ad Capitulum, sed ad Episcopum.

67 Quando sustineatur consuetudo exigendi in Visitatione Pastorali aliqua pecuniæ summa pro cavalcaturis.

Immemorabilis præsumere facit Privilegium Apostolicum, cum opportunis derogationibus, præsertim quando ex aliqua justa causa rationabilis appareat, ibidem.

68 Consuetudo exigendi pecuniam pro cavalcaturis sustinetur, volentibus, & non reclamantibus Communitatibus, quæ talem recognitionem præstant.

69 In omnem casum quo teneretur dictam pecuniam restituere.

70 Licitum est Episcopo asportare paramenta, pro ejus usu inservientia, ad Capellam Palatii Episcopalis, & illis uti.

71 Episcopus, pro Pontificalibus peragendis in Cathedrali, uti potest Paramentis ejusdem Ecclesiæ.

72 Canonici quando uti non possint Paramentis nobilioribus, ab Episcopis antecessoribus Sacristiæ relictis.

73 Indigente Cathedrali Ecclesia reparatione, si non adsit aliquid ad hoc destinatum, unicè attendenda est consuetudo.

74 Præcisivè a consuetudine, Episcopus tenetur pro aliqua parte, & in reliquis contribuere tenentur Canonici.

75 Coadjutor Dignitatis, seu Canonici tenetur ad residentiam.

76 Nec illam evitare valet, sub prætextu assistendi litibus pro Capitulo, nisi obtenta licentia a Sac. Congregatione Concilii.

77 Aliàs incidit in pœnas, contra Clericos non residentes inflictas a Sac. Canonibus, & a Sac. Conc. Tridentino.

78 Dispositio, seu decretum acceptarè debet cum sua qualitate.

79 Epi-

79 *Episcopus potest responsiones concurrentium ad Parochiales scripto traditas, suo tantum sigillo obsignare; nec tenetur etiam sigillum Examinatorum Synodalium adhibere.*

80 *Concionatori eleemosyna solvi debet a quibus consuetum est.*

81 *Valor monetarum in omnibus ferè Regionibus, & præsertim in Italia, immutatus est.*

82 *Possessori Jus assistit, donec spolium clarè, & evidenter probetur.*

83 *Synodus Diæcesana præsumptionem habet validitatis.*

Actus præsumitur validus, nisi ab allegante nullitas concludentissimè probetur, ibidem.

84 *Accedente præsertim observantia.*

85 *Multò magès si Synodus Diæcesana fuerit acceptata.*

86 *Defectus impressionis nullitatem non gignit Diæcesanæ Synodi, præsertim si in publico Archivio asservata fuerit.*

87 *Consensus Capituli, & Cleri sufficienter ex eo resultat, quòd Acta, & decreta Synodi a Notario illius publicata fuerunt, Clero præsente, & non reclamante.*

88 *Potest Episcopus Synodalia Statuta condere, independenter a consensu, & approbatione Capituli.*

89 *Nec necessè est, quòd omnia decreta Synodi fiant in Ecclesia, sed sufficit, quòd postea in Ecclesia promulgentur.*

90 *Episcopus habens habitationem distantem ab Ecclesia, ubi, & quomodò sit excipiendus a Canonicis.*

Eminentiss. & Reverendiss. Domine.

DUbia, quæ proponuntur, videntur resolvenda favore Reverendissimi Episcopi Alben. Principalis, prout humillimè supplicamus, & ex inclita Eminentissimorum Patrum Justitia obtinere speramus.

Quod enim attinet ad primum, justum, & exequendum est Decretum dicti Episcopi, quòd Canonici teneantur deponere usum Rocchetti, & reassumere usum Superpelliceì, quia cùm pro usu dicti Rocchetti DD. Canonici Adversarii nullum habeant privilegium Apostolicum, non possunt Rocchettum gestare,
1 cùm illius usum concedere spectet ad Sanctam Sedem Apostolicam, juxta *Text. in cap. pervenit 21, distinct. 93, & cap. illud autem 22, eadem distinct. 93; Anastas. Germon. de Sac. Immun. lib. 3, cap. 6, nu. 72, & seq. Campanil. in divers. Juris Canon. rub. 9, cap. 5, nu. 3; Gratian. discept. 845, num. 4, & seq.* & signanter *nu. 52 & 53; Cassan. in Catalogo Gloriæ Mundi, part. prima, considerat. 23, fol. 4; & par. 7, considerat. 44, fol. 187; & par. 12, considerat. 96, fol. 388. Nicol. in Flosc. verbo vestis, num. 3, & plur. seqq. cum aliis relatis per Pignatell. tom. 6, consult. 59, nu. 8, & plur. seqq.*

Imò Sancta Sedes Apostolica, & Sanctissimi Pontifices, quandò usus Rocchetti non est indultus in Bulla erectionis, talem usum concedere non solent, 2
nisi materia priùs examinata in Sacrorum Rituum Congregatione, ut per *Pignatell. dicto tom. 6, dicta consult. 59, num. 8, & num. 13;* & consonant *Barbos. in Collectan. Bullar. verbo Almutia, & verbo Rocchettum; Anast. Germ. de Sac. Immunit. lib. 3, cap. 6, num. 72, & seqq. Campanil. in divers. Jur. Can. rubr. 9, cap. 5, nu. 3; & Gratian. discept. forens. cap. 845, num. 52, & 53, cum pluribus ibi relatis.*

Momenti nec est, quòd Domini Canonici Adversarii nunc sint in possessione deferendi dictum Rocchettum, quia hoc ipso, quòd a Sancta Sede Apostolica tale privilegium in Bulla Erectionis non habent, censetur illis talis usus de- 3
negatus; unde nulla possessio, quamvis esset quadragenaria, & etiam longior eisdem suffragari valet, ut benè, & in terminis firmat *Pignatt. consult. canon. tomo 6, nu. 10, 11, & sequent.*

Quamquam cessat difficultas, quia Domini Canonici Adversarii Rocchetum assumpserunt cum supposito facultatis sibi concessæ a Domino Episcopo, quam non exhibent, nec possunt exhibere, quia nunquam fuit illis concessa; & quando etiam concessa fuisset, esset omninò in- 4
efficax, quia, ut supra dixi, & probavi, tales concessiones spectant ad Sanctam Sedem Apostolicam; & Episcopi talem facultatem non habent, ut, ultra supra allegatos, *Platea in leg. si quis Naviculam, Cod. de Murilegul. lib. 11; Lucas de Penn. in leg. 4; Cod. de Vestib. Olober. & aurat. Cassan. in Catalogo Gloriæ Mundi, par. 12, consid. 96, column. 4, per tot.* præcipuè *vers. & dicitur, Corrad. in prax. benefic. lib. 2, cap. 14; Barbos. de Canon. & Dignitat. cap. 2, ex num. 27.*

Circa secundum Dubium tenetur Archidiaconus prima dignitas, vel, in illius defectum, alius dignior de Capitulo 5
sustinere Missale Episcopo pontificaliter celebranti, nam Reverendissimus Episcopus in tali possessione repetitur, & manutentionem contra eumdem Dominum Archidiaconum judicialiter coram R.P.D. Aldrovando tunc A.C. obtinuit, unde talis possessio, & talis consuetudo est observanda, ut ex *cap. finali, de consuetudine*, & declaravit Sacra Rituum Congregatio in Lamecensi, 5 Julii 1603, relat. per *Pignattell. consult. 83, tom. 5, num. 12,* ibi — *Hujusmodi enim consuetu-*

dines sunt laudabiles, quia sunt ad gloriam, & splendorem Dignitatis Episcopalis, ac proindè observandæ sunt -- & cad. consult. nu. 41, & alibi:

Præsertim, cùm non solùm sit rationabilis, sed omninò conformis Cæremoniali Episcoporum, in quo disponitur, quòd Episcopo, pontificaliter celebranti,
5 Missale sustentari debeat a Digniori de Capitulo quocumque nomine fungatur, ut in titulo *de officio Presbyteri assisten. cap.* 7; disposita autem in dicto Cære-
6 moniali habent vim Legis, uti edito, & confirmato cum Decreto irritanti a san. mem. Clem. VIII, in ejus *Constitutione in Bullar. in ord. la 69, tom.* 3, & communiter tradunt *Eminentissim. de Luca de Jurisdictione, discurs.* 31, *num.* 4; *& in Miscellan. discurs.* 37, *num.* 10; *Pignatell. consult.* 83, *a nu.* 36, *ad* 43, *tom.* 5; & varias Sacræ Rituum Congregationis resolutiones refert; *& Rota decis.* 647, *nu.* 3, & alibi *part.* 4, *tom.* 3 *Recent. Pignattell. consult. canon.* 83, *tom.* 5, *nu.* 11, *& sub num.* 58.

Et hinc frustra Domini Canonici Adversarii recurrunt ad fundamentum immemorabilis, quia propter dictum Decretum irritans, contentum in Constitutione confirmatoria dicti Clementis VIII,
7 edita 4 Junij 1600, quælibet consuetudo contraria etiam immemorabilis irrita remansisset; *Ruin. consil.* 102, *column. penult. in fine versic. & clarius comprobatur, lib.* 3; *Gabriel de clausulis, conclus.* 3, *num.* 39, *usque ad nu.* 44. *Felin. in cap. cùm accessissent* 8, *colum.* 17, *in princip. versic.* 4, *limita*, *nu.* 30, *de constitut. Prob. in cap. Si quis, nu.* 7, *Rota dec.* 489, *num.* 4, *par.* 3; & in specie respondit *Rota, decis.* 443, *num.* 5, *&* 6, *par.* 5, *to.* 2, *& dec.* 192, *nu.* 10, *par.* 18, *tomo pr. Recent.*

Sed re vera non adest, quia ex adverso non probatur, prout probanda esset a Testibus longævæ ætatis, qui vi-
8 derint sic semper practicatum fuisse, & non aliàs, & quòd ita ipsi, & eorum majores viderint, & audiverint; *Gloss. in cap. pr. versic. memoria, de præscript. in* 6; *Bartol. in leg. Celsus, de Usucap. Bald. de præscript. in ult. par. nu.* 14, *& sequ. Covarr. in Reg. possessor. par.* 2, § 3, *nu.* 7; & dixit *Rota, coram Seraphin. decis.* 1102, *nu.* 2, *& num.* 4, *& dec.* 1450, *nu.* 2, *& seq. & dec.* 196, *nu.* 3, *& coram Ludovis. dec.* 106, *nu.* 20, *& dec.* 190, *num. pr. & coram Coccin. dec.* 155, *nu.* 3, *& dec.* 116, *num.* 2, *& seq. Rota par.* 19 *Recent.*

Sed cùm Episcopi semper reclamaverint, nulla allegari valet immemorabilis, ad cujus essentiam requiritur, ut fuerit ita pacifice, ut nihil in contra-
9 rium actum, aut auditum fuerit, etiam per actus, & instantias extrajudiciales; *Rot. cor. Bichio, dec.* 48, *num.* 14, *&* 15, *cum aliis alleg. in Palatina Decimarum, cor. Cerr. dec.* 503, *num.* 8, *confirm. dec.* 527, *sub nu.* 7; *& dec.* 544, *num.* 14, *&* 15; *& dec.* 97, *nu.* 21, *& seq. par.* 13 *recent. & coram Prima, dec.* 535, *nu.* 2, *& dec.* 387, *num.* 3, *& sequen. par.* 16; *& dec.* 208, *nu.* 17, *par.* 17; *& dec.* 469, *nu.* 57, *par.* 19, *tom.* 2 *recent.* Cùm tamen actus contrarii in nostro casu sint Classici, & Judiciales, dum fuit probata, & canonizata in Judicio possessio Episcopi, ut Missale sibi sustentetur ab Archidiacono, quæ possessio non potest dici, quòd fuerit recens, aut dederit causam liti, quia Episcopus, coram di-
cto R. P. D. Aldovrando manutentionem 10
obtinuit; nec potuisset obtinere per actus, qui causam liti dedissent, cùm isti ad manutentionem non prosint; *Rota in Oritana Præcedentiæ*, 11 *Junii* 1606, *coram Manzanrd. impress. penès Vosl. de manutent. dec.* 101, *& dec.* 419, *num.* 13, *par.* 9 *recent.* cum aliis ibi relatis; *San. mem. Greg. dec.* 292, *nu.* 3; *& coram bon. mem. Celso, dec.* 292, *pariter num.* 3; *& dec.* 169, *nu.* 9, *par.* 16; *& dec.* 243, *nu.* 16, *par. dicta*; *& dec.* 520, *num.* 13, *&* 14, *par.* 19, *tom.* 2 *recent.*

Et sanè possessio, in qua existit D. Episcopus, non potest procedere ex actibus
turbativis ab ipso gestis, dum dicta su- 11
stentatio Missalis est actus, qui provenire non potest nisi ex facto libero, & prorsus voluntario dicti Archidiaconi, quod propterea est aptum legitimè interrumpere quamvis consuetudinem antecedentem, *Surd. cons.* 293, *nu.* 23, *&* 24; *Tondut. resolut. benefic.* 104, *nu.* 13, *Sperell. dec.* 69, *nu.* 28, *& sequen. Rota coram Celso, dec.* 52, *nu.* 8; *coram Zarat. dec.* 214, *nu.* 12, *& sequen. & in recent. par.* 11, *decis.* 133, *num.* 12, *&* 13, *par.* 14, *dec.* 77, *nu.* 4, *& seqq.* præsertim ne-
gativam, quæ est difficillimæ probatio- 12
nis, ex quo potuit aliqua Dignitas, vel Canonicus incumbentem sibi sustentationem à i .alis peragere, quin ipsi Testes tunc audiverint, intervenerint, vel audiverint, *Gabriel. de præscript. tit.* 6, *conclus.* 1, *num.* 81; *Covar. in cap. possessor, part.* 2, § 3, *num.* 7, *de reg. jur. lib.* 6; *Seraphin. dec.* 1102, *nu.* 2, *Cavaler. decis.* 174, *num.* 1; *& Cels. dec.* 68, *nu.* 10; *& dec.* 211, *nu.* 16; *Rota, coram san. mem. Gregor. dec.* 232, *num.* 3, ibique *addit. num.* 15, *& dec.* 434, *num.* 11; *& in recent. dec.* 101, *nu.* 6, *par.* 4, *tom.* 2; *& dec.* 248, *nu.* 2; *& dec.* 272, *num.* 4, *par.* 2; *& dec.* 69, *nu.* 15, *&* 16, *par.* 17 *rec.*

Nec est cur in contrarium ponderetur quædam declaratio Sacræ Congregationis Rituum relata *à Pignattell. dicto tom.* 5, *dicta consult.* 83, *num.* 43, *&* 55, ibi --

ibi -- *Primam verò dignitatem debere ad
dexteram Archiepiscopi celebrantis, pa-
rumper caput supponere ad librum, quem
Capellanus, vel Portionarius manibus
sustinet, dum in Sede eminenti ipse Ar-
chiepiscopus intonat Hymnum Gloria in
Excelsis, &c.* -- Nam dicta declaratio
emanavit respectu Ecclesiæ Archiepisco-
palis, & Metropolitanæ Hispalen. ut
apud *Pignattell. dicta consult.* 83, *nu.* 27;
& sic non valet inferri ad alias Ecclesias
inferioris Ordinis, præsertim cùm prima
resolutio dictæ Sacræ Congregationis
fuerit, ut prima Dignitas Archiepiscopo
de libro serviat, ut *num.* 43; dictæque re-
solutiones emanarunt de Anno 1592, ut
in dicto *num.* 27. Undè attendendum est
d. Cæremoniale confirmatum a Clemen-
te VIII, de dicto Anno 1600, quod uti
13 posterius, & latum ad instar Legis uni-
versalis, sustulit omnia Decreta, & de-
clarationes antecedentes; *Leg. Sed, & po-
steriores, ff. de Legibus, leg. si quis ante,
ff. de acquiren. possess. Leg. pri. ff. de stip.
Ser. Leg. peracta, Cod. de pactis, Leg. Cla-
ri, Cod. de fideicomm. Soccin. Sen. cons.*
145, *sub nu.* 5, *lib.* 1; *Surd. cons.* 202,
num. 1, & *cons.* 359, *nu.* 54; *Thomas, reg.*
230; *Tusch. litt. D, Conclus.* 451; & *litt.
V, Conclus.* 228, *Barbos. axiom.* 183, *Rota
in Recent. dec.* 593, *num.* 2, & 3, *par.* 4.
Tertio, quarto, quinto, & sexto, &
septimo DD. Adversarii renunciarunt;
tamen minus validè, & non sine invo-
lucro, & captiositate; unde supplicamus
pro favorabili resolutione, stantibus ratio-
nibus bene ponderatis per Dominum
Causæ Patronum.

Octavum quoque resolvendum *affir-
mativè* -- teneri nempè Capitulum Epi-
scopo accedenti occasione Festivitatum
ad alias Ecclesias ibidem celebraturo,
transmittere duos Canonicos ad effectum
ipsum ingredientem excipiendi, & disce-
dentem associandi, ac eidem assistendi
14 in celebratione Missæ; nam ad hujus-
modi munera Canonici erga Episcopum
de Jure tenentur, ut declaravit *Sacra
Congregatio Rituum in Calagurritana
prima Julii* 1601; *in Bononien.* 20 *Apri-
lis* 1602; *in Brundusina* 31 *Julii* 1617, &
in Interamnen. 2 *Augusti* 1631; & in
aliis, ut videre est apud *Pignattell. Con-
sult. Canon. dicta consult.* 83, *nu.* 7, & 8,
Tom. 5; ubi quòd Episcopus tamquam
Caput non debet prorsus sejunctum a
15 Capitularibus, tamquam membris, has
Functiones, etiam in aliis Ecclesiis extra
Cathedralem peragere, & *num.* 39; ubi
de alia declaratione dictæ Sacræ Con-
gregationis, & signanter *nu.* 60, *eadem
Consultat.* ubi varias Sac. Congregatio-
nis resolutiones refert.

Præsertim verò, quia talis fuit, & est
observantia, sivè consuetudo, quæ pro-
pterea tamquam laudabilis, & Juri con- 16
sona, est observanda, ut in his terminis
habetur ex *Capit. final. de consuetud.* &
Sacra Rituum Congregatio confirmavit
in Lucemnensi 5 *Julii* 1603, ut apparet
ex *Pignattell. consult.* 349, *nu.* 1, *tom.* 1,
& plenè *consult.* 83, *To.* 5, *num.* 12, 30,
31, 32, 39, 41, 59, in quibus variæ Sac.
Rituum Congregationis resolutiones ha-
bentur.

Ad nonum, & decimum *affirmativè* --
*An scilicet Vicarius Generalis possit inter-
venire functionibus Chori, & Pontifica-
libus, & an dignior ei locus, & qualis
sit assignandus* -- posse Vicarium Genera-
lem dictis functionibus intervenire, ac 17
omnibus aliis Canonicis præcedere debe-
re, eique digniorem locum ratione ejus
præeminentiæ ac Jurisdictionis esse assi-
gnandum, tradunt *Menoch. Cons.* 257,
nu. 94, *Sbrez. lib.* 2, *quæst.* 27, *num.* 12;
Ventriglia, volum. 2, *annot.* 14, § 2, *nu.*
1; *Barbos. allegat.* 54, *nu.* 144, & *plu-
ribus sequen.* & *de Canon. cap.* 5, *nu.* 55;
*Nicol. in floscul. verbo Vicarius Genera-
lis, num.* 44; *Peregrin. prax. Vicarior.
par.* 1, *sect.* 2, *subsect.* 1, *fol.* 16, *nu.* 19,
& *sequen.*

Præsertim cùm modernus Vicarius Re-
verendissimi Episcopi non sit de Canoni-
cis Cathedralis, sed quidem de Ordine
nobili, & equestri; cùm immò etiam 18
quòd Vicarius esset unus de Canonicis
ejusdem Capituli, adhuc quia ratione mu-
neris, & Jurisdictionis est ab aliis distin-
ctus, cæteris præcellere debet, *Gloss. in
cap. a collatione, verbo Prælatis, de Ap-
pellatione in 6; Gemin. ibid. nu.* 6; *Na-
var. fusè in cons.* 1, *cap.* 2, *de majorit.
& obedien. Ventrigl. de Vicario generali,
annot.* 14, § 1, *num.* 19, & *alibi fol.* 161;
& respondit Sac. Congregatio Rituum
in una Montis realis 20 *augusti* 1586,
& *in alia Lisinen.* 3 *Octobris eodem an-
no*; & *in Vicentina* 16 *Martii* 1604;
quæ resolutiones comprobantur ex aliis
auctoritatibus adductis per *Peregrinum
prax. Vicariorum, par.* 1, *section.* 2,
subsect. prima, cum aliis in *decis.* 3;
*Sayr. de Majorit. & obed. Recc. Collect.
dec.* 1069.

Ad undecimum -- *Non licere DD. Ca-
nonicis, exponere Venerabile sine appro-
batione, sivè licentia Episcopi; & Con-
stitutiones Synodales id ipsum disponentes
esse servandas* -- Etenim in eisdem con-
ditis sub bon. mem. Episcopo Britio
disponitur ibi -- *Ne autem tanti Sa-
cramenti nimia familiaritas in contem-
ptum cadat, illius publicam expositio-
nem, tum in exemptis locis, sub pœnis
à Sacra Congregatione Rituum, & Epi-
scoporum, & Regularium, sine publica,
& gravi causa Officio nostro gratis
approbanda prohibemus.* Quæ proin-

dè Constitutiones Synodales ad instar
19 legis in tota Diœcesi servandæ sunt, docet *Text. in cap. 2, de Constitution. in 6; Gonzalez super reg. 8 Cancellar. Gloss. 9, § 1, nu. 18, & num. 20, versic. sic in quaslibet; Rota, coram Seraphin. dec. 813, per tot. coram Comitol. dec. 153, num. 5; & dec. 163, num. 18, par. 17; & decis. 484, nu. 6, par. 19, tom. 1 Rec.*

Idque est etiam de Jure communi, nè
20 ex qualibet levi causa ab Ordinario ignorata Venerabile exponatur, & cum illo sine scientia, & permissione Ordinarii Populo benedicatur; *Nicol. in floscul. verbo Eucharistia, nu. 23, & sequen. cum aliis ibi allegatis; Lezana in Summa qu. regular. tom. 2, cap. 26, & tom. 3, sub verbo Eucharistia, nu. 55, & sequ.* & confirmavit Sacra Rituum Congregatio sub die 29 Februarii 1626, de qua *Gavant. in Enchirid. Episcopor. verbo Eucharistia, nu. 55; cum aliis plena manu congestis per Barbos. Collectan. Apost. decis. 335, nu. 6, & 7.*

Facilis est resolutio Duodecimi dubii pro affirmativa, quòd scilicet Capitulum in celebratione Missæ Conventualis teneatur adhibere Diaconum, & Subdiaconum, tàm diebus Festivis, quam fe-
21 riatis. Quo enim ad dies festos id præscribunt eidem *Statuta Ecclesiæ*, sic etiam comprobavit longa consuetudo usque de Anno 1614, atque ita disponunt Decreta facta in Visitatione Pastorali, ac Constitutiones Synodales.

Quemadmodum pro singulis aliis diebus idem est observandum, dum agitur de Cathedrali insigni Civitatis Albæ, cognomento Pompejæ, ab Instauratoris
22 nomine nuncupatæ, ut propterea Missa Conventualis celebrari singulis diebus debeat cùm assistentia Diaconi, atque Subdiaconi, & non modo indecenti cum assistentia unius miserabilis Clerici; & ita expressè mandavit Sacra Rituum Congregatio 28 Januarii 1612, cùm aliis ibidem resolutionibus, quæ habentur in *Prax. Episcoporum Gavanti, num. 2, sub verbo Missa Conventualis, fol. mihi 141.*

Dubium decimumtertium est de renunciatis, & resolvendum affirmativè ex deductis a D. Causæ Patrono.

Decimumquartum est resolvendum *negativè*; quia scilicet Clerici, qui aluntur in Seminario non tenentur diebus ferialibus inservire Cathedrali a celebratione, ut prætenditur, secundæ Missæ inclusivè, & Missæ Conventualis, & usque ad finem aliarum functionum de mane; nam ex rescripto Sacri Concilii Tridentini: *sess. 24, de reformat. cap. 18.*
23 Pueri in Seminario educandi debent incumbere ad studia, ut habiles fiant ministrare, & servire Ecclesiæ; & solummodo sub § *Curet Episcopus*, mandatur ut serviant Ecclesiæ diebus festis, & propterea non sunt illis subtrahendæ horæ, seù tempus opportunius ad studia peragenda extra dies festivos, juxta præscriptum dicti *Sacri Concilii, sess. 23, cap. 18, de reformatione, versic. Curet Episcopus, & docent Frances de Ecclesia Cathedrali, capit. 28, nu. 598; Barbos. Collectan. Apostol. decision. 667, nu. 6, & 7.*

Præsertim cùm directio Seminarii a dicto Sacro Concilio Tridentino commissa sit Ordinariis locorum, undè contra ipsorum placitum, & contra finem dicti Sac. Concilii non debent in diebus non
festivis a studiis amoveri, cùm talis finis 24
dicti Sacri Concilii desumatur; Tùm ex eo quod præcipit debere tales Pueros studiis vacare; Tum quia servitium ab ipsis præstandum Ecclesiis coarctatur ad dies festivos, per ea quæ tradit *Frances de Ecclesia Cathedrali, cap. 28, num. 597,* ibi - *Et quidem ex sua institutione tenentur omnibus diebus Festivis in Ecclesia Cathedrali inservire, itaut in Altaribus Sacerdotibus ministrent, in Choro opera Ministrorum exerceant ipsum incensando, & alia faciendo, &c.*

Non obstante prætensa contraria consuetudine; Tum quia cum suis requisitis non est probata; Tùm quia esset merus
abusus repugnans fini dictæ Conciliaris 25
dispositionis, quæ cùm abroget omnes contrarias consuetudines, etiam ista abrogata censetur; *Barbos. de Offic. & Potestate Episcop. alleg. 53, nu. 115, & pluribus seqq. & firmavit Rota in Papien. Residentiæ, 10 Martii 1603, § Immò videatur, coram bon. mem. Ottembergo, & decis. 430, nu. 1, 2, & 3, par. 18, tom. 2 recent.*

Et inde patet resolutio ad decimumquintum, quia ad formam, & tenorem dictæ dispositionis Conciliaris, Clerici
ejusdem Seminarii Albensis non tenentur 26
assistere nisi Functionibus solemnioribus, quæ in diebus festivis peragi solent, non verò aliis quibuscumque a Clero, & Capitularibus peragendis.

Ad decimumsextum *affirmativè*, quia quatenus Episcopo placeat deputare pro Ministerio, seù administratione Semina-
rii proprios familiares, tale quid eidem 27
non prohibetur, & hoc sufficit, ut censeatur permissum ex regula *Textus in lege nec non 28, § Nec eius, ubi Glossa verbo prohibeant, ff. ex quibus causis major, cum aliis concordan. per Cyriac. controv. 132, num. 37, & plur. sequen. & signanter controv. 291, num. 7, & 8; Pantulius dissert. 5, num. 7.* Administratio enim Seminarii juxtà dictam dispositionem Sacri Concilii Tridentini est ad curam ejusdem Episcopi, & juxta ejus prudentiam, & providentiam, si familiares habeat idoneos, eis pro administratione

Se-

Seminarii, ad parcendum majoribus ex-
pensis, uti potest, rationes ad formam
Decreti dicti Sacri Concilii redditurus;
28 cùm imò talis providentia sit laudabilis,
cùm ii, qui de Jure præsunt alicui Ad-
ministrationi, solliciti potissimum esse de-
beant de resecandis expensis, & de ge-
rendis rebus utilibus Patrimonio Admi-
nistrato, ut per *Ancharan. cons. pri. nu.
2, & seqq. Franc. in cap. pri. nu. 7, ad
med. vers. ex quorum dictis; ibique Ge-
min. nu. 7, versic. sed si haberet Recto-
rem, de rebus Eccles. non alienand. in 6;
Grattan. discept. forens. cap. 395, nu. 38;
Rot. coram Coccin. dec. 625, nu. 22;* so-
lumque in hoc præjudicatum remanere
potest servitium ejusdem Episcopi, si pro-
priis familiaribus utitur etiam pro servi-
tio Seminarii, ut patet ad sensum; cùm
dictum Seminarium exiguos habeat red-
ditus; & proinde collaudandus eo ma-
gis sit Episcopus, qui studet resecationi
expensarum.

Ad decimumseptimum *affirmativè*,
quòd scilicet DD. Capitulares Adversa-
rii, qui in spretum præcepti D. Episco-
pi Missam Conventualem cantare præ-
termiserunt, & prætermittunt, inciderint
in pœnas suspensionis, & interdicti com-
minatas ab Episcopo. Nàm Missam Con-
29 ventualem in Ecclesia Cathedrali non
canere est culpa gravis, & etiam letha-
lis contra obligationem talibus Ecclesiis
inhærentem, ut tradunt *Gloss. & DD.
& signanter Abbas in cap. cum Creatura,
de celebr. Missarum, ubi Jo: Andreas, &
cæteri Canonistæ,* & prosequuntur quam-
plures apud *Dian. par. 10, tract. 27, re-
solut. 40; & Hurtad. par. prima Moral.
tract. 2, cap. 7, nu. 311; Barbos. de Ca-
non. & Dignitat. cap. 34, nu. primo, &
2,* cum aliis ibi relatis. Undè ritè, &
rectè Episcopus Capitulo, & Capitula-
ribus injunxit celebrationem dictæ Missæ
Conventualis sub pœnis suspensionis, &
Interdicti, in quas propterea controve-
30 nienses tali justo præcepto Episcopi in-
currerunt; *Sayrus de Censuris, lib. 5, cap.
18, nu. 18, & pluribus sequentibus, &
latè lib. 4, cap. 9, num. 7, & sequ. No-
var. in Manual. cap. 27; Alter. de Cen-
suris, disput. 6, de suspens. cap. 2, lit. D,
& E; Abbas in cap. sicut, num. 4, versic.
secunda differentia, de cohabit. Clericor.
& Mulierum.*

Nullaque legitima excusatio desumi
potest ex eo, quòd Episcopus prohibu-
erit ne dd. Clerici Seminarii dictæ Missæ
Conventuali diebus non festivis assisten-
tiam præstarent, quia id cum omni fun-
damento Justitiæ demandatum fuit, ut
supra, quodque non deficerent Clerici,
& ipse Clericus Subsacrista, qui dictæ
Missæ Conventuali servire posset, patet
ex ipsius, & aliorum depositione, nec
fuit sine scandalo Populi, quòd ipsi Ca-
nonici essent in Choro tempore quo Ca-
nonicus debebat celebrare Missam Con-
ventualem, illaque celebrata non fuerit,
imò Missa privato, & demisso modo ce-
lebrata fuerit, & cui inserviebat perso-
na Sæcularis, ut deponunt Testes; & al-
ter ex Canonicis, nempè Joannes Joseph
de Canibus, probe noscens non posse præ-
termitti cantum dictæ Missæ Conven-
tualis protestatus fuit se tali contraven-
tioni, & novitati assensum non præsta-
re. Et sic patet totum motivum contra-
ventionis, & spretus sumptum fuisse ex
contumelioso voto spernendi præcepta
Episcopi, cùm de cætero ad ipsos Ca- 31
pitulares non spectaret cognoscere de
Justitia comminationis dictarum pœna-
rum, sed omnino dicto præcepto parere
tenebantur ex *Cap. is, cui, de sentent.
excommunic. lib. 6, Ancharan. in cap. pri.
§ fin. num. 5 de sentent. excomm. lib. 6;
Philip. Franc. nu. 6; Innocent. cap. pri.
nu. 2, versic. in suspensione, de Cleric. Pe-
regr. Abbas in cap. sicut, nu. 4, de Cohab.
Cleric., & Mulier.* Nec ulla excusatio 32
suffragari poterat, nisi quæ consisteret in
Jure claro, & incontrovertibili, ex *Cap.
unic. de iis quæ vi, metusve caus. fiunt;
& ex cap. 1, de sentent. & re jud. lib. 6;
& ex can. si quis Episcopus, & Gloss. in
dicto can. si quis Episcopus, vers. in Ita-
lia, quæst. 3, Ancharan. in cap. 1, § fin.
nu. 5, de sent. excomm. lib. 6.*

Et inde profluit responsum affirmati-
vum dubio decimoctavo, quòd scilicet
dd. Canonici suspensi, & interdicti, & 33
excommunicationem incursi, in irregula-
ritatem incurrerint, prout de suspensis
est *Textus apertus in cap. 1, de re judic.
in 6; & dict. cap. unic. de iis, quæ vi,
metusve caus. fiunt, Novar. in Manual.
cap. 27, nu. 244; Alter. de Censuris de
suspensis, disput. 6, cap. primo, litt. D,*
cum aliis ibi allegatis, & signanter *dict.
disput. cap. 2, litt. B, & C,* & alibi; &
de interdicto innodatis habetur ex Ca- 34
none *si quis Episcopus, 11, quæst. 3, Innoc.
in cap. pri. nu. 4, ibique Geminian. § Si
quis autem, nu. 4, versic. quæro, de sen-
tent. excom. in 6; & probant Sayrus de
Censuris, lib. 5, c. 18, num. 18; & Alte-
rius de Censuris, dicta disput. 6, cap. pri.
litt. B,* & alibi, *cap. 2, per tot.* Non so-
lùm autem Episcopus potest, sed debet
Capitulares ab eorum obligatione defi- 35
cientes, pœnis suspensionis, interdicti,
& excommunicationis compescere, ut
in similibus terminis rescripsit Sacra
Congregatio Concilii die 15 Novembris
1653 in una *Cosentina Edictis, relat. per
Pignattell. consult. Canon. 77, tom. primo
nu. 4,* ibi — *Tollantur vetita ipso Jure,
addaturque sub pœnis ejus arbitrio impo-
nendis, & suspensionis, &c.*

Nil

Nil prorsus relevante, quòd dicti DD.
Canonici a declaratoria super incursu
dictatum censurarum appellaverint ad
36 A. C. quia est sententia communis, quòd
quia agitur de sententiis Animarum me-
dicinalibus, & quæ principaliter veni-
unt ad corrigendum, trahunt secum exe-
cutionem, & ideò per appellationem
non suspenduntur, juxtà *Text. in cap. per-
tuas, de sentent. excommun. Abbas in cap.
44, sæpè sub nu. 4, de appellat. num. 15,
cap. 53, pastoralis,* § *Verum quia, de ap-
pellat.* specialiter *Maran. titulo de appel-
latione, in* § *Novissimè, sub num. primo,
casu 5; Franch. in cap. 13, pervenit, not.
4, num. 6, & cap. 56, ut nostrum, sub nu.
4, versic. in gloss. in versic. revocamus;
plenè Scacc. de appellatione, quæst. 17, li-
mit. 22, a nu. 3, per tot. & Alterius de
censuris, disput. 6, cap. 61, de suspensibus.
A, B, C, D.*

Juxta decimumnonum, cùm quæratur
an Archipresbyter, & alii habentes Cu-
ram Animarum teneantur singulis diebus
festivis celebrare Missam in Cathedrali,
& an alii Canonici ullo unquam tem-
pore in eadem Cathedrali celebrare de-
37 beant, resolvendum *affirmativè*, quia
quilibet habens Curam Animarum, singu-
lis diebus festivis tenetur celebrare in
Ecclesia Parochiali, vel in alia in ejus
loco subrogata, per *Text. in cap. ut Do-
minicis 2, de Paroch. Azor. Institut. Mo-
ral. part. pri. lib. 10, cap. 24, vers. se-
cundo quæritur; Bonacin. de Sacram. dis-
put. 4, quæst. ultim. punct. 7, nu. 4, Lay-
man. in Theolog. Moral. lib. 5, tractat. 5,
cap. 3, num. 2, Barbos. in Summ. Apostol.
dec. 555, nu. pri.* cum aliis per *Antonell.
de Jur. & oner. Cleric. lib. 2, par. 6, cap.
6, num. 2; Murga de Benefic. quæst. 2,* §
*6, sect. prima, num. 88; Rota coram Coc-
cin. decis. 1887, num. 22, & in recen. dec.
469, nu. 67, part. 19, tom. 2;* & alii Ca-
nonici celebrare saltem debent in die
38 festivitatis S. Laurentii Titularis ejusdem
Cathedralis, & resolvit Sacra Rituum
Congregatio ad supplicationem Capitu-
li, & aliorum Ecclesiæ *Abulen. relat. per
Barbos. de Canon. & Dignit. cap. 31, nu.
5;* & Sacra Congregatio Concilii *relat.
per Garz. de Benefic. par. 3, cap. 2, num.
495;* & latè penes ipsos DD. allegatos.

Et inde sequitur resolutio affirmativa
ad dubium 20; ut Pœnitentiarius Archi-
presbyter, & alii Canonici Cathedralis
habentes Curam Animarum teneantur
Confessiones Fidelium excipere in Ca-
thedrali, non in Ecclesiis Coadjutricibus;
nam Pœnitentiarius ad tale onus excipi-
endi Confessiones Fidelium est principa-
39 liter destinatus, ut decisum referunt
*Aloys. Ricc. resolut. 477, num. 6; Nicol.
Gar. part. 5, cap. 4, nu. 118; Campana,
cap. 6, num. 27, & seqq.* cum aliis supra
allegatis; *Ricc. in prax. Episcop. part. 2,
verbo Pœnitentiarius; Campanil. divers.
Jur. Canon. rubr. 7, cap. 6, nu. 77; Bar-
bos. de potest. Episc. part. 3, alleg. 55,
num. 26, in tract. de Canon. & Dignit.
cap. 26; & in Summario Apostol. decision.
581, nu. 20.*

Alii verò habentes Curam Animarum,
cùm non valeant tali muneri incumbere
in Ecclesiis Coadjutricibus, ex deductis
in facto, tenentur tali muneri satisface- 40
re in Ecclesia Cathedrali, & Matrice;
*Sess. Select. Canon. cap. 21, nu. 3; & Sa-
laz. de Mendoza Canonicus Pœnitentia-
rius Ecclesiæ Toletanæ, in libello de Insti-
tution. Canonicatus Pœnitentiariæ ejusdem
Ecclesiæ*, relat. per *Ventrigl. annot. 12,* §
2, de præbend. Theologal. & Pœnitential.

Circa dubium vigesimumprimum nul-
la videtur subesse difficultas ex benè de-
ductis per D. Causæ Patronum, quòd
servanda sint Decreta facta in Visitatio-
ne super adimplemento, & satisfactione
onerum Missarum, & Anniversariorum
incumbentium Capitulo, & retentione
Libri in Sacristia, in quo Celebrantes
satisfactionem dd. onerum propria manu
describant.

De plano etiam procedit resolutio af-
firmativa ad vigesimumsecundum, quòd 41
Canonici teneantur residere saltem pro
tempore novem mensium, & Choro in-
teresse saltem pro duabus partibus dicti
temporis, juxta claram dispositionem Sa-
cri Concilii Tridentini, *Sess. 24, cap. 12,
de reform.* & tradunt *Garzias de Benefi-
cies, part. 3, cap. 2, nu. 315;* aliasque ibi
refert Sacræ Congregationis resolutiones
Fagnan. in cap. licet, de Præbendis; &
eadem Sacra Congregatio *in Asculana* 13
Februarii 1696.

Ad vigesimumtertium pariter *affirma-
tivè*, quia posse Episcopum deputare 42
præfectum Chori, decernitur ex lege
Concilii Provincialis Mediolanen. primo
Tit. de Offic. punctatoris, § *Episcopus de-
ligat, Concil. 4, Tit. quæ pertinent ad San-
ctissimum Missæ Sacrificium in fine,* § *Præ-
fectus Chori*; & de Jure tradunt, & di-
xit eadem Sacra Congregatio Concilii
in *Asten. 26 Junii 1688,* & Sacra Ritu-
um Congregatio in *Caphaluden. 4 Junii*
1614, penès *Aldan. in compendio Canonic.
resolut. tit. 24, nu. 118, & plur. seq. tradit
Barbos. Collectan. Apostol. dec. 334, nu. 5.*

Ad vigesimumquartum, & vigesimum-
quintum *affirmativè*, tum attenta renun-
ciatione, tum quia planum est, quòd 43
Episcopus possit deputare Contrapuncta-
torem; & renuentibus Canonicis eorum
incumbentias adimplere, illos sub censu-
ris Ecclesiasticis compellere, aliosque
etiam extraneos deputare; & dixit Sacra
Congregatio Concilii in una *Civitatis
Castellanæ Punctaturarum die 5 Maji*

1696

1696, impressa inter recollectas per *Antonellum*, *de Juribus*, *& Oneribus Clericorum*, *fol. mihi* 17, *nu. primo*; *& Fuscus de Visit. lib.* 1, *cap.* 15, *nu.* 29, cum aliis ibi latè adductis; *& Ugolin. de offic. Episcop. cap.* 19, § *Primo*, *nu.* 7; *Barbos. de Canon. cap.* 34, *num.* 19, *&* 20.

Ad vigesimumsextum *negativè*, & non esse tolerandam recitationem Horarum in Sacristia a Festivitate omnium Sanctorum usque ad diem Resurrectionis Dominicæ, nec permitti posse eo tempore sub Vespere Matutinum cum Laudibus sequentis diei, & esse servandum
44 Decretum Episcopi super loco, & tempore Divinorum Officiorum. Quò enim ad primam partem Canonici tenentur ad recitationem Divini Officii in Choro; *Barbos. de Canonicis*, *& Dignitatibus*, *cap.* 34, *num.* 8; & decrevit Sacra Congregatio Conc lii relat. per *Pignatell. consult. Canon. tom.* 1, *consult.* 322, *num.* 1, *& per totam*; *idem Barbos. Collectan. Apostol. decis.* 532, *nu.* 26, *& sequen.* præsertim
45 verò diebus festivis; *Barbos. de Canonicis*, *& Dignitatibus*, *cap.* 34, *nu.* 7, *& sequen. & in Collectan. Apostol. decis* 532, *num.* 26; *Bonfadin. in Thesauro Ecclesiastic. dec resolut.* 26, *num.* 40, *& sequen.*

Absque eo quòd suffragari valeat allegata aeris intemperies, & frigoris excessivitas, tum quia in Civitatibus Pedemontanis sub Cœlo rigidiori sitis, Divina Officia a Canonicis celebrantur in Choro; tum quia deberent in omnem casum petere dispensationem a Sanctissimo, cùm secluso tali indulto, recitatio Divinorum Officiorum sit peragenda in Choro tanquam ad id destinato, præsertim in die-
46 bus festivis, cùm in hoc non suffragetur ulla contraria consuetudo, ut resolvit Sacra Congregatio Rituum in *una Signina*, 2 *Januarii* 1604; *& in Lunen. seu Sarzanen.* 3 *Martii* 1633, *apud Barbos. de Canonicis*, *cap.* 34, *num.* 8, ibi — *Potest aliquando ex causa*, *veluti ob frigus*, *extra Chorum in diebus ferialibus arbitrio Episcopi recitari*; *in diebus verò festivis omninò recitandum in Choro*, *non obstante contraria consuetudine*; & respectu aliorum dierum ferialium Canonici in Sacristia recitare Divina Officia non possunt,
47 nisi causa cognita, & approbata ab Episcopo, communiter tradunt *Barbos. de Canonic. cap.* 34, *nu.* 7; & alibi cum congestis per eum, & in *Collectan. Apostol. decis.* 532, *num.* 25, *&* 26, *& sequen.*

Circa secundam partem dicti dubii non licet pervertere solitum ordinem, & ritum Horarum Canonicarum, sed consue-
48 tis temporibus recitandum est Matutinum; *Vivian. in rationabili libri tertii Juris Pontificii*, *pag.* 219; *Alagon. in Compendio Juris Canonici*, *pag.* 534; *remissivè Ximen. in concord. par.* 1, *&* 2, & refertur *Bucharer. lib.* 2 *decretal. cap.* 104, 105, *par* 6, *cap.* 181, *nu.* 81; *Anton. Aug. collect.* 3, *decretal. lib.* 2, *titul. de suffragiis*, *cap.* 2; *Navar. de Oration. & Horis Canonicis*; *Sot. de Iustitia lib.* 10, *quæst.* 5; *Azor. instit. moral. par.* 1, *lib.* 10, *cap.* 1, *cum sequen.* latè *Barbos. super Decretal. tom.* 2, *in cap. Presbyteri de celebratione Missarum*, *tit.* 41, *fol.* 400, *a nu.* 1, *art.* 3, *&* 4, *& per tot.*

Frustraque exadverso recurritur ad eandem excusationem desumptam ab aeris intemperie, dùm videmus, quòd in Regionibus, majori etiam hyemis rigori expositis, Matutinum juxta rubricam recitatur de mane, & in ortu Solis,
prout ante abusum, a Dominis Canoni- 49
cis introductum, etiam in Ecclesia Albenti celebrabatur; idemque determinant ipsamet statuta Capituli Adversarii, ad quorum propterea observantiam omninò tenentur; *Modernus Asculanus ad statut. Urb. tom.* 1, *annot.* 15, *num.* 42; *Pic. ad Stat. Urb. cap.* 151, *gloss.* 17, *num.* 1; *Rota*, *coram Verall. dec.* 205, *in princip. par.* 3; *& coram Cavaler. dec.* 239, *num.* 6, *& seqq. & coram Pamphil. dec.* 530, *nu.* 3; *& in recent. dec.* 232, *nu.* 1, *&* 2, *par.* 12; *& dec.* 305, *nu.* 3, *part.* 18, *tom.* 1, *& dec.* 596, *num.* 11 *par. d. tom.* 2.

Et hinc juvari a consuetudine nequeunt, tum quia non est legitimè probata, tum quia extitit sublata, & enervata ex pluribus actibus eidem contrariis, nempè ex Decretis in Visitatione Pasto-
rali legitimè intimata, & a Canonicis 50
Adversariis acceptata, tum ex aliis decretis in ipsa Synodo Diœcesana celebrata, eisdem Canonicis præsentibus, & acceptantibus; unde prorsus cessat, seu effractum remanet quodlibet jus prætensæ consuetudinis, ut supra probatum fuit.

Ad dubium vigesimumseptimum, & vigesimumoctavum pariter *negativè* ex rationibus adductis a D. causæ Patrono.

Et similiter ad vigesimumnonum, non posse scilicet admitti ad participationem distributionum Canonicos de natura sui Canonicatus non participantes, & qui ad residentiam non tenentur. Siquidem distributiones adinventæ sunt ad alliciendos Canonicos ad magis frequentanda
Divina Officia, adeoùt ubi tenues exi- 51
stant, *Sacr. Concil. Trident. in Sess.* 21, *de reformat. cap.* 3, mandaverit, ut quatenùs sint ita tenues, ut verisimiliter negligantur, debeat Episcopus tertiam partem omnium fructuum in illas convertere; unde permittenda non est earum diminutio propter admissionem ad illas participandas de iis Canonicis non resi-
dentialibus, qui participare non debent; 52
nec Canonici facultatem habent cum hac arbitraria admissione non participantium distributiones quotidianas minuere, juxta docti-

doctrinam *Abb. in cap. cum omnes*; *ibique etiam Felin. nn. 7, & nn. 9*; & alii
communiter de *Constitut. S. Conc. Trid.
in sess. 21, & 22, cap. utrobique 3, de reform.* cum aliis adductis per *Rotam, coram Celso, decis. 12, num. 15, 16, & 17*;
ubi quòd in concernentibus cultum Divinum, vel servitium Ecclesiæ, seu observantiam residentiæ, Capitulum nil
potest statuere, nisi ad præscriptum Juris
Communis.

Ad trigesimum *negativè*, & non posse
admitti ad participationem distributionum Canonicos participantes, sed Choro non interessentes. Et ad trigesimum
primum *affirmativè*, quòd Comitia Capitularia sint habenda saltem bis in mense, ut diserte probat Dominus Causæ
Patronus.

Ad trigesimumsecundum *affirmativè*,
posse scilicet Comitiis Capitularibus
Episcopum ad libitum intervenire, ac
53 præesse, dummodo non proponatur negocium ad ipsum, vel suos pertinens; id
enim præsupponitur, atque disponitur a
*Sacr. Concil. Tridentin. sess. 25, cap. 6,
de reformat.* ibi - *Episcopis in Choro, &
Capitulo, & aliis actibus publicis sit prima sedes, & locus, quem ipsi elegerint,
& præcipua rerum agendarum authoritas,
non obstantibus Privilegiis, necnon consuetudinibus etiam immemorabilibus* - ibique *Barbos. num. 16, & idem Barbos. de
potestate Episcopi, alleg. 73, num. 17, &
sequen. Tondut. quæst. Benefic. par. 1, cap.
62, a nn. 1, ad 15, Cassan. in Catalogo
Gloriæ Mundi, par. 4, consider. 45; Franc.
Marc. dec. 139, num. 2, & seq. tom. 2;
Rota, coram Cels. dec. 12, num. 14, 15, &
16; cum aliis in Hispalen. Juris prædendi in Capitulo, 2 Julij 1700, coram Reverendissimo Episcopo Concben. § Licet namque, cum pluribus sequen. & in § Atque,*
ubi refertur resolutio Congregationis
Sacr. Rituum.

Ad trigesimumtertium *affirmativè*,
nempè Capitulum teneri contribuere ad
expensas pro Celebratione Anniversarii
Episcopi antecessoris, quia Cathedralis
54 Alben. est suffraganea Ecclesiæ Archiepiscopalis Mediolanen. Unde cum in
primo Concilio Provinciali Mediolanen.
disponatur funus pro Animabus Episcoporum antecessorum fieri debere viventis Episcopi, & Capituli sumptibus, inde consequitur dispositionem talis Concilii Provincialis ab Ecclesia suffraganea
esse servandam, *Archiepiscopus Bonon. par.
3, pag. 234, cum sequen. Fran. Emman.
quæst. regul. tom. 3, quæst. 46, artic. 2,
num. 7, & 8, & seq. Trullench. in Decalogo, lib. 4, cap. 1, dub. 1, nu. 4.*

Ad trigesimumquartum, an Capitulum teneatur retinere librum, in quo
adnotentur omnes resolutiones Capitulares, & alium, in quo adnotentur omnes
Contractus; & alium, in quo similiter
adnotentur Introitus, & Exitus proventuum Massæ Capitularis, *affirmativè*, ex
deductis per Dominum Causæ Patronum:
Et similiter ad trigesimumquintum, te- 55
neri scilicet DD. Canonicos ad exhibitionem dictorum librorum ad omnem
requisitionem Episcopi, cùm ad ipsum
spectet cura, quòd omnia a Capitulo
ritè, & rectè gerantur, & ad formam
Sacrorum Canonum; unde ei exhibendi
sunt libri ad effectum, ut cum illorum
revisione propriæ conscientiæ, & curæ
ipsi incumbenti satisfacere possit, ex fanctis tam in *Clementina, quia contingit,
de Religios. Domib.* quàm etiam in *sess.
24, cap. 8, & 9, de reformat. Sac. Concilii Tridentini*; & *Pignatell. tom. 7, consult. 15; & consult. 17, num. 10, & sequ.*
cum aliis ibi plena manu adductis *tom. 8*;
& consult. 152, num. 21, tom. 9, Covarruv. resol. lib. 1, cap. 1, num. 7; & firmavit *Rota in Hyspalen. Visitationis, 30
Aprilis 1700, § Præbuit, & per tot. cor.
Reverendissimo Molines Decano*; *& in eadem Hyspalen. sub iisdem die, & anno,
pariter per tot. coram eodem*; *& in Gerunden. Jurisdictionis super exhibitione
Resolutionum Capitularium, 12 Junii 2702,
§ Fundamentum, & plur. sequ. cor. R. P. D.
Priolo.*

Et eadem responsio affirmativa procedit quoad trigesimumsextum, scilicet
quòd Episcopus possit exigere redditionem rationis proventuum Capitularium,
cùm ad ipsum spectet invigilare, & te- 56
cognoscere, ut dispositiones Piorum Benefactorum adimpleantur, & Introitus
Ecclesiæ convertantur in usus destinatos,
ad *Text. in leg. tales conditiones, § Priscus, ff. de condit., & demonstrat. Paul.
in leg. penult. ff. de Just., & Jur. Saravia de Adjunctis, cap. 24, num. 20, post
med. & Escobar. de ratiocin. cap. 7, num.
2*; & præcedenter *cap. 2, num. 20*; cum
aliis cumulatis in *dicta Hyspalen. Visitationis, 30 Aprilis 1700, § Præmissum, &
sequen. & in alia eadem die, § Cæterum
quatenus, coram Reverendissimo Molines
Decano*, & tanto magis quia ultra quod
est Juri consonum, id est etiam necessarium, attenta maxima, & secordi incuria dictorum Capitularium in exigendis
rationibus ab Administratoribus, contra id, quod præscribitur a Sacro Concilio Tridentino, *sess. 22, cap. 9, de reformatione, est Text. in leg. si Procuratorem,
§ Tutores, vers. non sunt igitur excusandi,
ff. mandat, Ancharan. in cap. 1, num. 9,
in tertio notab. de procurat. in 6, Barbat.
cons. 92, quod est ultimum, num. 5, lib. 3;
Rota, coram Coccin. dec. 625, nu. 20, &
22*, & alibi.

Ad trigesimumseptimum, trigesimum
octa-

octavum, trigesimumnonum, & qua-
dragesimum pariter affirmativè; quia
omnia dicta dubia concernunt necessari-
am vigilantiam, & Curam, quam Epi-
scopus habere debet, ne ex negligentia
Capituli sequatur damnum Ecclesiæ,
ejusque bonis, atque redditibus; unde
potest Capitulo injungere exactionem
redditῦum, reparationem, & culturam
Bonorum juxta sancita a Concil. Trid.
sess. 5, de reformat. cap. 2, & session. 24,
pariter de reformatione, cap. 16; Barbos.
de potestat. Episc. in compen. par. 2, fol.
mihi 182, num. 56, & par. 3, allegat. 78,
nu. 26, versus med. cum aliis concordan.
ne eligantur in Ministros, qui de ante-
acta administratione rationem non red-
diderint, Altimar. de nullitat. par. 10,
quæst. 12, num. primo; Fragos de regim.
Reipublic. Christian. par. prima, lib. 7,
disp. 23, § primo, nu. 11, & 13; Cancer.
var. cap. 12, nu. 151; & Boler. de decoct.
Fiscal. tit. pri. quæst. 9, num. 9, Conciol.
ad Statut. Eugub. lib. 1, rubr. 11, num.
12; & rubr. 19, num. 22, nec non valet
58 ex legitima causa Oeconomos aliosque
Capituli Ministros removere; Sac. Con-
gregatio Concilii relat. per Barbos. in de-
clarationibus impressis in fine tractatus
de offic. & Potestat. Episcop. pag. 0, dub.
12; & Joan. Maria Novar. in Lucerna
Regular. verbo Administratores, num. 3,
idem Barbos. Collectan. Apostol. decis. 13,
num. 11; necnon demandare, quod scri-
59 pturæ respicientes interesse ejusdem Ec-
clesiæ, servandæ sint in Archivio Capitu-
li sub custodia ad id specialiter deputa-
torum; & prohibere, nè retineantur per
particulares personas ad præscriptum
Concilii primi Mediolanensis, tit. de his,
quæ pertinent ad bonorum, & Jurium
Ecclesiasticorum conservationem, rectam
administrationem, & dispensationem,
pag. mihi 540, & versic. finali. Frances
de Ecclesia Cathedrali, cap. 23, de Archi-
vio Ecclesiæ Cathedralis, per tot. cum aliis
ibi plena manu congestis.

Ad quadragesimumprimum affirmati-
60 vè, & pro solutione Cathedratici, ad
Text. express. in cap. placuit; & can. in-
ter cætera 10, qu. 3, & cap. olim de cen-
sib. & Abbas in cap. dilectus, in principio,
& in cap. Pastoralis, num. 7, vers. in gloss.
de donat. & cons. 7, num. 4, col. 4, vers.
sed quamquam, lib. 2; Leo in Thesaur. for.
Ecclesiastici tom. 2, cap. 29, de quar. fu-
ner. num. 5; Davino de visit. par. prima,
quæst. 5, num. 12, & sequen. cum aliis
apud Gratian. cap. 620, nu. pri. & ferè
per tot. Pignattell. consult. Canon. tom.
pri. consult. 284, 285, & 286; Rota, co-
ram Coccin. decis. 1774, num. 5, & 10;
cùm aliis ibi relatis.

Absque eò quòd solutio d. Cathedra-
tici retardari valeat sub prætextu, quod
aliquæ Ecclesiæ, seu Beneficia non ha- 61
beant integram congruam; nam in pri-
mis hæc est exceptio solum allegabilis
a talibus Ecclesiis, & Beneficiatis parti-
cularibus, & de qua, juxta stylum Sacra-
rum Congregationum, disceptandum so-
lùm esset in casibus particularibus, &
rursus hæc oppositio est prorsus sper-
nenda; quia Cathedraticum connumera-
tur inter prima onera cujuslibet Eccle-
siæ, & solvitur pro honore Cathedræ,
& in signum subjectionis, quæ subjectio
semper durat, & qui honor Cathedræ
semper est debitus, ut in c. placuit, & can.
inter cætera 10, quæst. 3, cap. olim, de
censib. Gloss. in cap. conquerente 16, in
verbo duos solidos, de Offic. Ordinario-
rum; Archidiacon. in cap. prima de Præ-
ben. Abbas, cons. 7, col. 3, ad med. verb.
quamquam hæc urgere, lib. 2; & in cap.
Pastoralis, n. 7, in gloss. verb. præter Ca-
thedraticum, de Donat. Jo. Ugo, de Offic.
quatuor Prælatorum, par. 2, in fin. rubric.
de exaction. Episc. num. pri. tom. 13.

Unde juxta dubium quadragesimum
secundum tenentur & ipsi DD. Canonici
solvere Cathedraticum, non obstante
prætensa contraria consuetudine; tum
quia propter Constitutiones Synodales
multipliciter decernentes talem honori-
ficam præstationem Cathedratici, omnis
præscriptio sublata remansit ex authori-
tatibus supra allegatis, & in terminis
Cathedratici, quod Episcopus, qui nun- 62
quam illud exegit, adhuc possit exigere,
tam pro tempore præterito, quam in fu-
turum censuit Sacra Congregatio Con-
cilii in una Albiganen. die 3 Decembris
1644, quam refert Pignattell. consult. Ca-
non. 284, tom. pri. num. unico, quodque
non sit præscriptibile saltem in totum;
Abbas in cap. cum Venerabilis 21, nu 3;
& ibidem Joan. de Anan. num. 4, in prin-
cipio, de censibus; Henric. Botteus, de
Synodo Episcop. par. 3, num. 88; tom. 13,
par. 2; Alberic. de Statutis, par. 2, qu.
104, cum aliis sequentibus; Alexan. cons.
135, num. 42, lib. 6; Juxta cap. tua, cum
ibi notatis per Innocen. de Decimis, Gloss.
& Doctores in cap. Tua nobis, eodem ti- 63
tulo; imò remitti nec expressè valeat,
Gratian. discept. 620, a nu. 12, & per
totum, cum aliis ibidem, & alibi citatis.

Ad quadragesimumtertium negativè;
Capitulo enim non licet distribuere Elee-
mosynas recollectas in quibusdam diebus
occasione Prædicationum, personis ser- 64
vientibus Sacristiæ, cùm distributio ta-
lium Eleemosynarum spectet ad Episco-
pum ad formam rescripti Sacræ Congre-
gationis Concilii, sess. 22, cap. 9; & per
Pignatell. tom. 10, consultat. 8, a num. 1,
ad 19, & consultat. 12, a nu. 8, ad 19;
Barbos. de potestat. Episcop. alleg. 109,
num. 9, & seq. Capon. discept. 396, nu.

debent in die Festivitatis sancti Titularis.

39 *Canonicus Pœnitentiarius onus principaliter habet confessiones Fidelium excipiendi in Ecclesia Cathedrali.*

40 *Alii Canonici, curam Animarum habentes, quando teneantur Confessiones audire in Cathedrali, & Matrice.*

41 *Canonici novem Anni mensibus residere debent, & duæ ex tribus eorumdem partibus Choro continuò interesse.*

42 *Episcopus facultatem habet deputandi Præfectum Chori.*

43 *Item deputare valet contrapunctatorem; & renuentibus Canonicis dicta Officia acceptare, & exercere, potest sub censuris illos compellere, & Clericos extraneos deputare.*

44 *Canonici tenentur ad recitationem Officii in Choro.*

45 *Præsertim diebus festivis.*

46 *Neque circa hoc suffragatur alia contraria consuetudo.*

47 *Diebus ferialibus non possunt Canonici divina Officia in sacristia recitare, etsi causa cognita, & approbata ab Episcopo.*

48 *Matutinum in Choro consuetis temporibus est recitandum.*

49 *Maximè ubi Statuta Ecclesiæ id præcipiunt.*

50 *Consuetudo contraria ex quibus sublata remaneat.*

51 *Ad quem finem inventæ fint distributiones.*

52 *Canonici ad illas participandas admittere non valent alios Canonicos, qui ad residentiam non tenentur, & quare.*

53 *Episcopo permissum est Comitiis Capitularibus ad libitum intervenire, dummodo non proponatur negocium, ad ipsum, vel ad suos pertinens.*

54 *Capitulum quando contribuere teneatur ad expensas, pro celebratione Anniversarii Episcopi antecessoris.*

Decreta Synodus Provincialis ab Ecclesia suffraganea sunt servanda, ibidem.

55 *Capitulum tenetur exhibere Libros Capitulares, ad omnem Episcopi requisitionem.*

56 *Episcopus exigere valet a Capitulo redditionem rationis proventuum Capitularium.*

57 *Potest pariter injungere Capitulo exactionem redditum, reparationem, & culturam Bonorum.*

58 *Et ex legitima causa Oeconomos, aliosque Capituli Ministros removere.*

59 *Necnon etiam demandare, ut scripturæ, respicientes interesse Ecclesiæ, serveatur in Archivio Capituli, sub custodia ad id specialiter deputatorum.*

60 *Episcopus Cathedraticum exigere valet etiam a Beneficiatis, qui a proprio Beneficio congruam non percipiunt, & nu. 61.*

62 *Episcopus, qui Cathedraticum numquam exegit, potest illud exigere, tam pro tempore præterito, quàm in futurum.*

63 *Imo nec expressè remitti valet.*

64 *Ad Episcopum spectat distributio eleemosynarum, inter Conciones recollectarum, non autem ad Capitulum.*

65 *Ad ipsum Episcopum spectat licentias quæstuandi concedere, exceptis Regularibus, quibus ex proprio instituto quæstuare permissum est.*

66 *Jus recognoscendi Institutiones, seu Bullas Provisorum de Beneficiis Cathedralis, non spectat ad Capitulum, sed ad Episcopum.*

67 *Quando sustineatur consuetudo exigendi in Visitatione Pastorali aliqua pecuniæ summa pro cavalcaturis.*

Immemorabilis præsumere facit Privilegium Apostolicum, cum opportunis derogationibus, præsertim quando ex aliqua justa causa rationabilis appareat, ibidem.

68 *Consuetudo exigendi pecuniam pro cavalcaturis sustinetur, volentibus, & non reclamantibus Communitatibus, quæ talem recognitionem præstant.*

69 *In omnem casum quis teneretur dictam pecuniam restituere.*

70 *Licitum est Episcopo asportare paramenta, pro ejus usu inservientia, ad Capellam Palatii Episcopalis, & illis uti.*

71 *Episcopus, pro Pontificalibus peragendis in Cathedrali, uti potest Paramentis ejusdem Ecclesiæ.*

72 *Canonici quando uti non possint Paramentis nobilioribus, ab Episcopis antecessoribus Sacristiæ relictis.*

73 *Indigente Cathedrali Ecclesia reparatione, si non adsit aliquid ad hoc destinatum, unicè attendenda est consuetudo.*

74 *Præcisivè a consuetudine, Episcopus tenetur pro aliqua parte, & in reliquis contribuere tenentur Canonici.*

75 *Coadjutor Dignitatis, seu Canonicì tenetur ad residentiam.*

76 *Nec illam evitare valet, sub prætexta assistendi litibus pro Capitulo, nisi obtenta licentia a Sac. Congregatione Concilii.*

77 *Aliàs incidit in pœnas, contra Clericos non residentes inflictas a Sac. Canonibus, & a Sac. Conc. Tridentino.*

78 *Dispositio, seu decretum acceptarì debet cum sua qualitate.*

79 *Epi-*

79 *Episcopus potest responsiones concurrentium ad Parochiales scripto traditas, suo tantum sigillo obsignare; nec tenetur etiam sigillum Examinatorum Synodalium adhibere.*

80 *Concionatori eleemosyna solvi debet a quibus consuetum est.*

81 *Valor monetarum in omnibus ferè Regionibus, & præsertim in Italia, immutatus est.*

82 *Possessori Jus assistit, donec spolium clarè, & evidenter probetur.*

83 *Synodus Diæcesana præsumptionem habet validitatis.*

Actus præsumitur validus, nisi ab allegante nullitas concludentissimè probetur, ibidem.

84 *Accedente præsertim observantia.*

85 *Multò magis si Synodus Diæcesana fuerit acceptata.*

86 *Defectus impressionis nullitatem non gignit Diæcesanæ Synodi, præsertim si in publico Archivio asservata fuerit.*

87 *Consensus Capituli, & Cleri sufficienter ex eo resultat, quòd Acta, & decreta Synodi a Notario illius publicata fuerunt, Clero præsente, & non reclamante.*

88 *Potest Episcopus Synodalia Statuta condere, independenter a consensu, & approbatione Capituli.*

89 *Nec necesse est, quòd omnia decreta Synodi fiant in Ecclesia, sed sufficit, quòd postea in Ecclesia promulgentur.*

90 *Episcopus habens habitationem distantem ab Ecclesia, ubi, & quomodò sit excipiendus a Canonicis.*

Eminentiss. & Reverendiss. Domine.

Dubia, quæ proponuntur, videntur resolvenda favore Reverendissimi Episcopi Alben. Principalis, prout humillimè supplicamus, & ex inclita Eminentissimorum Patrum Justitia obtinere speramus.

Quod enim attinet ad primum, ju-
stum, & exequendum est Decretum dicti
Episcopi, quòd Canonici teneantur de-
ponere usum Rocchetti, & reassumere
usum Superpelliceì, quia cùm pro usu
dicti Rocchetti DD. Canonici Adversarii
nullum habeant privilegium Apostoli-
cum, non possunt Rocchettum gestare,
1 cùm illius usum concedere spectet ad
Sanctam Sedem Apostolicam, juxta *Text.
in cap. pervenit 21, distinct. 93, & cap.
illud autem 22, eadem distinct. 93; Anastas. Germon. de Sac. Immun. lib. 3, cap.
6, nu. 72, & seq. Campanil. in diversf. Juris Canon. rub. 9, cap. 5, nu. 3; Gratian.
discept. 845, num. 4, & seq.* & signanter
*nu. 52 & 53; Cassan. in Catalogo Gloriæ
Mundi, part. prima, considerat. 23, fol. 4;
& par. 7, considerat. 44, fol. 187; & par.
12, considerat. 96, fol. 388. Nicol. in Flosc.
verbo vestis, num. 3, & plur. seqq. cum
aliis relatis per Pignatell. tom. 6, consult.
59, nu. 8, & plur. seqq.*

Imò Sancta Sedes Apostolica, & San-
ctissimi Pontifices, quandò usus Roc-
chetti non est indultus in Bulla erectio-
nis, talem usum concedere non solent, 2
nisi materia priùs examinata in Sacro-
rum Rituum Congregatione, ut per *Pi-
gnatell. dicto tom. 6, dicta consult. 59,
num. 8, & num. 13;* & consonant *Barbos.
in Collectan. Bullar. verbo Almutia, &
verbo Rocchettum; Anast. Germ. de Sac.
Immunit. lib. 3, cap. 6, num. 72, & seqq.
Campanil. in diversf. Jur. Can. rubr. 9,
cap. 5, nu. 3; & Gratian. discept. forens.
cap. 845, num. 52, & 53, cum pluribus
ibi relatis.*

Momenti nec est, quòd Domini Ca-
nonici Adversarii nunc sint in possessio-
ne deferendi dictum Rocchettum, quia
hoc ipso, quòd a Sancta Sede Apostoli-
ca tale privilegium in Bulla Erectionis
non habent, censetur illis talis usus de- 3
negatus; unde nulla possessio, quamvis
esset quadragenaria, & etiam longior
eisdem suffragari valet, ut benè, & in
terminis firmat *Pignatt. consult. canon.
tomo 6, nu. 10, 11, & sequent.*

Quamquam cessat difficultas, quia Do-
mini Canonici Adversarii Rocchettum
assumpserunt cum supposito facultatis
sibi concessæ a Domino Episcopo, quam
non exhibent, nec possunt exhibere, quia
nunquam fuit illis concessa; & quando
etiam concessa fuisset, esset omninò in- 4
efficax, quia, ut supra dixi, & probavi,
tales concessiones spectant ad Sanctam
Sedem Apostolicam; & Episcopi talem fa-
cultatem non habent, ut, ultra supra al-
legatos, *Platea in leg. si quis Naviculum,
Cod. de Murilegul. lib. 11; Lucas de Penn.
in leg. 4; Cod. de Vestib. Olober. & aurat.
Cassan. in Catalogo Gloriæ Mundi, par.
12, consid. 96, column. 4, per tot.* præci-
puè *vers. & dicitur; Corrad. in prax. be-
nefic. lib. 2, cap. 14; Barbos. de Canon.
& Dignitat. cap. 2, ex num. 27.*

Circa secundum Dubium tenetur Ar-
chidiaconus prima dignitas, vel, in illi-
us defectum, alius dignior de Capitulo 5
sustinere Missale Episcopo pontificaliter
celebranti, nam Reverendissimus Episco-
pus in tali possessione reperitur, & ma-
nutentionem contra eumdem Dominum
Archidiaconum judicialiter coram R.P.D.
Aldrovando tunc A.C. obtinuit, unde
talis possessio, & talis consuetudo est
observanda, ut ex *cap. finali, de con-
suetudine,* & declaravit Sacra Rituum
Congregatio in Lamecensi, 5 Julii 1603,
relat. per *Pignattell. consult. 83, tom. 5,
num. 12,* ibi — *Hujusmodi enim consuetu-*

*dines sunt laudabiles, quia sunt ad glo-
riam, & splendorem Dignitatis Episcopa-
lis, ac proindè observandæ sunt — & cad.
consult. nu. 41, & alibi:*

Præsertim, cùm non solùm sit ratio-
nabilis, sed omninò conformis Cæremo-
niali Episcoporum, in quo disponitur,
quòd Episcopo, pontificaliter celebranti,
Missale sustentari debeat a Digniori de
Capitulo quocumque nomine fungatur,
ut in titulo *de officio Presbyteri assisten.
cap. 7;* disposita autem in dicto Cære-
6 moniali habent vim Legis, uti edito, &
confirmato cum Decreto irritanti a san.
mem. Clem. VIII, in ejus *Constitutione
in Bullar. in ord. la 69, tom. 3,* & com-
muniter tradunt *Eminentissim. de Luca
de Jurisdictione, discurs. 31, num. 4; & in
Miscellan. discurs. 37, num. 10; Pignat-
tell. consult. 83, a nu. 36, ad 43, tom. 5;*
& varias Sacræ Rituum Congregationis
resolutiones refert; *& Rota decis. 647,
nu. 3,* & alibi *part. 4, tom. 3 Recent.
Pignattell. consult. canon. 83, tom. 5, nu.
11, & sub num. 58.*

Et hinc frustra Domini Canonici Ad-
versarii recurrunt ad fundamentum im-
memorabilis, quia propter dictum De-
cretum irritans, contentum in Constitu-
tione confirmatoria dicti Clementis VIII,
7 edita 4 Junij 1600, quælibet consuetu-
do contraria etiam immemorabilis irrita
remansisset; *Ruin. consil. 102, column. pe-
nult. in fine versic. & clarius comproba-
tur, lib. 3; Gabriel de clausulis, conclus. 3,
num. 39, usque ad nu. 44. Felin. in cap.
cùm accessissent 8, colum. 17, in princip.
versic. 4, limita, nu. 30, de constitut.
Prob. in cap. Si quis, nu. 7. Rota dec. 489,
num. 4, par. 3;* & in specie respondit
Rota, *decis. 443, num. 5, & 6, par. 5, to.
2, & dec. 192, nu. 10, par. 18, tomo pr.
Recent.*

Sed re vera non adest, quia ex ad-
verso non probatur, prout probanda
esset a Testibus longævæ ætatis, qui vi-
8 derint sic semper practicatum fuisse, &
non aliàs, & quòd ita ipsi, & eorum
majores viderint, & audiverint; *Glost in
cap. pr. versic. memoria, de præscript. in
6; Bartol. in leg. Celsus, de Usucap. Bald.
de præscript. in ult. par. nu. 14, & sequ.
Covarr. in Reg. possessor. par. 2, § 3, nu.
7;* & dixit Rota, *coram Seraphin. decis.
1102, nu. 2, & num. 4, & dec. 1450, nu.
2, & seq. & dec. 196, nu. 3; & coram Lu-
dovis. dec. 106, nu. 20, & dec. 190, num.
pr. & coram Coccin. dec. 155, nu. 3, &
dec. 116, num. 2, & seq. Rota par. 19
Recent.*

Sed cùm Episcopi semper reclamave-
rint, nulla allegari valet immemorabi-
lis, ad cujus essentiam requiritur, ut
fuerit ita pacificè, ut nihil in contra-
9 tium actum, aut auditum fuerit, etiam
per actus, & instantias extrajudiciales;
*Rot. cor. Bichio, dec. 48, num. 14, & 15,
cum aliis alleg. in Palatina Decimarum,
cor. Cerr. dec. 503, num. 8, confirm. dec.
527, sub nu. 7; & dec. 544, num. 14. &
15; & dec. 97, nu. 21, & seq. par. 13
recent. & coram Penia, dec. 535, nu. 2,
& dec. 387, num. 3, & sequen. par. 16;
& dec. 208, nu. 17, par. 17; & dec. 469,
nu. 57, par. 19, tom. 2 recent.* Cùm ta-
men actus contrarii in nostro casu sint
Classici, & Judiciales, dum fuit proba-
ta, & canonizata in Judicio possessio
Episcopi, ut Missale sibi sustentetur ab
Archidiacono, quæ possessio non potest
dici, quòd fuerit recens, aut dederit
causam liti, quia Episcopus, coram di-
cto R. P. D. Aldovrando manutentionem 10
obtinuit; nec potuisset obtinere per
actus, qui causam liti dedissent, cùm
isti ad manutentionem non prosint; *Rota
in Oritana Præcedentiæ, 11 Junii 1606,
coram Manzaned. impress. penès Post. de
manutent. dec. 101, & dec. 419, num. 13,
par. 9 recent.* cum aliis ibi relatis; *Sap.
mem. Greg. dec. 292, nu. 3; & coram bon.
mem. Celso, dec. 292, pariter num. 3; &
dec. 169, nu. 9, par. 16; & dec. 243, nu.
16, par. dicta; & dec. 520, num. 13, &
14, par. 19, tom. 2 recent.*

Et sanè possessio, in qua existit D. Epi-
scopus, non potest procedere ex actibus
turbativis ab ipso gestis, dum dicta su- 11
stentatio Missalis est actus, qui proveni-
re non potest nisi ex facto libero, &
prorsus voluntario dicti Archidiaconi,
quod propterea est aptum legitimè in-
terrumpere quamvis consuetudinem an-
tecedentem, *Surd. consil. 293, nu. 23, & 24;
Tondut. resolut. Benefic. 104, nu. 13, Spe-
rell. dec. 69, nu. 28, & sequen. Rota co-
ram Celso, dec. 52, nu. 8; coram Zarat.
dec. 211, nu. 12, & sequen. & in recent.
par. 11, decis. 133, num. 12, & 13, par.
14, dec. 77, nu. 4, & seqq.* præsertim ne-
gativam, quæ est difficillimæ probatio- 12
nis, ex quo potuit aliqua Dignitas, vel
Canonicus incumbentem sibi sustentatio-
nem per alios peragere, quin ipsi Testes
tunc adfuerint, intervenerint, vel audi-
verint, *Gabriel. de præscript. tit. 6, con-
clus. 1, num. 81; Covar. in cap. possessor.
part. 2, § 3, num. 7, de reg. Jur. lib. 6;
Seraphin. dec. 1102, nu. 2, Cavaler. decis.
174, num. 1; & Cels. dec. 68, nu. 10; &
dec. 211, nu. 16; Rota, coram san. mem.
Gregor. dec. 232, num. 3,* ibique *adden.
num. 15, & dec. 434, num. 11; & in re-
cent. dec. 101, nu. 6, par. 4, tom. 2; &
dec. 248, nu. 2; & dec. 272, num. 4, par.
2; & dec. 69, nu. 15, & 16, par. 17 rec.*

Nec est cur in contrarium pondere-
tur quædam declaratio Sacræ Congrega-
tionis Rituum relata à *Pignattell. dicto
tom. 5, dicta consult. 83, num. 43, & 55,*

ibi —

ibi -- *Primam verò dignitatem debere ad dexteram Archiepiscopi celebrantis, parumper caput supponere ad librum, quem Capellanus.*, *vel Portionarius manibus substinet, dum in Sede eminenti ipse Archiepiscopus intonat Hymnum Gloria in Excelsis, &c.* -- Nam dicta declaratio emanavit respectu Ecclesiæ Archiepiscopalis, & Metropolitanæ Hispalen. ut apud *Pignattell. dicta consult.* 83, *nu.* 27; & sic non valet inserri ad alias Ecclesias inferioris Ordinis, præsertim cùm prima resolutio dictæ Sacræ Congregationis fuerit, ut prima Dignitas Archiepiscopo de libro serviat, ut *num.* 43; dictæque resolutiones emanarunt de Anno 1592, ut in dicto *num.* 27. Undè attendendum est d. Cæremoniale confirmatum a Clemente VIII, de dicto Anno 1600, quod uti
13 posterius, & latum ad instar Legis universalis, subitulit omnia Decreta, & declarationes antecedentes; *Leg. Sed, & posteriores, ff. de Legibus, leg. si quis ante, ff. de acquiren. possess. Leg. pri. ff. de stip. Ser. Leg. peracta, Cod. de pactis; Leg. Claris, Cod. de fideicomm. Soccin. Sen. cons.* 145, *sub nu.* 5, *lib.* 1; *Surd. cons.* 202, *num.* 1, *& cons.* 359, *nu.* 54; *Thomas, reg.* 230; *Tusch. litt. D, Conclus.* 451; *& litt. V, Conclus.* 228, *Barbos. axiom.* 183, *Rota in Recent. dec.* 593, *num.* 2, *&* 3, *par.* 4.

Tertio, quarto, quinto, & sexto, & septimo DD. Adversarii renunciarunt; tamen minus validè, & non sine involucro, & captiositate; unde supplicamus pro favorabili resolutione, stantibus rationibus bene ponderatis per Dominum Causæ Patronum.

Octavum quoque resolvendum *affirmativè* -- teneri nempè Capitulum Episcopo accedenti occasione Festivitatum ad alias Ecclesias ibidem celebraturo, transmittere duos Canonicos ad effectum ipsum ingredientem excipiendi, & discedentem associandi, ac eidem assistendi
14 in celebratione Missæ; nam ad hujusmodi munera Canonici erga Episcopum de Jure tenentur, ut declaravit *Sacra Congregatio Rituum in Calagurritana prima Julii* 1601; *in Bononien.* 20 *Aprilis* 1602; *in Brundusina* 31 *Julie* 1617, *& in Interamnen.* 2 *Augusti* 1631; & in aliis, ut videre est apud *Pignattell. Consult. Canon. dicta consult.* 83, *nu.* 7, *&* 8, *Tom.* 5; ubi quòd Episcopus tamquam Caput non debet prorsus sejunctum a
15 Capitularibus, tamquam membris, has Functiones, etiam in aliis Ecclesiis extra Cathedralem peragere, & *num.* 39; ubi de alia declaratione dictæ Sacræ Congregationis, & signanter *nu.* 60, *eadem Consultat.* ubi varias Sac. Congregationis resolutiones refert.

Præsertim verò, quia talis fuit, & est observantia, sivè consuetudo, quæ propterea tamquam laudabilis, & Juri con- 16
sona, est observanda, ut in his terminis habetur ex *Capit. final. de consuetud.* & Sacra Rituum Congregatio confirmavit *in Lucernensi* 5 *Julii* 1603, ut apparet ex *Pignattell. consult.* 349, *nu.* 1, *tom.* 1, & plenè *consult.* 83, *To.* 5, *num.* 12, 30, 31, 32, 39, 41, 59, in quibus variæ Sac. Rituum Congregationis resolutiones habentur.

Ad nonum, & decimum *affirmativè* -- *An scilicet Vicarius Generalis possit intervenire functionibus Chori, & Pontificalibus, & an dignior ei locus, & qualis sit assignandus* -- posse Vicarium Generalem dictis functionibus intervenire, ac 17
omnibus aliis Canonicis præcedere debere, eique digniorem locum ratione ejus præeminentiæ ac Jurisdictionis esse assignandum, tradunt *Menoch. Cons.* 257, *nu.* 94, *Sbroz. lib.* 2, *quæst.* 27, *num.* 12; *Ventriglia, volum.* 2, *annot.* 14, § 2, *nu.* 1, *Barbos. allegat.* 54, *nu.* 144, *& pluribus sequen. & de Canon. cap.* 5, *nu.* 55; *Nicol. in floscul. verbo Vicarius Generalis, num.* 44; *Peregrin. prax. Vicarior. par.* 1, *sect.* 2, *subsect.* 1, *fol.* 16, *nu.* 19, *& sequen.*

Præsertim cùm modernus Vicarius Reverendissimi Episcopi non sit de Canonicis Cathedralis, sed quidem de Ordine nobili, & equestri; cùm immò etiam 18
quòd Vicarius esset unus de Canonicis ejusdem Capituli, adhuc quia ratione muneris, & Jurisdictionis est ab aliis distinctus, cæteris præcellere debet, *Gloss. in cap. a collatione, verbo Prælatis, de Appellatione in* 6; *Gemin. ibid. nu.* 6; *Navar. fusè in cons.* 1, *cap.* 2, *de majorit. & obedien. Ventrigl. de Vicario generali, annot.* 14, § 1, *num.* 19, *& alibi fol.* 161; & respondit Sac. Congregatio Rituum *in una Montis regalis* 20 *Augusti* 1586, *& in alia Lesinen.* 3 *Octobris eodem anno*; *& in Vicentina* 16 *Martii* 1604; quæ resolutiones comprobantur ex aliis auctoritatibus adductis per *Peregrinum prax. Vicariorum, par.* 1, *section.* 2, *subsect. prima*, cum aliis in *decis.* 3; *Sayr. de Majorit. & obed. Ricc. Collect. dec.* 1069.

Ad undecimum -- *Non licere DD. Canonicis, exponere Venerabile sine approbatione, sivè licentia Episcopi; & Constitutiones Synodales id ipsum disponentes esse servandas* -- Etenim in eisdem conditis sub bon. mem. Episcopo Britio disponitur ibi -- *Ne autem tanti Sacramenti nimia familiaritas in contemptum cadat, illius publicam expositionem, tum in exemptis locis, sub pœnis d Sacra Congregatione Rituum, & Episcoporum, & Regularium, sine publica, & gravi causa Officio nostro gratis approbanda prohibemus*. Quæ proinde

dè Constitutiones Synodales ad instar
19 legis in tota Diœcesi servandæ sunt, do-
cet *Text. in cap. 2, de Constitution. in 6; Gonzalez super reg. 8 Cancellar. Gloss. 9, § 1, nu. 18, & num. 20, versic. sic in quaolibet; Rota, coram Seraphin. dec. 813, per tot. coram Comitol. dec. 153, num. 5; & dec. 163, num. 18, par. 17; & decis. 484, nu. 6, par. 19, tom. 1 Rec.*

Idque est etiam de Jure communi, nè
20 ex qualibet levi causa ab Ordinario
ignorata Venerabile exponatur, & cum illo sine scientia, & permissione Ordinarii Populo benedicatur; *Nicol. in floscul. verbo Eucharistia, nu. 23, & sequen. cum aliis ibi allegatis; Lezana in Summa qu. regular. tom. 2, cap. 26, & tom. 3, sub verbo Eucharistia, nu. 55, & sequ.* & confirmavit Sacra Rituum Congregatio sub die 20 Februarii 1626, de qua *Gavant. in Enchirid. Episcopor. verbo Eucharistia, nu. 55; cum aliis plena manu congestis per Barbos. Collectan. Apost. decis. 335, nu. 6, & 7.*

Facilis est resolutio Duodecimi dubii pro affirmativa, quòd scilicet Capitulum in celebratione Missæ Conventualis teneatur adhibere Diaconum, & Subdiaconum, tàm diebus Festivis, quam fe-
21 riatis. Quo enim ad dies festos id præ-
scribunt eidem *Statuta Ecclesiæ*, sic etiam comprobavit longa consuetudo usque de Anno 1614, atque ita disponunt Decreta facta in Visitatione Pastorali, ac Constitutiones Synodales.

Quemadmodum pro singulis aliis diebus idem est observandum, dum agitur de Cathedrali insigni Civitatis Albæ, cognomento Pompejæ, ab Instauratoris
22 nomine nuncupatæ, ut propterea Missa
Conventualis celebrari singulis diebus debeat cùm assistentia Diaconi, atque Subdiaconi, & non modo indecenti cum assistentia unius miserabilis Clerici; & ita expressè mandavit Sacra Rituum Congregatio 28 Januarii 1612, cùm aliis ibidem resolutionibus, quæ habentur in *Prax. Episcoporum Gavanti, num. 2, sub verbo Missa Conventualis, fol. mihi 141.*

Dubium decimumtertium est de tenunciatis, & resolvendum affirmativè ex deductis a D. Causæ Patrono.

Decimumquartum est resolvendum *negativè*; quia scilicet Clerici, qui aluntur in Seminario non tenentur diebus ferialibus inservire Cathedrali a celebratione, ut prætenditur, secundæ Missæ inclusivè, & Missæ Conventualis, & usque ad finem aliarum functionum de mane; nam ex rescripto Sacri Concilii Tridentini: *sess. 24, de reformat. cap. 18.*
23 Pueri in Seminario educandi debent in-
cumbere ad studia, ut habiles fiant ministrare, & servire Ecclesiæ; & solummodo sub § *Curet Episcopus*, mandatur ut serviant Ecclesiæ diebus festis, & propterea non sunt illis subtrahendæ horæ, seù tempus opportunius ad studia peragenda extra dies festivos, juxta præscriptum dicti *Sacri Concilii, sess. 23, cap. 18, de reformatione, versic. Curet Episcopus, & docent Frances de Ecclesia Cathedrali, capit. 28, nu. 598; Barbos. Collectan. Apostol. decision. 667, nu. 6, & 7.*

Præsertim cùm directio Seminarii a dicto Sacro Concilio Tridentino commissa sit Ordinariis locorum, undè contra ipsorum placitum, & contra finem dicti Sac. Concilii non debent in diebus non
festivis a studiis amoveri, cùm talis finis 24
dicti Sacri Concilii desumatur; Tùm ex eo quod præcipit debere tales Pueros studiis vacare; Tum quia servitium ab ipsis præstandum Ecclesiis coarctatur ad dies festivos, per ea quæ tradit *Frances de Ecclesia Cathedrali, cap. 28, num. 597,* ibi. *Et quidem ex sua institutione tenentur omnibus diebus Festivis in Ecclesia Cathedrali inservire, itaut in Altaribus Sacerdotibus ministrent, in Choro opera Ministrorum exerceant ipsum incensando, & alia faciendo, &c.*

Non obstante prætensa contraria consuetudine; Tum quia cum suis requisitis non est probata; Tùm quia esset merus
abusus repugnans fini dictæ Conciliaris 25
dispositionis, quæ cùm abroget omnes contrarias consuetudines, etiam ista abrogata censetur; *Barbos. de Offic. & Potestate Episcop. alleg. 53, nu. 115, & pluribus seqq. & firmavit Rota in Papien. Residentiæ, 10 Martii 1603, § Immò videatur, coram bon. mem. Ottembergo, & decis. 430, nu. 1, 2, & 3, par. 18, tom. a recent.*

Et inde patet resolutio ad decimumquintum, quia ad formam, & tenorem dictæ dispositionis Conciliaris, Clerici
ejusdem Seminarii Albensis non tenentur 26
assistere nisi Functionibus solemnioribus, quæ in diebus festivis peragi solent, non verò aliis quibuscumque a Clero, & Capitularibus peragendis.

Ad decimumsextum *affirmativè*, quia quatenus Episcopo placeat deputare pro Ministerio, seù administratione Semina-
rii proprios familiares, tale quid eidem 27
non prohibetur, & hoc sufficit, ut censeatur permissum ex regula *Textus in lege nec non 28, § Nec eius, ubi Glossa verbo prohibeant, ff. ex quibus causis major, cum aliis concordan. per Cyriac. controv. 132, num. 37, & plur. sequen. & signanter controv. 291, num. 7, & 8; Panlutius dissert. 5, num. 7.* Administratio enim Seminarii juxtà dictam dispositionem Sacri Concilii Tridentini est ad curam ejusdem Episcopi, & juxta ejus prudentiam, & providentiam, si familiares habeat idoneos, eis pro administratione

Se-

Seminatii, ad parcendum majoribus ex-
pensis, uti potest, rationes ad formam
Decreti dicti Sacri Concilii reddituris;
28 cùm imò talis providentia sit laudabilis,
cùm ii, qui de Jure præsunt alicui Ad-
ministrationi, solliciti potissimum esse de-
beant de resecandis expensis, & de ge-
rendis rebus utilibus Patrimonio Admi-
nistrato, ut per *Ancharan. consf. pri. nu.
2, & seqq. Franc. in cap. pri. nu. 7, ad
med. vers. ex quorum dictis; ibique Ge-
min. nu. 7, versic. sed si haberet Recto-
rem, de rebus Eccles. non alienand. in 6;
Gratian. discept. forens. cap. 395, nu. 38;
Rot. coram Coccin. dec. 625, nu. 22;* so-
lumque in hoc præjudicatum remanere
potest servitium ejusdem Episcopi, si pro-
priis familiaribus utitur etiam pro servi-
tio Seminarii, ut patet ad sensum; cùm
dictum Seminarium exiguos habeat red-
ditus, & proinde collaudandus eo ma-
gis sit Episcopus, qui studet resecationi
expensarum.

Ad decimumseptimum *affirmativè*,
quòd scilicet DD. Capitulares Adversa-
rii, qui in spretum præcepti D. Episco-
pi Missam Conventualem cantare præ-
termiserunt, & prætermittunt, inciderint
in pœnas suspensionis, & interdicti com-
minatas ab Episcopo. Nam Missam Con-
29 ventualem in Ecclesia Cathedrali non
canere est culpa gravis, & etiam letha-
lis contra obligationem talibus Ecclesiis
inhærentem, ut tradunt *Gloss. & DD.
& signanter Abbas in cap. cum Creatura,
de celebr. Missarum, ubi Jo: Andreas, &
cæteri Canonistæ,* & prosequuntur quam-
plures apud *Dian. par. 10, tract. 27, re-
solut. 40; & Hurtad. par. prima Moral.
tract. 2, cap. 7, nu. 311; Barbos. de Ca-
non. & Dignitat. cap. 34, nu. primo, &*
2, cum aliis ibi relatis. Undè ritè, &
rectè Episcopus Capitulo, & Capitula-
ribus injunxit celebrationem dictæ Missæ
Conventualis sub pœnis suspensionis, &
Interdicti, in quas propterea controve-
30 nientes tali justo præcepto Episcopi in-
currerunt; *Sayrus de Censuris, lib. 5, cap.
18, nu. 18, & pluribus sequentibus, &
latè lib. 4, cap. 9, num. 7, & sequ. No-
var. in Manual. cap. 27; Alter. de Cen-
suris, disput. 6, de suspens. cap. 2, lit. D,
& E; Abbas in cap. sicut, num. 4, versic.
secunda differentia, de cohabit. Clericor.
& Mulierum.*

Nullaque legitima excusatio desumi
potest ex eo, quòd Episcopus prohibu-
erit ne dd. Clerici Seminarii dictæ Missæ
Conventuali diebus non festivis assisten-
tiam præstarent, quia id cum omni fun-
damento Justitiæ demandatum fuit, ut
supra, quodque non deficerent Clerici,
& ipse Clericus Subsacrista, qui dictæ
Missæ Conventuali servire posset, patet
ex ipsius, & aliorum depositione, nec
fuit sine scandalo Populi, quòd ipsi Ca-
nonici essent in Choro tempore quo Ca-
nonicus debebat celebrare Missam Con-
ventualem, illaque celebrata non fuerit,
imò Missa privato, & demisso modo ce-
lebrata fuerit, & cui inserviebat perso-
na Sæcularis, ut deponunt Testes; & al-
ter ex Canonicis, nempè Joannes Joseph
de Canibus, probe noscens non posse præ-
termitti cantum dictæ Missæ Conven-
tualis protestatus fuit se tali contraven-
tioni, & novitati assensum non præsta-
re. Et sic patet totum motivum contra-
ventionis, & spretus sumptum fuisse ex
contumelioso voto spernendi præcepta
Episcopi, cùm de cætero ad ipsos Ca- 31
pitulares non spectaret cognoscere de
Justitia comminationis dictarum pœna-
rum, sed omnino dicto præcepto parere
tenebantur ex *Cap. is, cui, de sentent.
excommunic. lib. 6, Ancharan. in cap. pri.
§ fin. num. 5 de sentent. excomm. lib. 6;
Philip. Franc. nu. 6; Innocent. cap. pri.
nu. 2, versic. in suspensione, de Cleric. Pe-
regr. Abbas in cap. sicut, nu. 4, de Cohab.
Cleric., & Mulier.* Nec ulla excusatio 32
suffragari poterat, nisi quæ consisteret in
Jure claro, & in controvertibili, ex *Cap.
unic. de iis quæ vi, metusve caus. fiunt;
& ex cap. 1, de sentent. & re jud. lib. 6;
& ex can. si quis Episcopus, & Gloss. in
dicto can. si quis Episcopus, vers. in Ita-
lia, quæst. 3; Ancharan. in cap. 1, § fin.
nu. 5, de sent. excomm. lib. 6.*

Et inde profluit responsum affirmati-
vum dubio decimoctavo, quòd scilicet
dd. Canonici suspensi, & interdicti, & 33
excommunicationem incursi, in irregula-
ritatem incurrerint, prout de suspensis
est *Textus apertus in cap. 1, de re judic.
in 6; & dict. cap. unic. de iis, quæ vi,
metusve caus. fiunt; Novar. in Manual.
cap. 27, nu. 244; Alter. de Censuris, de
suspensis, disput. 6, cap. primo, litt. D,*
cum aliis ibi allegatis, & signanter *dict.
disput. cap. 2, litt. B, & C,* & alibi; &
de interdicto innodatis habetur ex Ca- 34
none *si quis Episcopus, 11, quæst. 3, Innoc.
in cap. pri. nu. 4, ibique Geminian. § Si
quis autem, nu. 4, versic. quæro, de sen-
tent. excom. in 6; & probant Sayrus de
Censuris, lib. 5, c. 18, num. 18; & Alte-
rius de Censuris, dicta disput. 6, cap. pri.
litt. B,* & alibi, *cap. 2, per tot.* Non so-
lùm autem Episcopus potest, sed debet
Capitulares ab eorum obligatione defi- 35
cientes, pœnis suspensionis, interdicti,
& excommunicationis compescere, ut
in similibus terminis rescripsit Sacra
Congregatio Concilii die 15 Novembris
1653 in una *Cosentina Edicti, relat. per
Pignattell. consult. Canon. 77, tom. primo
nu. 4,* ibi — *Tollantur vetera ipso Jure,
addaturque sub pœnis ejus arbitrio impo-
nendis, & suspensionis, &c.*

Nil

Nil prorsus relevante, quòd dicti DD.
Canonici a declaratoria super incursu
dictarum censurarum appellaverint ad
36 A. C. quia est sententia communis, quòd
quia agitur de sententiis Animarum me-
dicinalibus, & quæ principaliter veni-
unt ad corrigendum, trahunt secum exe-
cutionem, & ideò per appellationem
non suspenduntur, juxtà *Text. in cap. per
tuas, de sentent. excommun. Abbas in cap.
44, sæpè sub nu. 4, de appellat. num. 15,
cap. 53, pastoralis, § Verum quia, de ap-
pellat.* specialiter *Maran. titulo de appel-
latione, in § Novissimè, sub num. primo,
casu 5; Franch. in cap. 13, pervenit, not.
4, num. 6, & cap. 56, ut nostrum, sub nu.
4, versic. in gloss. in versic. revocamus;
plenè Scacc. de appellatione, quæst. 17, li-
mit. 22, a nu. 3, per tot. & Alterius de
censuris, disput. 6, cap. 61, de suspensione.
A, B, C, D.*

Juxta decimumnonum, cùm quæratur
an Archipresbyter, & alii habentes Cu-
ram Animarum teneantur singulis diebus
festivis celebrare Missam in Cathedrali,
& an alii Canonici ullo unquam tem-
pore in eadem Cathedrali celebrare de-
37 beant, resolvendum *affirmativè*, quia
quilibet habens Curam Animarum, singu-
lis diebus festivis tenetur celebrare in
Ecclesia Parochiali, vel in alia in ejus
loco subrogata, per *Text. in cap. ut Do-
minicis 2, de Paroch. Azor. Institut. Mo-
ral. part. pri. lib. 10, cap. 24, vers. se-
cundo quæritur; Bonacin. de Sacram. dis-
put. 4, quæst. ultim. punct. 7, nu. 4. Lay-
man. in Theolog. Moral. lib. 5, tractat. 5,
cap. 3, num. 2, Barbos. in Summ. Apostol.
dec. 555, nu. pri.* cum aliis per *Antonell.
de Jur. & oner. Cleric. lib. 2, par. 6, cap.
6, num. 2; Murga de Benefic. quæst. 2, §
6, sect. prima, num. 88; Rota coram Coc-
cin. decis. 1887, num. 22, & in recen. dec.
469, nu. 67, part. 19, tom. 2;* & alii Ca-
nonici celebrare saltem debent in die
38 festivitatis S. Laurentii Titularis ejusdem
Cathedralis, & resolvit Sacra Rituum
Congregatio ad supplicationem Capitu-
li, & aliorum Ecclesiæ *Abulen. relat. per
Barbos. de Canon. & Dignit. cap. 31, nu.
5;* & Sacra Congregatio Concilii *relat.
per Garz. de Benefic. par. 3, cap. 2, num.
495;* & latè penes ipsos DD. allegatos.

Et inde sequitur resolutio affirmativa
ad dubium 20; ut Pœnitentiarius Archi-
presbyter, & alii Canonici Cathedralis
habentes Curam Animarum teneantur
Confessiones Fidelium excipere in Ca-
thedrali, non in Ecclesiis Coadjutricibus;
nam Pœnitentiarius ad tale onus excipi-
endi Confessiones Fidelium est principa-
39 liter destinatus, ut decisum referunt
*Aloys. Ricc. resolut. 477, num. 6; Nicol.
Gar. part. 5, cap. 4, nu. 118, Campanus,
cap. 6, num. 27, & seqq.* cum aliis supra
allegatis; *Ricc. in prax. Episcop. part. 2,
verbo Pœnitentiarius; Campanil. divers.
Jur. Canon. rubr. 7, cap. 6, nu. 77; Bar-
bos. de potest. Episc. part. 3, alleg. 55,
num. 26, in tract. de Canon. & Dignit.
cap. 26; & in Summario Apostol. decision.
581, nu. 20.*

Alii verò habentes Curam Animarum,
cùm non valeant tali muneri incumbere
in Ecclesiis Coadjutricibus, ex deductis
in facto, tenentur tali muneri satisface- 40
re in Ecclesia Cathedrali, & Matrice;
*Sess. Select. Canon. cap. 21, nu. 3; & Sa-
laz. de Mendoza Canonicus Pœnitentia-
rius Ecclesiæ Toletanæ, in libello de Insti-
tution. Canonicatus Pœnitentiariæ ejusdem
Ecclesiæ,* relat. per *Ventrigl. annot. 12, §
2, de præbend. Theologal. & Pœnitential.*

Circa dubium vigesimumprimum nul-
la videtur subesse difficultas ex benè de-
ductis per D. Causæ Patronum, quòd
servanda sint Decreta facta in Visitatio-
ne super adimplemento, & satisfactione
onerum Missarum, & Anniversariorum
incumbentium Capitulo, & retentione
Libri in Sacristia, in quo Celebrantes
satisfactionem dd. onerum propria manu
describant.

De plano etiam procedit resolutio af-
firmativa ad vigesimumsecundum, quòd 41
Canonici teneantur residere saltem pro
tempore novem mensium, & Choro in-
teresse saltem pro duabus partibus dicti
temporis, juxta claram dispositionem Sa-
cri Concilii Tridentini, *Sess. 24, cap. 12,
de reform.* & tradunt *Garzias de Benefi-
ciis, part. 3, cap. 2, nu. 315;* aliasque ibi
refert Sacræ Congregationis resolutiones
Fagnan. in cap. licet, de Præbendis; &
eadem Sacra Congregatio *in Asculana 13
Februarii 1696.*

Ad vigesimumtertium pariter *affirma-
tivè*, quia posse Episcopum deputare 42
præfectum Chori, decernitur ex lege
Concilii Provincialis Mediolanen. primo
*Tit. de Offic. punctatoris, § Episcopus de-
ligat, Concil. 4, Tit. quæ pertinent ad San-
ctissimum Missæ Sacrificium in fine, § Præ-
fectus Chori,* & de jure tradunt, & di-
xit eadem Sacra Congregatio Concilii
in *Asten. 26 Junii 1688,* & Sacra Ritu-
um Congregatio in *Caphaluden. 4 Junii
1614.* penes *Aldan. in compendio Canonic.
resolut. tit. 24, nu. 118, & plur. seq. tradit
Barbos. Collectan. Apostol. dec. 334, nu. 5.*

Ad vigesimumquartum, & vigesimum-
quintum *affirmativè*, tum attenta renun-
ciatione, tum quia planum est, quòd 43
Episcopus possit deputare Contrapuncta-
torem, & renuentibus Canonicis eorum
incumbentias adimplere, illos sub censu-
ris Ecclesiasticis compellere, aliosque
etiam extraneos deputare; & dixit Sacra
Congregatio Concilii in una *Civitatis
Castellanæ Punctaturarum die 5 Maji*
1696

1696, impressa inter recollectas per *Antonellum, de Juribus, & Oneribus Clericorum, fol. mihi 17, nu. primo; & Fuscus de Visit. lib. 1, cap. 15, nu. 29,* cum alia ibi latè adductis; *& Ugolin. de offic. Episcop. cap. 19, § Primo, nu. 7; Barbos. de Canon. cap. 34, num. 19, & 20.*

Ad vigesimumsextum *negativè*, &
non esse tolerandam recitationem Hora-
rum in Sacristia a Festivitate omnium
Sanctorum usque ad diem Resurrectionis
Dominicæ, nec permitti posse eo tem-
pore sub Vespere Matutinum cum Lau-
dibus sequentis diei, & esse servandum
44 Decretum Episcopi super loco, & tem-
pore Divinorum Officiorum. Quò enim
ad primam partem Canonici tenentur
ad recitationem Divini Officii in Choro;
Barbos. de Canonicis, & Dignitatibus, cap.
34, num. 8; & decrevit Sacra Congrega-
tio Concilii relat. per *Pignatell. consult.*
Canon. tom. 1, consult. 322, num. 1, & per
totam; idem Barbos. Collectan. Apostol.
decis. 532, nu. 26, & sequen. præsertim
45 verò diebus festivis; *Barbos. de Canonicis,*
& Dignitatibus, cap. 34, nu. 7, & sequen.
& in Collectan. Apostol. decis. 532, num.
26; Bonfadin. in Thesauro Ecclesiastic.
dec resolut. 26, num. 40, & sequen.

Absque eo quòd suffragari valeat alle-
gata aeris intemperies, & frigoris exces-
sivitas, tum quia in Civitatibus Pede-
montanis sub Cœlo rigidiori sitis, Divina
Officia a Canonicis celebrantur in Choro;
tum quia deberent in omnem casum pe-
tere dispensationem a Sanctissimo, cùm
secluso tali indulto, recitatio Divinorum
Officiorum sit peragenda in Choro tan-
quam ad id destinato, præsertim in die-
46 bus festivis, cùm in hoc non suffragetur
ulla contraria consuetudo, ut resolvit
Sacra Congregatio Rituum in *una Signi-*
na, 2 Januarii 1604; & in Lunen. seù Sar-
zanen. 3 Martii 1633, apud Barbos. de
Canonicis, cap. 34, num. 8, ibi — *Patest*
aliquando ex causa, veluti ob frigus, ex-
tra Chorum in diebus ferialibus arbitrio
Episcopi recitari; in diebus verò festivis
omninò recitandum in Choro, non obstante
contraria consuetudine; & respectu alio-
rum dierum ferialium Canonici in Sacri-
stia recitare Divina Officia non possunt,
47 nisi causa cognita, & approbata ab Epi-
scopo, communiter tradunt *Barbos. de*
Canonic. cap. 34, nu. 7; & alibi cum con-
gestis per eum, & in *Collectan. Apostol.*
decis. 532, num. 25, & 26, & sequen.

Circa secundam partem dicti dubii non
licet pervertere solitum ordinem, & ti-
tum Horarum Canonicarum, sed consue-
48 tis temporibus recitandum est Matuti-
num; *Vivian. in rationabili libri tertii*
Juris Pontificii, pag. 219; Alagont. in
Compendio Juris Canonici, pag. 534; remis-
sivè Ximen. in concord. par. 1, & 2, &
refertur *Bucharer. lib. 2 decretal. cap. 104, 105, par 6, cap. 181, nu. 81; Anton. Aug. collect. 3, decretal. lib. 2, titul. de suffragiis, cap. 2; Navar. de Oration. & Horis Canonicis; Sot. de Iustitia lib. 10, quæst. 5; Azor. instit. moral. par. 1, lib. 10, cap. 1, cum sequen.* latè *Barbos. super Decretal. tom. 2, in cap. Presbyteri de celebratione Missarum, tit. 41, fol. 400, a nu. 1, art. 3, & 4, & per tot.*

Frustraque exadverso recurritur ad ean-
dem excusationem desumptam ab aeris
intemperie, dùm videmus, quòd in Re-
gionibus, majori etiam hyemis rigori
expositis, Matutinum juxta rubricam
recitatur de mane, & in ortu Solis,
prout ante abusum, a Dominis Canoni- 49
cis introductum, etiam in Ecclesia Al-
benli celebrabatur; idemque determinant
ipsamet statuta Capituli Adversarii, ad
quorum propterea observantiam omninò
tenentur; *Modernus Asculanus ad statut.*
Urb. tom. 1, annot. 15, num. 42; Pic. ad
Stat. Urb. cap. 151, gloss. 17, num. 1; Ro-
ta, coram Verall. dec. 205, in princip. par.
3; & coram Cavaler. dec. 239, num. 6, &
seqq. & coram Pamphil. dec. 530, nu. 33
& in recent. dec. 232, nu. 1, & 2, par. 12;
& dec. 306, nu. 3, part. 18, tom. 1; & dec.
596, num. 11. par. d. tom. 2.

Et hinc juvari a consuetudine neque-
unt, tum quia non est legitimè proba-
ta, tum quia extitit sublata, & enerva-
ta ex pluribus actibus eidem contrariis,
nempè ex Decretis in Visitatione Pasto-
rali legitimè intimata, & a Canonicis 50
Adversariis acceptata, tum ex aliis de-
cretis in ipsa Synodo Diœcesana cele-
brata, eisdem Canonicis præsentibus, &
acceptantibus; unde prorsus cessat, seu
effractum remanet quodlibet jus præten-
sæ consuetudinis, ut supra probatum fuit.

Ad dubium vigesimumseptimum, &
vigesimumoctavum pariter *negativè* ex
rationibus adductis a D. causæ Patrono.

Et similiter ad vigesimumnonum, non
posse scilicet admitti ad participationem
distributionum Canonicos de natura sui
Canonicatus non participantes, & qui
ad residentiam non tenentur. Siquidem
distributiones adinventæ sunt ad allici-
endos Canonicos ad magis frequentanda
Divina Officia, adeoùt ubi tenues exi- 51
stant, *Sacr. Concil. Trident. in Sess. 21, de*
reformat. cap. 3, mandaverit, ut quate-
nùs sint ita tenues, ut verisimiliter ne-
gligantur, debeat Episcopus tertiam par-
tem omnium fructuum in illas converte-
re; unde permittenda non est earum di-
minutio propter admissionem ad illas
participandas de iis Canonicis non resi-
dentialibus, qui participare non debent; 52
nec Canonici facultatem habent cum hac
arbitraria admissione non participantium
distributiones quotidianas minuere, juxta
docti-

doctrinam *Abb. in cap. cum omnes*; *ibique etiam Felin. nu. 7, & nu. 9*; & alii communiter de *Constitut. S. Conc. Trid. in sess. 21, & 22, cap. utrobique 3, de reform.* cum aliis adductis per *Rotam*, *coram Celso, decis. 12, num. 15, 16, & 17*; ubi quòd in concernentibus cultum Divinum, vel servitium Ecclesiæ, seu observantiam residentiæ, Capitulum nil potest statuere, nisi ad præscriptum Juris Communis.

Ad trigesimum *negativè*, & non posse admitti ad participationem distributionum Canonicos participantes, sed Choro non interessentes. Et ad trigesimum primum *affirmativè*, quòd Comitia Capitularia sunt habenda saltem bis in mense, ut disertè probat Dominus Causæ Patronus.

Ad trigesimumsecundum *affirmativè*,
posse scilicet Comitiis Capitularibus
Episcopum ad libitum intervenire, ac
53 præesse, dummodo non proponatur ne-
gocium ad ipsum, vel suos pertinens; id
enim præsupponitur, atque disponitur a
Sacr. Concil. Tridentin. sess. 25, cap. 6, de reformat. ibi — *Episcopis in Choro, & Capitulo, & aliis actibus publicis sit prima sedes, & locus, quem ipsi elegerint, & præcipua rerum agendarum authoritas, non obstantibus Privilegiis, necnon consuetudinibus etiam immemorabilibus* — ibique *Barbos. num. 16, & idem Barbos. de potestate Episcopi, alleg. 73, num. 17, & sequen. Tondut. quæst. Benefic. par. 1, cap. 62, a nu. 1, ad 13, Cassan. in Catalogo Gloriæ Mundi, par. 4, consider. 45*; *Franc. Marc. dec. 139, num. 2, & seq. tom. 2*; *Rota, coram Cels. dec. 12, num. 14, 15, & 16*; *cum aliis in Hispalen. Juris præsidendi in Capitulo, 2 Julij 1700, coram Reverendissimo Episcopo Conchen. § Licet namque, cum pluribus sequen. & in § Atque*, ubi refertur resolutio Congregationis Sacr. Rituum.

Ad trigesimumtertium *affirmativè*,
nempè Capitulum teneri contribuere ad
expensas pro Celebratione Anniversarii
Episcopi antecessoris, quia Cathedralis
54 Alben. est suffraganea Ecclesiæ Archie-
piscopalis Mediolanen. Unde cum in
primo Concilio Provinciali Mediolanen. disponatur funus pro Animabus Episcoporum antecessorum fieri debere viventis Episcopi, & Capituli sumptibus, inde consequitur dispositionem talis Concilii Provincialis ab Ecclesia suffraganea esse servandam, *Archiepiscopus Bonon. par. 3, pag. 234, cum sequen. Fran. Emman. quæst. regul. tom. 3, quæst. 46, artic. 2, num. 7, & 8, & seq. Trullench. in Decalogo, lib. 4, cap. 1, dub. 1, nu. 4.*

Ad trigesimumquartum, an Capitulum teneatur retinere librum, in quo adnotentur omnes resolutiones Capitulares, & alium, in quo adnotentur omnes Contractus; & alium, in quo similiter adnotentur Introitus, & Exitus proventuum Massæ Capitularis, *affirmativè*, ex
deductis per Dominum Causæ Patronum:
Et similiter ad trigesimumquintum, te- 55
neri scilicet DD. Canonicos ad exhibitionem dictorum librorum ad omnem requisitionem Episcopi, cùm ad ipsum spectet cura, quòd omnia a Capitulo ritè, & rectè gerantur, & ad formam Sacrorum Canonum; unde ei exhibendi sunt libri ad effectum, ut cum illorum revisione propriæ conscientiæ, & curæ ipsi incumbenti satisfacere possit, ex sancitis tam in *Clementina, quia contingit, de Religios. Domib.* quam etiam in *sess. 24, cap. 8, & 9, de reformat. Sac. Concilii Tridentini*; *& Pignatell. tom. 7, consult. 15*; *& consult. 17, num. 10, & sequ.* cum aliis ibi plena manu adductis *tom. 8*; *& consult. 152, num. 21, tom. 9, Covarruv. resol. lib. 1, cap. 1, num. 7*; & firmavit *Rota in Hyspalen. Visitationis*, 30 *Aprilis* 1700, § *Præbuit, & per tot. cor. Reverendissimo Molines Decano*; *& in eadem Hyspalen. sub ijsdem die, & anno, pariter per tot. coram eodem*; *& in Gerunden. Jurisdictionis super exhibitione Resolutionum Capitularium, 12 Junii 2702, § Fundamentum, & plur. sequ. cor. R. P. D. Priolo.*

Et eadem responsio affirmativa proce-
dit quoad trigesimumsextum, scilicet
quòd Episcopus possit exigere redditio-
nem rationis proventuum Capitularium,
cùm ad ipsum spectet invigilare, & re- 56
cognoscere, ut dispositiones Piorum Benefactorum adimpleantur, & Introitus Ecclesiæ convertantur in usus destinatos, ad *Text. in leg. tales conditiones, § Priscus, ff. de condit., & demonstrat. Paul. in leg. penult. ff. de Just., & Jur. Saraviа de Adjunctis, cap. 24, num. 20, post med. & Excobar. de ratiocin. cap. 7, nu. 2*; & præcedenter *cap. 2, num. 20*; cum aliis cumulatis in *dicta Hyspalen. Visitationis, 30 Aprilis 1700, § Præmissum, & sequen. & in alia eadem die, § Cæterum quatenus, coram Reverendissimo Molines Decano*, & tanto magis quia ultra quod est Juri consonum, id est etiam necessarium, attenta maxima, & secordi incuria dictorum Capitularium in exigendis rationibus ab Administratoribus, contra id, quod præscribitur a Sacro Concilio Tridentino. *sess. 22, cap. 9, de reformatione*, *est Text. in leg. si Procuratorem, § Tutores, vers. non sunt igitur excusandi, ff. mandat, Ancharan. in cap. 1, num. 9, in tertio notab. de procurat. in 6, Barbat. cons. 92, quod est ultimum, num. 5, lib. 3*; *Rota, coram Coccin. dec. 625, nu. 20, & 22*, & alibi.

Ad trigesimumseptimum, trigesimum octa-

octavum, trigesimumnonum, & quadragesimum pariter affirmativè; quia
omnia dicta dubia concernunt necessariam vigilantiam, & Curam, quam Episcopus habere debet, ne ex negligentia
Capituli sequatur damnum Ecclesiæ,
ejusque bonis, atque redditibus; unde
potest Capitulo injungere exactionem
redditaum, reparationem, & culturam
Bonorum juxta sancita a *Concil. Trid.
sess. 5, de reformat. cap. 2, & session. 24,
pariter de reformatione, cap. 16; Barbos.
de potestat. Episc. in compen. par. 2, fol.
mihi 182, num. 56, & par. 3, allegat. 78,
nu. 26, versus med.* cum aliis concordan.
ne eligantur in Ministros, qui de anteacta administratione rationem non reddiderint, *Altimar. de nullitat. par. 10,
quæst. 12, num. primo; Fragos de regim.
Reipublic. Christian. par. prima, lib. 7,
disp. 23, § primo, nu. 11, & 13; Cancer.
var. cap. 12, nu. 151; & Boler. de decoct.
Fiscal. tit. pri. quæst. 9, num. 9, Conciol.
ad Statut. Eugub. lib. 1, rubr. 11, num.
12; & rubr. 19, num. 22,* nec non valet
58 ex legitima causa Oeconomos aliosque
Capituli Ministros removere; Sac. Congregatio Concilii relat. per *Barbos. in declarationibus impressis in fine tractatus
de offic. & Potestat. Episcop. pag. 0, dub.
12; & Joan. Maria Novar. in Lucerna
Regular. verbo Administratores, num. 3,
idem Barbos. Collectan. Apostol. decis. 13,
num. 11;* necnon demandare, quod scri-
59 pturæ respicientes interesse ejusdem Ecclesiæ, servandæ sint in Archivio Capituli sub custodia ad id specialiter deputatorum; & prohibere, nè retineantur per
particulares personas ad præscriptum
Concilii primi Mediolanensis, *tit. de his*,
quæ pertinent ad bonorum, & Jurium
Ecclesiasticorum conservationem, rectam
administrationem, & dispensationem,
*pag. mihi 540, & versic. finali, Frances
de Ecclesia Cathedrali, cap. 23, de Archivio Ecclesiæ Cathedralis, per tot.* cum aliis
ibi plena manu congestis.

Ad quadragesimumprimum affirmati-
60 vè, & pro solutione Cathedratici, *ad
Text. expressi. in cap. placuit; & can. inter cætera 10, qu. 3, & cap. olim de censib. & Abbas in cap. dilectus, in principio,
& in cap. Pastoralis, num. 7, vers. in gloss.
de donat. & cons. 7, num. 4, col. 4, vers.
sed quamquam, lib. 2; Leo in Thesaur. for.
Ecclesiastici tom. 2, cap. 29, de quar. funer. num. 5; Davino de visit. par. prima,
quæst. 5, num. 12, & sequen.* cum aliis
apud *Gratian. cap. 620, nu. pri. & ferè
per tot. Pignattell. consult. Canon. tom.
pri. consult. 284, 285, & 286; Rota, coram Coccin. decis. 1774, num. 5, & 10;*
cùm aliis ibi relatis.

Absque eò quòd solutio d. Cathedratici retardari valeat sub prætextu, quod
aliquæ Ecclesiæ, seu Beneficia non ha- 61
beant integram congruam; nam in primis hæc est exceptio solum allegabilis
a talibus Ecclesiis, & Beneficiatis particularibus, & de qua, juxta stylum Sacrarum Congregationum, disceptandum solùm esset in casibus particularibus, &
rursus hæc oppositio est prorsus spernenda; quia Cathedraticum connumeratur inter prima onera cujuslibet Ecclesiæ, & solvitur pro honore Cathedræ,
& in signum subjectionis, quæ subjectio
semper durat, & qui honor Cathedræ
semper est debitus, ut in *cap. placuit, & can.
inter cætera 10, quæst. 3, cap. olim, de
censib. Gloss. in cap. conquerente 15, in
verbo duos solidos, de Offic. Ordinariorum; Archidiacon. in cap. primo de Præben. Abbas, cons. 7, col. 3, ad med. verb.
quamquam hac urgere, lib. 2; & in cap.
Pastoralis, n. 7, in gloss. verb. præter Cathedraticum, de Donat. Jo. Ugo, de Offic.
quatuor Prælatorum, par. 2, in fin. rubric.
de exaction. Episc. num. pri. tom. 13.*

Unde juxta dubium quadragesimum
secundum tenentur & ipsi DD. Canonici
solvere Cathedraticum, non obstante
prætensa contraria consuetudine; tum
quia propter Constitutiones Synodales
multipliciter decernentes talem honorificam præstationem Cathedratici, omnis
præscriptio sublata remansit ex authoritatibus supra allegatis, & in terminis
Cathedratici, quod Episcopus, qui nun- 62
quam illud exegit, adhuc potest exigere,
tam pro tempore præterito, quam in futurum censuit Sacra Congregatio Concilii in una *Albiganen. die 3 Decembris
1644, quam refert Pignattell. consult. Canon. 284, tom. pri. num. unico*, quodque
non sit præscriptibile saltem in totum;
*Abbas in cap. cum Venerabilis 21, nu 3;
& ibidem Joan. de Anan. num. 4, in principio, de censibus; Henric. Bottens, de
Synodo Episcop. par. 3, num. 88; tom. 13,
par. 2; Alberic. de Statutis, par. 2, qu.
104, cum aliis sequentibus; Alexan. cons.
135, num. 42, lib. 6;* Juxta *cap. tua*, cum
ibi notatis per *Innocen. de Decimis, Gloss.
& Doctores in cap. Tua nobis, eodem ti- 63
tulo*; imò remitti nec expressè valeat,
*Gratian. discept. 620, a nu. 12, & per
totum*, cum aliis ibidem, & alibi citatis.

Ad quadragesimumtertium negativè;
Capitulo enim non licet distribuere Eleemosynas recollectas in quibusdam diebus
occasione Prædicationum, personis ser- 64
vientibus Sacristiæ, cùm distributio talium Eleemosynarum spectet ad Episcopum ad formam rescripti Sacræ Congregationis Concilii, *sess. 22, cap. 9; & per
Pignatell. tom 10, consultat. 6, a num. 1,
ad 19, & consultat. 12, a nu. 8, ad 19;
Barbos. de potestat. Episcop. alleg. 109,
num. 9, & seq. Capon. discept. 396, nu.*

50; *Eminentiss. de Luca, de Jurepatronat. disc.* 12, *nu.* 10; *Recc. dec. collectan.* 171, *tom.* 3.

Nec ullo modo potest Capitulum con-
cedere dictis Sacristis, seu aliis licentiam
quæstuandi frumentum, seù alios fru-
65 ctus, cùm imò hujusmodi Quæstores per
quæstuationes, exceptis iis personis, &
Regularibus, quibus ex proprio institu-
to quæstuare est permissum, sint prohi-
bitæ tum per Sacros Canones, *ut in cap.
cum ex eo, de pœnit. & remission. & in
Clementin.* 2, *eod. titul.* tum ex disposi-
tione Sacri Concilii Tridentini, *sess.* 21,
de reform. cap. 9; tùm ex Bulla B. Pii
V, inter ejus impressas la 3, & tradunt
Barbos. ad d. cap 9, *num.* 2, *& sequen.
Rodriguez, variar. resol. cap.* 59, *nu.* 4,
& 5, cum aliis apud *Pignatell. tom.* 8,
consul. 12, *num.* 3, *& seq. Franciscus Leo
in Thesauro Fori, Ecclesiastici par.* 4;
*Marc. Anton. Gennens. in prax. Episcopor.
Neapolit. cap.* 59, *nu.* 11; *Campanil in
divers. Jur. Canon. rubric.* 12, *cap.* 13,
num. 124, *& seq.* cum concordan.

Resolutio negariva Dubii quadragesi-
miquarti procedit de plano; quia Jus
recognoscendi Institutiones, seu Bullas
66 provisorum de Beneficiis Cathedralis, non
spectat ad Capitulum, sed ad Episco-
pum, *cap. Ordinarii* 3; *ubi Glossa, verb.
eo ipso, de Officio Ordinarii, lib.* 6; qui
*Textus renovatur a Sacro Concilio Tri-
dentino, sess.* 7, *cap.* 5; *Gonzalez ad reg.*
8 *Cancell. glos.* 15, *nu.* 62; *Mastobr. in
prax. haben. concurs. reg. prim. dub.* 2,
num. 23.

Pro negativa resolutione Dubii qua-
dragesimiquinti exuberant deducta per
D. Causæ Patronum.

Circa quadragesimumsextum, quid-
quid sit, an in abstracto Episcopus pos-
sit exigere in Visitatione Pastorali ali-
quam pecuniæ summam pro Cavalcatu-
ris, & quoties exegerit, teneatur ad re-
stitutionem; in concreto casus nostri, dum
habemus, quòd Diœcesis est ita vasta, &
Populosissima, complectens supra centum
millia Animarum, & loca sunt alpestria,
67 & distita, & viceversa redditus Mensæ
Episcopalis longè non ascendunt ad con-
gruam Conciliarem, videtur sustinenda
consuetudo longæva, & immemorabilis
recipiendi dictam modicam summam, qua-
tenus soluta fuerit pro dictis Cavalcatu-
ris, cùm immemorabilis faciat etiam præ-
sumere Privilegium Apostolicum cum
omnibus opportunis derogationibus, præ-
sertim quando ex aliqua justa causa appa-
ret rationabilis, *Card. De Luca de Canon.
disc.* 11, *num.* 6, *& de Benefic. disc.* 31,
num. 8; *Panimoll. dec.* 91, *num.* 8, *Sperell.
decis.* 37, *num.* 5, *cum pluribus sequen. &
Rota, cor. Merl. dec.* 593, *n.* 28, *& seq. &
bene cor. Celso dec.* 100, *n.* 3, *& seq. & dec.*
101, *n.* 31, *p.* 10, *& dec.* 155, *n.* 8, *cum duo-
bus seqq. & decis.* 671, *num.* 16, *par.* 18
Recent.

Præsertim, cùm talis recognitio in ni-
hilo tangat Dominos Canonicos Adver-
sarios, sed præstetur a Communitatibus,
quibus volentibus, & non reclamantibus, 68
tales consuetudines sustineri valent ex
deductis per *Barbos. ad Sacr. Concil. Tri-
dent. de reformat. sess.* 24, *cap.* 3, *sub n.*
36, *vers. extante consuetudine.*

Nec est locus prædictæ restitutioni di-
ctæ pecuniæ, præsertim respectu Reve-
rendiss. Episcopi, qui illam non exegit,
nec de ejus ordine exacta fuit; unde, qui
eam exegerunt, & non Episcopus, ad ta- 69
lem restitutionem in omnem casum tene-
ri deberent, est *Text. express. in l.* 2, §
*Item si dedero, ff. de Cond. ob turp. vel
injustam Causam; Bart. in l. Instrumenta,
in principio, ff. eod. Molin. de Justitia, &
Jure, lib.* 1, *tractat.* 2, *discept.* 83, *col.* 3,
sub litt. D, Rot. dec. 54, *n.* 9, *par.* 18 *rec.*

Circa quadragesimumseptimum, &
quadragesimumoctavum non est opus
aliud superaddere deductis per Dominum
Causæ Patronum.

Ad quadragesimumnonum affirmativè,
licere scilicet Episcopo asportare Para-
menta pro ejus usu inservientia ad Ca-
pellam propriam Palatii Episcopalis, il-
lisque uti, stante Decreto Concilii Provin- 70
cialis Mediolanensis cujus vigore Sacra
Supellex destinata pro usu Episcopi, de-
bet teneri distincta, & separata; ex quo
consequitur, quòd illa tamquam ad ejus
usum destinata, Episcopus uti possit, ut
resolvit Sacra Congregatio particularis in
his identificis terminis Ecclesiæ *Casalen.
subjectæ Metropolitanæ Mediolanen. sub die
11 Martii cadentis Anni*, ut ex Decreto
relato a Domino Causæ Patrono.

Ad quinquagesimum negarivè; quia
Episcopus pro Pontificalibus peragendis
in Cathedrali, potest uti paramentis ejus-
dem Ecclesiæ Cathedralis, quatenus ad- 71
sint, ut in terminis tradunt *Barbat. cons.*
26, *num.* 5, *lib.* 3; *Surd. cons.* 62, *num.*
5, *& sequen.* cum aliis ibidem relatis;
Frances de Ecclesia Cathedrali, cap. 20, *n.*
37, *Panimoll. adnot.* 1, *num.* 40, *dec.* 15,
& num. 47, *&* 48; & refert communiter
scribentes *Sperell. dec.* 67, *per tot.*

Et negativè ad quinquagesimumpri-
mum, cum Canonici non possint uti Pa-
ramentis nobilioribus ab Episcopis ante-
cessoribus Sacristiæ relictis, quando cele-
brant Missas privatas, & functiones mi-
nus solemnes; cùm id non solùm exigat
debita proportio, & convenientia, sed 72
etiam disponatur a Concilio Provinciali
Mediolanen. mandante, quòd retineatur
distincta supellex, qua utatur solus Epi-
scopus, & alia pro usu Canonicorum in
diebus ferialibus, & respectivè festivis.

Ad

Ad quinquageſimumſecundum negati-
vè, & me remittens Domino Cauſæ Pa-
trono.

Ad quinquageſimumtertium concer-
nens Reparationem Eccleſiæ, & quæſtio
eſt de ſubjecto non ſupponente; cùm Ec-
cleſia nulla indigeat reparatione, & de
cætero quando Cathedralis tali indiget re-
73 reparatione, quatenùs non adſit aliquid
deſtinatum pro tali uſu, ſit unicè attèn-
denda conſuetudo, ut ii ad talem repa-
rationem teneantur, qui ad talem repa-
rationem contribuere conſueverunt; *Ho-
ſtiens, & Ancaran. in cap. 1, numer. 2,
de Eccleſ. ædif. ibique Rutr. num. 6, verſ.
1, igitur; & Abbas num. 3,* & commu-
niter Canoniſtæ; *Bero conſ. 3, num. 1, &
2, vol. 1; Surd. conſ. 224; Campanil. in
diverſ. Jur. Canon. Rubr. 12, cap. 13, ſub
n. 19; Genuenſ. in praxi Epiſcopor. Neap.
c. 91, num. 13; Bellet. disquiſ. Clerical.
tit. de Cleric. debitore, cap. 13, numer. 3,
tom. 1; Sperell. deciſ. 67, num. 3, tom. 1;
Rot. deciſ. 627, numer. 1, part. 1 recent.*
Sin minus Epiſcopus non teneatur niſi
pro aliqua parte fructuum, & in reliquis
teneantur contribuere etiam Canonici,
ad *Textum apertum, in cap. fin. de iis, quæ
fiunt a Major. parte Capitul. c. vobis 12,
qu. 2; Fuſcus de Viſit. & Regimin. Eccleſ.
cap. 10, num. 16; Ricc. in Praxi, reſol.
476, num. 4; Azor. inſtit. moral. part. 2,
lib. 9, cap. 3, quæſt. 10; Barboſ. de po-
teſtat. Epiſcop. alleg. 64, num. 4; Pant-
moll. dec. 6, adnot. 8, num. 2, & dec. 15,
num. 1, & ibi in adnot. 1, num. 11; & Spe-
rell. dec. 68, num. 20, part. 1.*

Circa dubium quinquageſimumquar-
tum, quinquageſimumquintum, & quin-
quageſimumſextum, quinquageſimum-
ſeptimum, & quinquageſimumoctavum,
pariter ſufficit remiſſivè ſe habere ad D.
Cauſæ Patronum.

An dubium quinquageſimumnonum
negativè, quia D. Archidiaconus Coadju-
75 tor tenetur ad reſidentiam; *Quaranta in
ſumma Bullarii, verb. reſidentia, verſ. præ-
ter Summiſtas Pios; & in praxi nova
Epiſcop. part. 2, cap. 3, num. 77, & ſequen.*
& deciſum referunt *Galet. in Margarita
Caſuum Conſcientiæ, verb. reſidentia 1;
Aloyſ. Ricc. reſol. 494, num. 14; Barboſ.
de Epiſcop. alleg. 64, num. 8, & 9, & in
Collectan. ad Concil. ſeſs. 21, cap. 6; de
reformat. num. 5, in fin.* & benè *Rota, dec.
176, num. 1, & ſequen. tom. 1 recent.* nec
poteſt illam evitare ſub prætextu aſſiſten-
di hujuſmodi litibus pro Capitulo; quia
76 debet obtinere licentiam a Sacra Con-
gregatione Concilii, ut in *Cap. Cleric.
de Clericis non resident. & in capite con-
querente, eod. tit. Sacr. Trid. Conc. ſeſs. 6,
de reformat. cap. 2; Pignattell. conſultat.
Canonicarum conſult. 4, tom. 2, per tot. &
conſult. 5, tom. dicto.*

Et propterea ad Dubium ſexageſimum
reſpondendum eſt, dictum D. Archidiaco-
num incidiſſe in pœnas privationis fru-
ctuum, & alias a Sacris Canonibus, & a
Sacro Concilio Tridentino comminatas 77
contra Clericos non reſidentes, juxta *Text.
in Cap. quia non multi, & cap. conque-
rente, de Cleric. non reſid. & per Concil.
Trident. ſeſſ. 6, de reform. cap. 3, & ſeſſ.
24, cap. 12, verſ. præterea; & verſ. alio-
quin. ibique Barboſ. num. 1, in fin. &
latiùs de Canonicis cap. 20, ex nu. 1, &
ſub num. 15.*

Ideoque magis, quia licentiam a dicta
Sacra Congregatione Concilii vel obti-
nere non potuit, vel non niſi ad modi-
cum tempus, quæ jam diù expiravit; &
licèt pluries monitus, neque defuncto
Coadjuto, reſidere curavit; undè eò ma-
gis, ſtante longa contumacia attingente
meram, triennii dict. D. Archidiaconus
incidit in pœnas præfatas.

Ad ſexageſimumprimum negativè;
nam Epiſcopus in actu Viſitationis de-
crevit, ut celebrarentur in Capella
Sancti Andreæ Miſſæ quatuor in quali-
bet hebdomada ſumptibus ſuæ propriæ
Menſæ Epiſcopalis, circumſcripta qua-
cumque horæ, aut loci ſervitute; &
propterea cùm uſque tunc dd. Miſſæ ce-
lebratæ non fuerint, & ex abundanti
zelo Religionis propriis ejus Menſæ
ſumptibus Epiſcopus eas celebrari man- 78
daverit; ſi hoc decretum vult a DD. Ca-
nonicis Adverſariis acceptari, debet ac-
ceptari cum qualitate d. libertatis *leg.
cum ab uno, in princip. ff. de legat. 2,
leg. qui tutelam, ff. de Teſtament. tutel.
Tiraquell. de retract. Convent. in fin. nu.
8, & ſequen. Salgad. labyrint. Creditor.
part. 2, cap. 6, num. 20; Put. dec. 369,
aliàs 359, incipiente in una Hiſpalen. Rocc.
diſput. Jur. cap. 178, num. 3, & 4.*

Ad ſexageſimumſecundum affirmativè,
& poſſe Epiſcopum reſponſiones concur-
rentium pro Parochialibus ſcripto tradi-
tas ſuo Sigillo obſignare; nec debere ob-
ſignari etiam cum Sigillo Examinatorum
Synodalium; nam in caſibus particulati- 79
bus reponi debet in arbitrio Epiſcopi ad-
hibere talem cautelam obſignandi pro-
prio Sigillo tales reſponſiones, eaſque
Notario, ut aliquando conſuevit, ad con-
ſervandum tradendi; neque inde naſcitur
actio Examinatoribus, ut compellere
poſſint Epiſcopum ad adhibenda etiam
eorum obſignacula, cum Sacri Canones
confidant de ſolo Epiſcopo ejuſque ſolet-
tia, ubi non diſponunt, quòd aliorum
etiam opera adhibeatur.

Ad ſexageſimumtertium negativè, ſci-
licet non teneri Epiſcopum ſubminiſtra-
te Concionatoribus libras 100 pro quoli-
bet; quia procedendo cum longæva ob- 80
ſervantia practicata, Sede Epiſcopali, tam

plena, quàm vacante, consueverunt Con-
cionatori subministrari solæ libræ 50, un-
de hæc consuetudo est attendenda, prout
pluribus probat *Barbos, in Collectan. ad
Concil, sess. 5, cap. 2, ex num. 9, cum se-
quen. Riccius in Praxi, tom. 1, resolut. 468,
num. 4, & 5; Diana resolut, 71; Mosco-
nius de Majestate Milit. Eccl. lib. 1, cap.
19, Francesc. de Eccles. Cathed, cap. 18,
fol. mihi 308, num, 116 & sequen.*

Præsertim quia si antiquitus reperian-
tur aliquando descriptæ libræ 100, id po-
tuit provenire, vel ex spontanea super-
erogatione Episcoporum, vel potest dari
casus, quòd valor monetarum mutatio-
81 nem receperit, prout in omnibus ferè
Regionibus, & præsertim in Italia im-
mutatus fuit, prout ex deductis *per Emi-
nentissimum De Luca, de Emphyt. disc, 78,
num. 3, & sequentibus; de Legat. disc. 68,
num. 2, & sequentibus; de alienat, disc.
10, num. 3; de Credit, disc, 68, num. 24;
disc. 92, num, 10, & 19; disc, 140, per
tot, de benefi. disc. 87, num. 16; de Re-
galibus disc. 128, num. 5 & sequen.*

Quoad sexagesimumquartum Capitu-
lum non esse, nec manutenendum, nec
reintegrandum in prætensa possessione
Viridarii, seu potiùs vilis petiunculi Ter-
ræ; quia cùm Reverendissimus Episcopus
82 possideat, Jus assistit pro possessore do-
nec spolium clarè, & evidenter probe-
tur, *ut ex Capit, cum ad Sedem, ubi Ab-
bas, num. 17, de restit. spoliat. Argel. de
acquirem possess, quæst. 8, numer. 955, &
sequen. & num. 964, vers. ad primum; &
num. 1026, & sequen. Rot. coram Martin.
Andr. decis. 80, num. 6; & in dec. 77, n.
16, par. 1, recent.*

Ad sexagesimumquintum *affirmativè*,
nempè Synodum Diæcesanam celebratam
anno 1702, esse validam; sic etiam dictat
83 præsumptio Juris, quæ militat pro vali-
ditate actus præcedenter gesti, nisi nul-
litas concludentissime ab allegante pro-
betur, ut de similibus actibus tradunt
*Tondut, quæst, benefic. lib. 1, cap. 11, n,
3, 4, & 5; Ugolin. de Offic. & Potestat,
Episcop, part. 2, cap. 47, num. 7; Sanchez
de Matrim. lib. 8, disput. 3, num. 33; Ciar-
lin. Contr. 61, num. 11, lib. primo; Bar-
bos. de Canon. & Dignitat, cap. 42, nu-
mer. 23.*

Signanter verò post lapsum 5 Anno-
rum, & amplius, & post illius per tan-
84 tam temporis observantiam, *Cap. cùm di-
lectus, de Consuetud. Surd. cons. 262, n.
26; Rota, dec, 1, num. 6, & dec. 371, num.
9, par. 4, tom. 2; & dec, 14, num. 4, par.
7, & dec. 260, num, 12, par. 9; & decis.
39, num, 1, part. 9; & dec. 260, numer.
14; & decis. 152, numer. 12, & 13 & se-
quentibus, par. 16 Recent.* Imò etiam ac-
ceptationem Dominorum Canonicorum
85 Adversariorum, & illius usum; nam
actum approbatum, & observantia ca-
nonizatum, nemo amplius tanquam inva-
lidum impugnare potest, *lege observare, §
Fin. ff. de Offic. Proconf. Rota in Bono-
nien. seu Imolen. Bonorum, super bono Jure,
18 Martii 1686, § Quinimò, coram bon.
mem. Albergato*; & consonant deducta *in
decis, 229, & decis. 259, num. 6, & 7; &
decis. 269, num. 9, et seqq. et decis, 1213,
num. 14, coram Emerix jun.*

Frustraque pro nullitate allegatur,
quòd per aliquot annos d. Synodus non
fuerit Typis impressa, quia id contigit
ex calamitate temporum, & Bellorum
in illa Regione sævientium, cùm in Ci- 86
vitate Alben. Typus non adsit; nec in
Jure cautum reperitur, quòd defectus ta-
lis impressionis nullitatem Synodi causet,
quando præsertim Synodus fuit asser-
vata in publico Archivio ad publicam
omnium commoditatem, & utilitatem.

Ejusdemque momenti est alia præten-
sa nullitas deducta ex eo, quòd aliquæ
Congregationes pro Decretis publican-
dis in Synodo factæ fuerint in Palatio
Episcopali, & deinde non constet dd.
Decreta fuisse condita etiam de consensu
Capituli, quia ultra quod consensus Ca- 87
pituli, & Cleri satis superque elicitur,
ex eo quòd omnia acta, & Decreta fue-
runt publicata a Notario Synodi, nomine
Cleri præsentis, & saltem tacitè appro-
bantis, nullo protestante, vel reclaman-
te; *leg si fil. fam. 10, Cod, de petit. hæ-
red. Soccin. cons. 40, num. 9, lib. 3; Ce-
phal. cons. 286, num. 4; Mantic. de tacit.
& ambig. Convent. tit. 12, lib, 7, num.
2, cum pluribus sequen. Garzias de Benef.
part. 5, cap. 4, num. 42; Lotter. de re
benefic. lib. 2, quæst. 20, num. 24, et 25;
Rota, coram Coccin. decis. 212, numer. 4,
et sequentibus; et decis. 274, numer. 15,
part, 19, tom. 1 Recent,*

Nullus de Jure in faciendis, & aperien-
dis Decretis Synodalibus requiritur con-
sensus Capituli, quia in decernendo, &
statuendo quæ visa fuerint opportuna in
Synodo, Episcopus non tenetur sequi con- 88
silium Capituli, sed prædicta potestas
pendet a Jure Monarchico constituto in
ipso Episcopo, quod Capitulo communi-
cabile non est, ut tradunt *Hostiensis in
cap. quanto, de iis quæ fiunt a Prælat.
sine consensu Capituli, sub numero primo,
ibique Abbas, num. 4, & 5; Henric. Bot-
ta de Synodo, part. 3. num. 137; Camill.
Borell. in Sum. decis. tom. 1, tit. 13, nu-
mer. 28; Suarez, de legib. lib. 4, cap. 5,
in 2 dub. Barbos, de Canon. & Dignit. c.
42, num. 23*; ubi in fine refert plures re-
solutiones Sacræ Congregationis Concilii;
Mandos. in tribut. quæst. 192, numer. 2,
hanc esse communem sententiam agno-
vit; *Rota apud Achil. dec. 57, aliàs 2, de
Offic. Ordinar. num. 7, versic. communis*
ta-

tamen; Pateas decis. 92, a num. 3, lib. 3; Verall. part. 1, decis. 305, numer. 4, & seq.

Neç est necesse, ut omnia Decreta fiant in Ecclesia, dummodo postea publicè in Ecclesia promulgentur; *Card. Alex.*
89 *cap. fin. numer. 5; Bottens de Synodo Episcop. part. 2, a num. 4, & 9;* & expresse *Quaranta in summa Bullar. verbo Synodus, § In privatis; Toadat. quæst. & resolat. Benefic. lib. 1, cap. 11, num. 3, 4, & sequen.* & ad præmissa faciunt quæ tradit *Sanchez in tractat. de Matrim. lib. 8, disput. 17.*

Circa Dubium sexagesimum sextum, & sexagesimumseptimum, cùm sint de subjecto non supponente, non est opus aliquid addere bene deductis per Dominum Causæ Patronum. Unde de primo ad ultimum enixè exorantur Eminentissimi PP. ut authoritatem, & Dignitatem Episcopalem a Dominis Canonicis Adversariis pessimo exemplo vilipensam, dignentur restituere, ut ad præscriptum Sacr. Concilii Tridentini, & Sacrorum Canonum, Disciplina Ecclesiastica, quæ ob contumaciam Dominorum Adversariorum, usque modò semper magis deflexit, tandem in dicta Ecclesia Cathedrali reintegretur.

Quare &c.

P. Pomponius de Vecchis Sacræ Consistorialis Aulæ Advocatus.

Alben. Sacrorum Rituum, ac Regiminis Ecclesiæ.

D U B I A.

1 AN *servandum, & exequendum sit Decretum Episcopi, quòd Canonici teneantur deponere usum Rocchetti, & reassumere usum superpellicei.*

2 *An prima Dignitas, vel, in illius defectum, alias dignior de Capitulo teneatur substinere Missale Episcopo Pontificaliter celebranti.*

3 *An Canonici abesse possint sine legitima causa a functionibus ab Episcopo Pontificaliter peragendis, & quatenus negativè.*

4 *An, & quomodo in casu hujusmodi absentiæ sit providendum.*

5 *An Episcopo accedenti ad Ecclesiam Cathedralem, Cappam assumpturo ad ostium ejusdem Ecclesiæ pro Pontificalibus peragendis, teneatur Capitulum eidem obviam ire, ac in reditu associare usque ad januas Ecclesiæ.*

6 *An Episcopo accedenti ad dictam Ecclesiam Cappam ad ostium assumpturo, ad effectum assistendi Missis Conventualibus, Concionibus, & similibus, teneatur Capitulum eidem obviam ire, & in reditu associare usque ad Januas dictæ Ecclesiæ, vel potius sufficiat associatio quatuor Canonicorum.*

7 *An quoties Episcopus accedit ad Ecclesiam Cappam assumpturus ad ostium pro Pontificalibus peragendis, sivè ad effectum assistendi Concionibus, Missis Conventualibus, & similibus, teneatur Capitulum transmittere duos Canonicos ad Palatium Episcopale ad ipsum associandum, tam in accessu, quàm in recessu.*

8 *An Episcopo accedenti ad alias Ecclesias occasione festivitatum Missam celebraturo, Capitulum teneatur transmittere duos Canonicos ad effectum ipsum excipiendi, & discedentem associandi in habitu Canonicali ad januam Ecclesiæ, eidemque assistendi in celebratione Missæ.*

9 *An Vicarius Generalis possit intervenire functionibus Chori, & Pontificalibus, & quatenus affirmativè.*

10 *An dignior locus ei sit assignandus, seu qualis.*

11 *An possit Capitulum sine licentia Episcopi, & ex causa sibi bene visa exponere Venerabile, & Populo benedicere in forma publica, vel potius servandæ sint constitutiones Synodales.*

12 *An Capitulum in celebratione Missæ Conventualis, teneatur adhibere Diaconum, & Subdiaconum, tam diebus festivis, quàm ferialis.*

13 *An Missæ Conventualis Sacrificium sit applicandum pro Collegio, & Benefactoribus.*

14 *An sit servandus prætensus usus, quòd duo ex Clericis Seminarii inserviant Cathedrali diebus ferialibus a celebratione secundæ Missæ inclusivè, Missis Conventualibus, & usque ad finem aliarum functionum de mane.*

15 *An omnes, vel major pars dd. Clericorum teneantur assistere diebus ferialibus, Processionibus, associationibus funerum capitulariter faciendis, expositionibus Venerabilis, & similibus aliis functionibus fieri solitis.*

16 *An Episcopus deputare valeat in Ministros Seminarii proprios familiares.*

17 *An Capitulum, Canonici, & Hebdomadarii, qui ob prætensum defectum Clericorum Seminarii, cantum in prætensa Missa Conventuali prætermiserunt, & prætermittunt, inciderint in pœnas interdicti, suspensionis a Divinis, ac respectivè excommunicationis, comminatis in præcepto Episcopi, & quatenus affirmativè.*

18 *An celebrando Canonici inciderint in irregularitatem.*

19 *An Archipresbyter habens curam Animarum in Cathedrali, & Canonici, quibus prætenditur incumbere curam in causa de quo agitur, teneantur singulis saltem diebus festivis celebrare Missam in Cathedrali.*

20 *An Pœnitentiarius, Archipresbyter,* &

& alii Canonici Cathedralis habentes curam Animarum, teneantur confessiones fidelium excipere in Cathedrali, vel in Ecclesiis prætensis Coadjutricibus, seu prætensis distinctis Parochiis.

21 An servanda sint Decreta facta in visitatione super adimplemento, & satisfactione onerum Missarum, & Anniversariorum incumbentium Capitulo, & retentione libri in Sacristia, in quo celebrantes satisfactionem dd. onerum propria manu describant.

22 An Canonici teneantur residere saltem novem mensibus anni, nec non saltem duæ ex tribus eorumdem partibus continuò interesse Choro.

23 An Episcopus possit deputare Præfectum Chori.

24 An idem Episcopus possit deputare contrapunctatorem.

25 An, renuentibus Canonicis, dicta officia acceptare, vel exercere possit Episcopus, illos sub censuris compellere, vel Clericos extraneos sumptibus Capituli deputare.

26 An sit tolerandus prætensus usus d. Ecclesiæ recitandi horas Canonicas in Sacristia a festivitate omnium Sanctorum usque ad diem Resurrectionis Dominicæ; iisdemque præmittendi eo tempore sub vespere matutinum cum laudibus sequentis diei; vel potius servandum sit decretum Episcopi super loco, & tempore Divinorum Officiorum.

27 An Capitulum possit convertere in usum distributionum Ceras applicatas Sacristiæ superextantes in fine anni, vel potius teneatur illas servare ad usum ejusdem Sacristiæ pro anno sequenti.

28 An Capitulum possit repartire distributiones quotidianas Canonicis, antequam recognoscantur libri punctationum, & contrapunctationum.

29 An Capitulum possit admittere ad participationem distributionum Canonicos de natura sui Canonicatus non participantes.

30 An admittere valeant ad participationem dd. distributionum Canonicos participantes, sed Choro non interessentes.

31 An comitia Capitularia sint habenda saltem bis in mense.

32 An in illis possit intervenire Episcopus ad libitum.

33 An Capitulum teneatur contribuere ad expensas pro celebratione Anniversarii Episcopi Antecessoris.

34 An Capitulum teneatur retinere librum, in quo distinctè adnotentur omnes resolutiones Capitulares, & alium, in quo adnotentur omnes contractus stipulati, & stipulandi, nec non alium, in quo similiter adnotentur introitus, & exitus proventuum massæ Capitularis.

35 An Capitulum teneatur exhibere dd. libros Episcopo toties, quoties illi videbitur.

36 An Episcopus possit exigere redditionem rationis proventuum Capitularium a Capitulo ejusque Ministris.

37 An Episcopus in casu negligentiæ Capituli, possit eidem injungere exactionem redditnum, ac reparationem, & respectivè culturam bonorum tam Urbanorum, quàm Rusticorum.

38 An Episcopus possit inhibere Capitulo, ne elegat in Ministros, qui de anteacta administratione rationem non reddiderunt.

39 An possit Episcopus ex legitima causa Oeconomos, aliosque Capituli Ministros removere.

40 An scripturæ respicientes præbendas bonorum, & Capitularium Ecclesiæ, & commune interesse ejusdem Ecclesiæ, servandæ sint in Archivio Capituli sub pluribus clavibus, & non penes particulares possessores.

41 An Episcopus possit Cathedraticum exigere a beneficiatis, qui congruam non percipiunt a proprio Beneficio.

42 An Canonici teneantur solvere Cathedraticum.

43 An liceat Capitulo impertiri servientibus Sacristiæ eleemosynas quorumdam dierum inter conciones collectas, & licentiam quæstuandi granum, aliosque fructus.

44 An Capitulo competat jus recognoscendi, seu examinandi institutiones, seu Bullas noviter provisorum de Beneficiis Cathedralis.

45 An tolerandus sit usus, quòd Capitulum habeat, invitationes, ac visitationes noviter provisorum Ecclesiæ Cathedralis in antecedentibus, & subsequentibus diebus eorum admissionis.

46 An Episcopus possit exigere in Visitatione Pastorali summam pecuniæ pro cavalcaturis, ultra victualia, & quoties exegerit, an teneatur ad restitutionem.

47 An Episcopus deputare valeat Canonicum Pœnitentiarium Cathedralis in Confessarium Ordinarium Monialium.

48 An Episcopus teneatur supplere Anniversaria, omissa pro Episcopo Antecessore.

49 An liceat Episcopo asportare, & retinere paramenta propriæ Sacristiæ Cathedralis ad Capellam Palatii Episcopalis, invito Capitulo.

50 An Episcopus teneatur sibi providere de paramentis pro Pontificalibus peragendis in Cathedrali.

51 An Canonici uti possint paramentis nobilioribus ab Episcopis Antecessoribus Sacristiæ relictis, pro Missis privatis, & functionibus minus solemnibus.

52 An Capitulum possit, inconsulto Episcopo, formam dd. Paramentorum immuta-

re,

re, vel alienare pro aliis subrogandis.

53 *An Episcopus teneatur reparare Cathedralem.*

54 *An Episcopus aliquoties in anno debeat interesse horis Canonicis in Choro, & quatenus affirmativè.*

55 *An Episcopus teneatur interesse aliquando horis Canonicis in Choro stantibus litibus cum Capitulo.*

56 *An Episcopo liceat collationes generales Ordinum, & Chrisma respectivè conficere extra Cathedralem, stantibus litibus cum Capitulo.*

57 *An dies interpelatæ permanentiæ Episcopi in suo Castro extra Diœcesim existen. computandæ sint in absentia Episcopi a Sac. Conc. Trid. permissa.*

58 *An Episcopus abesse possit a functionibus solemnioribus Cathedralis per triennium, stantibus litibus cum Capitulo.*

59 *An Archidiaconus Coadjutor potuerit abesse a residentia per biennium, & ultra, & adhuc continuare sine licentia Sac. Congregationis in casu, de quo agitur, & quatenus negativè.*

60 *An, & in quas pœnas inciderit.*

61 *An Episcopus teneatur adimplere onera Capellæ S. Andreæ in casu de quo agitur ad formam Tabellæ Sacristiæ.*

62 *An Episcopus possit responsiones concurrentium pro Parochialibus scripto traditas, suo tantummodò sigillo obsignare, vel potius teneatur obsignare etiam sigillo Examinatorum Synodalium.*

63 *An Episcopus teneatur subministrare anno quolibet Concionatoribus Quadragesimalibus Cathedralis prætensum stipendium vel donativum librarum centum.*

64 *An Capitulum sit manutenendum, vel reintegrandum in prætensam possessionem Viridarii ab Episcopo, ut prætenditur, occupati.*

65 *An Synodus Diœcesana celebrata ab anno 1702. sit valida.*

66 *An idem Episcopus Confraternitates in Cathedrali instituere valeat sine consensu Capituli.*

67 *An Episcopus possit Titulos Beneficiorum simplicium, & Parochialium Cathedralis, & Diœcesis immutare, tribuendo E. G. simplici Capellano titulum Prioris, & simplici Plebano, vel Presbytero titulum Archipresbyteri.*

V. Petra Sacr. Congregat.
Conc. Secr.

Sacra Congregatio Particularis a Sanctiss. Deputata: in qua interfuere Eminentiss. Card. Panciatichi, De Abdua, S. Clementis, Gabrielis Caprara & Fabroni, Imperiali non interveniente, sub die 19 Septemb. 1710. rescripsit, ut in infra, &c.

Ad 1 *Affirmativè.*

Ad 2 *Affirmativè ad formam Cæremonialis.*

Ad 3 *Negativè.*

Ad 4 *Ad formam Sac. Can. & S. Conc. Trid.*

Ad 5 *Affirmativè.*

Ad 6 *Affirmativè, quoad primam partem, negativè quoad secundam.*

Ad 7 *Affirmativè.*

Ad 8 *Ad Sac. Congregationem Concilii.*

Ad 9 *Affirmativè.*

Ad 10 *Affirmativè, & deberi locum digniorem.*

Ad 11 *Licentiam esse petendam ab Episcopo semel in anno pro functionibus consuetis, pro aliis qualibet vice.*

Ad 12 *Affirmativè pro diebus festis, ac aliis præscribendis ab Eminentiss. Panciatico.*

Ad 13 *Affirmativè pro Benefactoribus tantùm.*

Ad 14 *Negativè.*

Ad 15 *Negativè.*

Ad 16 *Affirmativè.*

Ad 17 *Affirmativè, & adeant Episcopum pro absolutione a censuris.*

Ad 18 *Affirmativè, & Domino Secretario cum Sanctissimo pro dispensatione.*

Ad 19 *Affirmativè quoad Archipresbyterum, quo verò ad Canonicos Curatos teneri in propria Ecclesia Curata cum applicatione pro Populo.*

Ad 20 *Pœnitentiarium, & Archipresbyterum teneri in Cathedrali Canonicos verò Curatos in propria Ecclesia debitis temporibus.*

Ad 21 22 23, & 24 *Affirmativè.*

Ad 25 *Affirmativè etiam sub censuris, non tamen ipso facto incurrendis.*

Ad 26 *Quoad primam partem negativè in diebus festis, & aliis posse tolerari in loco deputando ab Episcopo; & quoad recitationem Matutini, & laudum usum non esse tolerandum.*

Ad 27, & 28 *Negativè.*

Ad 29 *Affirmativè, item ad* 30, & 31 *affirmativè.*

Ad 32 *Affirmativè, dummodo non agatur de commodo Episcopi vel suorum.*

Ad 33 & 34 *Affirmativè.*

Ad 35 *Affirmativè ex rationabili causa.*

Ad 36 37 38 39 40 41, & 42 *Affirmativè.*

Ad 43 & 44 *Negativè.*

Ad 45 *Affirmativè, ex urbanitate, dummodo non retardetur possessio Provisorum.*

Ad 46 *Dentur Decreta S. Cong. Concilii in Amalphitana* 18 *Julii* 1699, *ad* 3.

Ad 47 *Negativè. Ad* 48 *affirmativè expensis Episcopi, & Capituli.*

Ad 49 *Dentur Decreta edita in Casalen. in Congregatione Deputata* 11 *Martii* 1708, *approbata a Sanctiss. nempe ad nonum*

num -- An Capitulum ob denegationem Baculi, Mitræ pretiosæ, & Pluvialis factam Episcopo occasione publicandi Jubileum, aliaque, ut in actis, sit puniendum. Et quomodo -- Ad x. An stante dicta denegatione potuerit Episcopus propria auctoritate transportari facere Paramenta prædicta, & Sac. Supellectiles a Sacristia Cathedralis ad Curiam Episcopalem -- Ad 9 Affirmativè, arbitrio Congregationis deputatæ. Ad decimum affirmativè, & esse restituenda Capitulo, facta obligatione de illis subministrandis, pro usu Episcopi in functionibus Pontificalibus peragendis tam in Cathedrali, quam in Capella Episcopali -- Ad 50 Negativè, quatenus adsint.

Ad 51 & 52 Negativè. Ad 53 affirmativè, prout de jure, arbitrio, & conscientia Episcopi. Ad 55 provisum in Superioribus. Ad 56 negativè, nisi ex causa legitima. Ad 57 affirmativè. Ad 58 & 59 negativè. Ad 60 incidisse in pœnas Sacr. Canonum & S. Conc. Trid. Ad 61 Ad Sacr. Can. Conc. & interim servetur decret. Episcopi de anno 1698. Ad 62 affirmativè, quoad primam, negativè quoad secundam partem.

Ad 63 Servetur solitum. Ad 64. ad judices suos. Ad 65, affirmativè. Ad 66 negativè. Ad 67 negativè.

INCERTI LOCI.

PEtitum fuit tacito nomine loci, & Personarum responderi, an excipi
90 debeat Episcopus ad Januam Ecclesiæ quandocumque ad eam accedit, habens habitationem distantem ab Ecclesia. Et Sacra Congregatio respondit, Episcopum ad Ecclesiam venientem cum Cappa, semper excipi debere a Capitulo, & Canonicis in habitu Canonicali in Aula suæ habitationis, seu alio loco per ipsum ad hoc destinato; eumque associari, & comitari ad Ecclesiam, & abeuntem pari modo reduci ad locum, ubi exceptus fuit, non obstante quòd Palatium, seu habitatio distet ab Ecclesia. *Venientem verò sine Cappa*, & Canonicis in Choro divinas horas recitantibus, satis esse, quòd a quatuor, vel quinque de Capitulo in Ostio Ecclesiæ excipiatur. An si extra tempus communis existentiæ Canonicorum in Ecclesia, reperiatur ibi aliquis Canonicus, ab eo excipi debeat Episcopus veniens ad Ecclesiam, eique a dicto Canonico aspersorium porrigi, & ministrari. Et Sacra Congregatio respondit, semper Episcopum venientem ad Ecclesias in casu proposito excipi debere a Canonicis in Ecclesia existentibus in ostio Ecclesiæ, eique in Ecclesiam ingredienti, a digniori aspersorium ministrari. Tertio, an Episcopus post peractam Missam privatam in Ecclesia, vel aliam functionem exercens, volens interesse Missæ cantandæ, vel Prædicationi, teneantur Canonici accedere ad locum, in quo functiones exercuit, vel ad Capellam, in qua celebravit, ad effectum illum associandi in Choro, vel in loco Prædicationis, an potius illum expectare in Choro, vel in loco, in quo debet accedere; & Sacra Congregatio respondit, Episcopum a Canonicis excipi debere in Capella, vel alio loco, in quo functionem exercuit; & ab eisdem in casu proposito associari in Choro, vel in loco Prædicationis. Die 6 Decembris 1631.

Ita, &c.

N. M. Tedeschi Archiep. Apam.
Secretarius.

ADDITIO XXXIX.

Bojanen. Jurium Parochialium ac Præeminentiarum.

DUBIA.

I. *An constet de Parochialitate Ecclesiarum Rectoralium Sancti Georgii, S. Bartholomæi, & SS. Angeli, & Mercurii Terræ Campobassi, in casu &c. & quatenus affirmativè.*

II. *An constet de Matricitate Ecclesiæ Archipresbyteralis Sanctæ MARIÆ Majoris, & respectivè filiatione dd. Ecclesiarum Rectoralium, in casu &c.*

III. *An liceat unicuique Rectori dd. Ecclesiarum S. Georgii, S. Bartholomæi, & SS. Angeli & Mercurii erigere propriis sumptibus in suis respectivè Ecclesiis particulares fontes Baptismales, in casu &c. Et quatenus negativè.*

IV. *An, & quomodo consulendum sit indemnitati Parochorum in defectum Fontis Baptismalis Ecclesiæ Collegialis S. Leonardi recenter dirutæ, in casu &c.*

V. *An liceat unicuique ex dd. Rectoribus proprios particulares conficere, & retinere Libros Baptizatorum, atque ex iis Fides Baptismatum respectivè extrahere; vel potius unicus liber fieri debeat asservandus ab Archipresbytero; dictaque extractio ab ipso solùm Archipresbytero privativè facienda sit, in casu &c.*

VI. *An benedictio Fontis Baptismalis Ecclesiæ Archipresbyteralis fieri possit ab ipso Archipresbytero, itaut impediri nequeat; vel potius fieri debeat a Rectoribus per turnum privativè, quoad ipsum Archipresbyterum, in casu &c.*

VII. *An idem Archipresbyter possit aliquando, & pro sui libito ministrare per se ipsum Sacramentum Baptismi Infantibus de Familiis dd. Ecclesiarum Rectoralium; vel potius id semper privativè spectet ad proprium cujuscumque familiæ Rectorem, seu alium ab eo subjstituendum, in casu &c.*

VIII.

VIII. *An Exteri Uxorem ducentes de familiis Rectoralium possint eligere Rectoralem familiæ Uxoris pro futura administratione Sacramentorum in exclusionem Archipresbyteralis, in casu, &c.*

IX. *An Exteri, vel Exteræ famulatum præstantes Oppidanis de familiis Rectoralium, dicantur de iisdem familiis, ita ut subjaceant pro administratione Sacramentorum Ecclesiæ Rectorali familiæ privativè quoad Archipresbyterum in casu, &c.*

X. *An in Processionibus Funeralibus pro Defuncto de familiis alicujus Rectoralis, præcedentia, & usus Stolæ respectivè debeantur Rectori defuncti, aut illius substituto privativè etiam quoad Archipresbyterum; vel potiùs præcedentia, & usus Stolæ competant Archipresbytero privativè, etiam quoad Rectorem defuncti in casu, &c.*

XI. *An in iisdem Processionibus funeralibus pro defuncto de familiis Rectoralium, quæ fiant Capitulariter cum toto Collegio, liceat Archipresbytero exigere duplicatam portionem ex emolumentis associationis, in casu, &c.*

XII. *An in associatione Cadaverum Archipresbyteralis, vel Rectoralium, quæ fit propter amorem Dei, intervenire debeat totum Corpus Collegii, seu Capituli, vel potius sola Rectoralis, & respectivè Archipresbyteralis, cui defunctus subjaceat, in casu, &c.*

XIII. *An ex fructibus, qui distribuuntur in Collegio S. Leonardi, & ex Eleemosinis Missarum, quas Collegium, seu Capitulum recipit a Gubernatoribus SS. Sacramenti d. Terræ Campobassi, debeatur Archipresbytero portio duplicata, vel potiùs sola portio æqualis cum aliis de Collegio, in casu, &c.*

XIV. *An in aliis Processionibus non Funeralibus, in quibus intervenit totum Corpus Capituli, seu Collegii, usus Stolæ privativè competat soli Archipresbytero, vel potiùs cumulativè etiam dd. Rectoribus, in casu, &c.*

XV. *An, & qui teneantur assistere in officiis Diaconi, & Subdiaconi Archipresbytero celebranti, in Processionibus, & Missis solemnibus Pentecostes, Ascensionis, & Corporis CHRISTI, in casu, &c. & quatenus teneantur Rectores.*

XVI. *An in iis diebus eadem assistentia danda sit etiam Oeconomo Archipresbyteri impediti celebranti, in casu, &c.*

XVII. *An in Processionibus Feriæ secundæ, tertiæ, & quartæ Rogationum, & in Processione votiva prima diei Maji, possit Archipresbyter pro sui libito explere per se ipsum functionem cum Pluviali; vel potiùs id privativè spectet ad Rectores, juxta regulas Capitulationum anni 1715, in casu &c.*

XVIII. *An, a quibus, & quibus diebus facienda sit benedictio Crucium distribuen. juxta solitum, pro Portis Oppidi, & ad pias Populi devotionem, in casu, &c.*

XIX. *An pulsatio Campanarum, quæ pro Missa solemni dierum festorum fieri solet ab Ecclesia Rectorali S. Georgii ante alias Rectorales, & Archipresbyteralem, pendere debeat ab arbitrio Archipresbyteri, vel potiùs privativè a solo arbitrio Rectoris, in casu, &c. & quatenus negativè quoad primam partem.*

XX. *An dictis diebus festis pro d. Missa solemni liceat Ecclesiæ Archipresbyterali pulsare suas Campanas ante Campanarum dictæ Rectoralis S. Georgii pulsationem, in casu, &c.*

XXI. *An Procurator Collegii, ad quem spectat demandare primam pulsationem Campanarum Ecclesiæ Rectoralis Sancti Georgii in omnibus Processionibus Funeralibus totius Oppidi, demandare debeat dictam pulsationem de per se, vel potiùs de licentia Archipresbyteri, in casu, &c.*

SUMMARIUM.

1 *Exponitur status controversiæ, & plura in facto præmittuntur, & num. 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, & 10.*

11 *Parochialitas ex quibus probetur, & recensentur requisita essentialia, & circumstantiæ convincentes veram Parochialitatem, & num. 12, 13, 14, 15, 16, 17, & 18.*

Necesse non est, quòd Parochia habeat fines, & Populum distinctum, sed sufficit, quòd per distinctionem familiarum suas proprias habeat oves, eod. num. 12.

19 *Nomen Ecclesiæ Rectoralis idem est, ac Parochialis.*

Per observantiam centum annorum, & ultra est allegabilis quicumque melior titulus, ad constituendam Parochialitatem habilis, eod. num. 19.

20 *Qualitas Matricitatis rigorosè sumpta, de Jure competit soli Ecclesiæ Cathedrali, relativè ad omnes alias diœcesis Ecclesias, & num. 21.*

22 *Ad verificandum alteram speciem Matricitatis, cujus vigore una Ecclesia vocatur Mater, alia verò Filia, quid requiratur, & num. 23.*

24 *Sine necessitate, ac utilitate constituta non præsumitur nova Parochia in præjudicium Ecclesiæ Matricis, & num. 25.*

26 *Ecclesia Matrix, quæ passa fuit dismembrationem, transfundit in Ecclesiam filialem suam qualitatem, & naturam, & semper retinet illius Patronatum, & num. 27.*

28 *Retinet etiam jus aliquod super Ecclesia filiali in signum recognitionis.*

29 *Ecclesia filialis, si supprimatur, uniri debet cum rebus suis Ecclesiæ Matrici.*

30 *Quale jus tribuat tertia, & ultima Matricitatis species.*

31 *Inter duas Ecclesias, quarum una sit de libera collatione Ordinarii, altera verò de Jurepatronatus Laicorum, illa dicitur dignior ista.*

32 *Referuntur signa, ex quibus inter Ecclesias, de quibus agitur, æqualitas dignoscitur, & num 33.*

34 *Qui actus denotent digniorītatem, seu majoritatem unius Ecclesiæ supra aliam, & num. 35.*

36 *A quo tempore originem traxerit ritus baptizandi in Fontibus, ad id specialiter constructis.*

Olim in Ecclesiis Cathedralibus tantùm Baptismus conferebatur; postmodum cuilibet Parochiæ fons baptismalis assignatus fuit, eod num. 36.

37 *De Jure communi non solùm Ecclesiæ Parochiales, sed etiam non Parochiales facultatem habent retinendi Fontem baptismalem.*

38 *Quando agitur de actu facultativo, solus non usus etiam per longissimum tempus, facultatem non adimit illum exercendi, & quando.*

40 *Ecclesia Cathedralis prærogativam habet, quemlibet diœcesanum baptizandi alterius cujusvis Parochiæ inferioris.*

41 *Ad Rectorem Ecclesiæ Baptismalis quando privativè, quoad alios Parochos, spectet infantes baptizare.*

42 *Actus benedictionis cum Stola, alioque honorifico habitu in aliena Ecclesia expletus, illius subjectionem, passivamque servitutem arguit.*

Clavium retentio, seu facultas iis ad libitum utendi dominium præsefert, ibid.

43 *Quando ob distantiam loci tempore hyemali commodè Parochiani non possunt Divinis Officiis interesse, permittitur novæ Parochiæ erectio.*

46 *Liber Baptizatorum est unus ex illis, qui juxta præscriptum Sac. Conc. Trid. a Parochis retineri debet.*

47 *Et ad Parochum baptizantem privativè, quoad alios, spectat Libri Baptizatorum testimonium requirentibus dare.*

Parochi officium est oves suas non in genere solum agnoscere, sed personas qualibet in individuo, earumque ætatem, & qualitates, eod. n. 47.

49 *Actus usurpativus, & irrationabilis in nulla consideratione est habendus.*

50 *In actibus facultativis, & jurisdictionalibus, unicus etiam actus facultatem, & jurisdictionem præservat.*

54 *In materia præeminentiarum standum est particularibus cujusque Ecclesiæ Statutis.*

Nec non etiam antiquæ locorum consuetudini, eod. n. 54.

56 *Unusquisque a proprio Parocho Sacramenta recipere debet.*

57 *Licentia aliquem actum exercendi, magis magisque confirmat jus illam concedentis.*

58 *Consuetudo Juris dispositioni consentanea, religiosè servanda est.*

Neque ab actibus per illam introductis, extensio fieri debet ad alios actus, in quibus contraria assistit quasi possessio, eod. num. 58.

60 *Quoties agitur de Parochiis per materiales domos divisis, potest quis pro suo arbitratu domicilium, atque Parochiam mutare.*

Multò magis poterit illam ab initio eligere, etiamsi agatur de Parochiis per solas familias distinctis, eod. num. 60.

Decretum Sacr. Congregationis Apostolicæ, tamquam lex expressa, servandum est, ibidem.

62 *Idem Parochus domini est etiam Parochus famulorum, qui ipsi inserviunt.*

Sub nomine famil a uiscujus continentur famuli, ac famulæ illius servitio addicti, eod. num. 62.

63 *Consuetudo majus etiam robur accipit a manutentione judicialiter reportata.*

64 *In materia præeminentiarum totum facit observantia.*

65 *In Processione funebri Parochus omnibus præcedit, & ad ipsum spectat omnes functiones occasione funeris peragere.*

66 *Delatio Stolæ in Processione funebri signum est Jurisdictionis.*

Et a proprio Parocho, sive illius substituto, privativè quoad alios, cum omnimoda præcedentia, deferenda est, eod. num. 66.

Præeminentiæ, quæ debentur Parocho, debentur etiam illius substituto ibidem.

74 *De Massa communi omnes de Capitulo æqualiter participare debent.*

Quod diu servatum fuit, tolli non debet, eod. num. 74.

Abbas participare non debet in majori quantitate, quàm cæteri Beneficiati, ibidem.

75 *Per protestationem quando præservata remaneant jura, pro futuris temporibus protestanti competentia.*

76 *Imo stante clara concedentis voluntate, etiam sine jurium protestatione, qualibet observantia contraria nullam vim habet.*

77 *Archipresbyter pro eleemosynis Missarum duplex stipendium prætendens, facere videtur contra Constitutionem san. mem. Urbani VIII.*

78 *Cæremoniale Episcoporum vim legis habet.* 79

79 *Ubi Parochiæ distinctæ non sunt per domos materiales, sed per familias, in Processionibus, quæ fiunt in eodem Territorio, omnes Parochi actus jurisdictionales, & signanter delationis Stolæ, æqualiter exercere valent.*
80 *Stola in Processionibus non funeralibus non est signum jurisdictionale, sed duntaxat distinctivum Parochorum a cæteris Presbyteris; & in hac materia attenditur observantia.*
82 *Statutorum recentium, non autem antiquorum, dispositio servanda est.*
83 *Statuta, quæ per se non subsisterent, firmitatem accipiunt, si fuerint Apostolica auctoritate roborata.*
84 *Canonici Curam Animarum habentes, cogi non possunt in Officiis Divinis Archipresbytero assistere, & quare.*
94 *Actus clandestinus, pendente lite, attentatus, in consideratione habendus non est.*
96 *Quod in favorem alicujus concessum est, non debet in ejus odium, & damnum retorqueri.*
97 *Arbitrium in uno casu concessum, denegatum censetur in reliquis.*
98 *Consuetudines, ususque longævi immutandi non sunt.*
100 *Dantur resolutiones S. C. C. in hac causa Bojanen. Præeminentiarum.*

Eminentissime, & Reverendissime Domine.

1 BOjanum Urbs Regni Neapolitani in Comitatu Molisii, cujus Episcopus est Suffraganeus Archiepiscopo Beneventano, plura habet Oppida, in quibus insigne est illud Campobasli, quod, præter frequentissimum Clerum centum quinquaginta circiter Ecclesiasticorum, quinque fere Incolarum millia complectitur, & quatuor habet Ecclesias Parochiales, non jam distinctas per domos materiales, sed formaliter constitutas per certas determinatas familias hic illic dispersas, nimirum, Ecclesiam Sanctæ MARIÆ Majoris, quæ confertur ad nominationem Baronis, alteram Sancti Georgii, alteram Sancti Bartholomæi, & alteram SS. Angeli, ac Mercurii, quæ sunt liberæ collationis; atque ultra Parochias, habet etiam Ecclesiam Collegiatam sub titulo S. Leonardi, in qua Parochus S. MARIÆ Majoris, cæterique Parochi unà cum Presbyteris, & Clericis subalternis unicuique Parochiæ separatim addictis, Collegium constituunt, prout convenit inter Partes.

2 Nulla autem de istarum Parochiatum erectione, nulla de fundatione Collegii extat individua memoria; quippe quia in Archiviis reperitur solummodò Bulla sanmem. Clementis VII, qui anno 1526 univit mensæ Capitulari fructus Monasterii S. MARIÆ de Foris; reperiuntur antiqua Statuta Collegii, facta anno 1629, necnon recentissima Statuta edita anno 1715, jussu Archiepiscopi Beneventani Mettopolitani; nullumque aliud reperiri potuit documentum, quod ad corpus Parochiarum, & Collegii pertineret. Verùm ex Libris Visitationum ejusdem 3
Terræ initium sumentibus jam inde ab anno 1566, luculenter resultat, quòd Reverendissimi Episcopi Bojanenses visitationem ejusdem Oppidi semper inchoarunt in Ecclesia Collegiata S. Leonardi, ibidemque ab Archipresbytero, Parochis, Participantibus, Collegio, & Clero solitum receperunt obsequium.

Prout etiam ex Libro Visitationum anni 1616, apparet, quod ab eo usque tempore Fons Baptismalis factus fuerat pro communi omnium Parochiarum usu in eadem Collegiata Ecclesia S. Leonardi, quòd ibidem asservabatur Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum pro omnibus Parochiis, clavisque Ciborii tribus mensibus retinebatur ab Archipresbytero, tribus a Parocho S. Georgii, aliis tribus a Parocho S. Bartholomæi, & denique tribus aliis mensibus a Parochis tunc distinctis duarum Parochiarum postmodum unitarum SS. Angeli, & Mercurii. Quodque jam inde ab illo tempore in controversiam adducta fuit portio duplicata, quam Archipresbyter super fructibus Massæ communis exposcebat. 4

Quin etiam in libro Visitationum, anni 1617, expressum legitur, quòd Rectores omnes *SUNT CAPITA, ET PRÆFECTI SUARUM ECCLESIARUM, ET RESPECTIVE SUI CLERI*; atque in libro Visitationum anni 1629 duo potissimum ad præsentem controversiam pertinentia, jam tum in Partium contradictorio constituta, conspiciuntur, quòd nimirum neque Ecclesia S. Mariæ Majoris, in qua Rector est Archipresbyter, nec reliquæ Parochiales inferiores pulsare possent Campanas occasione canendi Missas, nisi prius pulsatæ fuissent Campanæ Ecclesiæ S. Georgii, quodque quilibet Advena domicilium contrahens in Oppido Campobasli, eligere posset pro sua familia quamcumque ex Parochiis sibi magis bene visam. 5

Prædicta autem Ecclesia Parochialis S. Georgii injungit Parocho, illiusque Canonicis subalternis certum Missarum numerum pro Populo celebrandarum, septemque alias sub sua Jurisdictione habet Ecclesias Granciales, seu subalternas, & illius Rectores peculiarem Baptizatorum librum retinuerunt, ac per se ipsos, vel alios substitutos baptizarunt proprios Parochianos; Sacramenta per semetipsos etiam famulis, & famulabus exteris pro- 6

priorum Parochianorum ministrarunt, ac nisi cum *EXPRESSA IPSORUM LICENTIA*, numquam potuit Archipresbyter aliquem Parochianum ejusdem Parochialis baptizare.

7 Rector Ecclesiæ Sancti Bartholomæi ultra alias sex Granciales Ecclesias suppressas, habet & ipse cum suis Canonicis participantibus onus Missarum pro Populo, retinetque Grancialem subalternam, Ipse per se exigit distinctas decimas prædiales, quas Ecclesia illa habet etiam super Territoriis aliarum Ecclesiarum; atque ipse, ejusque Oeconomi Sacramenta ministrarunt propriis Parochianis, eorundemque Parochianorum famulabus, & famulis advenis, idemque solitum Baptizatorum librum retinuit.

8 Ut etiam Ecclesia Parochialis SS. Angeli, & Mercurii retinuit librum Baptizatorum, exegit decimas prædiales, Sacramenta ministravit tum propriis Parochianis, tum etiam eorum famulabus, & famulis, habuitque semper onus Missarum pro populo, quod habere solent Ecclesiæ Parochiales.

9 Verumtamen Clavis Fontis Baptismalis erecti intra Ecclesiam Collegiatam S. Leonardi ad commune omnium Incolarum, omniumque Parochorum commodum, retenta semper fuit a Sacrista ejusdem Ecclesiæ Collegiatæ; itidemque sumptibus Massæ communis ejusdem Ecclesiæ Collegiatæ parata fuerunt Sacramentalia pro toto Populo, & in functionibus tam particularibus, quàm communibus servatum semper pacificè fuit cum omnimoda æqualitate inter Archipresbyterum, cæterosque Parochos id, quod enarrant Testes, id quod constat ex Juribus Archivii, id, quod addit Reverendissimus Episcopus in suis relationibus; atque id demum, quod expressum est in prædictis ultimis Statutis anni 1715, quæ san. mem. Benedictus XIII, non solùm per id tempus auctoritate Metropolitica, sed etiam postmodum Apostolica potestate confirmavit.

10 Nuper verò R. D. Ferdinandus Mascillo Adversarius, hodiernus Parochus S. Mariæ Majoris, homo novis rebus studens, qui suo Archipresbyteratu vanè sumens, sese magnificè inscribit *ARCHIPRESBYTERUM CAMPOBASSANEN.* aliumque quasi Episcopalem titulum *PAROCHI PAROCHORUM DEI GRATIA*, usurpare tentavit, atque præsumpsit, multa contra omnem juris rationem proposuit coram hac Sac. Congregatione ad sustinendos abusus jam introductos, introducendosque novos longè deteriores in grave damnum, & præjudicium reliquorum Parochorum, totius Collegii, ac Parochianorum; quocirca, audito de more Reverendiss. Episcopo vices Eminentiss. & Reverendiss. D. Cardinalis Vicarii cum magno Curiæ plausu, summaque omnium ordinum gratia, & benevolentia, a pluribus jam retro annis sustinente, ut perspici potest ex illius Relationibus; concordata tandem fuerunt, instante, & petente ipsomet Domino Adversario, dubia præinserta, quæ decidenda omninò esse favore DD. Rectorum Principalium certò confidimus, prout etiam Eminentiss. PP. obsequentissimè supplicamus.

11 Distinctè autem, & ordinatè procedentes, ordientesque ab examine primi dubii, quo quæritur, *An constet de Parochialitate Ecclesiarum Rectoralium*, respondendum credimus *affirmativè*; propterea quòd eædem Ecclesiæ habent omnia necessaria Parochialitatis requisita, habent Jura, onera, ac præeminentias Parochiales, atque etiam ab immemorabili nomen Parochialium retinent: quibus sanè concurrentibus, de nostrarum Ecclesiarum Parochialitate dubitari nullo modo potest, ex plenè traditis per *Rot. cor. Bich. dec. 228, num. 19, & seq. cor. Caprar. decis. 557, num. 5; & in Nullius, seu Vigilien. Parochialitatis super bono jure, 1 Julii 1715, § Concurrunt, coram Reverendiss. Crispo*

12 Et profectò primum substantiale Parochiæ constitutivum est locus certis limitibus circumscriptus, in quo Populus degat, *Can. Ecclesiarum 13, quæst. 1, Can. Plures 16, ead. quæstion. 1; Sac. Concil. Trid. sess 24, de reform. cap. 13, in fin.* Et quamvis in Oppido Campobassi nulla adsit materialis distinctio Domorum, ac limitum inter Rectorales, & Archipresbyteralem, adest tamen inter eas formalis distinctio familiarum: quælibet enim Rectoria, & Ecclesia suas agnoscit familias, licèt in Oppido sparsim habitantes, prout refert Reverendiss. Episcopus; quæ quidem formalis distinctio per solas familias æquivalet omninò materiali distinctioni, quam habent aliæ Parochiæ per Domos, quemadmodum, aliis omissis, benè observant *Barbos. de offi. & potest. Paroch. par. 1, cap. 1, numer. 13, & seq. & sequitur in annot. ad Conc. Trid. sess. 24, de Reform. cap. 13. num. 7, Gonzal. ad reg. 8 Cancell. reg. 87. numer. 96;* cl. mem. Card. De Luc. in Miscell. Eccles. disc. 1, num. 31, ibi -- *Aliæ Parochiæ inter se distinctis fines, distinctumque Populum habent, adeò ut quilibet Pastor suas agnoscat oves, neque unum ovile cum altero confundatur. Aliæ verò sine finium distinctione proprias, & distinctas agnoscunt oves PER SOLAM DISTINCTIONEM FAMILIARUM* - *Panimoll. dec. 5, annot. 1, num. 37; Rot. in Cassanen. Jurium Parochialium, seu Præeminentiarum, 6 Junii 1707, § Eum verò, cor. bon. mem. Cassarello.*

13 Alterum essentiale Parochialitatis requisitum consistit in eo, quòd cura Animarum exerceatur a Rectore Ecclesiæ non alieno, sed proprio nomine, prout reverà servatur in nostris Ecclesiis Rectoralibus; nam Rectores jam inde ab anno 1617 vocati fuerunt in actu visitationis *Capita, & Præfecti suarum Ecclesiarum, & Cleri respectivè*; & unusquisque Rector semper exercuit animarum curam nomine proprio independenter ab aliis, & ab ipsomet Archipresbytero, quam circumstantiam pro adstruenda Parochialitate expendunt *Pax-Jordan. lucubrat. Canonic. tom. 2, lib. 10, tit. 8, num. 5, & seq. Panimoll. dec. 5, annot. 1, num. 2; Rot. coram Bich. dec. 208, num. 19, & seq. in Aretina Jurium Parochialium, 27 Februarii 1704, § Etenim, coram bon. mem. Ansaldo; & in Nullius, seu Urgellen. Parochialitatis super bono Jure, 1 Julii 1715, § Concurrunt, cor. Reverendiss. Crispo.*

14 Tertium substantiale Parochialitatis constitutivum est potestas Fori Pœnitentialis cum correspectiva necessitate recipiendi, & administrandi Sacramenta, quod æquè clarè concurrere probatur in nostris Ecclesiis Rectoralibus; quippe quia Familiæ unius ex dictis Ecclesiis nunquam recipere potuerunt Sacramenta ab alio Rectore, aut ab ipso Archipresbytero, nisi cum expressa proprii Rectoris licentia; Præcepto Paschali nonnisi per manus proprii Rectoris satisfecerunt, atque ab ipso proprio Rectore unusquisque solitam Communionis pagellam recepit; quin etiam unusquisque Sanctissimum Viaticum, Extremam Unctionem, ac sepulturam a propria Rectorali Ecclesia semper recepit, & ad hunc effectum clavis Ciborii Sanctissimi Sacramenti, & Chrismatis, quæ hodie asservatur in Ecclesia Collegiata, antiquis temporibus retinebatur per turnum ab Archipresbytero, cæterisque Rectoribus. Quæ planè omnia superlativè probant prædictam Fori Pœnitentialis potestatem cum suis requisitis, juxta firmata per *Grattan. discept. 865, num. 11, & 14; Rot. decis. 52, per tot. part. 2; Diversf. coram Caprar. decis. 577, num. 1; & in Bononien. Jurium Parochialium, 2 Julii 1717, § Pariformiter, cor. bon. mem. Herrera.*

15 Quartum denique requisitum in eo situm est, quòd Sacerdos singulariter, & non cum aliis curam administret; id quod mirabiliter probatum remanet ex recensita facti circumstantia, quòd nullus umquam Rector, aut Archipresbyter potuit sese immiscere administrationi Sacramentorum pro Familiis reliquarum Rectoralium Ecclesiarum, nisi prævia expressa proprii Rectoris licentia. Quamobrem, concurrentibus hisce requisitis, nefas est dubitare de vera, propriaque Rectoralium Ecclesiarum Parochialitate, ut unanimiter tradunt *Gonzal. ad reg. 8, Cancell. gloss. 6, num. 36, Rot. in rec. decis. 380, num. 11, par. 5, cor. Bich. dec. 228, num. 19, & seqq. in Bononien. Jurium Parochialium, 2 Julii 1717, § Cujus præsumptionis, in fin. coram bon. mem. Herrera; & in Policastren. Jurium Parochialium, 10 Jan. 1729, § Sed etiam; cor. R. P. D. Cincio.*

Nec tamen silentio taciti præterire possumus, quòd præter requisita huc usque deducta habet unaquæque ex Ecclesiis Rectoralibus onus particulare Missarum pro suo Populo celebrandarum; unaquæque antiquitùs retinebat Sacramentum Eucharistiæ, quod postmodum in Ecclesia Capitulari S. Leonardi ad commune omnium commodum asservari cœptum fuit; unaquæque suos tumulat Parochianos sine electione sepulturæ decedentes, & particulare recipit emolumentum ratione stolæ; unaquæque suas recipit peculiares oblationes, decimasque exigit personales, atque prædiales; & unaquæque demum celebrat Matrimonia, publicatque denunciationes propriorum Parochianorum, necnon iisdem distribuit solitas Syngraphas occasione Communionis Paschalis. 16

Enim verò omnes istæ circumstantiæ non innuunt, sed apertè ostendunt, ac magis, magisque evincunt veram Ecclesiarum Rectoralium Parochialitatem, prout de onere celebrandi Missas pro Populo disponit *S. Trident. Concil. sess. 23, cap. 1, de Reformat. in princip.* & notat *Rota, coram Coccin. dec. 2089, num. 3, ad 9; in Bononien. Parochialis, 6 Maji 1715, § Observantia, coram clar. mem. Cardin. Scotto; & in Sutrina Præcedentiæ, 8 Maji 1716, § Parique, coram Eminentissimo Althan*; de retentione, & administratione Sanctissimæ Eucharistiæ *Text. est in Clement. 1, de Privil. Panimol. dec. 5, annot. 1, num. 16, & 17, Rota, coram Peutinger. dec. 17, num. 3; in rec. dec. 380, num. 13, par. 5; & in dicta Nullius, seu Urgellen. Parochialitatis super bono jure, 1 Julii 1715, § Interdicta, coram Reverendissimo Crispo*, de tumulatione decedentium absque electione sepulturæ *Barbos. de offic. & potest. Paroch. cap. 1, num. 19, & 30, Panimoll. d. decis. 5, annot. 1, n. 12, in fin. Rot. in rec. dec. 77, num. 2, par. 8; & decis. 225, num. 1, part. 19; & in Bononien. Jurium Parochialium, 2 Julii 1717, § Cujus, vers. & de tumulatione, cor. bon. mem. Herrera.* 17

De receptione oblationum, ac decimarum *clar. mem. Card. De Luc. de Paroch. disc. 31, num. 8; & de Benefic. disc. 49, num. 5, & 6; Rot. cor. san. mem. Gregor. XV, dec. 504, num. 2, & 3; & coram Coccin. dec. 454, num. 4; in Recent. dec. 330, num. 6, part. 11, in Sutrina Præcedentiæ,*

29 Februarii 1714, § *Similiter*, & *Decimæ*, *coram Reverendissimo Crispo*; & *in Nullius*, *seu Urgellen. Parochialitatis super Bono fore*, 1 *Julii* 1715, § *Inter dicta*, *coram eodem*; de celebratione Matrimoniorum, ac denunciationibus; *Sac. Concil. Trident. sess.* 24, *de Reformat. cap.* 1; *Rot. in Rec. d. dec.* 380, *num.* 31, & 32, *par.* 5, *tom.* 1; *decis.* 77, *num.* 1, *par.* 8; *in Aretina Jurium Parochialium*, 15 *Januarii* 1703, § *Verùm*, *coram bon. mem. Ansaldo*; & *in dicta Bononien. Jurium Parochialium*, 2 *Julii* 1717, § *Cujus*, *vers. de assistentia*, *coram bon. mem. Herrera*. Et de distributione Pagellarum in Communione Paschali, *Ursaya discept. Eccles. part.* 2, *discept.* 2, *num.* 128; *Panimoll. dec.* 5, *anuot.* 1, *num.* 52; *Rot. in Rec. dec.* 258, *num.* 1, *par.* 1.

19 Fortiùs verò hæc urgent animadvertendo, quòd centum, & amplius ab hinc annis non modò hæc omnia pacificè peracta fuerunt; verùm etiam eædem Ecclesiæ Principales tum in antiquis Statutis anni 1629, tum in novis anni 1715, tum etiam in cæteris omnibus actibus semper suppositæ, ac respectivè nuncupatæ semper fuerunt partim *RECTORALES*, quod idem est ac *PAROCHIALES*, *ad Text. in cap.* 1, *de Capell. Monach. Archidiac. in Can. licet*, *de elect. in* 6; *Rot. in Rec. dec.* 816, *num.* 11, *part.* 18; & partim etiam *PAROCHIALES*. Porrò, concurrente ista adeò longæva, & a centum, & ultra annis ad diem usque motæ litis constantissimè continuata observantia, certi, exploratique Juris est, quòd Parochialitas satis, superque probata dicenda est per exhibitionem cujuscumque tituli, qui de jure Parochialitatem potuisset melius, certiùsque constituere, atque transferre, ut totidem verbis in puncto concludit *Rot. in Uratislavien. seu Gedanen. Parochialitatis*, 30 *Junii* 1719, § *Unde dubitari*, *coram bon. mem. Foscaro*.

20 Expediti a primo Dubio progredimur ad examen secundi respicientis præeminentiam Matricitatis, quam Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Majoris deberi contendit ejus Archipresbyter Adversarius supra reliquas Ecclesias Parochiales nostras Principales, quod quidem dubium *negativè* resolvendum esse speramus, quia Ecclesia S. Mariæ Majoris dici nequit Matrix genere ullo, aut specie Matricitatis comparativè ad prædictas Rectorales Ecclesias.

21 Et sanè non est Matrix in primo gradu rigorosæ Matricitatis, eo quòd D. Archipresbyter Adversarius certò certius asserere sibi non audebit Concathedralitatem cum Ecclesia Bojanensi; gradus enim, titulusque rigorosæ Matricitatis de jure competit solis Ecclesiis Cathedralibus relativè ad omnes alias Diœcesis Ecclesias, juxta *Text. in Cap. Venerabile*, *de verb. signif.* ibique *Gonzal. Cap. Ex transmissa*, *de Præscript. Abb. in Cap. ex parte* 2, *de rescript.* & *in Cap. dilectus*, *numer.* 11, *de Capell. Monach. Barbos. in Cap. Ad Audientiam*, *num.* 7, *de Decim. Fagnan. in Cap. Ad audientiam il primo*, *numer.* 10, *de Eccles. Ædific. Rota in rec. decis.* 552, *num.* 11, *par.* 5, cum aliis per *Rot. in Bisinianen. Præeminentiarum*, 16 *Januar.* 1711, § *Descendendo*, *cor. bo. me. Ansaldo*.

Prout etiam Matrix non est in secundo 22
genere, ac secundo gradu illius veræ, ac propriæ Matricitatis, cujus vigore una Ecclesia vocatur Mater, & altera Filia, prout notant *Pignattell. consult.* 109, *nu.* 6, *tom.* 9; *Piton. discept. Eccles.* 106, *nu.* 13, *tom.* 4. Ad assequendum enim gradum, atque præeminentiam hujusce Matricitatis, necessariò probandum exadverso foret, quòd Ecclesia Sanctæ Mariæ Majoris fuisset usque ab initio unica totius Oppidi Parochia, quodque deinde cum illius multiplici dismembratione aliæ quatuor, seu tres Ecclesiæ Parochiales S. Georgii, S. Bartholomæi, & SS. Angeli, ac Mercurii erectæ fuissent ad terminos *Text. in cap. Ad audientiam prim. de Eccles. Ædific. Cap. Præterea*, *de Transact. Clem. prima de Sent. Excommun. de quibus cl. mem. Card. De Luca de Præemin. disc.* 42, *num.* 12, & 13, & *de Decim. disc.* 12, *numer.* 13; *Monacell. Formul. Legal. Tom.* 1, *Tit.* 2, *Formul.* 3, *per tot.* optimè *Scafauton. ad Ceccoper. tom.* 2, *Animad. ad tit.* 10, *lib.* 4, *num.* 6, & *seq.* ibi — *In casu*, *quo aliqua Ecclesia sit certis limitibus separata*, & *habeat proprium Rectorem cum titulo collativo*, & *perpetuo*, *qui nomine proprio Sacramenta administret*, *quæ constituunt veram Parochialem independentem*, *ac verum*, & *proprium Parochum*, &c. *vel non constet de fundatione*, *vel dotatione ipsius Ecclesiæ prævia dismembratione partis Parochiæ*, & *Bonorum Ecclesiæ*, *quæ jura Matricitatis prætendit*, *nunquam potest inferri*, *quòd verificetur prima*, *vel secunda species Matricitatis*, &c. *ita ut*, *non probatis requisitis prædictis concludenter*, *nulla possit prætendi per Rectorem Ecclesiæ Majoris subjectio*, *seu aliqua subordinatio Ecclesiæ inferioris* — *Rot. coram Priol. decis.* 36, *numer.* 13, & *seq.* & *coram Ansald. dec.* 6, *num.* 10; *in Cosentinen. Jurium Parochialium*, 6 *Junii* 1707, *per tot. coram bon. mem. Caffarello*.

In Gerunden. Anniversariorum prima 23
Julii 1709, § *Ad hujusmodi*, *coram Reverendissimo Crispo* ibi — *Ut etiam aliqua Ecclesia filialis dici possit*, *deberet esse erecta*, *prævia dismembratione Partis Parochiæ*, *atque cum participatione illius proventuum*, *his autem deficientibus*, *Parochia-*

chialis Ecclesia Matrix propriè nuncupari non valet, sed Matrix impropria, & magis remota resultans ex eo, quòd sit respectivè ad eam major, quæ majoritas nihil ad subjectionem infert – & in Bisinianen. Præeminentiarum, 16 Januarii 1711, § Quodque, coram bon. mem. Ansaldo.

24 Tantum autem abest, quòd exadverso probari possit, reliquas Parochias cum dismembratione Parochialis S. Mariæ Majoris constitutas fuisse, ut immo potiùs ab antecedentibus, concomitantibus, ac subsequentibus evidentissimis demonstrationibus contrarium manifestè convincatur.

25 Et quidem ab antecedentibus; quia, si revera in Oppido Campobassi adfuisset in ipso sui initio unica Parochia, subdivisa deinde, ut exadverso contenditur, in alias subalternas, nihil profectò proponeretur, cur Episcopi permisissent affectam illius dismembrationem ad effectum constituendi alias Parochias cum sola Familiarum distinctione. Data quippe Familiarum per totum Oppidum dispersione, nullum majus commodum Oppidanis attulisset eadem figurata dismembratio, & nova Parochiarum constitutio, ut sensui patet; proindeque hæc divisio parochiarum per solas Familias sine materiali divisione Territorii luculenter ostendit admitti, supponique nullo modo posse prætensam dismembrationem, quæ est principale fundamentum Matricitatis, ne alioquin dicatur, quòd sine necessitate, ac utilitate oscitanter fuerint constitutæ novæ Parochiæ in præjudicium Matricis Ecclesiæ, ex firmatis per *Rot. in recen. dec. 223, num. 11, part. 6, dec. 224, num. 18, par. 10; & decis. 578, num. 6, & 7, part. 19, & in Leodien. dismembrationis, 3 Julii 1713, § Præter nullitates, cor. Reverendiss. Crispo; & 25 Jun. 171., § Minusque, & seq. cor. bon. mem. Lancetta.*

26 A concomitantibus autem; quia Ecclesia S. Mariæ est de Jurepatronatus Laicali, & ad nominationem Baronis confertur; reliquæ verò Ecclesiæ Parochiales Campobassi sunt liberæ collationis; & tamen indubitati Juris est, quòd Ecclesiæ filiales retinent semper naturam Ecclesiæ Matricis, quinimo ipsa Ecclesia Matrix, quæ passa fuit dismembrationem, semper habet Patronatum Ecclesiæ filialis, juxta Censuram *Text. in Cap. Ad audientiam, de Eccles. Ædific.* ubi Alexander III, rescribens Archiepiscopo Eboracen. eidem expresè mandavit, ut in Ecclesia noviter ædificata, ac filiali, Sacerdotem ad præsentationem Rectoris Ecclesiæ majoris institueret; *Garz. de Benef. par. 5, cap. 9, num. 57; Barbos. ad Conc. Trident. sess. 21, cap. 4, de Reform. num. 13; Monacell. Formul. Legal. Tom. 1, Tit. 2, Formul. 3, num. 12; Rot. coram Ansald. dec. 63, num. 10; & in dicta Bisinianen. Præeminentiarum, 16 Januarii 1711, § Quodque, cor. Eodem.*

Ideoque, si Ecclesiæ Rectorales non sunt ejusdem naturæ, ejusdemque qualitatis, cujus est Ecclesia S. Mariæ, nunquam dijudicari possunt illius filiales. Supposita quippe dismembratione, Patronus Ecclesiæ S. Mariæ certò certiùs sibi reservasset Juspatronatus super aliis novis Ecclesiis Rectoralibus, cùm pro hujusmodi potissimùm causa in dismemorationinibus semper citari debeant Patroni Ecclesiæ, quæ dismembratur, ex firmatis per *Rot. in Leodien. Dismembrationis, prima Februarii 1712, § Defectus, cor. Eminentiss. Falconer. & 22 Junii 1714, § Subsistit, cor. bon. mem. Lancetta.* 27

Rursus Ecclesia Matrix, quæ passa fuit dismembrationem, retinet semper Jus aliquod super Ecclesiis filialibus in signum recognitionis, ut habetur *in dict. Cap. Ad Audientiam, de Eccles. Ædific.* ibi – *Provideat tamen, ut competens in ea honor pro facultate Loci Matrici Ecclesiæ servetur* –; & tamen Ecclesia S. Mariæ nullum Jus habet in aliis Ecclesiis, nullumque ab iis exigit honorem, quinimò illa ipsa die, qua D. Archipresbyter celebrat in Ecclesia Sanctæ Mariæ Festivitatem Tituli, illa, inquam, ipsa die eadem festivitas solemniori cum pompa celebratur in Ecclesia S. Georgii, ex quo quidem evidens redditur, nostras Ecclesias Rectorales haudquaquam dici posse filiales respectu Ecclesiæ S. Mariæ Majoris Adversariæ, ut arguunt *Monacell. d. Formul. 3, num. 13; Scarfanton. ad Cecoper. lib. 4, tit. 10, num. 2.* 28

Et denique ad subsequentia descendendo, si Ecclesia Sanctæ Mariæ verè fuisset Matrix cæterarum Parochiarum, utique Parochia S. Angeli, jamdudum suppressa, unita fuisset eidem Matrici, non autem alteri Ecclesiæ S. Mercurii, ut in proximis terminis est *Text. in Can. Prima actione 16, quæst. 3,* ibi – *Ecclesia receptura est Parochiam, quam ante tenuit, cum rebus suis* – ut notant *Rot. cor. Bich. dec. 640, num. 11, in rec. dec. 404, num. 19, par. 19; & in Clement. Pertinentiæ, 14 Aprilis 1725, § Posito, cor. bon. mem. Cerro.* Potissimum verò, quia non agitur de Parochiis per materiales domos divisis, in quibus spectanda foret Ecclesiarum vicinitas, & commodum inde resultans filiis Parochiæ suppressæ; sed res est de Parochiis per solam familiarum formalitatem distinctis, quæ cum æquali commodo uniri potuissent Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, prout liquet cogitanti. 29

Ultima species Matricitatis, quæ se cum fert simplicem majoritatem, seu Dignioritatem, quo ad certos determinatos 30

actus

actus & *effectus*, *Teste clar. mem. Card. De Luc. de Decim. disc.* 12, *num.* 13; & *Rot. in Bisinian. Praeeminentearum*, 16 *Januarii* 1711, § *Ac propterea*, *coram bon. mem. Ansaldo*; & *in Novarien. Praeminentiarum*, 26 *Junii* 1726, *per tot. coram R. P. D. Ratto*, non nimis in pretio est apud Dominum Archipresbyterum Adversarium, qui dubium concordari voluit quoad Matricitatem secundæ speciei, importantem subjectionem filiarum; sed, etiamsi deberi sibi contendisset istiusmodi majoritatem, & dignitatem, ejus tamen conatus frustra impensi fuissent; quia reliquæ Ecclesiæ Principales nostræ, vel digniores, vel saltem æquales probantur cum Ecclesia Sanctæ Mariæ, & quoad istam Matricitatis speciem Ecclesia Capitularis, seu Collegiata S. Leonardi revera dignior, & Matrix esse dignoscitur.

31 Profectò Ecclesiæ Rectorales S. Georgii, S. Bartholomæi, ac SS. Angeli, & Mercurii probantur Digniores Ecclesia Sanctæ Mariæ; quia ista, ut jam diximus, est de Jurepatronatus Laicorum, illæ verò sunt liberæ collationis; quæ quidem est substantialissima differentia præcisè considerata ad effectum arguendi majoritatem, dignioritatemque unius Ecclesiæ supra alteram, prout perspici potest ex bene firmatis per *Rot. in dicta Novarien. Praeminentiarum*, 26 *Junii* 1726, § *Multiplices*, *coram R. P. D. Ratto*, ibi - *Urgebat enim primò, quòd Ecclesia S. Venantii semper fuit, prout adhuc est, de libera collatione Ordinarii; illa verò Sanctæ Mariæ, tamquam de Jurepatronatus Laicorum, subjicitur nominationibus privatorum; hæc autem subjectiva qualitas unius comparativè ad liberam qualitatem alterius, exemplo duarum Ecclesiarum, quarum una confertur a Papa, altera verò ab Ordinario, majoritatis signum evincit favore Ecclesiæ liberæ collationis*.

32 In cæteris autem actibus tam Ecclesia Sanctæ Mariæ, quàm Reliquæ Rectorales probantur æquales; etenim in actu Visitationis omnes illarum Rectores æqualiter vocati fuerunt *Capita suarum Ecclesiarum*, & *Cleri*; clavis Ciborii Sanctissimi Sacramenti, & Chrismatis æqualiter per turnum ab omnibus retenta fuit; in electione Procuratoris Capitularis omnes Ecclesiæ æqualiter fuerunt consideratæ, Jus Stolæ, ac delatio propriæ Crucis in Processionibus Ordinariis æqualiter ivit in orbem inter omnes Ecclesias; clavis Fontis Baptismalis retenta semper fuit penès Sacristam Ecclesiæ Capitularis ad commune omnium æquale commodum; quælibet Ecclesia æqualiter habet suas Subalternas Ecclesias Grangiales; quælibet Ecclesia suas æqualiter habet decimas prædiales; quælibet Ecclesia suos habet Participantes, prout Ecclesia Sanctæ Mariæ; unusquisque Rector suas æqualiter agnoscit oves, eisque Sacramenta ministrat, vel ministrari permittit; unusquisque funus celebrat propriorum Parochianorum cum præcedentia super cadaveribus; & unusquisque Rector in ultimo agone Sacramenta recipit a propriis subalternis Ministris.

Et quamvis in Ecclesia S. Mariæ olim fieret a Capitulo Benedictio Palmarum, illa tamen æqualiter fieri solebat etiam in Ecclesia S. Mercurii cum divisione Cleri. Quamvis in Ecclesia S. Mariæ fiat benedictio Fontis, fit tamen non ab Archipresbytero, sed a Rectoribus per turnum cum assistentia Capituli, estque omnibus communis; id quod non leve argumentum est prærogativæ, ut benè notat *Francesc. de Ecclesf. Cathedral. cap.* 19, *n.* 61, & 124, & *seq.* Ac insuper in Ecclesia S. Georgii redduntur rationes, & asservatur Archivium Capituli; quamvis occasione ejusdem functionis Sabbati Sancti, de more, primæ omnium pulsentur Campanæ S. Mariæ, attenta functione Capitulari, quæ fit in eadem ipsa Ecclesia a Rectoribus per Turnum; in cæteris tamen totius anni festivitatibus priùs pulsantur Campanæ S. Georgii vigore decretorum Sac. Visitationis; quamvis Processiones Rogationum exeant ab Ecclesia S. Mariæ, illa tamen Pentecostes exit ab Ecclesia S. Mercurii; & quamvis denique in omnibus extraordinariis Processionibus præcedat Crux S. Mariæ, omnes tamen Rectorales habent & ipsæ in iisdem Processionibus suas cruces discoopertas, quod sufficit ad indicandam, præservandamque æqualem omnium Ecclesiarum Jurisdictionem, juxta perpensa per *clar. mem. Card. De Luca de Praemin. discurs.* 5, *num.* 12; & *in Miscell. disc.* 37, *num.* 13; *Piton. discept. Ecclesf.* 9, *num.* 77; *Rota in Neritonen. Praecedentiæ super bono Jure*, 3 *Julii* 1713, § *Jam verò*; & 19 *Februarii* 1714, § *F.n. cor. cl. mem. Card. Scotto*. 33

Quin etiam aliud duplex majoritatis, ac dignioritatis Ecclesiarum Rectoralium validissimum argumentum consurgit ex duplici illa facti circumstantia, quòd nempe Rectores per Turnum celebrent, & benedicant fontem in Ecclesia S. Mariæ, præsente, ac patiente ipsomet Archipresbytero, quodque occasione Rogationum exeat Processio ab Ecclesia Sanctæ Mariæ sub sola Cruce Rectoralium penitùs denudata, & *sub directione Rectorum cum Stola incedentium*; actus enim exercitus in aliena Ecclesia indicat majoritatem agentis, *Monacell. formul. legal. part.* 1, *tit.* 2, *formul.* 3, *num.* 13, *Rot. coram Coccin. decis.* 2089, *num.* 10, & *seq. cum aliis in Forolivien. Jurium Parochialium*, 7 *Decembris* 1716, § *Ut autem*, *coram bo. mem. Lancetta*. Delatio Stolæ in aliena Eccle- 34

sia

sia præfesert super ea Jurisdictionis si-
gnum, & argumentum præeminentiæ in
deferente, ex traditis per *Rot. in Nullius,
seu Montis Cassinen. Manutentionis super
Delatione Stolæ*, 22 *Junii* 1714, § *Merito*,
coram bon. mem. Ansaldo; *in Calaritana
Jurium Parochialium super bono Jure*,
2 *Julii* 1725, § *Delatio verò, coram R. P.
D. Ratto, & in Bisinianen. Præeminentiarum*,
27 *Januarii* 1727, § *Fin. coram R.
P. D. Calcagnino*; & id ipsum demonstrat
incessus sub unica Cruce, ut admonent
Decian. respons. 77, *num.* 7, *lib.* 2;
Ventrigl. de jurisdiction. Archiepisc. cap.
17, *num.* 8; *Pignatell. consult.* 73, *num.*
116, *tom.* 8; *Rot. in Trojana Delationis
Crucis super bono jure*, 10 *Decemb.* 1708,
§ *Neque bonum, coram Reverendiss. Aldrovando,
& in Tranen. Præeminentiarum
super Reservatis*, 3 *Junii* 1715, § *Ratio,
coram clar. mem. Card. Scotto*.

35 Sed, si veritatem amamus, Ecclesia
Capitularis S. Leonardi in hac linea Matrix
omnium Parochialium dicenda est;
hæc namque Jus haber certas peragendi
functiones tam in Ecclesia S. Mariæ,
quàm in aliis Ecclesiis Parochialibus. Hæc
ministrat Sacramenta universo Populo:
Ab hac regulariter exeunt omnes Processiones,
exceptis illis Rogationum, & Pentecostes:
Ab hac assignatur hora Archipresbytero,
cæterisque Rectoribus, qui
quotidie ad eam accedunt, infantes ad
ipsam deferendo, ut baptizentur, Sacrumque
Viaticum ab ea recipiendo: Ab
hac regulariter inchoatæ fuerunt Episcoporum
Visitationes: Ad hujus valvas affixa
regulariter fuerunt edicta Episcopalia;
& in hac denique factæ fuerunt Processiones
extraordinariæ unà cum cæteris
Publicis universalis lætitiæ festivitatibus.
Hæc autem omnia sunt requisita, quæ
plenissimè probant majoritatem, digniotitatem,
seu Impropriam Ecclesiarum Matricitatem
ex promiscuè traditis per *Rot.
in Bisinianen. Præeminentiarum*, 10 *Februarii*
1710, *coram bon. mem. Ansaldo*;
in Tranen. Præeminentiarum super reservatis,
3 *Junii* 1715, § *Matricitas, &
seq. coram cl. mem. Card. Scotto, & in
Novarien. Præeminentiarum*, 26 *Junii*
1726. *per tot. coram R. D. Ratto*.

36 Gradum facimus ad examen III, & IV
Dubii super erectione Fontium Baptismalium
in singulis Ecclesiis Parochialibus,
pro quorum affirmativa resolutione illud
est apposite præmittendum, quòd, restituta
Ecclesiæ Catholicæ tranquillitate,
per admirabilem Constantini Magni conversionem,
introductoque laudabili ritu
baptizandi non amplius in Fluminibus,
& in Fontibus communibus, sed solummodo
in Fontibus ad id specialiter extructis,
cum positivo præcepto non aliter
baptizandi, prout observant *Durant.
de Rit. Eccles. lib.* 1, *cap.* 19, *num.* 8, *&
seqq. Franc. de Eccles. Cathed. cap.* 19,
num. 1, *& seqq. & num.* 8; quamvis iidem
Fontes erecti ab initio fuissent in Ecclesiis
dumtaxat Cathedralibus, quæ propter
jus privativum Baptizandi vocabantur per
antonomasiam *Ecclesiæ Baptismales*, teste
Daniel. de Nobilib. disput. 44, *numer.*
2; nihilominus ex peculiari successivo decreto
Concilii Meldensis, cap. 7, suus cuique
Parochiæ fons postmodum assignatus,
concessusque fuit, ut apertè colligitur ex
text. in Can. Pridem 18, *quæst.* 2, *& in
puncto refert Frances. loc. proximè citat.
num.* 23, *& duobus seqq.*

Atque hæc adeò vera sunt, ut, inspe- 37
cta ea Juris Canonici Censura, cum qua
hodie pacificè vivit Ecclesia Catholica,
non solùm Ecclesiæ Cathedrales, sed etiam
aliæ omnes Parochiales, immo etiam non
Parochiales facultatem habeant retinendi
particulares Fontes Baptismales, prout
de Ecclesiis Parochialibus inferioribus resolvisse
Sac. Congregationem Rituum in
Ortolen. 16 *Decembris* 1605, testatur *Barbos.
de Offic. Paroch. cap.* 18, *num.* 7, *&
Sac. Congregationem Concilii* pluries ita
respondisse refert *Nicol. in flosc. verb.
Baptismus, sub n.* 9, *versic. Sacra*; *Fagnan.
in cap. Cùm contingat, num.* 59, *de decim.
Eminentissimus Petr. ad Constit. apost tom.*
4, *num.* 20, *fol. mihi* 286; & de aliis Ecclesiis
non Parochialibus firmat *Rot. cor.
S. M. Gregor. XV, decis.* 108, *& decis.*
387, quam laudat *clar. mem. Card. De
Luc. de Paroch. disc.* 24, *num.* 12, *& testatur
etiam Eminentissimus Petr. ubi supra,
num.* 19.

His igitur probè constituta facultate, 38
quam suaptè natura habent Ecclesiæ Rectorales
Principales nostræ, erigendi, retinendique
proprios particulares Fontes
Baptismales, irrito planè conatu eadem
Fontium erectio a nostris Rectoribus recentissimè
petita impugnari exadverso videtur
eo sub obtentu, quòd anteactis temporibus
nunquam petita, & nunquam
facta fuerit. Cùm enim agatur de actu
facultativo, hoc est, de erectione, quæ fieri,
ac prætermitti etiam poterat, solus
non usus etiam per longissimum temporis
spatium tribuere nequit Archipresbytero
Adversario jus ullum impediendi erectionem,
nisi jamdiu id fuisse Judicialiter
impugnatum, & post Rectorum acquiescentiam
elapsum probaretur tempus
aptum ad præscribendum, ut sæpissimè
firmavit *Rot. & præsertim in Bitunting
statutorum*, 11 *Martii* 1720, § *Nec
quidem, cor. R. P. D. Corio*; *in Spoletana
Paramentorum super exequt. Brevis*, 22
Junii 1722, § *Longe, cor. bon. mem. Crispolto*;
in Hildesimen. Comitiorum, 13
Maji 1726, § *Neque, & § Minusque, coram
bon. mem. Crispolto, & in Bouenten.*

Statutorum, 30 *Junii* 1727, § *Evidentiùs coram R. P. D. Ratto*.

39 Frustraque pariter eadem novorum Fontium Baptismalium erectio impugnatur ob aliam rationem, quòd nempè Fons communis ad hæc usque tempora retentus fuerit in sola Ecclesia S. Mariæ, atque ab isto delata fuerit aqua ad subalternum Ecclesiæ Capitularis Fontem.

40 In primis enim, etiamsi Ecclesia S. Mariæ retinuisset Fontem Baptismalem cum eo majori decore, & honore, cum quo illud retinent Ecclesiæ Cathedrales, eadem tamen, quantumvis longissimi temporis retentio nullum Jus præbere posset pro impedienda novorum Fontium erectione in singulis Ecclesiis Parochialibus; quippe quia, inspecta Juris Pontificii dispositione, ipsæmet Ecclesiæ Cathedrales, quæ fontem semper retinuerunt, nequaquam acquirunt facultatem impediendi, præsertim in Parochialibus, erectionem novorum fontium, sed post illam vix retinent prærogativam comulativè recipiendi, & baptizandi quemlibet Diæcesanum alterius cujusvis Parochiæ inferioris, tamquam Parochiæ totius Episcopatus, ut, pluribus relatis concordantibus, in puncto advertit *Franc. d. cap.* 19, *num.* 118, *& seq. & cap.* 21, *numer.* 78, *& sequent.*

41 Accedit his, quòd Ecclesia S. Mariæ non videtur retinuisse Fontem ex titulo honorifico, & præeminentiali, propterea quòd certissimum in facto est, Dominum Archipresbyterum Adversarium, ejusdem Ecclesiæ Rectorem, nunquam potuisse Infantes cæterarum Rectoralium Ecclesiarum recipere, & ad ipsum Sacr. Fontem admittere *SINE PROPRII PAROCHI INDIVIDUA LICENTIA*. Quando enim Fons Baptismalis retinetur ex titulo majoritatis, dignoritatis, honoris, atque præeminentiæ, pertinet potiùs è converso ad Rectorem ipsius Ecclesiæ baptismalis officium infantes baptizandi privativè quoad alios Parochos; ad *Text. in cap.* 2, *de Offic. Archipresb. cap. Officium*, *ubi gloss. verb. a forte*, *eodem tit. Franc dicto cap.* 20, *num.* 121, *& dicto cap.* 121, *numer.* 62.

42 Quinimò eandem Fontis retentionem fuisse potiùs Ecclesiæ Adversariæ onerosam, adscribendamque titulo servitutis passivæ, fateamur oportet, reminiscendo, quòd prædictus Fons semper fuit benedictus a solis Rectoribus, vidente, & patiente ipsomet Archipresbytero, juxta firmata superioribus locis, quodque clavis Fontis subalterni, ad quem transfertur aqua, juxta temporis necessitatem, fuit semper retenta a Sacrista Ecclesiæ Capitularis ad æquale commodum, liberamque omnium Rectorum dispositionem, ipse enim benedictionis actus in aliena Ecclesia expletus cum Stola, aliisque habitibus honorificis, arguit subjectionem, passivamque Ecclesiæ S. Mariæ servitutem, juxta auctoritates supra deductas in § 34, quibus addimus *Barbos. de Offic. Paroch. par.* 3, *cap.* 26, *num.* 76; *Grattan. discept.* 298, *num.* 65, *& seq. Pignattell. consult. Canonic.* 46, *numer.* 3, *tom.* 7, *& consult.* 73, *num.* 21, *tom.* 8; ipsaque clavium retentio, seu facultas iis ad libitum utendi, est efficax argumentum Dominii, quòd Ecclesiæ Rectorales habebant, & habent super ipso Fonte Ecclesiæ S. Mariæ, juxta theoricam *Bald. in leg.* 2, *Cod. de verb. signif. & in leg.* 1, *Cod. de crim. expil. hæredit. Adden. ad Buratt. dec.* 32, *num.* 7, *&* 8, *clar. mem. Card. De Luc. de empt. disc.* 10, *num.* 6, *& de servit. disc.* 90, *num.* 4, *& Rot. cor. Seraph. dec.* 72, *num.* 4.

Quæ quidem omnia mirificè coronat il- 43
la alia animadversio, quòd scilicet Ecclesia S. Mariæ, præsertim hyemali tempore, est impervia, quodque etiam non sine magna sacramentalis aquæ irreverentia, alioquin opus quotidie foret illam cum phialis asportare de Fonte Ecclesiæ Sanctæ Mariæ ad Fontem Ecclesiæ Capitularis, prout hactenus *INDECENTISSIME PRACTICATUM FUIT*: sola autem difficultas accedendi tempore hyberno ad Ecclesiam baptismalem, justissimam præbet causam admittendi novos Fontes in aliis Ecclesiis commodioribus, immo etiam erigendi ad hunc effectum novas Parochiales, ut præcisè disponit *Sac. Concil. Trident. sess.* 21, *de reformat. cap.* 4; & prosequitur *Gonzal. in cit. cap. Ad audientiam de Eccles. Ædific. sub num.* 4, ibi -- *Rectè in præsenti textu permittitur nova Parochiæ erectio ex eo, quòd propter distantiam loci tempore hyemali commodè Parochiani non poterant divinis Officiis interesse* -- Ac revera pro erectione novorum Fontium in singulis Ecclesiis Parochialibus Civitatis Ariani, non obstante strenua ipsius Ecclesiæ Matricis, & Cathedralis oppositione, respondit *Sac. Congregatio Episcoporum, & Regularium favore Parochorum, sub die* 16 *Januarii* 1728, *in Arianen. Parochialium*, referente *Eminentissimo, & Reverendissimo D. Cardinale Nicolao Spinola*.

Jam verò satis provisum videri potest 44
quoad materiam V dubii, quod unicè examinandum esset, ubi deneganda foret Ecclesiis Rectoralibus erectio novorum Fontium; & Fons unicus relinquendus esset pro totius Oppidi servitio, id quod usuvenire nullo modo posse hucusque luculenter ostendimus.

Verùm, ne quid intactum, indigestum- 45
que reliquisse videamur, dicimus, constanterque substinemus, quòd, etiamsi juxta sensum Partis Adversæ, unicus Fons

Ba-

Baptismalis adesse deberet in toto Oppido, attamen unicuique Rectori competeret Jus privativum retinendi Libros Baptismatum propriorum Filianorum, itemque Jus privativum extrahendi Fides Baptismatum.

46 Nimis quippe exorbitans esset, & irregulare, quòd Dominus Archipresbyter Adversarius retinere ipse vellet unicum privativum Librum omnium Baptizatorum; nam liber iste est unus ex illis quinque Libris, qui juxta Sacrum Tridentinum Concilium, *Sess. 24, de reformat. Matrim. cap. 1, § Habeat Parochus; & cap. 2, vers. Parochus*, retinendi sunt ab unoquoque Parocho pro recta Curæ Animarum administratione; *Fusc. de visit. lib. 2, cap. 3, num. 23; Possen. de Offic. Curat. cap. 8, num. 48, Barbos. de offic. Paroch. par. 1, cap. 7, num. 2, & 4; Zacch. de Repub. Eccles. tit. de Paroch. cap. 28, num. 23, vers. idem quoque; Francesc. d. cap. 20, num. 151; Monacel. formul. legal. tom. 1, tit. 10, formul. 1, num. 1, pag. mihi 204; Rot. coram Buratt. decis. 116, num. 2, & in rec. decis. 134, num. 9, par. 16*, & re ipsa unaquæque Ecclesia Rectoralis eundem librum ad formam Sacri Concilii Tridentini retinuit.

47 Vice autem versa, justissima foret cæterorum Parochorum instantia, ut suum quisque librum propriorum Filianorum habere posset, ex eoque tradere Fides Baptismatum privativè quoad Archipresbyterum Adversarium; tum quia sicut ipsi baptizarent, prout semper baptizarunt, proprios Filianos privative quoad Archipresbyterum, ita privativè facere deberent omnes actus consecutive præscriptos a Sacro Concilio Tridentino, sicque retinere Librum Baptizatorum, eorumque testimonia requirentibus dare, ut benè advertit *Francesc. de Eccles. Cathedral. cap. 19, num. 123*, & consonat *Text. in cap. significavit, de Parochiis* -- ibi -- *Nec ab eis temporalia exigant, quibus spiritualia non ministrant* -- tum etiam quia non Archipresbyter, sed unusquisque Parochus rationem Deo, & Hominibus reddere tenetur de Animabus propriorum Filianorum; proindeque eorum dumtaxat officium est, & onus adimplere ea, quæ Sacrum Concilium pro bona Curæ administratione Parochis injungit, ut benè differit *Barbos. de Offic. Paroch. cap. 7, num. 1*, ibi -- *Curæ Animarum præfecti debent in primis, quemadmodum Tridentina Synodus docet, sess. 22, de reform. cap. 1, oves suas agnoscere non solum in genere, quoad earum numerum, sed in specie familias singulas, & in individuo personas quaslibet, earumque ætates, & qualitates.*

48 Nilque turbat, quòd ultra libros particulariter ab unoquoque Rectore conscriptos, & retentos, adhuc Dominus Archipresbyter, uti Rector Ecclesiæ S. Mariæ hactenus pro sui fortassis instructione proprio caractere scripserit, ac retinuerit Librum omnium Baptizatorum, qui in Fonte communi fuerunt baptizati.

In promptu namque responsio est, quòd nempe actus iste fuit usurpativus, & de facto prætensus, non de jure debitus; quippe quia ita demum in Ecclesiis Matricibus retinetur Liber omnium Baptizatorum Ecclesiarum Filialium, quia privativè baptizantur Infantes a Rectore Ecclesiæ Matricis, vel saltem de istius licentia, non autem a Parochis Subalternis, juxta auctoritates superiùs allegatas in § 41; quapropter, cùm Archipresbyter Sanctæ Mariæ nunquam potuerit nè cumulativè quidem baptizare Infantes reliquarum Parochiarum, nemo non videt, quod ipse irrationabiliter, ac sine ullo prorsus titulo sibi usurpavit quoad Infantes cæterarum Parochiarum Jus describendi partitas baptismatum, quodque idem actus, tamquam usurpativus, & irrationabilis, nullo numero esset habendus ex dispositione *Text. in Can. Ecclesiae 13, quæst. 1, l. Improba, C. de acquir. possess. Francesc. de Eccles. Cathed. cap. 19, num. 118*, ibi -- *Cum unus Sacerdos alterius Parochiæ terminos, Plebem, & Jus non debeat usurpare* -- *Eminentissimus Petra ad Const. Apostol. tom. 4, fol. mihi 285, num. 14.* 49

Multòque minus officit, quòd itidem Dominus Archipresbyter sæpè sæpiùs dederit Fides Baptismatum; ut enim præservata dicatur facultas jure suo competens unicuique Parocho illas tradendi, satis est ostendere, quòd ipsi etiam Parochi aliquando illas dederint, easdemque Curia Episcopalis admiserit. In actibus namque facultativis, & jurisdictionalibus unicus etiam actus præservat facultatem, & jurisdictionem, ut notant *DD. in cap. Dilectus, de Capell. Monach. Menoch. de retin. remed. 3, num. 158; Card. Albit. discept. 1, num. 93, post cl. mem. Card. de Luc. de Jurisdict. Rot. coram Seraphin. dec. 1043, num. 4, coram S. M. Gregorii XV, decis. 557, num. 9; & in rec. decis. 24, num. 35, par. 10.* Et sicut annotationes Baptismatum factæ ab Archipresbytero, fuerunt usurpativæ, ita etiam usurpativi censendi sunt actus prædictarum attestationum, ac per consequens nullo modo attendendi ex vulgatis. 50

Ex his supervacaneum remanet examen VI dubii; nam si PP. Eminentissimi in decisione tertii dubii permittunt, prout certò speramus, erectionem fontis in unaquaque Ecclesia Parochiali, utique in hoc casu unusquisque Parochus cum suo respectivè Clero operam dabit benedictioni 51

proprii Fontis, & sic etiam Dominus Archipresbyter illum benedicet in sua Ecclesia.

52 Quod si tamen per figuratam hypothesim res in eodem statu permaneret, non aliter idem sextum Dubium resolvendum esset, quam *negativè quoad primam partem, & affirmativè quoad secundam*, quippe in ipsis antiquis Statutis Collegii subscriptis, & approbatis anno 1629, veluti pro regula constitutum legitur -- *Che la funzione del Cereo, Fonte Battesimale, e Messa cantata si debbia fare alternativamente, come per il passato tra le tre Parocchie, cioè S. Giorgio, S. Bartolomeo, e S. Angelo* --. In novissimis autem Statutis anni 1715, Apostolica etiam auctoritate confirmatis enumerantur Officia, ac prærogativæ Archipresbyteri; nec tamen ulla penitus fit mentio facultatis benedicendi Fontem, quam ipse hodie præter omnem expectationem sibi arrogare contendit. Quinimmo paulò post describuntur officia, atque prærogativæ cæterarum Rectoralium, & inter istas in primis recensetur facultas benedicendi fontem per Turnum, & quidem cum ea insigni circumstantia, quòd in absentia Rectorum ne subingredi quidem valeat Archipresbyter, sed succedere ex ordine debeant Decani uniuscujusque Rectoralis, ibi -- *In mancanza de' quali debba farsi rispettivamente dalli Decani delle dette Chiese nell' Arcipretale*.

53 Et revera soli Rectores per Turnum semper benedictionem fecerunt, nec unquam illam fecit Archipresbyter, prout omnia mirifice comprobat prima relatio Reverendissimi Episcopi, ibi - *Baptismatis communi usui omnium Curatorum asservatur in prædicta Archipresbyterali Ecclesia Sanctæ Mariæ Majoris, ubi benedicitur aqua Baptismalis modò per unum, & modò per alium ex Rectoribus*, EXCLUSO *ARCHIPRESBYTERO*.

54 Nihil autem tam certum est, quàm quòd in hac præeminentiarum materia inspici, spectarique unicè debent tum peculiaria cujusque Ecclesiæ Statuta, *Abb. in cap. Quod Clericis, num.* 23, *de For. compet. Rot. coram san. mem. Innoc. X, decis.* 205, *num.* 4; *in Hildesimen. Comitiorum*, 13 *Maji* 1726, § *Fin. coram R. P. D. Gamaches. in Bononien. Statutorum*, 28 *Aprilis* 1727, § *Clarissima, coram R. P. D. Ratto, & in Vicen. Juris admittendi Presbyteros*, 14 *Junii* 1728, § *Qua de re, coram bon. mem. Cornelio*; tum etiam speciales locorum antiquissimæ consuetudines ex animadversis per *Rot. in Nertonen. Præcedentiæ super bono Jure*, 3 *Julii* 1713, § *Et exordientes, coram clar. mem. Card. Scotto*; *in Cracovien. Præcedentiæ*, 15 *Februarii* 1715, § *Præterea, coram eodem, & in Bisinianen. Præeminentiarum*, 27 *Januarii* 1727, § *Cum itaque, coram R. P. D. Calcagnino*.

Ex opposito ad dubium VII, *negativè quoad primam partem, & affirmativè quoad secundam* respondendum omnino esse videtur; etenim instantiæ, quam hodie promovet D. Archipresbyter Adversarius, ministrandi pro sui libito bapismū filianis Eclesiarum Rectoralium; directè resistit Juris dispositio, ac resistit etiam Inveterata consuetudo. 55

Resistit dispositio Juris; nam Sac. Concilium Tridentinum *sess.* 24, *cap.* 13, *de reformat.* expressè præcipit, ut a solo proprio Parocho Sacramenta ministrentur, ibi - *Unicuique suum proprium peculiaremque Parochum assignent, qui eus cognoscere valeat, & a QUO SOLO licitè Sacramenta suscipiant*, utque unus Parochus alterius Parochianis Sacramenta ministrare non præsumeret, apertè vetuit etiam *Dionisius Papa in Epistol.* 2, *ad Severum, relat. in Can. Ecclesias* 13, *quæst. prima*, ibi -- *Nullus alterius Parochiæ terras, terminos aut jus invadat, sed unusquisque suis terminis sit contentus* -- idemque firmant *Anaclet. in Jus Canonic. lib.* 3, *tit.* 29, *num.* 3, *in fin. Pignattell. consult. Canon.* 89, *num.* 10, & 17, *tom.* 7, *Ricciardel. in lucæo Eccles. cap.* 13, § 2, *num.* 88, *in fin.* ubi refert resolutionem *Sac. Congregationis Rituum in Novarien.* 12 *Junii* 1627; *Pausmoll. dec.* 161, *ex num.* 2, *ad* 13, *Rot. in rec. decis.* 348, *numer. primo, par.* 11, & *decis.* 95, *num.* 12, *par.* 16. 56

Resistit etiam vetustissima consuetudo; nam Dominus Archipresbyter Adversarius nunquam probare poterit, quòd vel ipse, vel ejus Antecessores aliquem Infantem Rectoralium jure proprio baptizaverint; immo vero constantissimum in facto est, quod, si quando baptizarunt Infantes Rectoralium, id non aliter fecerunt, nec aliter facere posse agnoverunt, quam cum licentia proprii Rectoris; quæ quidem licentia Jurisdictionem DD. Rectorum Principalium magis, magisque confirmat, ut benè advertit post alios *Rot. in rec. decis.* 124, *num.* 5, *par.* 12, ibi -- *Per tales namque actus de licentia Parochi gestos nedum non fuit aliqua in parte læsum Jus Parochi, sed eò magis illius Jurisdictio confirmata remansit*. 57

Ac propterea istiusmodi laudabilis consuetudo Juris dispositioni maximè consentanea etiam in posterum sanctè, religioseque servanda est, juxta *Text. in cap. cum ab Ecclesiarum, de Offic. Ordin. Rot. coram Emerix Jun. decis.* 1167, *numer.* 5; præsertim vero, quia, cum in casu nostro nullo pacto constet de vera, & propria Matricitate Ecclesiæ Archipresbyteralis Adversariæ, nulla penitus extensio admittenda est ab actibus per consuetudinem introductis ad alios actus, in quibus 58

bus contrariæ viget quasi possessionis observantia, ut relatis concordantibus, optimè in nostris terminis firmat *Rot. in Bisinianen. Præeminentiarum*, 2 *Julii* 1725, § *Nullus*, *coram R. P. D. Calcagnino*.

59 Dubium VIII, ad cujus examen gradatim procedimus, non videtur satis clarè conceptum; nam credimus esse ab Eminentissimis PP. declarandum, quòd omnes Advenæ habere debeant facultatem eligendi Parochiam sibi magis benevisam; quodque Advenæ Uxorem ducentes de Familia alicujus Rectoralis, non solùm possint, sed etiam congruenter debeant eligere pro se, ac filiis nascituris Parochiam ipsam Uxoris.

60 Exploratissimum quippe in Jure est, quòd unusquisque potest semper, & quandocumque pro suo arbitratu mutare domicilium, atque Parochiam, quoties agitur de Parochiis per domos materiales divisis, ad tradita per *gloss. & Doctores in cap. significavit, de Paroch. & alien. Parochian.* ideoque multò magis certum est, quòd illam possit ab initio eligere, tametsi agatur de Parochiis per solas familias distinctis, ut ita in receptione Sacramentorum censeatur omnimoda præservata libertas, prout benè in proximis terminis notat *Text. in cap. primo de Parochiis*, ibi -- *Quod si fortè unus fuerit Locus, ad eum pertineat, quem Plebs elegerit* -- benè *Ancharan. in d. cap. primo, n.* 6, ibi -- *Nota, quòd Plebi datur Jus eligendi alterum ex duobus Episcopis, &c. & honestum etiam est, &c. Ipsorum enim interest habere bonum, sub quo non patiantur famem, & sitim* -- *Sanchez de Matrimon. lib.* 3, *disput.* 23, *num.* 17, cum aliis apud *Pignattell. consult. canon.* 145, *per tot. tom. primo*, & hoc ipsum decisum, determinatumque jam fuit in oppido Campobassi per solemne Decretum Sac. Visitationis, anno 1629, quod quidem Sac. Visitationis Decretum, utpote Juris dispositioni conforme, præsupponendum hodie est tamquam lex expressa ex animadversis per *Rot. coram Ansaldo, decis.* 14, *num. primo*; *in recen. decis.* 284, *n.* 4, *par.* 14; *& in Nullius, seu Montis Casinen. Manutentionis*, 10 *Junii* 1712, § *Eoque potissimum, cor. bon. mem. Lancetta*; *& in Bononien. Jurium Parochialium*, 19 *Junii* 1710, § *Ex quibus, cor. bon. mem. Herrera*.

61 Verumtamen in casu, quo exteri conjungantur in Matrimonium cum Mulieribus Oppidanis, sicuti per affinitatem, quam contrahunt cum Uxoribus, fiunt cum ipsis una caro, & quodam modo accedunt ad earum familias, ita rationi consentaneum videretur statuere, ut etiam respectu Sacramentorum subjecti remaneant illi ipsi Parochiæ, cui subjacet Uxor, & a qua propter Uxorem in ipso primo actu contrahendi Matrimonium, Sacramenta recipere necessariò coguntur, cùm id in nullius Ecclesiæ detrimentum redundet, æqualiterque ad favorem cujusque Ecclesiæ locum habere debeat.

Dubium IX, potiori Jure resolvendum videtur *affirmativè*, nimirum pro omnimoda subjectione famulorum, famularumque exterarum eidem Parochiæ, cui subjacent Domini, vel Dominæ. Ille enim est Parochus famulorum, qui est Parochus Domini, cui ipsi inserviunt, ut firmant *Fagnan. in cap. significavit, n.* 31, *de Parochiis*; *Barbos. de Paroch. part.* 2, *cap.* 21, *numer.* 40, § *Quinto*; *Grattian. discept.* 75, *num.* 19, *Pamoll. dec.* 120, *num.* 33, *& decis.* 166, *num.* 22; idquè eò fortiùs dicendum est in nostra hypothesi, in qua Parochiæ distinctæ non sunt per domos materiales, sed per Familias formales, in quibus terminis, cùm omnes ii, qui veniunt sub nomine familiæ, subjacere debeant Parochiæ, cui familia addicta est, procul dubio Parochiis Dominorum subjacere debent famuli, & famulæ cæteræ actuali servitio addictæ, quæ de jure in hoc proposito sub nomine familiæ Dominorum continentur; *Geminian. in cap. ultimo, de verb. signif. in* 6; *Menoch. de arbitr. cas.* 552, *num.* 9, *& seq. Grattian. discept.* 34, *num.* 20; *clar. mem. Card. De Luc. de regal. disc.* 61, *n.* 50. 62

Præferrim verò quia, adstipulatur immemorabilis consuetudo ad hæc usque tempora semper constantissimè observata, ex qua constat, quòd ejuscemodi famulis, & famulabus exteris tanquam familiaribus Dominorum ministrarunt Sacramenta ipsorum respectivè Dominorum Rectores, atque hæc ipsa consuetudo majoris roboris, majorisque virtutis censenda est ob judicialem manutentionem, quæ novissimè ad ejus statum concessa fuit favore Rectoralium Principalium, ut benè in his terminis observar post alios, *Rot. in Neritonen. Præcedentiæ super bono jure*, 19 *Februarii* 1714, § *Collimante*, *coram clar. mem. Card. Scotto*, *& in Burgen. Processionum*, *prima Julii* 1726, § *Inutiliter*, *coram R. P. D. Millino*. 63

Succedit X Dubium, cui rescribendum est *affirmativè*, *quoad primam*, *& negativè quoad secundam partem*. Urget enim pro Ecclesiis Rectoralibus Principalibus nostris antiquissimà consuetudo, & observantia; dum Testes sine contradictione deponunt, quòd quilibet Parochus in funebribus Processionibus suorum Parochianorum semper Stolam detulit, semperque præcessit Achipresbytero; quodque Archipresbyter incessit semper *sine Stola* a sinistris tum Rectoris, tum etiam Oeconomi gerentis vices ipsius Rectoris, quæ planè observantia in subjecta præsertim materia totum facit, & unicè est atten- 64

den-

denda, prout ultra auctoritates supra deductas admonet *Rot. in Colonien. Praeminentiarum*, 22 *Junii* 1701, § *Verum etiam, coram bon. mem. dell' Olmo*; & *in Neapolitana Primicerlatus*, 11 *Decembris* 1722; § *Sed clarius*, *coram bon. mem. Lancetta*.

65 Immo verò præter hanc vetustissimam observantiam, consuetudinemque, concurrit etiam favore Rectorum Principalium ineluctabilis assistentia Juris tam pro præcedentia, quàm etiam pro privativa delatione Stolæ. Communis enim Doctorum opinio, cum qua hodie in Foro vivimus, ea est, quòd in Processione funebri, in qua Parochi incedunt tanquam Prælati, atque Pastores, præcedere semper omnibus debeat proprius Parochus, & ab illo privativè quoad alios exercendi sint omnes actus Jurisdictionales, qui ob eandem occasionem explentur sive in Domo defuncti, sive per viam, sive intra Ecclesiam Parochialem, ut pluries resolvit Sacra Rituum Congregatio, & præsertim *in Aversana*, 15 *Septembris* 1640; *in Novarien.* 21 *Septembris* 1651; *apud Pignattell. consult.* 59, *num.* 5, 6, & 8, *tom.* 6, *Barbos. de Paroch. cap.* 9, *numer.* 11; & *cap.* 26, *num.* 74; *Amostaz. de caus. piis*, *lib.* 6, *cap.* 2, *num.* 23, *in fin. cl. me. Card. De Luc. de præeminen. disc.* 21, *per tot.* & præcipuè *num.* 9, *Samuel. de sepultur. disp.* 3, *controv.* 7, *nu.* 16; *Monacell. formul. legal. tit.* 10, *formul.* 17, *sub num.* 4, & *tit.* 13, *formul. prim. sub num.* 70; *Pantmoll. decis. prima*, *annot.* 9, *num.* 20, & 30, & *annot.* 10, *num. prim. Rot. cor. Peutinger. dec.* 172, *num.* 1, & *seq. in recentior. decis.* 572, *n.* 5, *par.* 5; & *in Tranen. Præeminentiarum*, 20 *Februarii* 1713, § *Supererat*, & *seq. coram cl. mem. Card. Scotto*; & *in Calaritana Jurium Parochialium super bono Jure*, 2 *Julii* 1725, § *Et in individualibus*, & *seqq. coram R. P. D. Ratto*; & in durioribus terminis pro præcedentia Parochorum, qui re vera subjecti erant Archipresbytero, respondit *Rot. in dec.* 101, *coram san. mem. Innoc.* X, *per tot.*

66 Quamobrem cùm delatio Stolæ in Processione funebri signum sit Jurisdictionis a proprio Parocho exercendæ, *Samuel de sepultur. tract. prim. disput.* 3, *controv.* 7, *num.* 9, & *disput.* 4, *controv.* 12, *num.* 12; *Monacell. formul. legal. tom.* 2, *tit.* 13, *formul. prim. num.* 77; *Rot. in Nullius*, *seu Montis Cassinen. Manutentionis super delatione Stolæ*, 22 *Junii* 1714, § *Merito*, *coram bon. mem. Ansaldo*; procul dubio inficias ire nemo potest, quin illa a proprio Parocho, sive illius Oeconomo privativè quoad omnem alium deferenda sit cum omnimoda præcedentia supra quoscunque, ut concorditer tuentur *Barbos. de Offic. & Potest. Paroch. part.* 3, *cap.* 26, *num.* 76; *Gratian. disceptat.* 298, *a num.* 65, *cum pluribus seqq. cl. mem. Card. De Luc. de Præemin. disc.* 43, *num.* 3; *Rot. coram Zarat. decis.* 45, *num.* 4. *in Nullius*, *seu Montis Cassinen. Manutentionis*, 10 *Junii* 1712, § *Et quamvis*, *coram bon. mem. Lancetta*, & *in Calaritana Jurium Parochialium super bono Jure*, 2 *Julii* 1725, § *Delatio*, *coram R. P. D. Ratto*; & ita decrevisse Sac. Congregationem Rituum testatur *Pignattell. consult.* 73, *num.* 110, *tom.* 8, & *Sac. Congregationem Concilii in Ebrunden. in respons. ad XI*, 25 *Junii* 1695, testatur *Monacell. tom.* 1, *tit.* 10, *formul.* 18, *nu.* 4; quodque Præeminentiæ, quæ debentur Parocho, debeantur etiam illius Substituto, relatis concordantibus, firmavit *Rot. in Sutrina Præcedentiæ*, 10 *Februarii* 1713, § *Separatis in fin. coram bon. mem. Lancetta*.

Intermittimus hic Examen Dubii XI, 67 verba de eo facturi unà cum XIII, cui connexum est; & assumentes quæstionem super Dubio XII, pro ejus assequenda resolutione supplicamus percurrere Caput 23, & ultimum novissimorum Statutorum Collegii, seu Capituli, in cujus Capitis initio expresse cautum perspicient PP. Eminentissimi, quòd in Processionibus funeralibus, quæ fiunt propter amorem Dei, juxta vetustissimam loci consuetudinem, interesse debet sola defuncti Parochia, ibi -- *Per l' associazione delle Persone miserabili, deesi mantenere la devole costumanza di associarsi gratis coll' accompagnamento del Paroco, e di quelli Canonici, che sono ascritti alla Chiesa, di cui è il defonto*. Qua de re, cum habeamus clarissimam Legem Statutariam, tam seriò sancitam, & Apostolica auctoritate roboratam, profectò juxta ipsius tenorem *negativè ad primam*, & *affirmativè ad secundam partem* respondendum est.

Hic autem opportunè reassumimus inter- 68 missum examen Dubii XI, unà cum Dubio XIII, ac pro faciliori, clariorique ipsorum resolutione præmittimus, seu veriùs repetimus in facto, quòd Massa communis Ecclesiæ Capitularis principaliter conflatur ex fructibus, atque redditibus suppressi Monasterii S. Mariæ in Foris, quæ anno 1526, per san. mem. Clementem VII, Ecclesiæ Capitulari unita fuit.

Itidemque repetimus, quòd jam tum, 69 cùm dicta unio facta fuit, massa communis æquis portionibus dividebatur inter Archipresbyterum, cæterosque Participantes Collegii, ita quidem, ut supposita æquali divisione, Summus Pontifex unionem fecerit, ibi -- *Fructus, redditus, & proventus Massæ communis d. Collegii ÆQUIS PORTIONIBUS dividantur.*

Præmittimus tertiò, quòd sub anno 70 1616,

1616, Archipresbyter illius temporis induxit abusum recipiendi indistincte ex omnibus Massæ communis fructibus portionem duplicatam; cumque cæteri de gremio Collegii in actu visitationis factæ eodem anno 1616, reclamassent asserendo, *eidem Archipresbytero competere simplicem partem, fuit jussum, quòd observetur solitum in solvendo partes duas, SALVIS TAMEN JURIBUS SUPER HOC CONTRADICTORIBUS.*

71 Præmittimus quartò, quòd in eadem Massa communi continentur legata Pia Missarum, quæ, deductis deducendis, vix rediguntur ad rationem manualis, hoc est ad rationem unius Caroleni pro qualibet Missa.

72 Præmittimus quintò, quòd Missæ celebrandæ a Capitulo pro dictorum onerum satisfactione, æqualiter, ac æquis portionibus celebrantur ab unoquoque de gremio Capituli, & ab Archipresbytero, prout exprimitur in capite quarto statutorum anni 1715, in fine ibi -- *Tiene l' obbligo di celebrare, e cantare tante Messe prò rata, quanto ogn' altro Canonico.*

73 Et denique præmittimus in facto, quòd in eadem Massa communi recensentur etiam funerum emolumenta.

74 Ex his autem solidissime præmissis negativa consequitur resolutio utriusque Dubii XI, & XIII. Nam si de jure omnes de Capitulo æqualiter participare debent de Massa communi, juxra *Text. in cap. Cum omnes; de constit.* Si rursus jam inde ab ipsa fundatione, & erectione Capituli, multisque subsequutis annis cum hac lege fuit pacificè processum, profectò id ipsum pro norma etiam futuri temporis firmandum, statuendumque esse videtur, ut in specie, sequendo censuram d. *Text. in cap. Cum omnes, de constit.* monent *Gonzal. ibidem num.* 13, ibique etiam *Fagnan. num.* 5; *Calderin. cons.* 21, *de præbend. Suarez de legib. lib.* 4, *cap.* 6, *n.* 11; *Ceccoper. Lucubrat. Canonic. lib.* 4, *num.* 170; *Rot. in Amalphytana statutorum*, 13 *Maji* 1715, § *Quod autem, & seqq. coram bon. mem. Fosciaro*; & magis in individuo, quòd Abbas participare nequeat in majori quantitate, quam cætari Beneficiati; *Rot. in Calaguritana, Quartæ funeralis de Naxero*, 19 *Februarii* 1725, § *Ex his, coram bon. mem. Cerro.*

75 Et quidem ita respondendum speramus, posthabito pœnitùs abusu anno circiter 1616 introducto admittendi Archipesbyterum, quamvis æqualiter laborantem, ad majorem duplicatam participationem. Cùm enim usque ab initio cæteri Presbyteri, & participantes Collegii protestati fuerint, prout dicebamus, in actu visitationis, de inefficacia ejusdem abusus; illaque protestatio pro eorum, & successorum indemnitate fuerit solemniter admissa, utique successiva quælibet ejusdem abusus tolerantia, insciis successoribus sequuta, obtendi nullo pacto potest in præjudicium Jurium universo Capitulo competentium, quæ per admissionem hujusmodi protestationis jam tum fuerunt pro perpetuis futuris temporibus præservata, *Rot. in rec. decis.* 306, *num.* 8, *par.* 10; *coram Emerix Jun. decis.* 1031, *num.* 6, *coram Caprar. decis.* 526, *num.* 12, & *in Mantiss. ad cl. mem. Card. De Luc. decis.* 70, *num.* 10, *lib.* 13.

Cæterum quoad fructus Abbatiæ S. Mariæ in Foris additur alia præcipua animadversio, quòd nempe san. mem. Clemens VII, qui illam univit Mensæ Capitulari, unionem facere declaravit in æquale omnium Consortium levamen, itaut omnes æqualiter de iis participarent. Præmissa siquidem clarissima Summi Pontificis voluntate, quoad æqualem omnimodam participationem, nemo non videt, quod quilibet successivus abusus etiam sine expressa Jurium præservatione, habendus nullo in numero fuisset, utpote directè contrarius menti, voluntatique Summi Pontificis concedentis, teste *Corrad. in prax. Benefic. lib.* 3, *cap.* 5, *num.* 11, *Rot. in Augustana Canonicatus*, 27 *Junii* 1714, § *Ad evitandum, coram Reverendissimo Crispo*; & *in Nullius, seu Urgellen. Parochialitatis, super bono Jure, prim. Julii* 1715, § *Minus vera, coram eodem.* 76

Quin etiam, quòd attinet ad legata Pia, seu emolumenta Missarum, sequeretur absurdum illud absurdissimum, quod, quamvis omnes Sacerdotes æqualia Sacrificia Deo offerant, reliqui tamen Eleemosynam manuali minorem reciperent, & solus Archiptesbyter in ipsorum detrimentum peterer, haberetque eleemosynam duplicatam, id quod adversari videtur Constitutioni san. mem. Urbani VIII, de qua in *Bullar. Rom. tom.* 4, *const.* 43, *fol. mihi* 311; & notant *Novar. in summ. Comment.* 81, *par.* 1; *Bordon. de legat. tit. de stipend. Missar. cap.* 10, *num.* 66, *Pignatell. consult.* 223, *num.* 1, 7, & 13, *tom.* 3, & *consult.* 134, *nu.* 6, *tom.* 9, *Rot. in dicta Amalphitana statutorum*, 13 *Maji* 1715, § *Præterea, coram bon. mem. Fosciaro.* 77

Veniendo nunc ad Dubium XIV, rescribendum est *negativè quoad primam partem, & affirmativè quoad secundam*, ad quem effectum exuberat, nedum sufficit allegare sæpiùs recensita Statuta anni 1715, in quorum Capite Tertio loquente *de habitu Chorali*, declaratur, quòd habitus Choralis, cuius vigore Archipresbyter, cæterique Rectores distinguuntur a reliquis Canonicis, sit, & esse debeat Stola, sive usus Stolæ, ibi -- *Il Signor* 78

Ar-

Arciprete, & Rettori hanno l'uso della Stola. Siquidem, juxta Cæremoniale Episcoporum, in omnibus publicis functionibus non funeralibus unusquisque incedere debet cum suo peculiari habitu Chorali, quemadmodum perspici potest ex *cap. 32, lib.* 2 ejusdem cæremonialis, quod, juxta communem Doctorum sententiam, habet vim legis, *Gratian. discept. 151, num. 7; Rot. in recen. decis. 647, n. primo, & seq. par. 4, tom. 3, & decis. 254, num. 10, par. 10, & in Monopolitana Præeminentiarum, 14 Martii 1712, § Observantia, & § Quo verò, cor. cl. mem. Card. Priolo.*

79 Et tamen in casu nostro accedit his altera ratio particularis; sicut enim universum Oppidi Campobassi Territorium censendum est Territorium omnium Parochiarum, quæ, ut toties diximus, ex familiis hîc illic dispersis compositæ sunt, ita in Processionibus, quæ fiunt intra idem Territorium, omnis æqui bonique ratio postulat, ut omnes Parochi expleant æquales jurisdictionis actus, & in ejusdem jurisdictionis signum æqualiter Stolam deferant, ut in his terminis monent *Geminian. in cap. Licet Canon. numer. 6, de elect. in 6; cl. mem. Card. De Luc. de Jurisdict. disc. 20, num. 24, & in Miscell. disc. 32, numer. 17, & 18;* & in puncto egregie advertit *Rot. in Cassanen. Jurium Parochialium, seu Præeminentiarum, 6 Junii 1707, § Nihilo tamen minùs, coram bon. mem. Caffarello*, ibi -- *Hæc Parochia S. Mariæ de Consolatione certos limites, & finium distinctionem non habet, sed a Parochia Archipresbyteratus divisa, & distincta reperitur per familias, seu domos promiscuè per Castrum effusas; ideoque in his terminis, cùm jus Parochiale non cohæreat Territorio, sed sit exercibile, quocumque in loco domus illæ, seu familiæ moram trahant, utique nulla alterius Parochi jurisdictioni affertur injuria per dictum liberum incessum cum Stola, & Cruce* --, & consonat *eadem Rot. in Bisinian. Præeminentiarum, 2 Junii 1725, § Fin. coram R. P. D. Calcagnino*, ibi -- *Extra verò propriam Ecclesiam, & per vias in publicis Processionibus placuit utrique tam Archipresbytero, quàm Rectori jus esse deferendi Stolam, quia id ita practicatum constat ex observantia immemorabili, cui illa potest applicari ratio, quòd in eo casu alter non videtur destruere Jurisdictionem alterius, sed quisque suam mutuò consovere.*

80 Eoque libentiùs in nostra hypothesi; quia talis fuit, & est consuetudo localis, quòd scilicet in Processionibus non funeralibus omnes quatuor Rectores semper incesserint, & incedant cum Stola. Hæc namque est de iis materiis, in quibus potissimùm attenditur observantia, de qua quoties constat, idem semper in posterum servandum esse decernitur, ut loquendo de promiscua delatione Stolæ, quæ in actibus non funeralibus non est signum jurisdictionale, sed dumtaxat distinctivum Parochorum a cæteris Presbyteris, monet *Rot. in Nullius, seu Montis Cassinen. Manutentionis super delatione Stolæ, 22 Junii 1714, § Quoniam, coram bo. mem. Ansaldo; in Tranen. Præeminentiarum super reservatis, 19 Novembris 1717, § Et revera, coram Ansaldo, & 23 Junii 1719, § Nam connexio, coram R. P. D. Gamaches, & in Bisinianen. Præeminentiarum, 2 Junii 1725, & 27 Januarii 1727, utrobique § Fin. cor. R. P. D. Calcagnino.*

Transeundo ad examen Dubii XV, litera Statutorum anni 1715, prorsus occidit, cogitque respondere, quòd Archipresbytero celebranti assistere non teneantur cæteri Parochi, sed alii Canonici Antiani post eosdem Parochos; legitur enim in dd. Statutorum Capite 10 -- *Circa l' assistenza all' Arciprete, deesi fare dalli Canonici più Decani appresso li Rettori* -- atque ita servatum semper pacificè fuisse comprobant Testes relati. 81

Parvique refert, contrarium jamdudum cautum fuisse in antiquioribus Statutis conditis anno 1629. Quoties enim adsunt Statuta novissima, quorum virtute antiquiora, vel sublata, vel emendata fuerunt, norma judicandi desumenda est non ampliùs ab antiquis, sed a recentibus Statutis; *Piton. discept. 61, numer. 3, part. 3; Rot. in Nullius, seu Montis Cassinen. Manutentionis, seu Processionum, 27 Junii 1714, § Fin. coram bo. me. Lancetta, & in Romana electionis Consulum, 14 Junii 1726, § Supposita, cor. Reverendissimo Aldrovando.* 82

Maxime verò, quia hæc postrema Statuta non oscitanter, sed maturè, ac seriò compilata dignoscuntur, nimirum jussu Metropolitani, & consilio san. mem. Clementis XI, multoque magis, quia Apostolica auctoritate san. mem. Benedicti XIII, qui, dum erat Archiepiscopus Beneventanus, eadem compilari curaverat, postmodum roborata fuerunt: talis namque Apostolica confirmatio omnem Parti adversæ rationem adimit eadem impugnandi Statuta, licèt ipsa per se firmissima non extitissent; *Rot. in Romana Oblationum, 25 Junii 1723, § Verum, coram bon. mem. Crispolto, & in dicta Romana Electionis Consulum, 14 Junii 1726, § Supposita, coram Reverendissimo Aldrovando.* 83

Sed longè fortiùs, atque robustiùs, quia eadem Statuta in hac præsertim parte sunt admodum rationabilia, Jurisque dispositioni omninò conformia; quippe Canonici Curam Animarum habentes, ac 84

de

de momento in momentum administrationi Sacramenrorum vacantes, ne in subsidium quidem cogi possunt proprio assistete Atchipresbytero, tametsi res esset de Archipresbytero Ecclesiæ Collegiâtæ, ut ex pluribus validissimis fundamentis, & rationibus probat *Clericat. de Benefic. & Pens. discord.* 71, *per tot.* ex gratia vlden. & præcipuè *num.* 6, ibi -- *Si in diebus festis solemnioribus obligarentur inservire Archipresbytero loco Diaconi, vel Subdiaconi in Missa solemni, cogerentur intermittere administrationem Sacramentorum Pœnitentiæ, & Eucharistiæ, &c. Hoc autem esset magnum absurdum, quia quilibet debet vacare proprio Officio, & Officium Canonicorum, Curam habentium Animarum, eos obligat inservire Animabus, non autem Archipresbytero* -- & consonat *Rot. in Gerunden. Distributionum de Olox.* 30 *Aprilis* 1711, § *Atque hæc, coram bon. mem. Lancetta; & in Bobien. Exemptionis*, 27 *Januarii* 1719, § *Quoniam, coram R. P. D. de Gamaches.*

85 Hujus autem dubii favorabilis resolutio præripit occasionem examinandi Dubium XVI; sed tamen istud resolvendum *negativè* jam fuisset ob aliam etiam rationem, quòd scilicet ipsa antiqua Statuta anni 1629, non concedunt Oeconomo Archipresbyteri eas prærogativas, quas impertiuntur Archipresbytero.

86 Quod spectat ad Dubium XVII, pugnat D. Archipresbyter hac ex parte contra ipsa antiqua Statuta anni 1629, in quibus Pluviale conceditur Rectoribus, & non Archipresbytero in Processionibus diei 2, 3, & 4 Rogationum, & diei primæ Maji.

87 Pugnat insuper adversùs novissima Statuta anni 1715, in quibus æqualis fit divisio Officiorum, aliarumque prærogativarum inter Archipresbyterum, cæterosque Rectores; eademque præcisè ratione distribuitur inter ipsos usus Pluvialis occasione dictarum Processionum.

88 Pugnat itidem contra antiquissimam immemorabilem observantiam, dispositioni eorundem Statutorum conformem, de qua testantur complures Oppidani, & Reverendissimus Episcopus in sua relatione.

89 Quapropter, ne suo loco mota videamus nova, veteraque Statuta, neve omnia novitate nimis odiosa perturbentur, *negativè* ad Dubium XVII erit omnino respondendum.

90 Sequentis etiam Dubii XVIII, favorabilem resolutionem exigunt memorata Statuta anni 1715; in eorum quippe quarto capite numerantur Officia, & prærogativæ D. Archipresbyteri Adversarii, ac præsertim prærogativa celebrandi in die Ascensionis Domini; nec ulla penitùs fit mentio de benedictione Crucium ab ipso tunc facienda.

91 In Cap. 5 describuntur Officia, & prærogativæ D. Rectoris S. Georgii, in quibus est illa celebrandi die prima Maji, & nulla pariter fit mentio dictæ benedictionis Crucium.

92 In Cap. 6 narrantur Officia D. Rectoris S. Bartholomæi, & inter alia cautum legitur, ut ad ipsum spectet -- *Nella Feria seconda delle Rugazioni fare la Processione con i Ministri ancora Parati colla benedizione delle Croci, quali dovranno ponersi nella Porta Maggiore della Piazza di Campobasso del Castello, Palazzo Vescovile, e Ducale.*

93 Et in Cap. 7 expressè disponitur, ut ad D. Rectorem SS. Angeli, & Mercurii spectet -- *Nella Feria terza, e quarta delle Rogazioni fare la Processione con i Ministri Parati colla benedizione delle Croci, che dovranno ponersi alle altre quattro Porte della Terra, &c.*

94 Ergo non a D. Archipresbytero, neque in die Ascensionis, non a D. Rectore S. Georgii, neque in die prima Maji, sed solùm a DD. Rectoribus S. Bartholomæi, & SS. Angeli, & Mercurii in secunda, tertia, & quarta Feria Rogationum Cruces benedicendæ, & distribuendæ sunt, prout hactenus benedictæ, & distributæ fuerunt. Et quamvis D. Adversarius, pendente lite, illas clandestine, ac de facto absque Cleri, & Rectorum interventu, cum sola suorum subalternorum assistentia, semel benedixerit in die Ascensionis; attamen unicus iste clandestinus actus, pendente lite, attentatus, inveteratæ consuetudini contrarius, dispositionique Statutorum, Apostolica auctoritate confirmatorum, apertè repugnans, parvi, seu potiùs nihili faciendus est ex firmatis per *Rot. coram Bich. dec.* 133, *num.* 24, *coram Emerix Jun. dec.* 1167, *num.* 10, *in recent. decis.* 220, *num.* 28; *& decis.* 313, *num.* 13, *par.* 9 *& decis.* 274, *num.* 9, *par.* 17, *& in Bononien. Benedictionis super bono Jure*, 9 *Martii* 1722, § *Nihilominus, cor. R. P. D. Calcagnino.*

95 Accedimus nunc ad examen Dubii XIX, cujus respectu illud est omnino præmittendum, quòd in Oppido Campobassi neque Ecclesia Archipresbyteralis, neque Ecclesiæ Rectorales Missam solemnem celebrare possunt, antequam pulsetur Campana Ecclesiæ S. Georgii, prout disponitur in antiquissimo decreto Visitationis anni 1629, sed præsens D. Archipresbyteri instantia versatur in eo, quòd istiusmodi pulsatio pendere debeat a suo arbitrio, non autem ab arbitrio Rectoris S. Georgii.

96 Hæc autem instantia absolutè rejicienda videtur, rescribendo *negativè ad primam, & affirmativè ad secundam partem* prædicti Dubii XIX; alioquin enim præ-

minentia isthæc ante pulsandi Campanas, quæ jam inde ab anno 1629, favore Ecclesiæ Rectoralis S. Georgii canonizata fuit, irrationabiliter retorqueretur in passivam servitutem, & onus, si ab alieni Rectoris arbitrio, jussuque pendere deberet, quando tamen ipsius etiam naturæ vocibus admonemur, quòd ea, quæ ad alicujus favorem constituta fuerunt, haudquaquam debent in illius odium, damnumque detorqueri, juxta *Text. in L. quòd favore, ff. de Reg. Jur. L. Meminerint, in fin. Cod. unde vi, Piton. discept. Eccles.* 103, *num.* 36; *Rot. in Colonien. Canonicatus primæ gratiæ*, 13 *Decemb.* 1719, § *Neque, cor. bo. me. Lancetta; & in Romana Quartæ Funeralis*, 20 *Januarii* 1722, § *Quòd si, coram Eminentiss. Falconerio*.

97 Nec verò officit, sed immo potius favet Ecclesiæ S. Georgii, quòd in functionibus Capitularibus pulsatio ejusdem Campanæ pendere debuerit ab arbitrio Achipresbyteri. Etenim maximum est discrimen Inter functiones Ecclesiæ Capitularis, & functiones Funerales, seu alias particulares Ecclesiarum Parochialium, prout benè distinguunt Testes adducti. Nec mirum id cuiquam videri debet; quia æquum potius est, quòd in functionibus Ecclesiæ Capitularis, Archipresbyter nomine ipsius Ecclesiæ, seu tanquam caput Capituli memoratum, arbitrium habere queat, at non etiam conveniens videtur, ut ipsum habeat in functionibus Ecclesiarum Parochialium, in quibus Archipresbyter consideratur, & est simplex Parochus, ac Rector S. Mariæ. Cumque arbitrium illud concessum Archipresbytero fuerit pro solis functionibus Capitularibus, hinc potius denegatum fuisse dicendum est quoad reliquas functiones simpliciter Parochiales, prout animadvertit *Rot. in Gerunden. Anniversariorum*, 14 *Maji* 1710, § *Cæterùm, coram bon. mem. Ansaldo; & in Andrien. Præeminentiarum, super bono Jure*, 2 *Martii* 1711, § *Secundum, coram Reverendiss. Aldrovando*.

98 Sentiens D. Archipresbyter Adversarius, sese substinere minimè posse Instantiam supra proximè relatam, convertit se magis incongruè, & irrationabiliter ad impugnandam Ecclesiæ S. Georgii eandem prærogativam priùs pulsandi Campanas pro Missa solemni Ecclesiarum Parochialium, ad quem effectum concordari voluit Dubium XX. Sed hic profectò est error pejor priore, omnino rejiciendus responso *Negativo*; nam si jam inde ab anno 1629, alter Archipresbyter in actu Visitationis exclamavit -- *In Ecclesia S. Mariæ non esse expectandum, ut Campana S. Georgii prius pulsentur, quando in Ecclesiis Parochialibus Missæ cantantur* -- & tamen non fuit exauditus, nec potuit facultatem istam obtinere; quis non videt, quòd Instantiæ D. Archipresbyteri Adversarii, quotquot sunt, directè adversantur vetustissimis consuetudinibus, & antiquissimis decretis, prout contestari dedignatus non fuit Reverendissimus Episcopus in secunda Relatione, atque ideo penitus penitusque rejiciendæ sunt, juxta *Text. in cap. cum consuetudinis, de consuetud. Pignattell. consult.* 25, *num.* 14, *tom.* 4; *clar. mem. Card. De Luc. in Miscell. disc.* 39, *n.* 17, *in fin. Piton. discept.* 149, *num.* 24; *Rot. post Antonell. de Jurib. & Oner. Cleric. dec.* 19, *num.* 23, *& in Bononien. Beneficii super bono Jure*, 9 *Martii* 1722, § *Nihilominus, coram R. P. D. Calcagnino*.

Supererit XXI, idemque postremum Du- 99
bium, pro cujus *negativa* resolutione satis est animadvertere, quòd occasione Funeralium totius Oppidi Campobassi, quibus interesse debet totum Capitulum, semper pulsata primum fuit Campana S. Georgi, vel S. Bartholomæi jussu Rev. Procuratoris Collegii, & aliis vicibus Campana Ecclesiæ S. Leonardi de mandato D. Archipresbyteri, juxta Capitulares anni 1715. Incongruum namque in hisce terminis videtur assumptum D. Archipresbyteri, quòd etiam prima pulsatio Campanæ demandari non posset a Procuratore Collegii absque ejus licentia, quando Statuta, consuetudinesque obstant, & aperte repugnant; quinimmo, si prima pulsatio Campanæ pendere deberet a nutu Archipresbyteri, superfluum esset distinguere primam pulsationem ab aliis; & magis supervacaneum videri posset in hanc rem destinare Procuratorem Collegii, qui in ejusmodi prætensa hypothesi gereret figuram simplicis Mediatoris, inutilis omnino, atque superflui, prout patet consideranti.

Quare, &c.

Victorius de Martinis Adv.

Dubia resoluta in dicta Causa Bojanen. Præeminentiarum, die 24 Maji 1732.

Ad I. *Affirmativè*.

Ad II. *Constare de Majoritate, non autem de Matricitate*.

Ad III. *Nihil esse innovandum*.

Ad IV. *Reponendum esse in Ecclesia S. Leonardi, quatenus fuerit reædificata, alias Episcopus provideat pro suo arbitrio*.

Ad V. *Servetur solitum*.

Ad VI. *Benedictionem esse faciendam per Turnum, juxta Statuta anni* 1715.

Ad VII. *Negativè ad primam partem, & affirmativè ad secundam*.

Ad VIII, *&* IX. *Affirmativè*.

Ad X. *Affirmativè ad primam partem, & negativè ad secundam*.

Ad XI. *Affirmativè, absque tamen*

par-

participatione obventionum Stolæ.

Ad XII. *Posse, sed non teneri.*

Ad XIII. *Affirmativè ad primam partem, & negativè ad secundam, exceptis tamen eleemosynis Missarum.*

Ad XIV. *Negativè ad primam partem, & affirmativè ad secundam.*

Ad XV. *Serventur Statuta anni 1715.*

Ad XVI. *Archipresbytero impedito, celebrare debere non Oeconomum, sed Canonicum antiquiorem cum assistentia aliorum Canonicorum.*

Ad XVII, & XVIII. *Serventur Statuta anni 1715.*

Ad XIX. *Pulsationem Campanarum liberè fieri posse ab omnibus Ecclesiis, excepto Sabbatho Sancto, quo die spectat prima pulsatio ad Ecclesiam Archipresbyteralem.*

Ad XX. *Provisum in Superiori.*

Ad XXI. *Servetur solitum, & amplius in omnibus.*

ADDITIO XL.

Florentina Præeminentiarum.

ARGUMENTUM.

Decreta Sacr. Congregationis Conc. in Florentina Præeminentiarum, & in Æsina, unà cum Voto R. P. D. Lambertini, tunc præd. Sac. Congregationis Secretarii, nunc verò S. R. E. Cardinalis, & Archiepiscopi Bononiensis meritissimi, concernentia materiam Coadjuti, & Coadjutoris, de qua in Additione octava, post illam jam impressam ad manus perventa.

SUMMARIUM.

1 *Exponitur facti series in d. Florentina Præeminentiarum, & num. 2.*
3 *Decretum Capitulare exclusivum Coadjuti in peragendis functionibus de hebdomada, & turno.*
4 *Adducitur in hoc proposito praxis Metropolitanæ Florentinæ.*
5 *Differentia inter Coadjutorem Dignitatis, & Coadjutorem Canonici, ut primus explere valeat functiones spectantes ad Coadjutum, non autem secundus, & de ratione.*
6 *Pro resolutione quæstionis, an impedito, vel nolente Coadjuto, possit dd. functiones explere Coadjutor, vel potius tale jus devolvatur ad Canonicum in turno succedentem, ponderanda sunt verba Bullæ Coadjutoriæ, & num. 11, & 14.*
7 *Revocatio prænarrati Decreti Capitularis.*
8 *Impugnatur allegata consuetudo Metropolitanæ Florentinæ.*
9 *Decreta emanata a Sac. Rit. Congregatione favore Coadjutorum Dignitatum, ab eadem Sac. Congregatione extensa fuerunt etiam ad Coadjutores Canonicorum.*
10 *Coadjutor datur in gratiam, & favorem Coadjuti.*
12 *Resolutio Sac. Congregationis in causa prædicta.*
13 *Facti series alterius consimilis causæ Æsinæ diœcesis.*
15 *In Ecclesia Cathedrali Æsina distincti sunt Ordines Canonicorum.*
16 *Quando versamur in Ecclesiis, ubi distincti sunt Ordines, tutiora sunt jura Coadjutoris.*
17 *Resolutio Sac. Congregationis in hac secunda causa.*

OCcasione, qua Joannes Guerinus Canonicus Collegiatæ Ecclesiæ Sancti
Laurentii Civitatis Florentiæ Coadjutorem a Sede Apostolica obtinuit, inter
ipsum, aliosque Canonicos exorta est controversia quoad Functiones, quæ sunt
de Hebdomada, & Turno, quæ *Paratare* vocantur, an scilicet Canonicus Coadjutus eas per seipsum explere valeat, non
obstante, quòd habeat Coadjutorem, & an impedito, vel nolente Canonico Coadjuto, jus eas peragendi pertineat ad Canonicum Coadjutorem, vel potiùs ad
Canonicum in Turno succedentem, commissaque harum controversiarum decisione Reverendissimo Archiepiscopo Florentino, tamquam arbitratori, & amicabili
compositori, fuit Laudum ab illo prola- 1
tum, in quo declaravit competiisse, & competere Canonico Guerino Coadjuto,
jus, & facultatem explendi, & exercendi per seipsum, quatenus velit, aut
possit, omnes, & quascumque functiones Canonicales, quas facere, & explere poterat, antequam a Sede Apostolica
Coadjutorem obtinuisset; sed eo nolente, aut alias non adimplente functiones,
jus eas faciendi, transire debere ad alios Canonicos in ordine succedentes; & illis supplere nolentibus, facultatem devolvi ad Coadjutorem, & non aliter, nec
alio modo, ut ex tenore Laudi, quòd a Canonico Guerino exhibetur.

Huic Laudo Canonicus Guerinus nullatenus acquievit in ea parte, quæ Canonico Dominico Cianfonio suo Coadjutori esset præjudicialis, habitoque pro illius
reformatione recursu ad hanc Sacram Congregationem, remissisque precibus pro
informatione ad eumdem Reverendissi- 2
mum Archiepiscopum Florentinum, retulit ipse, a se fuisse prolatum laudum supradictum, & se ulterius terminum præfixisse Capitulo ad jura sua deducenda in
hac Sacra Congregatione, & a Capitulo fuisse consignatas nonnullas Scripturas,
in quibus tota facti series exponitur, cum

instantia, ut illæ EE. VV. transmitterentur, & cum declaratione, quòd aliam partem hac in re facere nolebat.

In Scripturis autem a Capitulo transmissis continetur Capitulare Decretum factum die 15 mensis Septembris, anno
3 1702, in quo inter cætera cavetur, *che il Turno del Coro, circa la celebrazione della Santa Messa, delle Parature, e vantaggi dell' ebdomada, d'augumenti, ed altri emolumenti sia solamente del Coadjutore nel suo luogo, e non del Coadjuto; reputar dovendosi questo come non interveniente in ogni caso, che si tratti di detta celebrazione, ed altro, come sopra, ancorchè fosse presente*; & ex hoc Decreto inferunt Canonici, quòd Coadjutus per se ipsum explere nequit functiones nuncupatas de Hebdomada, & Turno; & multo magis, cùm Canonicus Guerinus illi Decreto se subscripserit, quando factum est, illudque fuerit executioni mandatum a Canonico de Zipoliis, qui in Coadjutorem obtinuerat Canonicum Bruscolum, juxta documentum a Capitulo transmissum. Addunt iidem Canonici, quòd impedito, aut nolente Coadjuto, functiones de hebdomada peragi non debent ab ejus Coadjutore, sed a Canonicis proximè succedentibus, vel quia ita fert consuetudo Metropolitanæ Ecclesiæ
4 Florentinæ, de qua testatur Magister Cæremoniarum, vel quia hæc est differentia inter Coadjutores Dignitatum, & Coadjutores Canonicorum, quòd primi, uti sedentes in Stallo dignitatum explere debent functiones spectantes ad Dignitatem
5 Coadjutam, quod procedere non potest in Coadjutoribus Canonicorum, qui sicuti sedent post omnes Canonicos, ita non admittuntur ad honorarias functiones, si alii adsint Canonici, juxta tradita per *Pignattell. consult.* 185, *num.* 3, *&* 4, *tom.* 4, ponderando, quòd resolutiones Congregationis Sacrorum Rituum, in *Patavin.* 14 *Februarii* 1615, *&* 3 *Decembris* 1616, *&* in *Nertionen.* 12 *Octobris* 1619, quæ, impedito Coadjuto, firmant jus functiones peragendi devolvi ad Coadjutorem, & non ad Canonicum in Turno succedentem, loquuntur in terminis Coadjutorum Dignitatum, & non Canonicorum. Adversùs hæc reponit Canonicus Guerinus, se posse explere functiones nuncupatas de Hebdomada, & Turno, non
6 obstante, quòd habeat Coadjutorem; in Bulla siquidem Coadjutoriæ hæc habentur: *toties quoties dictus Joannes Guerinus noluerit, aut non potuerit per se ipsum dictæ Ecclesiæ, ratione Canonicatus, ac Præbendæ hujusmodi deservire, sic vice, & loco dicti Joannis Guerini, tanquam dictæ Ecclesiæ Canonicus, illi in divinis, ac aliis deservire, &c.* quorum tenor verborum importat, ut Coadjutus, si velit, functiones explere valeat, & possit absque eo, quòd quidquam referat Decretum allegatum Capitulare anni 1702; tum quia 7
fuit abrogatum ab alio Decreto Capitulari, edito *die* 5 *Martii* 1704, uti testatur Reverendissimus Archiepiscopus in suo voto, quod laudum præcessit; tum quia, primum illud Decretum non fuit auctoritate ordinaria vallatum; subdit quoque scribens pro Canonico Guerino, consuetudinem Ecclesiæ Metropolitanæ Floren- 8
tinæ non esse probatam ex attestatione Magistri Cæremoniarum; nec est omittendum, quòd allegatæ resolutiones Congregationis Sacrorum Rituum firmantes, quòd Coadjutores Dignitatum, & non Canonici explere debent Functiones spectantes ad Dignitatem Coadjutam, fue- 9
runt ab hac Sacra Congregatione Concilii extensæ ad Coadjutores Canonicorum; in causa etenim *Casalen. confirmationis statuti*, proposita *die* 28 *Januarii* 1690, in qua quæsitum fuit, *an Coadjutori, absente Canonico Coadjuto, indistinctè competat exercitium omnium functionum sui Coadjuti*, licèt Canonici in ordine succedentes prætenderent eas ad se, & non ad Coadjutores Canonicorum pertinere; responsum fuit, *danda esse Decreta supra allegata a Sacra Rituum Congregatione, edita in Patavina, videlicet, & Neritonen.*

His positis, dignabuntur EE. VV. decernere.

I. *An Canonicus Coadjutus possit per se ipsum explere Functiones nuncupatas de Hebdomada, & Turno, in casu, &c.*

II. *An eo impedito, vel nolente, possit dictas Functiones peragere Coadjutor, seu potiùs jus eas explendi devolvatur ad Canonicum in Turno succedentem, in casu.*

Votum R. P. D. Lambertini tunc Sacræ Congregationis Secretarii, & nunc Cardinalis, & Archiepiscopi Bononiæ.

Dubium I. *An Canonicus Coadjutus possit per se ipsum explere Functiones nuncupatas de Hebdomada, & Turno, in casu, &c.*

Affirmativè responderem. Datur enim Coadjutor in gratiam, & favorem Coadjuti, & consequenter, quando Coadjutus
vult per se ipsum explere Functiones 10
nuncupatas de Hebdomada, & Turno, id peragere potest; multoque magis, cùm huic assumpto faveant verba Bullæ Coadjutoriæ in folio relata.

Dubium II. *An eo impedito, vel nolente, possit dictas Functiones peragere Coadjutor, seu potiùs jus eas explendi devolvatur ad Canonicum in Turno succedentem in casu, &c.*

Hujus

Hujus secundi Dubii resolutio pendet
a verbis Bullæ Coadjutoriæ, in qua Bul-
11 la hæc habentur – *Ubique locorum, prout dictus Joannes Guerinus habet, & habere potest, & debet, pariformiter, & æquè principaliter, & absque ulla prorsus differentia, ac uti verus dictæ Ecclesiæ Canonicus in omnibus, & per omnia plenariè, & integrè habere, ac omnibus præeminentiis, immunitatibus, libertatibus, exemptionibus, honoribus, favoribus, gratiis, officiis, & privilegiis, quibus ipse Joannes Guerinus ratione dicti Canonicatus, & Præbendæ utitur, fruitur, potitur, & gaudet, & uti, frui, potiri, & gaudere, ac Divinis Officiis præfatis, & aliis quibusvis Functionibus, & actibus interesse, ac omnes, & singulos fructus, redditus, & proventus, distributiones quotidianas, & alia emolumenta quæcumque, quomodocumque nuncupata, ad dictos Canonicatum, & Præbendam quomodolibet spectantia, & pertinentia pro dicto Joanne Guerino lucrari poteris, & debeas, ac etiam tenearis.*

Non verificarentur autem hæc verba Bullæ, si impedito, vel nolente Coadjuto, jus peragendi Functiones de hebdomada, & Turno non pertineret ad Coadjutorem, sed devolveretur ad Canonicum in Turno succedentem.

Adeoque secundo Dubio respondendum esset *Affirmativè ad primam partem, negativè quoad secundam*; sed quia verba Bullæ fuerunt a me desumpta ex voto, quod præcessit laudum Archiepiscopi Florentini, tutiùs procedendo, responderem *dilata*, & exhibeatur Bulla Coadjutoriæ, & ad mentem, & mens esse peterit, ut Magister Cæremoniarum Cathedralis Florentinæ clariùs se explicet quoad dictæ Ecclesiæ consuetudinem, fides enim per eum transmissa, videtur admodum involuta, & obscura.

12 Die 26 *Martii* 1718 *Sacra Congreg. Sacr. Concilii Tridentini Interpretum distulit propositionem; sed proposita eadem causa, sub die 9 Aprilis anni 1718, sub iisdem Dubiis, Sacra Congregatio respondit ad primum affirmativè, & ampliùs. Ad secundum affirmativè quoad primam partem, & negativè quoad secundam.*

Aliud in eadem materia ejusdem Sac. Congregationis Decretum.

Æsina. Consimilis quæstioni præcedenti inter Canonicum Joannem Guerinum, & alios Canonicos Collegiatæ Ecclesiæ S. Laurentii Civitatis Florentinæ, de qua mox actum est, alia dici valet quæstio excitata in Ecclesia Cathedrali Æsina inter Canonicum Curtium Bonafide Coadjutorem Canonici Moriconi, & Canonicum Hyppolitum Colocci. Cum etenim
recurrente hebdomada, in qua, juxta Tur- 13
num, Missa solemnis cantari debebat a Canonico Moricono, Canonicus Curtius Bonafides ejus Coadjutor diceret ad se pertinere ejusdem Missæ solemnis celebrationem in absentia Coadjuti; Canonicus Hyppolitus Colocci se opposuit, asserens sui juris esse, & ad se, uti succedentem post Canonicum Moriconum, pertinere, eo impedito, officium peragere, & Missam canere solemnem. Tam Canocicus Bonafide, quàm Canonicus Colocci observantiam afferunt Cathedralis Æsinæ, sed eadem neutri favet, cùm sit æquivoca, uti testatur Episcopus in sua Informatione. Ad EE. itaque VV. spectat decernere,

An nolente, vel impedito Canonico Moricono, Missa solemnis, quæ, juxta Turnum, ab eodem esset celebranda, celebranda sit a Canonico Curtio Bonafide ejus Coadjutore, vel potiùs sit celebranda a Canonico Hyppolito Colocci in ordine Canonicorum succedente.

Votum R. P. D. Lambertini tunc Sacræ Congregationis Secretarii, & nunc Cardinalis, & Archiepiscopi Bononiæ.

Dubium. *An nolente, vel impedito Canonico Moricono, Missa solemnis, quæ juxta Turnum ab eodem esset celebranda, celebranda sit a Canonico Curtio Bonafide ejus Coadjutore, vel potiùs sit celebranda a Canonico Hyppolito Colocci in ordine Canonicorum succedente.*

Respondérem dilata, & exhibeatur Bulla Coadjutoriæ Canonici Curtii Bonafide; ut enim dictum fuit in responsione ad
secundum Dubium causæ Florentinæ, ha- 14
rum, & consimilium quæstionum resolutio dependet a tenore Bullæ.

Si verba Bullæ non obstabunt, resolutio erit plana favore dicti Canonici Cur-
tii Coadjutoris; in Ecclesia etenim Æsi- 15
na distincti sunt Ordines Canonicorum, uti colligitur ex resolutionibus Congregationis Sacrorum Rituum loquentibus in terminis hujus Ecclesiæ, & editis 5 *Martii* 1644, & 4 *Aprilis* 1705.

Et quando versamur in Ecclesia, in qua distincti sunt Ordines Canonicorum, tu-
tiora sunt jura Coadjutoris pro exclusio- 16
ne aliorum Canonicorum in ordine succedentium, uti resolvit hæc Sacra Congregatio in una *Sarzanen. prima Septembris* 1646, *lib. Decret.* 18, *fol.* 185, ubi sic legitur, *Coadjutorem Canonici Diaconi assistere debere Episcopo solemniter celebranti, non autem Canonicum Subdiaconum, quando in Ecclesia Ordines, juxta dispositionem Sacri Concilii, sunt distincti.*

Sacra Congregatio, sub die 26 *Martii* 17
1718, *distulit propositionem, repropositaque*

que

51 *quæ causa sub iisdem Dubiis, die 9 Aprilis rescripsit, quòd exhiberetur Bulla Coadjutoriæ. Sed reproposita iterum causa, die prima Aprilis 1719. sub eodem Dubio Sacra Congregatio respondit negativè ad primam partem, & affirmativè ad secundam.*

ADDITIO XLI.

Compsana Primiceriatus.

ARGUMENTUM.

Ostenditur, Primiceriatum Ecclesiæ Terræ Colliani non esse Beneficium Ecclesiasticum, sed merum ac simplex Officium honorificum, & præeminentiale, proindeque reservationibus Apostolicis minimè subjectum.

SUMMARIUM.

1 *Status causæ exponitur.*
2 *Merum, ac simplex officium non est Apostolicis reservationibus obnoxium, & num. 43.*
3 *Ecclesia Terræ Colliani est simplex Parochialis, & receptitia, & a quibus regatur.*
4 *Primiceriatus dictæ Ecclesiæ non importat veram, ac propriam dignitatem, sed solùm denominationem quandam abusivam.*
5 *Et non est Beneficium Ecclesiasticum, sed merum officium honorificum.*
6 *Sine dote, & certis redditibus non datur Beneficium Ecclesiasticum, & num. 45. & 47. in fin.*
11 *Portiones, quæ Vicecuratis persolvuntur, connumerari non possunt inter Beneficia Ecclesiastica.*
12 *A Portione, quæ datur ratione stipendii, non infertur ad statum Beneficii Ecclesiastici, & num. 46.*
17 *Documenta prævalent Testium depositionibus.*
20 *Rev. Camera Apostolica ratione spolii manus apponit super fructibus Beneficiorum Ecclesiasticorum vacantium, & num. 54.*
21 *In aliquibus Ecclesiis Regni Neapolitani inducta est consuetudo distribuendi fructus Beneficiorum vacantium inter Clericos ejusdem Ecclesiæ.*
Sed hujusmodi consuetudo per constitutionem Sancti Pii V, & Sixti V, abrogata remansit.
22 *Retentio dicti Primiceriatus cum Archipresbyteratu, qui est verum Beneficium, absque dispensatione Apostolica, arguit illum esse merum, ac simplex Officium, cum Beneficio sub eodem tecto compatibile, & num. 53.*
23 *Idem probat privatio, sive remotio, arbitrio Ordinarii, absque ulla confectione Processus.*
24 *Provisio Beneficii vacantis ob assequutionem alterius Beneficii incompatibilis, spectat ad Sanctam Sedem, & num. 55.*
Exclusio reservationum Apostolicarum resultat, quando per longissimum temporis spatium collatio semper facta fuit ab Ordinario, absque eo, quod nullus comparuerit impetrator, ibid.
25 *Post obitum Episcopi omnia Beneficia vacantia reservata sunt Sedi Apostolicæ, & sub num. 55.*
Vicarius Capitularis facultatem non habet conferendi Beneficia, ibidem, & sub num. 55.
27 *Ex collationibus per centum annos, & ultra, ab Ordinario expletis, inducitur observantia, etiam affirmativa, pro exclusione reservationum Apostolicarum, & num. 57.*
28 *Regula 9 Cancellariæ vim tollit consuetudinis centenariæ, & immemorabilis, quando clarè constat Beneficium esse subjectum Apostolicis reservationibus; non autem quando de hac qualitate non constat, & num. 58.*
29 *In Judicio possessorio executionis Literarum Apostolicarum, ultimus Status reservationibus contrarius attendendus est, & num. 59.*
30 *Ordinarii non valent eorum facto intrinsecum Statum Beneficii immutare, & num. 63.*
31 *Factum providendi in Mensibus reservatis prævalere debet verborum formulæ, quibus Ordinarii usi sunt, & sub num. 64.*
33 *Status collativus non tanquam de Beneficio, sed tamquam de Officio, non relevat ad effectum reservationis, & num. 66.*
34 *Officia Ecclesiastica quando comprehenduntur in reservationibus, & sub n. 66.*
36 *Provisiones Apostolicæ tanquam de simplici Officio, non solùm non probant qualitatem veri Beneficii, sed imò potiùs illam excludunt, & num. 68.*
37 *Neque pariter præjudicant Provisiones Apostolicæ sub falsa expressione veri Beneficii.*
38 *Ad immutandum Statum Beneficiorum, ultra quadragenariam, requiritur etiam scientia prioris Status in conferente.*
39 *Simplex supplicatio, quæ non habuit effectum, ob non factam Literarum expeditionem, nullam vim habet, & num. 69.*
Provisio Apostolica post inceptam litem obtenta tamquam de vero Beneficio, perinde est, ac si obtenta non fuisset, ibidem.
40 *Stante consuetudine, non tantùm Benefi-*

neficiati, sed etiam omnes Clerici ad solutionem Cathedratici obstringi possunt, & num. 70.

41 *Declaratur dec. in Baren. Primiceriatus, 9 Decembris 1720, cor. bon. mem. Cornel.*

44 *Primiceriatus quando recenseri valeat inter Officia Ecclesiastica reservationibus obnoxia.*

47 *Ad constituendam veram naturam Beneficii, non simplex denominatio inspicienda est, sed res substantia.*

49 *Dos annexa Beneficio, eo ipso acquiritur, quòd ad Beneficium quis eligitur, & ne momento quidem temporis potest ab ipso auferri.*

51 *In Testium conflictu prævalent ii, qui sunt numero, & qualitate majores.*

Testibus, qui scribere nesciunt, in res quæ non cadit sub sensus, deferendum non videtur, ibidem.

Documenta publica prævalent Testibus quibuscumque, ibidem.

52 *Quid importent verba* cum suis Gagiis, & emolumentis.

54 *Beneficia Ecclesiastica diu vacantia, a S. Sede, jure devoluto, conferuntur.*

60 *Contra Provisum Apostolicum, satis est, quòd reservatio reddatur turbida.*

61 *Verba* vacare, *conferre, & similia conveniunt etiam simplici Officio.*

62 *Idem dicendum de missione in possessionem cum promissione manutenendi.*

64 *Facta præponderant verbis.*

Et potius effectus, quàm modus attenditur, ibidem.

67 *A diversis non fit illatio.*

Dubium -- *An literæ Apostolicæ sint exequendæ in casu, &c.*

Reverendissime Pater.

1 PRæsens causa quater jam proposita fuit in hoc Sac. Auditorio, & ob parem suffragiorum discrepantiam nunquam resoluta; quapropter, cùm in Rota diei 30 Januarii currentis anni, videntibus omnibus DD. rescriptum fuerit -- *Iterum proponatur* -- certa spe confidimus, Reverendissimos PP. in hac quinta causæ propositione absoluturos rem tandem esse favore DD. Principalium, rescribendo *negativè*, prout obsequentissimè supplicamus.

2 Porrò momentum omne hujus causæ situm est in eo, an nempe Primiceriatus Ecclesiæ Terræ Colliani sit Beneficium Ecclesiasticum reservationibus Apostolicis obnoxium, uti Pars adversa contendit; an potiùs sit merum, & simplex Officium honorificum, & præeminentiale, haud quaquam participans de qualitate veri, ac proprii Beneficii, prout Nos justissimè sustinemus. Si enim idem Primiceriatus est verum, & proprium Beneficium, tunc Literæ Apostolicæ ex adverso expeditæ, tanquam de reservato ratione Mensium, erunt proculdubio exequendæ. Sin autem est merum, & simplex Officium, tunc certo certiùs eædem Literæ Apostolicæ demandari executioni non poterunt, quia hujusmodi Officia subjecta non sunt reservationibus Apostolicis, ut post alios absque contradictore firmant *Piton. discept.* 17, *num.* 52, *Rot. coram Duran. dec.* 340 *numer.* 4, & 5, *coram Cerr. decis.* 287, *num.* 4, *coram Caprar. decis.* 428, *num.* 3, & *in Augustana Summæ Custodiæ, super secundis Literis, 21 Junii* 1715, § *Deficere, coram Eminentissimo Falconer. confirmata* 15 *Maji* 1716, § *Firmum, cor. eodem.*

Ut autem proposita quæstio faciliùs pro DD. Principalibus decidatur, illud est omnino animadvertendum, quòd Ecclesia Terræ Colliani, non jam est Ecclesia Cathedralis, aut Collegiata, sed est dumtaxat Parochialis, & Receptitia, quæ instar aliarum similium Ecclesiarum Regni Neapolitani, de quibus loquitur *clar. me. Card. De Luc. de Canonic. disc.* 18, 19, & 21, *in princip. & Rot. in Castellaneten. Portionis*, 3 *Junii* 1720, § *Quòd verò*, *coram bon. mem. Foscaro*, regitur a Parocho, qui nuncupatur Archipresbyter, & a quatuor aliis Presbyteris ejusdem Terræ a Reverendissimo Archiepiscopo Compsano Deputatis, quorum unus dicitur Primicerius, & reliqui tres vocantur Participantes; qui omnes, sicuti adjuvant Parochum in exercitio Curæ Animarum, ita de Emolumentis ejusdem Curæ participant, & præcise loquendo de hac Ecclesia Terræ Colliani, advertit *Ursaya, disc. pt.* 20, *num.* 16, *tom.* 2, *part.* 1, ibi -- *Nostra Ecclesia non est Cathedralis, vel Collegiata, sed simplex Parochialis, quæ non regitur ab Archipresbytero tanquam ab unico Parocho, sed ab eodem tanquam Capite; Primicerio autem, & tribus aliis Presbyteris, tanquam ejus membris ipsum adjuvantibus in Exercitio Curæ, participantibus de emolumentis ejusdem Curæ.* 3

4 Et quamvis, ut dicebamus, alter ex præfatis quatuor Participantibus deputari soleat ad munus Primicerii pro directione Chori, Sacratumque Functionum, quia tamen eadem Ecclesia non est Collegiata, sed solum Parochialis, & receptitia, idcirco speciosus iste Titulus Primicerii non importat veram, & propriam dignitatem, sed solum denominationem quandam abusivam, ut de hoc eodem nostro Primiceriatu differit *Ursaya, d. discept.* 20, *num.* 41, *cum duobus seqq. & num.* 47, *& seq. tom.* 2, *par.* 1, eodem fermè pacto, quo in similibus Ecclesiis Receptitiis Regni Neapolitani, tametsi Presby-

te-

teri participantes dicantur abusivè Canonici, verè tamen Canonici non sunt, ut observat *clar. mem. Card. De Luc. de Benefic. disc. 59, num. 5; & de Canonic. disc. 18, num. 13; & disc. 19, n. 6, & 7,* & conferunt deducta per *Pignattell. consult. 46, num. 9, in fin. tom. 7; Rot. dec. 4, num. 3, post Tamburin. de Jur. Abb.*

5 His ergo ita prænotatis, dicimus, constanterque sustinemus, quòd Primiceriatus prædictæ Ecclesiæ Colliani, prout cæteri omnes reliquarum Ecclesiarum Diœcesis Compsanæ non sunt vera, & propria Beneficia Ecclesiastica, sed sunt mera Officia honotifica, prout hoc præciso Officiorum nomine nuncupantur in Literis Deputarionum ab Archiepiscopis fieri solitis, ibi -- *Cum vacaret, & vacet ad præsens OFFICIUM Primiceriatus in Matrici Ecclesia dicta Terræ* — & rursus -- *prædictum Primiceriatus OFFICIUM præmisso, seu quovis alio modo vacan.* -- ac denique -- *in veram, &c. possessionem ejusdem OFFICII Primiceriatus immittat;* & loquendo de hoc nostro Primiceriatu Terræ Colliani, dixit *Ursaya, dicta discept. 20, num. 46, tom. 2, par. 1,* ibi -- *Ipsum simpliciter subrogavit in eum locum, quem habuerunt illius Antecessores a tempore, cujus initii memoria non existit, DUM DE TALI OFFICIO habetur etiam replicata mentio in antiqua Sententia anni* 1612.

6 Et re vera huiusmodi Primiceriatus haud quaquam dici potest verum, & proprium Beneficium Ecclesiasticum, cùm nullam penitùs habeat Dotem, nullos certos habeat redditus, sine quibus impossibile prorsùs est, quòd dari possit Beneficium Ecclesiasticum, ut communissimè post alios Canonistas firmant *Gonzal. ad Reg. 8 Cancellar. Glos. 5 a nu. 7, ad 14; Anaclet. in Jus Canon. lib. 3, tit. 5, de Concess. Præbend. num. 17, Corrad. in Prax. Benefi. lib. 1, cap. 1, num. 12; Monacell. Formul. Legal. tom. 1, Annot. ad Form. 1, Tit. 2, num. 4; Rot. coram Priol. dec. 104, num. 16; & in rec. decis. 263, nu. 2, par. 4; & dec. 59, nu. 7, part. 10.*

7 Pars adversa Dotem, quam noster Primiceriatus re ipsa non habet, ex nihilo creare contendens, supponit, quòd in nostra Ecclesia adsit Massa communis in quinque æquales partes divisa: Quod Dos Archipresbyteratus consistat solùm in una ex dictis quinque Portionibus: Quòd una ex huiusmodi Portionibus destinata sit pro Dote Primiceriatus: Quòdque demum Primicerius habeat distributiones quotidianas duplicatas.

8 Sed hujusmodi contrarium suppositum in nulla sui parte subsistit. Falsum namque est, quòd in nostra Ecclesia adsit Massa communis; nam præter redditus Parochiales consistentes in Emolumentis percipi solitis ex Funeribus, Baptismis, Matrimoniis, Oblationibus, nec non in quibusdam fructibus aliquorum Stabilium ad Archipresbyteratum spectantium, nulli alii adsunt fructus, aut proventus, ex quibus confici possit prætensa Massa communis.

Hi autem fructus, atque proventus 9
omnes in universum absque ulla prorsùs diminutione assignantur soli Archipresbytero in collatione ipsius Archipresbyteratus, ut liquido patet ex Literis Apostolicis moderni Archipresbyteri; & quamvis Pars adversa gratis asserat, in Collatione Parochiæ transferri solummodo fructus ad Archipresbyteratum spectantes, non verò alios redditus ad Ecclesiam pertinentes, fas tamen Nobis sit quærere ab eadem Parte adversa, ubi nam sint isti redditus, ubi Bona, ubi alia Emolumenta non ad Archipresbyteratum, sed ad Ecclesiam pertinentia, ex quibus confici possit Massa communis, & quorum in existentia a Nobis cæteroquin apertè probatur ex documentis in præcedenti § enunciatis.

Verum quidem est, quòd, cùm Ar- 10
chipresbyter solus superesse non possit omnibus oneribus Parochiæ nimium vastæ, ac numerosæ, & idcirco aliorum Presbyterorum auxilio indigeat, solent ab Archiepiscopis eidem adjungi quatuor Sacerdotes tamquam illius Coadjutores in Cura Animarum, quibus per speciale Decretum Archiepiscoporum assignatur aliqua portio redditum Parochialium in recompensationem laborum, quos sustinent pro Archipresbytero.

Sed tamen falsum est, quòd una tan- 11
tùm portio sit Dos Archipresbyteri, cùm ipse tamquam verus Beneficii Rector universos eius fructus colligat, & retenta sibi duplici portione *per parte, ed antiparte*, reliquas portiones tanquam cæterorum caput distribuat aliis Præsbyteris Coadjutoribus eodem ferme pacto, quo suis Vicecuratis mercedem persolveret; ob quam quidem causam huiusmodi Portiones connumerari non possunt inter Beneficia Ecclesiastica, ut, discusso formiter articulo, pro exclusione Apostolicarum Reservationum optimè firmavit *Rot. in Castellaneten. Portionis, 3 Junii 1720, coram bon. mem. Foscaro.*

Prout etiam falsissimum est, quòd una 12
ex dictis Portionibus annexa sit controverso Primiceriatui. Etenim, si quando aliquis ex dictis Presbyteris Coadjutoribus eligitur Primicerius, uti peritus Cantus Gregoriani, participat quidem de una Portione, sed non *tanquam Primicerius*, nec vigore Literarum Patentium pro Primiceriatu expeditarum, sed *tanquam Coadjutor Parochi in Cura Animarum*, ac vigore specialis, distinctique

De-

Decreti Deputationis ab Archiepiscopo factæ, id quod certe non sufficit, ut eadem Portio dici debeat Dos Primiceriatus, ut optimè monent *Lotter. de re Benefic. lib. 1, quæst. 31, num. 71; Anaclet. in Jus Canon. lib. 3, tit. 5, de Præbend. n. 17; Monacell. Formul. Legal. tom. 1, annot. ad formul. 1, tit. 2, num. 4; Rot. cor. Duran. dec. 340, numer. 10, § Nec quidquam; & cor. Priol. decis. 104, numer. 16.*

13 Et sanè, quòd ita se res habeat, evidens, & apertum redditur ex eo, quòd, si quando Presbyteri Participantes fuerunt electi Primicerii, priorem dumtaxat, quam priùs habebant, Portionem retinuerunt; nec quidquam prætetea adepti sunt, ut quoad nostram Ecclesiam constat ex ultimo Statu, in quo Joseph Cardonus ad participationem receptus anno 1691, post novem annos effectus fuit Primicerius per obitum Francisci Flore, suamque portionem retinuit, nec adeptus fuit illam a prædicto Flore possessam, utpote quæ assignata fuit Josepho de Vecchis; ergo Primiceri uti tales nihil prorsùs habent, sed solummodo retinent id, quod tanquam Coadjutores jam habebant.

14 Quid? quòd idem Presbyter uno eodemque tempore Deputatus Primicerius, & receptus ad participationem, non jam participationem obtinuit vigore Literarum Patentium Primiceriatus; sed pro assequenda Participatione, necesse habuit obtinere aliud distinctum, ac separatum Decretum eadem die expeditum, ut accidit in nostra Ecclesia anno 1679, quo Franciscus Flore, die 28 Novembris per solitas Literas patentes electus fuit Primicerius; & tamen, ut Portionem, quam ipse non habebat, assequeretur, necesse fuit, ut contemporaneè, & sub eademmet die distinctum Decretum obtineret pro admissione ad participationem; ergo Primiceriatus nullam habet annexam Portionem, dum pro ea obtinenda satis non est electio ad Primiceriatum, sed requiritur distincta admissio ad munus Coadjutoris.

15 Quid plura? Permulti fuerunt electi Primicerii, & tamen vel nunquam participarunt, quia nunquam fuerunt admissi ad munus Coadjutoris; vel saltem iidem Primicerii nonnisi post longum temporis spatium fuerunt ad participationem admissi, donec per solitum speciale Decretum Archiepiscopi fuerunt in numerum Coadjutorum cooptati. Illud etiam addendo, quòd, si unquam inter Presbyteros tam Participantes, quàm non Participantes nullus extitit Peritus Cantus Gregoriani, Officium Primicerii expletum fuit ab ipso Archipresbytero, qui non idcirco ullam majorem habuit Portionem.

Patet itaque, quòd noster Primiceriatus nullam habet Portionem annexam, nullam Dotem, nullosque fructus; atque hæc ipsa veritas magis, magisque confirmata remanet ex documentis in tertia Propositione a Parte adversa productis. Produxit enim Literas Apostolicas Provisionis consimilis Primiceriatus Terræ Aulettæ, in quibus exprimitur, quòd ipse erat simplex Officium, non verò dignitas; quodque nullos habebat fructus certos, incertos verò in sola summa quinque Carolenorum. Eadem Pars Adversa attulit Depositionem Sabbati Caporale Primicerii Terræ Pali, in qua ipse asserit se Portionem renunciasse *per non essere obligato all' assistenza delle Confessioni, raccomandazione di Anime, ed altre cose di obbligo di detta Partecipazione, ma stare colla sua solita libertà*; ex quibus quidem contrariis documentis perspicuum redditur, quòd Primiceriatus nullam penitus habet dotem, vel portionem annexam; quodque participatio non datur uti dos Primiceriatus, sed uti merces laboris impensi pro Parocho, ut patet consideranti. 16

E conspectu verò hujusmodi documentorum, cæterarumque demonstrationum superiùs allatarum, spernendæ prorsus sunt simplices fides exadverso adductæ nonnullorum Testium, quorum aliqui nec scribere quidem sciunt, & tamen omnes animosè deponunt, unam portionem annexam esse Primiceriatui. Hæc enim annexio non est res, quæ cadat sub sensus, & quamvis plerumque Primiceriatus conferri soleant Participantibus, uti Presbyteris antiquioribus, & idcirco sæpissimè Primicerii stui etiam soleant una portione, id tamen non efficit, ut hæc portio Primiceriatui sit necessariò annexa, utque pro habenda eadem portione, satis sit deputatio ad munus Primicerii, cùm contrarium constet ex publicis documentis superiùs allatis, quæ certè prævalere debent simplicibus Testium depositionibus, juxta *Text. in leg. Census, ff. de Probation.* ibi -- *Monumenta publica potiora Testibus esse, Senatus censuit* — *Rot. cor. Coccin. dec. 235, num. 17, cor. Dunoz. jun. dec. 122, num. 11; & in rec. dec. 589, num. 2, par. 2.* 17

Quemadmodum autem ex hucusque deductis minimè subsistit, quòd una portio sit annexa Primiceriatui, ita pariter falsum est, quòd noster Primicerius habeat distributiones quotidianas duplicatas, quæ proinde inservire debeant loco Præbendæ. Si enim in nostra Ecclesia non recitatur quotidie Divinum Officium, sed dumtaxat in solemnioribus primæ Classis Festivitatibus, quæ ad paucos dumtaxat dies rediguntur, intelligi profectò non potest, quomodo creari velint istæ distribu- 18

 bu-

butiones quotidianæ, ut ita attribui valeat nostro Primiceriatui Dos illa, quam re ipsa non habet.

19 Hæc sanè exuberarent, nedum sufficerent ad constabiliendum, quòd noster Primiceriatus, tanquam carens dote, non est verum, & proprium Beneficium Ecclesiasticum, sed merum dumtaxat Officium honorificum, ac præeminentiale; sed adhuc tamen clariora supersunt argumenta id manifeste evincentia; & primo quidem, quia, licèt noster Primiceriatus spatio 23 annorum vacaverit, ab anno nempe 1656, ad annum usque 1679, nunquam tamen Sedes Apostolica illum contulit jure devoluto, prout conferre debuisset, si verum extitisset Beneficium, sed ipsum providit Archiepiscopus eodem anno 1679, favore Francisci Fiore.

20 Deinde verò Rev. Camera Apostolica nunquam ratione Spolii manus apposuit super fructibus dicti Primiceriatus tam in dicta diuturna vacatione 23 annorum, quàm in cæteris successivis vacationibus per obitum Francisci Fiore, & Josepho Cardone, prout facere debuisset vigore Bullæ Sancti Pii Quinti la 26, & sicut quotidie facere solet in veris Beneficiis collativis propriam Dotem habentibus, ex notatis per *Valenzuol. cons. 196, numer. 47; Paris. de resignat. lib. 1, quæst. 6, n. 17, Rot. in recen. dec. 155, num. 2, part. 3, & dec. 237, num. 3, par. 4.*

21 Spreta replicatione, quòd id fortasse evenire potuit, quia in aliquibus Ecclesiis Regni Neapolitani inolevit consuetudo distribuendi fructus Beneficiorum vacantium inter Clericos ejusdem Ecclesiæ, ut tradit *Redoan. de Spoliis, quæst. 5, n. 5.* Nam, quidquid foret per id tempus, quo scripsit idem Redoanus, qui examinat solùm Bullam san. mem. Julii III, in qua præservabantur Consuetudines, certe id dici nullo pacto potest, postquam S. Pius V expressè sibi reservavit Spolia, fructusque omnium Beneficiorum vacantium Regni Neapolitani; & contrarias omnes consuetudines abrogavit, ut liquidò constat ex ejus *Constitut. in Bullar. nov. la 55;* & postquam etiam san. mem. Sixtus V similem fecit reservationem in suo Brevi impress. apud *Quarant. in summa Bullar. verb. Spolia Clericorum, fol. mihi 608.*

22 Tertium argumentum beneficiariæ qualitatis exclusivum est, quòd Archipresbyteri, quoties Deputati etiam fuerunt ad munus Primicerii, absque ulla dispensatione Apostolica Primiceriatum cum Archipresbyteratu, qui est verum Beneficium, semper retinuerunt non jam *incompatibile*, ut ex adverso contendebatur, sed per viam veræ, ac stabilis deputationis; id quod luculenter ostendit, controversum Primiceriatum esse merum, & simplex Officium honorificum, ideoque compatibile cum vero Beneficio etiam sub eodem tecto, ut bene in puncto differit *Rot. cor. Cerr. decis. 623, num. 11, & 20, & in Augustana Summæ Custodiæ super secundis Literis, 21 Junii 1715, § Tantum autem, cor. Eminentiss. Falcoa.*

Quartum argumentum eruitur ex eo, quòd nostri Primicerii absque ulla confectione Processus privantur, & amoveutur arbitrio Archiepiscopi, quam circumstantiam pro exclusione qualitatis veri Beneficii in nostris præcisis terminis Magistri Cantus ponderat *Rot. in recen. dec. 329, num. 2, 3, & seq. par. 16, & coram Emerix Jun. dec. 73, & decis. 92, utrobique num. 1.* 23

Huc etiam spectat altera illa gravissima circumstantia, quòd, ubi contigit, hujusmodi Primicerios provisos fuisse de Archipresbyteratu, qui est verum, & proprium Beneficium, novus Primicerius non jam provisus fuit a Dataria Apostolica, sed fuit semper electus ab Archiepiscopo Compsano; quando tamen ad ipsam Datariam vigore Decreti spectare certissime provisio debuisset, si actum fuisset de vero Beneficio; *Gonzal. ad Reg. 8 Cancell., Gloss. 52, nu. 7; Barbos. de Offic., & Potest. Episcop. Allegat. 57, nu. 2, Rot. in Colonien. Canonicatus 13 Maii 1725, in fine princip. coram bon. mem. Cerro*; & inverisimile prorsus est, quòd in tanto temporis spatio nullus comparuisset Impetrator, ut egregiè observat *Piton. de Controv. Patron. Allegat. 97, num. 18; Rot. in Monasterien. Canonicatus, 19 Januarii 1714, § Prædicta, coram bon. mem. Ansaldo.* 24

Accedit his, quod ipsimet Vicarii Capitulares, Sede Archiepiscopali vacante, elegerunt, ac deputarunt Primicerios; id quòd certo certius facere nequivissent, si huiusmodi Primiceriatus forent vera, & propria Beneficia; tum quia omnia Beneficia post Episcoporum obitum vacantia, sunt reservata S. Sedi vigore, Regulæ secundæ Cancellar. ut monet *Rot. in Granaten. seu Toletana Beneficii, 12 Decembris 1721, § Reservatio, in fin. coram bon. mem. de Herrera*; tum etiam quia Vicarii Capitulares nullam habent facultatem conferendi Beneficia; ad *Text. in cap. 2, Ne Sed. V...nt. Rot. in Segobien. Canonicatus, 11 Aprilis 1704, § Quæ quidem, coram clar. mem. Card. Scotto, & in Abulen. Cappellaniæ, 28 Junii 1715, § Multoque minus, coram bonæ memoriæ Ansaldo.* 25

Non subsistit autem, quòd Carolus Antonius Muscatus ob easdem Provisiones Primiceriatuum remotus fuerit ab Officio Vicarii Capitularis; tum quia Causæ, ob quas ipse remotus fuit a prædicto Officio, sunt penitus diversæ, ut vi- 26

videre est in ejus supplici Libello, & in Relatione Reverendissimi Nuntii; tum quia Provisio Primiceriatus Terræ Teoræ ab ipso facta fuit anno 1711; & tamen ejus privatio, prout etiam exadverso asseritur, non priùs contigit, quàm anno 1715; tùm demum quia ipse nec solus, nec primus fuit, qui similes provisiones explevit, cùm alii etiam Vicarii Capitulares ab immemorabili tempore nostros Primiceriatus semper contulerint.

27 Coronat denique supradicta omnia argumenta constans, uniformis, & plusquam centenaria observantia tam affirmativa, quàm negativa, iuxra quam Archiepiscopi Compsani per Sæculum, & ultrà, atque etiam in ultimo Statu semper elegerunt Primicerios nostræ Ecclesiæ Colliani, quamvis pluries, & præsertim in dicto ultimo Statu ipse Primiceriatus vacaverit in mensibus reservatis, nec intra longissimum centum annorum spatium ulla reperiri potuit Provisio Apostolica controversi nostri Primiceriatus Terræ Colliani, quamvis in Archivio supplicationum Apostolicarum fuerint in id adhibitæ exactissimæ diligentiæ; & quamvis, uti superius diximus, idem Primiceriatus pluries vacaverit in mensibus reservatis, enimvero uniformis ista observantia tam affirmativa, quàm negativa metam centum annorum prætergrediens, clarissimè ostendit, nostrum Primiceriatum nunquam fuisse verum Beneficium, sed merum, ac simplex Officium honorificum, non cadens sub Reservationes Apostolicas, ut loquendo de observantia affirmativa optime post alios firmavit *Rot. in Compostellana Beneficii, 15 Martii 1717, § Verùm etiam, coram Eminentissimo Altban; & in Castellaneten. Portionis, 3 Junii 1720, § Hinc fundiens, coram bon. mem. Foscaro*, & disserendo de observantia negativa egregiè notavit *Rot. in Recen. decis. 661, num. 15, par. 19, in dicta Augustana summæ Custodiæ super secundis Literis 21 Iunii 1715, § Altera, coram Eminentissimo Falconerio, & 15 Maji 1716, § Parum, coram Eodem; & in dicta Compostellana Beneficii, 15 Martii 1717, § Hæc autem, coram Eminentissimo Altban.*

28 Nilque turbat, quòd in Regula 9 Cancellariæ derogetur immemorabili quasi possessioni conferendi Beneficia vacantia in Mensibus reservatis, & irritentur provisiones omnes, quæ aliter fiant ab Ordinariis; id etenim solummodo procedit in veris, ac propriis Beneficiis, quæ cadunt sub Apostolicas Reservationes; at non etiam in meris, ac simplicibus Officiis honorificis, quæ nulli Reservationi sunt obnoxia, cuiusmodi esse nostrum Primiceriatum ipsa rei evidentia superiùs ostendimus, prout huiusmodi objectioni præcise respondent *Gonzal. ad Reg. 8 Cancell. Glos. 5, § 11, num. 5, 10, & seq., & Glos. 67, num. 39, Kuebter in dicta Reg. 8, Gloss. 1, num. 24; Rot. in dicta Augustana summæ Custodiæ super secundis Literis, 21 Junii 1715, § Deficere, & § Non subsistente, cor. Eminentissimo Falconerio, & in d. Castellaneten Portionis, 3 Junii 1720, § Non attento, in fin. cor. bon. me. Foscaro.*

At verò, si juxta intimata superioribus locis exclusa penitus remaneret qualitas veri, & proprii Beneficii, etiamsi essemus in Judicio petitorio super Statu controversi Primiceriatus; quid, quæso, dicendum erit in hac nostra hypothesi, in qua solùm agitur de Judicio possessorio prætensæ Executionis Literarum Apostolicarum, quòd absolvi certò certius debet simpliciter juxta ultimum Statum? Profectò in his terminis, cùm ultima provisio ejusdem Primiceriatus facta fuerit ab Archiepiscopo Compsano, tametsi Franciscus Fiore illius possessor obiisset in Mense reservato, sola hæc ultima provisio exuberat ad effectum denegandi executionem Literis Apostolicis, excludendique odiosum Imperrantem ex asserta reservatione, ut, aliis omissis, unanimiter tradunt *Lotter. de re Benefic. lib. 1, quæst. 34, num. 27, Piton. discept. Eccles. 17, num. 62, ad 66, & de controv. Patron. allegat. 98, num. 6; Rot. in recen. dec. 154, num. 3, parte prima*, ibi -- *Ad effectum, ut includeretur, vel excluderetur reservatio, attendenda est ista quasi possessio, & ultimus Status Beneficii -- dec. 329, num. 4, part. 16, dec. 472, num. 26, parte 19; in Augustana summæ Custodiæ super secundis Literis, 21 Junii 1715, § Non subsistente, coram Eminentissimo Falconerio, in Compostellana Beneficii, 15 Martii 1717, § Emergebat, coram Eminentissimo Altban*, ibi -- *Tantummodo attendi debet quasi possessio, & ultimus status ad effectum excludendi assertam reservationem, & in d. Castellaneten. Portionis, 3 Jun. 1720, § Fin. cor. bon. mem. Foscaro.* 29

In hoc autem rerum statu nullo prorsùs numero habenda est contraria illa objectio tantopere exadverso exaggerata, quòd nempè Archiepiscopi elegerint Primicerios per Literas patentes, quæ præseferre videntur collationem in titulum. Multiplex enim, & unaquæque validissima occurrit responsio, quarum prima est, quòd, cùm ex hactenus deductis evidenter appareat, Primiceriatus, de quibus agitur, non esse vera, & propria Beneficia, quodlibet Ordinariorum factum ipsorum statum immutare non potuit, cum Ordinarii facultatem non habeant immutandi statum Beneficiorum, 30

propriæ Diœcesis, ut benè firmat *Rot. coram Buratt. decis. 636, numer. 8, ibique Addeu. litt. E, coram Merlin. decis. 87, num. 17, coram san. mem. Alexaudro VIII, dec. 240, num. 26, coram Dunozett. Jun. dec. 861, num. 3; & decis. 887, num. 4; & in rec. dec. 152, num. 12, par. 10, & dec. 234. num. 27. par. 16.*

31 Altera responsio est, quòd abusiva illa Formula earundem Literarum patentium, nihil prorsùs curanda est e conspectu patentissimi Facti ipsorum Ordinariorum, quòd certè magis efficax, magisque concludens esse non potest pro excludenda qualitate veri, & proprii Beneficii. Ipsi enim, quamvis expedieerint Bullas, semper tamen, & ad semper etiam in Mensibus reservatis contulerunt Primiceriatus; quòd quidem facere nequivissent, nisi agnovissent, rem non esse de vero Beneficio, sed de mero tantùm, ac simplici Officio, ut in puncto puncti optimè notat *Piton. discept. Eccles. 17, num. 59,* ibi -- *Cum multi Ordinarii, & Capitula, seu Clerici hujusmodi Ecclesiarum parum habeant de his subtilitatibus Juris circa modum, & formulam propriam providendi de his Beneficiis, & procedunt cum solita formula aliorum Beneficiorum Ecclesiæ numerata, sed bene se gerunt circa factum, & substantiam providendi in Mense reservato, sciendo, quòd in quocumque tempore ad eos pertinet provisio in his Ecclesiis receptitiis; ideoque, sicut factum præponderat verbis, & attenditur effectus, & non modus,* ITA DEBET PRÆVALERE FACTUM PROVIDENDI IN MENSIBUS RESERVATIS, ET SPERNI CORTEX, SEU FORMULA VERBORUM PROVISIONIS.

32 Verosimile autem est, quòd ideò per Bullas expedirentur Primiceriatus, ad differentiam portionum, quæ per simplex Decretum assignabantur, quia res erat de Officio secum ferente præeminentiam quandam, ac præcedentiam supra portionarios, ac præferente quandam honoris, seu dignitatis impropriam denominationem, & idcirco fortassè Cancellarii usi fuerunt eadem ferè Bullarum formula, quæ in Collatione Primiceriatus Ecclesiæ Cathedralis, qui est vera, & propria Dignitas, adhibetur, sed tamen negari non potest, quin eadem Formula quoad nostros Primiceriatus impropria dici debeat, & abusiva, cùm in ea præsertim adsint verba illa -- *Assignantes tibi Stallum in Choro, & primam vocem post Archipresbyterum in Capitulo;* id quòd verificari certè non potest in nostra Ecclesia, in qua nullum adest Capitulum, cùm ipsa non sit Cathedralis, nec Collegiata, sed simpliciter Parochialis, & receptitia, uti toties superius probavimus.

Ac tertiò demum urget fatalis illa, & ineluctabilis responsio, quòd nempè in iisdem prætensis Bullis controversi Primiceriatus non jam conferuntur tanquam Dignitates, aut Beneficia; sed tanquam mera, & simplicia Officia, ibi -- *Cum vacaret, & vacet ad præsens* OFFICIUM PRIMICERIATUS *in Matrice Ecclesia dictæ Terræ* -- & rursùs *prædictum* PRIMICERIATUS OFFICIUM *præmisso, seu alio quovis modo vacan.* ac denique -- *in verum, &c. possessionem ejusdem* OFFICII PRIMICERIATUS *immittant*. Ideoque in his terminis, tametsi daremus, quod ex prædictis assertis Bullis desumi posset status collativus nostrorum Primiceriatuum, quia tamen iste non esset status collativus Beneficiorum, sed solummodo status collativus Officiorum, id certè efficere nullo pacto posset, ut prædicti Primiceriatus sub Apostolicis reservationibus comprehendi remanerent, prout in individuo contrariæ objectioni egregiè respondet *Rot. coram Duran. dec. 340, n. 14.* ibi -- *Et cessat difficultas, quia nullibi constat, Collationes prædictas fuisse simpliciter factas de Beneficiis Ecclesiasticis, sed potius de Officiis. Unde non probatur status collativus Beneficiorum, sed Officiorum, quod non relevat ad effectum, ut dictæ Præpositturæ sub reservatione comprehendantur* --, *& coram Cerr. dec. 623, n. 13, § Imò ponderarunt.* 33

Nec urget, quod etiam Officia Ecclesiastica cadant sub reservationes Apostolicas; id namque intelligendum est de illis Officiis, quæ conferuntur in titulum perpetui Beneficii, quæque habent omnia necessaria requisita verum Beneficium constituentia, & in his terminis loquuntur Auctoritates, quæ exadverso allegari solent, at aliter se res habet quoad cætera Officia, quæ nec conferuntur in titulum perpetui Beneficii, nec re ipsa sunt Beneficia Ecclesiastica, prout sunt nostri Primiceriatus; ejusmodi namque Officia, tametsi Ecclesiastica, nullo pacto comprehendi possunt sub reservationibus Apostolicis, ut optimè in nostris terminis distinguit *Rot. coram Duran. dicta decis. 340, num. 15, cum pluribus seqq.* ibi -- *Nec relevat, si dicatur, quòd, licèt non sint Beneficia, sit satis, quòd sint Officia Ecclesiastica, cùm etiam illa cadant sub reservatione; quia, dato etiam, quòd talia essent, respondetur, non omnia Officia Ecclesiastica sub reservatione comprehendi, &c. sed solùm illa cadunt sub reservatione, quæ conferuntur in titulum perpetui Beneficii, & re vera sunt Beneficia Ecclesiastica, prout sunt Sacristæ, Archipresbyteratus, Præpositturæ habentes Spiritualitatem, & erectæ in titulum Beneficii, & similia, quæ in nihilo distant a Beneficiis Ecclesiasticis; Maudos. &c. unde,* 34

cùm

cùm non constet, dictas Præposituras consuevisse conferri in titulum perpetui Beneficii, nec re vera esse Beneficia Ecclesiastica, sed imò totum contrarium, necessario sequitur, non cadere sub Reservatione.

35 Hinc autem nullo prorsus numero habendæ sunt paucæ quædam Provisiones Apostolicæ, quæ in contrarium afferuntur; tum quia non respiciunt Primiceriatum nostræ Ecclesiæ Colliani, de quo nunc agitur, quique semper, & præsertim in ultimo statu ab Ordinariis collatus fuit etiam in Mensibus reservatis, uti supra probavimus; sed loquuntur de Primiceriatibus aliarum Ecclesiarum nostræ Diæcesis, nimirum Terræ Contursii, Buccini, & Aulettæ.

36 Tum quia differendo etiam de prædictis provisionibus Apostolicis, in illa Primiceriatus Terræ Aulettæ aperte dicitur, quòd idem Primiceriatus est simplex Officium, nullosque habet fructus certos, incertos verò in sola summa quinque Carolenorum, ibi -- *Cum Primiceriatus nullibi Dignitas, sed Officium simplex existens in Parochiali Ecclesia Terræ Aulettæ, &c. cujus, & illi forsan annexorum fructus nulli sunt, incerti verò quinque Carolenorum* -- ideoque hæc provisio non solùm non officit, sed etiam maximè prodest, cùm ibidem Primiceriatus nuncupetur simplex Officium carens omni dote, ut in puncto optimè observat *Rot. coram Cerr. dec. 623, num. 16, § Imò ponderarunt*, ibi -- *Imò ponderarunt Domini, nonnullas ex Apostolicis Provisionibus specificè loqui de simplici Officio, & signanter infrascriptas, nempe, &c. unde hujusmodi Provisiones non sunt contrariæ, sed uniformes statui antiquo.*

37 Reliquæ verò provisiones Apostolicæ Primiceriatuum Terræ Contursii, & Terræ Buccini ideò prodiisse dicendæ sunt, quia Summo Pontifici narratum subreptitiè fuit, quòd tam Ecclesia Contursii, quàm Ecclesia Buccini erant Collegiatæ, & idcirco Summus Pontifex credere potuit, quòd, cum res esset de Ecclesiis Collegiatis, Primiceriatus essent veræ Dignitates, ac Beneficia; sed tamen falsa hæc expressio efficere nequaquam potest, ut subreptitiæ illæ provisiones Apostolicæ præjudicium irrogare queant veræ, ac propriæ naturæ nostrorũ Primiceriatuum, ut benè monet *Rot. in Rhegien. Capellaniæ, seu Præbendæ, 28 Junii 1706, § Nec obstare, cor. clar. mem. Card. Priol. & 25 Junii 1708, § 1, cor. Eodem.*

38 Tum demum, quia jam loco regulæ receptum est, quòd ubi constat de vero statu Beneficii, Provisiones Apostolicæ, quæ semper continent illam clausulam -- *Dum modo Collatio ad Nos hac vice pertineat* -- nunquam illius statum immutant; cùm ad immutandum statum Beneficiorum, præter quadragenarium temporis lapsum, requiratur etiam scientia prioris status in conferente, & deliberata voluntas illum immutandi, & imprimendi statum novum, ut optimè in nostris terminis firmant *Piton. discept. Eccles. 17, num. 41, & seq.* ubi quòd id procedit, etiamsi Ordinarius Literas Apostolicas executioni demandasset, *Rot. coram Duran. dec. 340, num. 11; coram Cerr. decis. 623, num. 16; in recen. dec. 263, num. 1, & num. 5. in fin. part. 4*, ibi -- *Licèt istæ Præposituræ probarentur aliquando per Papam collatæ, uti Beneficia Ecclesiastica, adhuc esset probandum, id per eum factum fuisse animo antiquum illarum statum mutandi, & novum inducendi* -- *& decis. 320, numer. 1, eadem part. 4, & decis. 152, num. 13, par. 10, & in d. Castellaneten. Portionis, 3 Junii 1720, § Fin. cor. bon. mem. Foscaro.*

Majoris insubsistentiæ est altera Apostolica provisio Primiceriatus Terræ Theoræ nuper facta ex causa resignationis favore certæ Personæ. Ea enim est simplex supplicatio, quæ non habuit effectum, cùm Resignatarius, agnita nullitate ejusdem Gratiæ ob falsam expressionem, quòd agebatur de vero Beneficio, Literas Apostolicas non expedierit, & resignans adhuc permaneat in possessione sui Primiceriatus. Illud etiam addendo, quòd eadem Provisio Apostolica tanquam facta post inceptam hanc litem, & ex adverso studiose promota, perinde habenda est, ac si facta non fuisset, ut in puncto *Rot. coram Cerro, dicta dec. 623, num. 17.* 39

Ac denique non officit, quòd nostri Primicerii solvant Cathedraticum; in Diœcesi namque Compsana inveteravit jam antiquissima consuetudo, quòd idem Cathedraticum, vulgo ibidem nuncupatum *La Chierica*, solvatur non solùm a Beneficiatis, sed etiam a simplicibus Presbyteris, & ab ipsis Diaconis; ob quam quidem consuetudinem non solùm Beneficiati, sed etiam omnes Clerici ad solutionem Cathedratici obstringi possunt, ut firmant *Ventrigl. in Prax. part. 3, Annotat. 25, § 1, num. 4; Monacell. Formul. legal. par. 1, tit. 1, formul. 1, num. 37.* 40

Quæ cum ita sunt, applicari certè nullo pacto potest casui nostro decisio edita *in Baren. Primiceriatus, 9 Decembris 1726, coram bon. mem. Cornelio*, quæ cum reliquis ejusdem Causæ Decisionibus sæpissimè in contrarium allegari solet, in ea namque res erat de Primiceriatu habente Præbendam, & redditus certos pro ipsius dote assignatos, prout recognosci supplicamus in dicta decis. § *Idque etiam desumebatur*. Rursus, aderat incompatibilitas inter Primiceriatum, & Canonicatus illius Ecclesiæ, qui nunquam simul retenti fuerunt absque dispensatione Apo- 41

sto-

stolica, *ut in* § *Attenta potissimum*. Ad hæc, Primiceriatus ibi erat Dignitas ex ipsamet confessione Archipresbyteri Ordinarii Collatoris, *ut in* § *Præterea*. Ibidem Primicerius emittebat Professionem Fidei, & deferebat Almutias Canonicales, *ut in* § *Ulterius*; et denique ibi agebatur de Primiceriatu existente non jam in Ecclesia simpliciter Parochiali, & Receptitia, qualis proculdubio est nostra, sed in Ecclesia Collegiata, & numerata insignis Terræ Acquavivæ, *ut in dicto* § *Ulterius*. Quæ quidem omnes circumstantiæ certò certiùs efficiunt, ut non tam Lux a tenebris, quàm casus istius Decisionis differat a nostro.

Quare, &c.

Victorius de Martinis Advoc.

R. P. D.

DE SANMINIATIS

Compsana Primiceriatus.

Ven. 20 Martii 1733.

42 Primiceriatum Ecclesiæ Parochialis Oppidi Colliani Diæcesis Compsæ vacantem per obitum Josephi Cardoni obtinuit a S. Sede Potitus Columbo tanquam ei reservatum ex duplici capite, in vim scilicet *Reg. 2, & Reg. 9 Cancellariæ*. Sed contestata lite inter ipsum, & Petrum Columbo Provisum ab Ordinario, nec non Promotorem Fiscalem Curiæ Archiepiscopalis Compsæ, quamvis causa in hoc Sacro Auditorio sine ulla resolutione bis proposita, eandem pariter sortem subierit; tum tertia vice, suffragantibus quinto, & sexto, tum quarta DD. juxta morem sententiam dicentibus, demum in hodierna Audientia toties propositæ quæstioni responsum fuit — *Literas Potiti Columbo non esse exequendas*.

43 Ratio sic decidendi ea fuit, quòd Domini existimaverint, Primiceriatum Ecclesiæ Colliani esse merum, ac simplex Officium haud quaquam participans de natura Ecclesiastici Beneficii, & consequenter Apostolicis reservationibus, quæ dictis Literis causam dederant, non obnoxium; *Cochier. ad Reg. 8 Cancell. gloss. 1, num. 24; Rot. coram Duran. dec. 342, num. 4; & coram Eminentissimo Falconer. decis. 10, num. 4, & dec. 13, num. 1, tit. de Benefic.*

44 Rem autem ita se habere ex eo potissimùm judicabant, quòd non ageretur de Primiceriatu propriè tali, ut existit in Ecclesiis Cathedralibus, vel etiam Collegiatis, erectus in titulum Ecclesiastici Beneficii cum sua Dote, & Præbenda, in qua specie loquuntur, qui Primiceriatum recensent inter Officia Ecclesiastica subjecta reservationibus, ut videre est penes *Gonzal. ad Reg. 8 Cancell. gloss. 5, § 11, num. 2, juncto num. 5, & 10; Rot. in Baren. Primiceriatus, 27 Junii 1726, § Nil pariformiter, cum seq. cor. bo. me. Cerro.*

45 Verùm agebatur de simplici Officio, quod abusive, & impropriè nuncupatur Primiceriatus, uti testantur Cancellarius Curiæ Archiepiscopalis Compsæ, necnon Dignitates, & Capitulum ejus Cathedralis, cùm revera præseferat tantùm jus quoddam honorificum, munusve dirigendi Sacras Functiones, non quidem in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata, sed in Parochiali, & receptitia, in qua, dempto Parocho, pauci alii, qui adsunt, Presbyteri, neque sunt Beneficiati, neque Collegium efformant, quin præter hæc ullam habeat peculiarem dotem, seu præbendam, nullaque Episcopi auctoritate sit institutum. Atque, horum altero deficiente, impossibile est erectum fuisse in titulum Ecclesiastici Beneficii, cùm ad ejus constitutionem omninò, & veluti forma requiratur tam Episcopi auctoritas, *Gloss. 1, in Clem. 2, ad fin. vers. Tu dic contra, de Decim. Lotter. de re Benefic. lib. 1, quæst. 5, nu. 40, & seq.* quàm certa Dos, vel præbenda, *Can. nemo Ecclesiam, de Consecr. dist. 1; idem Lotter. lib. 1, quæst. 4, nu. 55, & quæst. 31, nu. 3, usque ad 7, Anaclet. in Jus Canon. lib. 3, tit. 5, de concess. præb. num. 17; Corrad. in prax. benef. lib. 1, cap. 1, num. 12; Rot in recent. dec. 263, nu. 2, par. 4, to. 1, & dec. 59, nu. 7, par. 10.*

46 Absque eo quòd loco Dotis censeri possit participatio, quam habet Primicerius ex communi, ut prætenditur, Massa reddituum Ecclesiæ Colliani. Quippè in ea, præter redditus Parochiales, qui Parocho, ut convenit, integri, atque indistinctè assignantur in Litteris Collationis Pareciæ, nullos alios adesse constitit redditus, seu Proventus, ex quibus confici valeat hæc prætensa communis Massa. Et quamvis verum sit, Parochum, qui Archipresbyter nuncupatur, retenta sibi dupla portione horum reddituum, reliquas quatuor distribuere totidem Presbyteris, uti ejus Coadjutoribus in exercenda cura Animarum ab Archiepiscopo deputatis; ideoque contingere, ut Primicerius alter, ut plurimùm ex numero, & gremio horum Coadjutorum unam ex dictis portionibus assequatur; hanc tamen portionem non assequitur tanquam Primicerius in vim litterarum Primiceriatus, sed tanquam Coadjutor Parochi in vim specialis, distinctique Decreti ab Archiepiscopo lati. Quamobrem isthæc portio quasi salarii, ac stipendii nomine propter Officium prorsùs diversum, ac separatum constituta, pro

Do-

Dote Primiceriatus vel Ecclesiastici Beneficii reputari nullo modo poteli; *Lotter. de re benef. lib. 1, quæst. 31, num. fin. Anaclet. in Jus Canon. lib. 3, dicto tit. 5, de Præbend. num. 17; Rot. coram Duran. dicta dec. 340, nu. 10, § Necquidquam, & coram Priol. dec. 104, num. 16; & in Castellanaten. Portionis, 3 Junii 1720, § Quod verò, cor. bo. me. Foscaro.*

47 Et quidem pro Dote veri Beneficii haud unquam reputata fuit similis portio, quæ solvitur aliis Presbyteris Coadjutoribus, quemadmodum inter Partes conveniebant; quare nec illa, quæ solvitur Primicerio, cùm habeat eundem finem, atque respectum compensandi laboris ob adjutorium curæ Animarum. Neque enim titulus Primicerij aliquid addit ad naturam Beneficii, quoniam non simplex denominatio, sed substantia rei est inspicienda, ut prosequitur *dicta Decis. in Castellanaten. Portionis, § Et de cætero;* & ubi deficit Dos, nunquam est Beneficium, sive Canonicus, sive alio quovis nomine quis nuncupetur; *Gorz. de Benef. quæst. 1, cap. 2, num. 62; Lotter. sæpè laudat. de re Benefic. lib. 1, qu. 19, num. 7.*

48 Quodque revera nulla ex dictis portionibus Dotis nomine sit annexa Primiceriatui, clarius etiam ex infra dicendis DD. suasum fuit. Et primum, ex eo, quòd si quando Presbyteri participantes, vel etiam ipse Archipresbyter electi fuerunt Primicerij, non idcircò majorem, qua antea fruerentur, portionem adepti fuerunt. Rursus quia Primicerius Jus non acquirit ad istam Portionem in vim litterarum Primiceriatus, sed indiget speciali, ac distincto Archiepiscopi Decreto, quo inter Coadjutores adsciscatur, ut probatum fuit tam respectu Primiceriatus, de quo agitur, quàm respectu aliorum ejusdem prorsus naturæ existentium in Diœcesi Compsæ.

49 Accedit, permultos fuisse Primicerios, qui vel nunquam participarunt, quia nunquam inter Coadjutores adscripti fuerunt, ut ex Testibus optimè instructis, & præclaris exemplis, inter quæ illud similis Primiceriatus Oppidi Selvitellæ ea lege collati, ut Ordinarius portionis vacantis dispositionem arbitrio suo reservaverit; vel saltem iidem Primicerii nonnisi post longum tempus fuerunt ad participationem admissi. Siquidem ex iis omnibus planum videbatur, hanc portionem non esse Dotem annexam Primiceriatui; nam si talis foret, & acquireretur hoc ipso, quòd quis eligitur Primicerius, minimeque posset vel momento temporis eidem auferri; *Rot. cor. Penia, dec. 611, n. 8, & cor. Cerro, decis. 622, nu. 7.*

50 Confirmabant DD. in hac Sententia ipsamet documenta a proviso Apostolico producta, tum scilicet quædam Apostolica provisio facta de simili Primiceriatu Terræ Auletræ, tanquam de mero, & simplici officio, nullos habente certos redditus, incertos verò in sola summa quinque Carolenorum; unde comprobatur, hos Primiceriatus nullam penitus habere Dotem, seu portionem annexam; tum Testimonium cujusdam Primicerii Terræ Pali asserentis se portionem renunciasse, ibi - *Per non esser obligato all' assistenza delle Confessioni, raccomandazione di Anime, & altre cose di obligo di detta partecipazione, ma stare colla sua libertà* — Ex quo pariter liquet participationem non dari uti Dotem Primiceriatus, sed uti mercedem Officii Coadjutoris Parochi, eamque posse a Primiceriatu disjungi, & separari.

Hinc non obstabant vel dicta Testium 51
contra asserentium, vel literæ Ordinariorum, quibus Primiceriatus expediri solet cum suis *Gagiis, & emolumentis*; nam si Testibus certandum sit, profectò qui asserunt dictam portionem non esse annexam Primiceriatui, & numero prævalent, & qualitate, præcipuè si ex numero contrariorum demantur, qui nec scribere sciunt; horum namque judicio eo minùs standum videtur in re non cadente sub sensus, ut est annexio, de qua agitur. At verò cùm concurrant monumenta publica, quæ annexionem excludunt, hæc Testibus quibuscumque potiora esse debere certissimum est, *L. Census, ff. de probat. Rot. cor. Coccin. dec. 235, num. 17, & in rec. decis. 589, numer. 2, par. 2.*

Levius est argumentum ductum a pro- 52
visionibus Primiceriatus cum suis *Gagiis, & emolumentis*; hæc enim verba eò tantùm pertinent, ut si quæ adsint emolumenta, ea omnia transferantur ipso jure in Primicerium; an verò adsint nec ne, id minime statuunt, vel determinant, ita quidem ut per se nihil ponant in esse; *Bald. in cap. 1, § Et contrario, num. 1, de Invest. fact. de re alien. Rot. coram Duran. dec. 28, sub num. 25.* Maximè cùm hæc eadem verba indistinctè adhibita fuerint, etiamsi eligerentur Primicerii, qui postmodum tantùm vigore specialis, distinctique Decreti ad participationem fuerunt admissi; ex quo intelligitur vel ex stilo apponi consuevisse, vel ad summum referri ad tenuissima quædam emolumenta prorsus incerta, quæ, ut exprimitur in supra enunciata provisione consimilis Primiceriatus, vix adscendunt ad quinque Carolenos.

Eo autem faciliùs PP. suffragantes in 53
hanc Sententiam inclinabant, quoniam undique confluebant validissima argumenta, quæ titulum Ecclesiastici Beneficii

ficii a Primiceriatu, de quo agitur, removebant. In primis enim, cùm quandoque ipsimet Archipresbyteri electi fuerint Primicerii, non jam temporaneè, sed verè, ac stabiliter, semper, & absque ulla dispensatione Apostolica Primiceriatum, simulque Archipresbyteratum retinuerunt; id quod luculenter ostendit, Primiceriatum esse merum, ac simplex Officium compatibile cum Beneficio sub eodem tecto, prout est Archipresbyteratus; *Rot. cor. Cerro, dec. 623, num. 11, & 20; & coram Eminentissimo Falconer. dec. 10, num. 6, tit. de Benefic.*

54 Deinde nec Rev. Camera super fructibus hujus Primiceriatus pluries quidem, diuque vacantis manus unquam apposuit ratione Spolii, prout facere debuisset vigore Bullæ S. Pii V, la 26, & quotidie facere solet in veris Beneficiis collativis, propriam dotem habentibus; *Rot. in recen. decis. 155, num. 2, part. 3; & decis. 337, num. 3, par. 4.* Neque Sedes Apostolica illum, licèt vacantem per longissimum tempus, ab anno scilicet 1656, usque ad annum 1679, unquam contulit jure devoluto, ut quoties agitur de Beneficiis Ecclesiasticis distictè præcipitur in Concilio Lateranensi relato *in cap. 2, de concess. præbend.*

55 Amplius, neque contulit S. Sedes, sivè Primiceriatus vacaverit ob promotionem Primicerii ad Archipresbyteratum auctoritate Apostolica secutam, sive vacaverit, Sede Archiepiscopali Compsæ nondum plena. Et tamen utroque casu conferre debuisset, si de vero Beneficio actum fuisset, primo scilicet casu propter affectionem resultantem ex vacatione, ut dicitur, juxtà Decretum *Gonzal. ad Regul. 8 Cancell. gloss. 52, num. 7, Barb. s. de offic., & potest. Episc. allegat. 57, num. 2; Rot. in Colonien. Canonicatus, 13 Maij 1726, in fin. principii, coram bon. mem. Cerro.* Secundo casu, propter reservationem præscriptam in *Regul. 2 Cancellariæ.* Quinimmò cùm illo secundo casu Vicarii Capitulares semper consueverint Primicerios deputare, exindè magis excluditur qualitas veri Beneficii; nam quæ vera sunt Beneficia, Vicarii Capitulares conferendi potestatem non habent, sed expectari debet novus successor in Episcopatu; *Cap. 2, Ne Sede Vacante, Rot. in Segobien. Canonicatus, 11 Aprilis 1704, § Quæ quidem, coram clar. mem. Cardin. Scotto; & in Abulen. Cappellaniæ, 28 Junii 1715, § Multoque minus, cor. bon. mem. Ansaldo.*

56 Quod verò ad declinandam hanc validissimam circumstantiam dicebatur, Carolum Antonium Muscatum ob hujusmodi provisionem Primiceriatus remotum fuisse ab Officio Vicarij Capitularis, id minime probatum fuit; quin potius contrarium apparuit tam ex eo, quòd inter causas eius remotionis recensitas in relatione Reverendissimi Nuncii, nusquam hæc numerabatur, quàm etiam quia dictus Muscatus neque solus, neque primus fuit, qui similes Provisiones expleverit, sed alios quoque Vicarios Capitulares hoc jure usos fuisse patebat ex Summario provisi ab Ordinario.

Tot validissimis argumentis illud etiam veluti corona addebatur, quòd spatio centum, & ultra annorum, etsi pluries, & præcipuè ultima vice Primiceriatus vacaverit in mensibus reservatis, nihilominus Archiepiscopi Compsæ illum perpetuo contulerunt, quin unquam in tanto temporis intervallo vel una provisio Apostolica, licèt in Archivio supplicationum diligenter perquisita, adinveniri potuerit. Enim verò constans hæc, & diuturna observantia tam affirmativa, quàm negativa prætergrediens metam centum annorum, palam ostendit, quod initiò dicebatur, videlicet hunc Primiceriatum esse merum, ac simplex Officium reservationibus non obnoxium, ut loquendo de observantia affirmativa optimè post alios firmavit *Sac. Rota in Compostellana Beneficij, 15 Martij 1717, § Verum etiam, coram Eminentissimo Altbann. & in dicta Castellanaten. Portionis; 3 Junij 1720, § Hinc fundatùs, coram bon. mem. Foscaro;* & de observantia negativa eadem *Rot. in recen. dec. 661, num. 15, par. 19, & dec. 10, nu. 7; decis. 13, num. 15, coram Eminentissimo Falconer. & in dicta Compostellana Beneficii, § Hæc autem, cor. Eminentissimo Altbann.* 57

Utcunque enim Regula 9 Cancellariæ vim tollat cujusvis consuetudinis etiam immemorabilis, & centenariæ, ne illud, quod clarè constat esse verum Beneficium suapte natura subjectum reservationibus, contraria observantia liberum fiat, non tamen tollit, quin ubi è contrario de qualitate Beneficij disputatur, verus ejusdem status ex ipsa observantia, tanquam optima rerum interprete, conijci possit; *Rot. in recent. decis. 608, num. 6, par. 2, & dicta dec. 10, num. 16, coram Eminentissimo Falconerio; & in Castellanaten. Portionis, 3 Junii 1720, § Non attento, cor. bo. me. Foscaro.* 58

Quæ cum vera essent, etiamsi de statu hujus Primiceriatus rigorosè ageretur in Judicio petitorio, potiori sanè ratione DD. existimarunt admittenda fore, dum agitur in Judicio merè possessorio prætensæ executionis Litterarum Apostolicarum. Si enim in Judicio possessorio secundùm ultimum statum semper est pronunciandum, porrò in hac specie, in qua secundum ultimum statum hic Primiceriatus, licèt vacans in mensibus reservatis, non quidem a Dataria, sed ab Ar- 59

chie-

chiepiscopo collatus fuit, juris ordo exigebat, ut favore Provisi ab Ordinario contra executionem literarum expeditarum a Dataria, pronunciandum foret; *Piton. discept. Eccles.* 17, *num.* 62, *ad* 66; *& de controv. Patron. alleg.* 98, *num.* 6; *Rot. in recen. decis.* 154, *nu.* 3, *part. pr. & dec.* 329, *nu.* 4, *par.* 16; *dec.* 472, *nu.* 26, *part.* 19; *& in dicta Compostellana Beneficii*, 15 *Martii* 1717, § *Emergebat*, *coram Eminentissimo Altbann.* cum aliis supra citatis.

60 Adstipulante præsertim alia Regula, qua traditum est, Provisum Apostolicum ex capite reservationis adeò teneri perspicuè, & concludenter probare qualitatem veri Beneficii reservationibus obnoxii, ut si aliqua superextet dubitatio, satis sit, ne locum habeat reservatio, neve literis ab ipso impetratis concedi debeat executio, *Garz. de Benefic. par.* 6, *cap.* 3, *num.* 10, *& seq. Piton. dicta discept.* 17, *nu.* 64; *Rot. cor. Dunozzet. Jun. dec.* 769, *nu.* 3, *& in rec. decis.* 327, *num.* 2, *par.* 15.

61 His positis, haud tanti ponderis visa sunt, quæ contra proponebantur. Etenim horum summa in eo sita erat, quòd Ordinarii semper consueverint Primicerios eligere ea forma, qua solent Beneficia conferri, nempe per Bullas solemnes, quæ præseferre videntur Collationem in titulum. At primo loco responsum fuit, verba *vacare*, *conferre*, & similia, quibus Ordinarii in dictis Bullis usi fuerunt, etsi propius accedant ad naturam Beneficii collativi, ea tamen non esse, ut etiam ad merum, & simplex Officium referri non valeant; *Piton dict. discept. Eccles.* 17, *num.* 56, *& seq. Rot. cor. Pensa, dec.* 814, *num.* 5, *&* 6, *& coram Cerro, dec.* 623, *num.* 11; *& coram Eminentiss. Falconer. dec.* 13, *nu.* 16, *tit. de Benefic.*

62 Ejusdemque indolis est missio in possessionem Primiceriatus cum promissione manutenendi, quæ pariter in dictis Bullis continetur. Nam hæc proficiscitur non quidem ex qualitate Beneficii Ecclesiastici, sed potiùs ex eo, quòd nemo sine justa causa spoliandus sit jure semel quæsito, ut aliàs dixit *Sac. Rot. in laudata Castellanaten. Portionis* 3 *Junii* 1720, § *Nec naturam*, *cor. bo. me. Foscaro.*

63 Præterea, quoties ex hactenus dictis, & potissimùm ex defectu dotis liquidò constat, hujusmodi Primiceriatum non esse verum, ac proprium Beneficium, parùm interest, qua forma ab Ordinariis conferri consueverit; nam quæcumque ea fuerit, intrinsecum Beneficii statum immutare non valuit ad *Text. in cap. cum de Beneficio de præben. in* 6; *Rot. coram Buratt. dec.* 636, *num.* 8; *ibique Adden. lit. E*; *& coram Merlin. decis.* 87, *num.* 17; *& coram Ottbobon. dec.* 240, *num.* 25; *& cor. Dunozzet. Jun. dec.* 857, *num.* 4, *& in rec. dec.* 234, *num.* 27, *par.* 16.

Præsertim, cum huic formulæ verborum adversetur perpetuum, ac solemne factum eorumdemmet Ordinariorum, qui semper, & quovis tempore, nulla habita ratione Mensium, & reservationum Apostolicarum, hujusmodi Primiceriatum, tanquam esset merum, ac simplex Officium, contulerunt. Quemadmodum enim regula juris est, ut facta præponderent verbis, *cap. cum M. Ferrariensis de constit. leg. Reprehendenda Cod. de Instit. & subst.* & potiùs effectus, quàm modus attendatur, *leg. Jubemus Cod. de Testamen.* Ita factum providendi in Mensibus reservatis prævalere debet cortici verborum, seu formulæ, qua Ordinarii minùs cautè usi fuerunt, ut præcisè advertit *Piton. discept. Eccles.* 17, *num.* 59. 64

Semperque magis, cùm verosimile sit, ideò Primiceriatum consuevisse per Bullas expediri ad differentiam portionum, quæ per simplex Decretum assignantur, vel cujusdam honoris gratia propter gradum præeminentiæ, quo Primicerius cæteros portionarios antecellit, vel quia Cancellarii magis advertentes ad extrinsecam prærogativam nominis, quàm ad ipsam substantiam rei, eandem fermè adhibendam esse censuerint Bullarum formulam, quæ in collatione veri Primiceriatus Ecclesiæ Cathedralis, vel Collegiatæ solet adhiberi; cæterùm hanc formulam esse impropriam, & abusivam ex eo quoque intelligitur, quòd in illa assignetur Primicerio prima vox post Archipresbyterum in Capitulo, quando in Ecclesia Colliani nullum revera adest Capitulum, cùm ipsa non sit Cathedralis, vel Collegiata, sed simpliciter Parochialis, & receptitia. 65

At quovis modo se res habeat, cùm illud omnino certum sit, Primiceriatum, de quo agitur, in assertis Bullis collatum fuisse uti merum, ac simplex Officium, profectò ex eisdem non probatur status collativus Beneficii, sed Officii dumtaxat, qui non relevat, ut locum habeant reservationes, dixit *Rot. coram Duran. d. dec.* 340, *num.* 14, contrariis procedentibus eo casu, quo ageretur de Officiis Ecclesiasticis erectis in titulum Ecclesiastici Beneficii cum sua dote, & præbenda, ut prosequitur eadem *Rot. cor. Duran. numer.* 15. 66

Quemadmodum verò nulla habita fuit ratio de formulis provisionum ab Ordinariis adhibitis, ita nec de paucis quibusdam Collationibus Apostolicis, quæ in contrarium afferebantur, satis enim fuit respondere, nullam ex illis pertinere ad Primiceriatum Ecclesiæ Colliani, de quo in præsens disputatur, quique sem- 67

per, & maximè in ultimo statu ab Ordinario collatus fuit, etiam in mensibus reservatis; sed omnes agere de Primiceriatibus paucarum aliarum Ecclesiarum Diœcesis Compsæ, quorum naturam, statumve operæ pretium non fuit in præsentia examinare. Hoc unum tamen fuit animadversum, quòd si liceat a similibus argumentari, multò plures sint Primiceriatus existentes in aliis Ecclesiis ejusdem Diœcesis, quorum respectu nec ulla afferebatur collatio Apostolica, nec quidquam aliud, quod ostenderet naturam veri Beneficii. Fortiùs cùm in dictis literis Apostolicis expressum fuerit illos Primiceriatus existere in Ecclesiis Collegiatis, & certos habere redditus, quòd utique manifestam diversitatem inducit cum Primiceriatu Ecclesiæ Colliani, ut propterea eo minùs ab uno ad alium fieri debeat illatio, juxta vulgarum axioma, de quo in *Leg. Papinianus ff. de minor.*

68 Ulteriùs, nonnullæ ex his Collationibus Apostolicis alia de causa sunt prorsùs ineptæ, nam illa Primiceriatus Terræ Aulettæ, cùm fuerit expedita tanquam de mero, ac simplici Officio, nullos habente certos redditus, incertos autem in minima quantitate Carolenor quinque, tantùm abest, ut probet qualitatem veri Beneficii, quin potius illam apertissime excludat *Rot. cor. Cerro, d. dec. 623, num. 16, § 1mò.*

69 Altera verò provisio Primiceriatus Terræ Theoræ nuper facta ex causa resignationis favore certæ Personæ, sicuti nullum habuit effectum, quia Resignatarius literas non expedivit, & resignans adhuc manet in sua possessione, ita nullam vim, nullamque efficaciam obtinere debet, *Rot. cor. Ceis. dec. 7, num. 9; & cor. Molines dec. 1050, num. 18, tom. 5.*

70 Frustra denique opponebatur, Primicerium Ecclesiæ Colliani ad instar aliorum Beneficiatorum Cathedraticum solvere. Nam argumentum urgeret, si soli Beneficiati hoc onere tenerentur; sed probatum fuit, hujusmodi onus ex antiquissima consuetudine vigente in Diœcesi Compsæ, non tantùm spectare ad Beneficiatos, verùm etiam ad simplices Presbyteros, ipsosque Diaconos. Stante autem consuetudine, ne quidem simplices Clerici hoc onere solvendi Cathedraticum sunt exempti; *Ventrigl. in prax. par. 3, annot. 25, § 1, num. 4, Monacell. formul. leg. par. 1, tit. 1, formul. 1, num. 37.*

Et ita utraque, &c. videntibus OO. DD. resolutum fuit.

Post Editam hanc Decisionem Pars adversa liti renunciavit.

ADDITIO XLII.

Florentina Processionis.

ARGUMENTUM.

Processio in Solemnitate Sanctissimi Corporis Christi pro majori celebritate, ac decore fieri debet ab Ecclesia Matrice; neque permittitur in Oratoriis Confraternitatum Sæcularium eodem die Venerabile exponere publicæ adorationi, & inde Processionem inchoare, etiam sub prætextu immemorabilis, quam in casu, de quo agitur, probatam non fuisse ostenditur, & probatam non relevare.

SUMMARIUM.

1 *Quando, & a quibus instituta fuerit Solemnitas Sanctissimi Corporis Christi.*

2 *Processio in die prædictæ solemnitatis fieri debet ab Ecclesia Matrice; ab Ecclesiis verò Parochialibus, eidem Matrici subjectis, vel infra octavam, vel in die octavæ.*

3 *Neque licitum est die ejusdem solemnitatis in Oratoriis Confraternitatum Sæcularium publicæ adorationi Venerabile exponere, minusque solemnem Processionem cum illo facere, non obstante contraria observantia.*

4 *Parochi suffraganei cogendi sunt, ut ad Processionem accedant, quæ fit a Plebania, seu Matrice in dicta solemnitate.*

5 *Præcipuum Ecclesiæ bonum in recto ordine, ejusque exacta observatione consistit.*

6 *In hac Ecclesia militanti ad instar triumphantis Hierarchiæ, debent Ministri gradu, & dignitate esse distincti.*

7 *Ritus, & Ordinem, in Processionibus ab Ecclesia præscriptos, non licet privato cujusque arbitrio pervertere.*

8 *Consuetudo, quæ non sit justa, & rationabilis, tanquam illicitus abusus, est omninò corrigenda, & in melius reformanda.*

9 *In Bulla fan. mem. Clem. VIII, confirmatoria Cæremonialis Romani, derogatur quibuscumque consuetudinibus eidem cæremoniali contrariis.*

Quæ sit virtus decreti irritantis, ibidem.

10 *Ad probandam immemorabilem quæ requirantur, & numer. 12, 15, 16, & 17.*

11 *Testes, qui affectionem aliquam, vel interesse in causa habent, ad testifican-*

candum non admittuntur.

13 *Ætas quinquaginta quatuor annorum, quæ ad effectum probandi immemorabilem, in Testibus requiritur, debet esse completa de tempore motæ litis.*

14 *Vim, atque effectum consuetudinis immemorabilis impedit etiam antiqua lis, seu contentio, etiam extrajudicialiter excitata, & num. 20.*

18 *Quilibet Testis de requisitis immemorabilis deponere debet, nec sufficit, quod alter de uno, alter verò de cæteris testificetur.*

19 *Solus rumor litis, seu contradictionis tollit efficaciam immemorabilis.*

21 *Multò magis actus aliquis in contrarium, licèt unicus.*

22 *Attestationes in Judicio formiter non recognitæ, attendi non merentur.*

23 *Per decretum, emanatum de Partium consensu, & sine ullo earum præjudicio, lis non extinguitur, sed remanet intacta, ac si nihil gestum fuisset.*

24 *Ratio habenda non est consuetudinis immemorabilis contra Juris dispositionem allegatæ, donec per rem judicatam canonizata fuerit; itaut medio tempore standum sit Juris dispositioni.*

25 *Præsumptio, ex centenaria, seu immemorabili elicita, contrariis probationibus, vel etiam conjecturis fortioribus, seu magis verisimilibus elidatur.*

26 *Eadem centenaria, seu immemorabilis nunquam præsumere facit gratiam, seu privilegium, quod non deceat, nec solet concedi.*

QUamquam in solemni festivitate
Sanctiss. Corporis Domini Nostri
Jesu Christi usque de anno 1264, ab
Urbano IV piè instirura, & Feria
1 quinta post Octavam Pentecostes cele-
branda, juxta posteriorum *Pontificum Constitutiones*, & signanter *Clem. V*, de qua *in Clem. Si Dominum de reliq. & venerat. Sanct. in 6*; itemque *Eugen. IV, Const. 6, & Martini V, Constit. 12*, & quam *Sacros. Concil. Trident. Sess. 13, cap. 5, de Sacram. Eucharist.* commendat his verbis -- Piè, & religiosè admodum in Dei Ecclesiam inductum fuisse hunc morem, ut singulis annis præcelsum hoc, & Venerabile Sacramentum singulari veneratione, & solemnitate celebraretur, utque in Processionibus reverenter, & honorificè illud per vias, & loca publica circumferretur, &c. -- & ut demum huic Augustissimo Sacramento, in quo Salvator noster amantissimus suorum fecit mirabilium compendium, & Beneficiorum nobis ab eo collatorum maximum, specialis super omnia nostræ Religionis misteria, cultus, & honor exhiberetur, sicut eruditè subdit *R. P. D. Petra ad Bullar. Const. 1 Urbani IV, in princ. numer. 3, & sequent. tom. 3, fol. 295.*

Providè Statutum fuit pro majori hujus Sacræ functionis decore, & fidelium
affluentia tam in *Cæremoniali Romani*
Episc. lib. 2, cap. 32, quàm etiam in no- 2
vissima *Synodo hujus Diœcesis, tit. 3, cap. 12, num. 11, ubi litt. L*, in conformis remissio ad alias priores Synodales Constitutiones, quòd -- Processio in die solemnitatis Corporis Christi à solis matricibus Ecclesiis fiat hora competenti, & in præcedenti Dominica die palam ex Altari per Plebanum, aut alium Ecclesiæ matricis Rectorem prænunciata, & ad eam Parochi omnes per se, vel, si legitimè fuerint impediti, per alium Sacerdotem idoneum accedant, totique Sacræ functioni intersint, & inserviant, &c. In Parochiis autem Matrici Ecclesiæ subjectis solemnis hujusmodi Processio, vel infra Octavam, vel in die Octavæ fieri possit.

Atque in hujus congruæ sanctionis sequelam non liceat in Oratoriis Confraternitatum Sæcularium hoc eodem die Sanctissimum exponere publicæ populi adorationi, minusque exindè solemnem
Processionem inchoare, quæ ad Paro- 3
chialem Ecclesiam, vel ad idem Oratorium sit reditura, Parochi consensu non attento, nec etiam cujuslibet temporis præscriptione, aut observantia, quàm uti meram corruptelam, & damnabilem abusum increpant, & omninò rejiciendam monent *Barbos. ad Concil. Sess. 25, cap. 13, de regular. num. 45. Pignattel. consul. can. 84, nu. 2, & 4, per tot. tom. 4.*

Nihilominus hæc omnia parvi fecit R. Prior Parochialis Ecclesiæ S. Mariæ de Grævio, qui in hac solemni celebritate renuit interesse Processioni fieri solitæ per Rev. D. Plebanum de Giogoli, cujus Matrici, seu Plebaniæ supposita reperitur ejus Ecclesia Prioralis; & quod magis est, assentitur, ut eo die fiat publica Venerabilis expositio in memorata Confraternitate sæculari, a qua ipsemet incipit supplicem Pocessionem, & ad eam revertendo desinit contra tot Juris Pontificii, & Diæcesani prohibitiones, juxta quæ idcirco inhiberi debet, ne amplius similia attentare audeat in furu-
rum, unâque præcipi, ut ad dictæ Ple- 4
baniæ Processionem accedat; *Barbos. de Episc. alleg. 78 ex num. 2; Lara de Ann. lib. 1, cap. 24, num. 14; Grat. dec. 232, nu. 8; Hermosill. gloss. 2, in prologom. par. 5, num. 85; Card. de Luc. ad Concil. disc. 32, num. 2, & 3.*

Quin relatæ prohibitiones confundi valeant sub obtentu assertæ consuetudi-

nis in propria die peragendi festum Corporis Christi, ejusque Processionem per Priorem, & Confratres S. Mariæ de Grevio. Cùm enim præcipuum Ecclesiæ
5 bonum in recto ordine ejusque exacta observatione consistat, ut ex *D. Augustino* monet *Luc. de Penna in l. 2, circa pr. C. de prax. Sacr. scrin. lib. 12; Hermosill. ad Lopez, part. 5, in prolog. gloss. 2, numer. 130; Mans. cons. 589, num. 6, tom. 6*; idemque ordo Cœlestis Hierarchiæ triumphantis, quem Omnipotens Deus ineffabili providentia constituit in Cœlis, imitari voluit etiam in Ecclesia
6 terrena militanti, in qua Ministros gradu, & dignitate distinctos adesse mandavit; *Cap. constituimus de major. & obed. Mans. d. cons. 589, num. 4; Rot. Florent. penes Palm. dec. 457, num. 50.* Consuetudo proinde hoc divinum Ecclesiæ bo-
7 num interimere, & Processionum ordinem Cœlitum initar dispositum turbare, ac subvertere non valet; *Quart. de Process. lect. 2, punct. 3, num. 158, fol. 138*, ibi „ tenentur utique Ecclesiastici servate in Processionibus Ritus consuetos, „ & ab Ecclesia præscriptos, quia sine „ illis carent Processiones suo decore, „ & ordine, ac debita forma; cùm „ enim Processiones fiant nomine Ecclesiæ, non privato cujusque arbitrio, „ sed ex præscripto Ecclesiæ dirigi, & „ ordinari debent - *Thomas tract. Var. de praeced. in pr. nu. 139*, ibi .. quem ordinem in Terris servare debemus, non „ etiam consuetudine subvertere; *Valenzuel. cons 121, num. 82, Idem Crus. de Praem. lib. pr. cap. pr. nu. 33; & cap. 12, nu. 13, & seq. Rot. in Oppiden. Processionum, 18 Maji 1646, § Non obstat, coram Verospio.*

Illa etiam accedente ratione, quòd adversa consuetudo, utpote irrationabilis, & contra rectum Ecclesiæ institutum nullo pacto teneret, quia de essentia consuetudinis est, quòd ad instar legis
8 sit justa, & rationabilis, alioquin vergit in illicitum abusum neutiquam de jure subsistentem, sed omninò corrigendum, & in melius reformandum, ut per *Mans. cons. 6, num. 78, cons. 589, num. 22, & seqq. Bonden. collect. 14, nu. 71, vol. 2; Calvin. de Equitat. lib. pr. cap. 69, nu. 52; Rot. coram Ottbobon. dec. 4, num. 37; post Antonell. de jurib. Cleric. dec. 18, num. 14; & dec. 469, nu. 26, & seq. par. 19 rec.*

Aut in omnem casum prædicta consuetudo sublata remansit per Bullam S. M. Clem. VIII, in qua occasione confirmandi memoratum Cæremoniale Romanum, hunc eundem ordinem incedendi in publicis supplicationibus determinans,
9 præcisè derogatum legitur quibuscumque consuetudinibus adversantibus formæ in eodem Cæremoniali præscriptæ unà cum decreto irritanti, cujus quoque insita virtus est tollendi omnes consuetudines in contrarium, adeout nulla earum ob resistentiam prædictæ clausulæ, & verborum Pontificiæ Constitutionis, allegari valeat; *Card. de Luc. Miscell. Eccl. disc. 32, nu. 4, disc. 37, nu. 10, & seq. Sperell. decis. 179, num. 34, & seqq. Rot. decis. 647, num. 11, par. 4, tom. 3, dec. 87, num. 20, par. 17 recent. & in Oppiden. Processionum, 18 Maji 1646, coram Verospio, § Qua* -- Eadem consue- „ tudo abrogata censetur a Bulla Clem. „ VIII, Cæremonialis confirmatoria ema- „ nata sub amplissimis clausulis cui- „ cunque consuetudini derogatoriis, ex „ quibus irritata fuit quælibet præterita „ consuetudo, vel in futurum inducen- „ da, &c. prout etiam sublata ex irri- „ tanti decreto apposito in ea Bulla.

Nec etiam officit vulgata exceptio immemorabilis præscriptionis, vel observantiæ, sub cujus obtentu contenditur allegari posse ad favorem Rectoris S. Mariæ de Grevio præsumptum privilegium Apostolicum, vel alium quemlibet titulum meliorem, ad salvandum utrumque excessum universo Juri communi, Pontificio, & Synodali contrarium.

Etenim nemo ignorat ei, qui allegat immemorabilem, onus incumbere probandi omnia, & singula ejus requisita simul, & copulativè verificari, & quidem per Testes ritè examinatos, qui ultra eorum 10
legitimam ætatem deponant de visu per quadraginta annos, & de auditu ab eorum majoribus, juncta publica voce, fama, juxta ea quæ originaliter docuit celebris *Gloss. in cap. pr. verb. memoria, de praescriptionib. in 6; & observant. Paccon. alleg. 117, nu. 4; Bertach. vot. 41; Rot. coram Emer. Jun. decis. 39; num. 16, dec. 497, nu. 16, par. 19 rec.*

At in præsenti specie hunc probationis gradum neutiquam attingunt decem Testes exadverso inducti; præter quod enim septem ex eis, nempea secundo ad octavum, validam patiuntur exceptionem personalem, ex eo quòd sunt de Confratribus S. Mariæ de Grevio, qui, uti principales in præsenti Judicio, adversas partes sustinent, & in consequens rationе præsumptæ affectionis, vel interesse tum communi confraternitatis, tum eti- 11
am singulari cujuslibet eorum ob candelæ distributionem, nec non ferculum, seu prandium eo die Confratribus fieri solitum, ad testificandum in causa propria de jure nequeunt admitti, ut in specie tradunt *Farinacc. de testib. quaest. 60, nu. 496, & 501; Pacion. alleg. 167, nu. 13; Rot. coram Emer. Jun. decis. 1103, num. 9; Pamphil. dec. 734, nu. 3, 4, ibiq. Add. nu. 14; & dec. 136, nu. 1, & 2, par. pr. decis.*

decis. 223, num. 15 & seq. par. 13 rec.

Ulterius proponimus advertendum, nullum ex oppositis decem Testibus habere legitimam ætatem ad hunc effectum
12 requisitam; qua sola cessante, immemorabilis probata dici non potest; *Pignatell. cons. 26, num. 21, lib. 2; Add. ad Gregor. decis. 252, num. 15 in fin. Rot. cor. eodem, decis. 298, num. 1; ibique Add. num. 12; Card. De Luc. de Judic. disc. 21, num. 59.*

Ætas quippe Testium in proposito exigitur saltem quinquaginta quatuor annorum, ut subducto tempore pupillari per quadraginta annos deponere valeant, & quidem ante motam litem, seu controversiam exortam usque de anno 1666, ut septimus Testis deponit; vel de anno 1688, ut constat ex decreto cl. mem. Card. Morigia tunc Archiepiscopi Florentini; vel saltem de anno 1694, in quo prodiit decretum provisionale ejusdem Eminentissimi Archiepiscopi; & de hac eadem lite concordant ferè omnes
13 ex dictis Testibus, a quibus proinde carentibus ætate necessaria, habito respectu ad unumquodque ex dictis temporibus cœptæ litis, seu contentionis, neque probata, neque probabilis redditur prætensa immemorabilis, prout concorditer firmant *Add. ad Gregor. dec. 252, nu. 15. in fin. Pignatt. cons. 26, num. 21, tom. 2; Panimoll. dec. 10, adnot. 5, num. 16, Bertach. vot. 41, nu. 4; De Luc. de Jud. disc. 21, nu. 59; Rot. coram Buratt. dec. 673, nu. 10; ubi add. in fin. penes eundem Bertach. vot. 88, nu. 14, coram Ansald. dec. 78, nu. 57; Emer. Jun. decis. 1279, num. 3, & seq. dec. 1296, num. 10, & seq.* ubi quòd hæc Testium ætas esse debet completa de tempore motæ litis, *decis. 132, nu. 7, par. 17 recent. post de Luc. de Conflict. dec. 1, nu. 5, decis. 3, num. 2, tom. 2.*

Idque adeò verum, ut ad computandam integram Testium ætatem non solùm demenda sunt tempora effluxa post hujus Judicii introductionem, sed etiam
14 longè retro haberi debeat respectus ad ipsum primordium cujuslibet antiquæ litis, seu contentionis, utcunque extrajudicialiter excitatæ, seu contradictæ circa vim, & effectum ejusdem consuetudinis, quæ immemorabilis asseveratur, ex optimè notatis per *Card. de Luc. de Decim. disc. 6, num. 22*; qui testatur aliam litem vetustissimam in suo casu reddidisse impossibilem immemorabilis probationem, *& disc. 7, nu. 4, 5, de Paroch. disc. 27, nu. 7, ad Concil. disc. 11, num. 14; Rot. coram Cocc. dec. 1586, ex num. 45; Ans. dec. 78, num. 56, penes Bertach. vot. 85, nu. 15; dec. 314, nu. 3, 4, part. 11 recent. post De Luc. ad Conflict. decis. 1, num. 5; decis. 3, nu. 2, 8, tom. 2.*

Præter ætatis defectum, alter æquè substantialis publicæ vocis, & famæ neutiquam probatæ per octo ex dictis Testibus, nempe a secundo ad nonum, eorum dictum penitus confringit. Fama namque constans, & publica ita præci- 15
sè requiritur ad constituendam immemorabilem, ut sit opus eam principaliter, & singillatim in articulis ponere, & plenè, ac perfectè per Testes justificate; *Card. De Luc. de Benefic. disc. 32, nu. 6, ad Concil. disc. 8, sub nu. 12; de Judic. disc. 21, num. 62, Pignattell. cons. 26, nu. 21, vers. secundum; Panimoll. dec. 10, adnot. 5, num. 18; Rot. dec. 153, nu. 14, par. 11, dec. 132, nu. 7, part. 17; & post De Luc. de regular. decis. 17, nu. 11; dec. 18, num. 15, ad Confl. dec. pr. num. 16, tom. 2.*

Desunt pariter primus, quartus, quintus, & septimus ex dictis Testibus in altero extremo dictæ immemorabilis probando; quòd scilicet eandem observantiam, seu consuetudinem, de qua testantur, ab eorum majoribus concorditer servatam audiverint. Licet enim in- 16
genuè fatear auditum auditus a magis remotis genitoribus haud esse necessarium; attamen æquo animo fatendum est, quòd Testes non deponentes de communi auditu, saltem ab eorum majoribus immediatis, penitus frigescunt, nec attendi merentur ad concludendam observantiam temporis immemorabilis; *Card. De Luc. de Decim. disc. pr. num. 8, vers. ideo; Panimoll. dec. 10, adn. 5, num. 18; Rot. coram Emerix Jun. dec. 1279, nu. 15, dec. 1296, nu. 12, post de Luc. de regular. dec. 17, nu. 8, dec. 18, num. 15, tom. 2.*

Et denique quatuor ex dictis Testibus, scilicet primus, quartus, nonus, & decimus neutiquam testantur de visu per quadraginta annos post eorum pupillarem ætatem, & ante motas lites, seu 17
controversias super relatas, sicut omninò requiri in contingenti tuentur *Pignattel. cons. Can. 26, nu. 21, vers. secundum, tom. 2; Panimoll. dec. 10, ad 5, nu. 17; De Luc. de Decim. disc. 6, n. 22, ad concil. disc. 11, num. 14, Rot. dec. 153, ex num. 14, part. 11; decis. 132, nu. 7, par. 17; decis. 497, nu. 16, par. 19 rec. coram Coccin. dec. 1586, ex num. 45; Ans. dec. 78, num. 56, & seqq. post eundem De Luc. ad conflict. decis. 1, num. 5, 6, to. 2.*

Tot igitur Testium defectus singillatim perpensi adeo claram, & inevitabilem reddunt exclusionem memorabilis, ut ad eam confovendam simul jungi nequeant, resistente nimirum ultra generalem in materia probationum speciali regula juris, exigente in subjecta ma- 18
teria quemlibet testem de omnibus, & singulis requisitis immemorabilis plenè, & concludenter deponere, itaut satis

non

non sit quòd alter de uno, alter ve-
rò de cæteris testificetur, sed omnes in
aliquo extremo deficientes, pariformiter
rejiciuntur, & nullam immemorabilis
probationem constituunt; *Pignatell. cons.
Can. 75, nu. 15, lib. 10; Panimoll. decis.
10, adn. 5, nu. 15, 21, & 25; Marescot.
lib. 2, cap. 100, nu. 10; Rot. coram Greg.
decis. 252, nu. 3, ubi add. nu. 15; Maat.
dec. 289, nu. 4; Emer. Jun. dec. 158, nu.
3, dec. 153, nu. 15, par. 11 rec.*

Præterea ad elidendam quamcunque
immemorabilis efficaciam, sufficeret per
dictos Testes haud esse probatam neces-
sariam circumstantiam, quòd adversus
prætensam consuetudinem nil unquam
dictum, vel auditum fuerit in contra-
19 rium, dum nedum actus ipsi contrarii,
sed quilibet rumor litis, seu contradi-
ctionis plusquam satis efficiat, quominus
dici valeat inducta observantia, cujus
non sit memoria in contrarium; *Pignatt.
cons. Can. 26, num. 21, vers. Primus est;
Panimoll. dec. 10, adnot. 5, num. 7,* ubi
quòd nullam paritur umbram actus con-
trarii; *De Luc. de Judic. disc. 21, nu. 61,*
20 *de Paroc. disc. 27, num. 7,* ubi de sola
extrajudiciali contradictione; *Rot. coram
Zarat. dec. 74, nu. 34, dec. 97, nu. 21,
par. 13, dec. 469, num. 57, dec. 604, nu.
22, par. 19 recent. Emer. Jun. dec. 519,
nu. 8, dec. 1296, nu. 13.*

Tantùm verò abest in proposito ex
Testibus probari immemorabilem cum
hac negativa qualificata, quòd nil un-
quam dictum, vel auditum fuerit in op-
positum, quin potius illi ferè omnes,
& signanter secundus, tertius, quartus,
quintus, sextus, & octavus expressum
perhibeant Testimonium litis, & contro-
versiæ ortæ cum Plebano Antecessore
Domini Principalis, super quo prodiit
Decretum provisionale de Anno 1694;
septimus autem referat antiquiorem li-
tem de Anno 1666, inter utriusque Ec-
clesiæ Plebaniæ scilicet, & Prioralis Re-
ctores; undè nullam ab his Testibus im-
memorabilem justificari, sed eam peni-
tus destrui concordant *Pignattell. cons.
Can. 154, nu. 6, tom. 9; Grat. cap. 918,
nu. 40; De Luc. de Decim. disc. 6, nu. 22,
vers. ac etiam, de Judic. disc. 21, nu. 61;*
ubi ex sola litis existentia arguit inveri-
simile, vel potiùs impossibile Testes nil
contrarium audivisse; *Panimol. decis. 10,
adn. 5, nu. 7, 8; Rot. coram Gregor. dec.
51, nu. 3, ubi add. nu. 6, & dec. 434, nu.
10, add. ad eum, dec. 298, nu. 13, & post
De Luc. de regular. dec. 14, num. 11,
tomo 2.*

Quinimo pro eadem immemorabili
funditus evertenda, exuberat præceptum
factum Priori de Anno 1688, per Emi-
nentiss. Archiepiscopum ei mandantem
Synodalium observantiam, nisi de imme-
morabili doceat, prout tunc minimè
docuit. Hic enim actus, licèt unicus fo- 21
ret in contrarium, potens est refragari
immemorabili, ejusque pacificum, & in-
concussum prolapsum turbare; *De Luc.
de praem. disc. 3, nu. 8; Pacion. alleg. 70,
nu. 20, in fin. Rot. dec. 24, nu. 36; decis.
87, nu. 5, par. 10, dec. 304, num. 11, &
seq. par. 11, dec. 70, nu. 66, & seq. par.
12, dec. 497, num. 16, par. 19 rec. co-
ram Ansald. dec. 78, nu. 58; Emer. Jun.
dec. 395, num. 17, decis. 1279, num. 16,
dec. 1296, num. 10.*

Parùmque refert, quod lis, seu con-
troversia excitata de Anno 1668, finem
Rectori exadverso favorabilem de Anno
1694 obtinuerit, prævio Decreto Cardi-
nalis Morigiæ dictæ Processionis consue-
tudinem admittentis; nedum quia illud
fundatur in nonnullis extrajudicialibus
Testium fidibus, quæ ultra relatas exce- 22
ptiones non fuerunt in judicio formiter
recognitæ, & in consequens omninò vi-
lescunt; *Card. De Luc. de Judic. disc. 32,
nu. 2; Rot. coram Gregor. rec. 214, ibi-
que add. Cerro, decis. 50, numer. 3,
& decis. 67, numer. 8, par. 10 rec. &
post De Luc. de Judic. dec. 31, nu. 3,
in Mantiss.*

Sed etiam quia idem Decretum prodi-
it „ de consensu utriusque partis „ &
sine ullo de cætero earum præjudicio „
juxta ejus verba præcisa, ex quibus im-
memorabilis probatio remanet potius of-
fuscata, & prior lis in meritis per hoc
decretum provisionale neutiquam extin- 23
guitur, quinimò absolutè reservatur in-
tacta, perindè ac si nil gestum extitisset;
*Barbos. claus. 157, num. 8; Rot. cor. Pu-
teo dec. 191, n. 17, lib. 1; De Luc. de Ju-
risd. disc. 94, num. 13, circa fin. Rot.
post Merlin. de legit. dec. 82, ex num. 5,
dec. 34, ex num. 12, p. 5, dec. 121, nu.
7, par. 6, dec. 38, num. 31, & seq. p. 9,
dec. 536, num. 101, par. 14 rec.*

De cætero in præsenti nulla planè ra-
tio habenda venit de immemorabili con-
tra juris dispositionem, ut prætenditur,
inducta, donec, & quousque per tres con-
formes, & rem judicatam validam, &
justam plenè, & perfectè fuerit canoni-
zata, itaut medio tempore standum sit 24
censuræ Juris communis, & Synodalis
assistentis Domino Plebano Principali, ju-
xta declarationem S. Congregationis Con-
cilii, quam refert *Barbos. ad Concil. sess.
24, cap. 20, sub num. 91; De Luc. de
praem. disc. 19, num. 5, Rot. decis. 24,
num. 33, par. 10, dec. 497, num. 16, in
fin. par. 19 rec. coram Dunoz. dec. 536,
num. 6.*

Silentio tandem mittendum non est,
quòd cùm Processio solemnis in die SS.
Corporis Christi facta ab Ecclesia subje-
cta, ac etiam ejus societate sæculari re-
do-

doleat magnum abusum, & inconveniens tam Ecclesiæ matrici, nempe Plebaniæ, quam etiam functionis celebritati, & majori fidelium concursui præjudicialissimum; sicut hac in urbe, ubi tanta Populi copia affluit, permittenda non esset; nec beneplacitum, seu privilegium Apostolicum foret impetrabile propter justæ causæ, & rationis defectum, sine qua illud minimè obtineri consuevit. Ita allegari non potest illius præsumptio desumpta ex centenaria, seu immemora-
25 bili; hæc namque inducit simplicem Juris præsumptionem contrariis probationibus, vel etiam conjecturis fortioribus, seu magis verisimilibus elidibilem, ut in specie *Card. De Luc. de Jurepatr. disc. 8, num. 7, & 8, de alienat. disc. 1, num. 90; Ansald. de mercat. disc. 95, numer. 17.* Ac insuper eadem immemorabilis dicitur quædam fictio, quæ solitum, seu veritatem imitatur; ideoque intrare non potest ad præsumendum Papæ gratiosum
26 placitum in actu, quem concedere non deceat, nec soleat, sed idemmet ejus aspectus Ecclesiastici Ordinis, atque decentiæ subversivus excludit moralem possibilitatem veræ Concessionis, quam lex, cessante justa causa, & concurrente publico Ecclesiæ præjudicio, nunquam præsumit, ut in his terminis docet *Card. De Luc. de Jurisd. disc. 24, numer. 13, vers. respondebam tertio, de Alienat. disc. pr. num. 93, de Jurepatron. disc. 72, n. 6; Rot. coram Ubald. dec. 69, n. 11, post Gob. tract. var. dec. 5, num. 12, & 13, dec. 165, num. 15, par. 10, dec. 82, num. 10, par. 11, dec. 395, num. 15, par. 18 rec. Rot. Flor. in Florentina Emphiteusis, 26 Septembris 1716, in fin. coram Illustrissimo D. Auditore Bellutio.*

Quare, &c.

Alexander Scurtius.

ADDITIO XLIII.

Florentina Praeminentiarum.

ARGUMENTUM.

De præcedentia Parocho debita occasione associandi Cadavera, supra omnes alios Presbyteros, ac de Stolæ delatione. Quæ requirantur ad probandam Parochialitatem. Et quando per translationem Curæ ab una Ecclesia ad aliam, prior Ecclesia dicatur remansisse Parochialitate omninò spoliata.

SUMMARIUM.

1 *Exponitur Causa status.*

2 *Stola in Funeribus, cùm sit signum Jurisdictionis, a solo Parocho defuncti ei est deferenda, dum in aliena Ecclesia sepeliri debet, & num. 4, 5, & 23.*

Hujusmodi jus competit etiam Sacerdoti vices Parochi gerenti, ibidem.

3 *Et dignior locus eidem Parocho defuncti debetur.*

Resolutiones Sac. Congregationum Sac. Rota reverenter amplectitur d. numer. 5.

6 *Consuetudo, & praxis almæ Urbis plurimi facienda est.*

7 *Refertur in hoc proposito dispositio Synodi Florentinæ de anno 1710, & numer. 24.*

Synodales Constitutiones intra Diæcesim tanquàm Lex, ab omnibus servandæ sunt, ibidem, & sub num. 24.

8 *Alleganti Immemorabilem, præsertim ubi adest Juris resistentia in contrarium, incumbit onus illam concludenter probandi.*

9 *Ad probandam Immemorabilem, simplices attestationes non admittuntur.*

Immemorabilis quomodo articulari debeat remissivè, ibidem.

10 *Testes famuli non probant.*

Inter alia requisita Immemorabilis, necesse est, quòd Testes sint ætatis annorum 54, ibidem.

11 *Et quòd deponant de visu per spatium quadraginta annorum, & num. 13.*

12 *Regulares non sunt idonei Testes in causa proprii Monasterii.*

14 *Testes, ut probare valeant Immemorabilem, deponere debent cum requisitis Gloss. in cap. 1, verb. memoria, de præscript. in 6, & quæ sint, & sub num. 31.*

15 *Immemorabilis ex simplici rumore in contrarium elisa remanet.*

16 *Ad probandam consuetudinem valde confert assertio Ordinarii, & quare, & num. 33.*

17 *Testes quando nec simul sumpti sufficientem probationem constituant.*

Stolæ delatio potuit evenire vel ex urbanitate, vel ex ignorantia; unde non valet cæteris Parochis præjudicare, ibidem.

18 *Ad effectum probandi Immemorabilem, omnes Testes debent esse contestes in probandis singulis ejusdem requisitis, nec possunt insimul conjungi.*

20 *Ecclesia Parochialis unita alteri Ecclesiæ, quæ non sit Parochialis, illi sua privilegia non communicat.*

21 *Ex annexione, & incorporatione alicujus Ecclesiæ, cujus Parochialitas in aliam Ecclesiam translata fuit, annexus, & incorporatus censetur solus Ecclesiæ situs, eademque Ecclesia materialis.*

22 *Quæ requirantur ad hoc, ut Ecclesia aliqua dicatur Parochialis, & numer. 28.*

25 *Parochialitas nunquam præsumitur, sed quisllam allegat, concludenter justificare debet.*

26 *Testes contra Inducentem plenè probant.*

Per Ecclesiæ Parochialis destructionem Jura Parochialia extinguuntur, ibid.

27 *Propria confessio in actu serio, ac proportionato emissa, omnem aliam probationem superat.*

Probatio æquivoca non concludit Parochialitatem habentem contra se Juris præsumptionem, ibidem.

29 *Ex particulari alicujus juris reservatione in translatione Curæ facta, cætera omnia translata censentur.*

30 *Post translationem, Curam habitualem retinens, valet jura Parochialia exercere in Ecclesia, ad quam Parochialitas translata fuit; non autem in Ecclesia Parochiali antiqua.*

31 *Testes formiter non examinati, non probant.*

32 *Exempla aliarum Ecclesiarum, in quibus diversæ concurrunt circumstantiæ, non sunt allegunda.*

A diversis non fit illatio, ibidem.

Manutentio eò faciliùs concedenda est, quoties favore Possessoris militat etiam bonum jus, sub d. n. 33.

Reverendissime Pater.

1 CONstat de bono jure R. D. Parochi Ecclesiæ Sanctæ Fœlicitæ Principalis super privativa facultate deferendi Stolam, primumque locum obtinendi in associatione Cadaverum suorum Parochianorum, quæ ad Ven. Ecclesiam Sanctæ Mariæ Congregationis Cassinensis Adversariam tumulanda efferuntur; Ideoque certò credimus, quòd, sicuti D. Vicarius Generalis Florētinus eidem Domino Principali in prima Instantia manutentionem concessit, ita etiam Reverendissimi Patres proposito dubio respondere dignabuntur -- *Constare de bono jure Parochi etiam ad effectum manutentionis,* -- prout obsequentissimè supplicamus.

2 Cùm enim delatio Stolæ in Funeribus
fit signum Jurisdictionis, hinc proinde
sequitur, ut in eodem actu ab aliis de-
ferri nequeat, nisi a Parocho Defuncti,
qui ipsum ad Sepulturam associando, Ju-
risdictionem in proprium Subditum exer-
cere dicitur, ut optimè firmant *Gratian.*
discept. 298, a num. 65, cum pluribus se-
quen. Gob. consult. 118, nu. 6, tom. 1;
Pignatell. consult. 46, nu. 9, tom. 7, ubi
id ampliat etiam in Sacerdote vices Pa-
3 rochi gerente, cl. mem. *Card. De Luc.*
de Præmin. disc. 43, num. 3, & de Re-
gular. disc. 1, num. 53; Panimoll. dec. 1,
annotat. 9, num. 28; Rot. coram Zarat.
decis. 45, num. 40, in Cassanen. Jurium
Parochialium, 6 Junii 1707, § Fin. coram
bo. mem. Caffarello, in Tranen. Præmi-
nentiarum super reservatis, 19 Novem-
bris 1717, § Quoniam, & seq. coram bo.
mem. Ansaldo; & in Calaritana Jurium
Parochialium super bono Jure, 2 Julii 1725,
§ Delatio, coram Reverendissimo Ratto.

Ob eandemque causam in associatione Cadaverum suorum Parochianorum ipse Parochus defuncti cæteris omnibus est præferendus, digrioremque locum debet obtinere, ut tradunt *Capon. discept. 4, nu. 2; cl. me. Card. De Luc. de Præeminentiis disc. 21, num. 5, & disc. 43, num. 3; Barns. Torenl. Jur. resolut. 152, num. 21; Pignattel. consult. 73, numer. 21, tom. 8; Rot. in dicta Tranen. Præeminentiarum, 20 Februarii 1713, § Supererat, coram cl. mem. Card. Scotto.*

Idemque sancitum est in Rituali Romano *Tit. de Exeq.* pluriesque declararunt Sacræ Congregationes, prout de Sacra Congregatione Rituum testatur *Pignattell. consult. 54, num. 1, tom. 5,* ubi, propositis dubiis, *an Regularibus liceat Cadavera Defunctorum associare cum Stola; Et quid, si sint Capellani Confraternitatum?* ita respondet — *Ad primum, & secundum respondeo, non licere. Usus enim Stolæ, præsertim in funeribus, ut alibi fusius dicam, est signum Jurisdictionis Parochialis. Quare Sacra Congregatio Rituum in Nucerina die 24 Octobris 1609, & in Prænestina die 13 Julii 1619, declaravit, Parochum tantummodò Stolam deferre debere, ac omnes alios præcedere. Idem habetur ex Rituali Romano Rubr. de exeq. Cùm igitur solus Parochus in associandis funeribus fungatur munere proprio, debet etiam ipse solus uti Stola.* Et in fortioribus terminis adest Resolutio ejusdem Sacræ Rituum Congregationis in Eugubina, 5 Junii 1614. 4

Ac sæpius idipsum servari mandavit Sacra Congregatio Concilii, & præsertim die 2 Julii 1620, uti referunt *Lezan. in Summ. quæst. Regular. cap. 12, num. 3, Pignattell. consult. 73, numer. 21, tom. 8,* & priùs *in Ebrunden. 25 Junii 1595, in Responsione ad 11,* ut tradunt *Monacell. in formul. legal. tom. 1, tit. 10, Formul. 18, num. 4, & Rota in Nullius, seu Montis Cassinen. manutentionis super delatione Stolæ, 22 Jun. 1714, § Meritò, coram bon. mem. Ansaldo.* Neminem autem latet, quòd Sacrum hoc Tribunal resolutiones Sacrarum Congregationum reverenter amplectitur, ut aliis omissis, dixit in *Calaritana Jurium Parochialium super bono jure, 2 Julii 1725, § Quæ profecto, coram Reverendissimo Ratto.* 5

Atque his omnibus adstipulantur tum constantissima praxis, & consuetudo hujus almæ Urbis, in qua soli Defunctorum Parochi Stolam deferunt, cæterosque 6

omnes

omnes præcedunt, quoties ad Ecclesias Regularium non Parochiales Funus ducitur; quam quidem Urbis praxim plurimi faciendam esse in puncto monent *Ursaya disc. 6, num. 128, tom. 4, part. 2; Rot. in Neapolitana Jurium Parochialium, 13 Martii 1711, § Nihilo tamen minùs, coram bon. mem. Ansaldo; & in dicta Calaritana Jurium Parochialium super bono jure, 2 Julii 1725, § Fin. coram Reverendissimo Ratto.*

7 Tum & fortiùs Constitutiones Synodales Diœcesis Florentinæ, initæ anno 1710, in quibus *tit.* 3, *cap.* 14, *de Funeribus n.* 19, ita cautum legitur — *Stolam non induant, qui Parochiam non obtineat, vel Parochi vicem non expleat, salvis tamen Privilegiis, vel immemorabili consuetudine*. Certi autem, exploratique Juris est, quòd Constitutiones Synodales intra Diœcesim vim legis obtinent, & ab omnibus servandæ sunt, ut sæpissimè firmavit *Rot. & præsertim in dicta Nullius, seu Montis Cassinen. Manutentionis super delatione Stolæ, 22 Junii 1714, § Degustando, coram bon. mem. Ansaldo; in Burgen. Jurium Parochialium, 11 Decembris 1716, § Ultra licentiam, coram Eminentissimo Falconerio; & in Placentina subministrationis Ceræ, 5 Maji 1728, § Pro eo enim, & seq. coram R. P. D. Millino.*

8 Nec verò subsistit, quòd ex consuetudine immemorabili Ven. Ecclesia Abbatialis Adversaria Jus habeat delegandi unum ex Monachis, Cotta, ac Stola indutum, qui Parochum præcedat, quoties Cadavera Defunctorum ad eandem Abbatialem Ecclesiam deferuntur. Ejusmodi namque immemorabilis nullo pacto ex adverso probatur, nec Testibus in præterita hujus causæ propositione adductis, nec aliis Testibus recentiùs examinatis; Et tamen nemo non scit, quòd alleganti immemorabilem, præsertim ubi adest juris resistentia in contrarium, prout Parti Adversæ accidit in nostra hypothesi, incumbit onus illam plenè, concludenterque probandi ex notatis per *Rot. coram Bich. decis.* 324, *num.* 8, *coram Dunozett Jun. dec.* 454, *nu.* 7, *in rec. dec.* 334, *nu.* 11, *par.* 18, *& Uratislavien. Juris approbandi Confessarios*, 17 *Junii* 1720, § *Hinc descendendo, coram bonæ memor. Lancetta; &* 11 *Maii* 1722, § *Quod verò, coram eodem.*

9 Et re vera eadem Immemorabilis probata non remanet a Testibus in præterita Propositione adductis; sepositis namque simplicibus ipsorum attestationibus, quæ certè ad probandam immemorabilem non admittuntur, ut, aliis omissis, firmavit *Rot. in dicta Uratislavien. Juris approbandi Confessarios, 17 Junii 1720, § Hinc descendendo, coram bon. mem. Lancetta.* Quòd attinet ad reliquos Testes formiter repetitos, hi pariter nullo penitùs in numero habendi sunt, tum quia Immemorabilis ne articulata quidem fuit, prout necessariò requirebatur, *Rot. cor. san. mem. Alex. VIII, dec.* 53, *num.* 1; *coram Peutinger. dec.* 491, *num.* 4; *& in Rec. dec.* 101, *num.* 6, *part.* 4, *tom.* 2.

Tum quia iidem Testes addicti omnes ad unum fuerunt servitio Monasterii Adversarii, pro quo idcirco testificari non poterant, ut in specie firmant *Ursaya discept. Eccles.* 11, *num.* 23, *tom.* 4, *part. prima; Rot. in Mantiss. ad clar. mem. Card. De Luc. dec.* 32, *num.* 33, *lib.* 16. 10
Tum demum quia, exceptis duobus, reliqui omnes Testes non excedebant ætatem annorum 47, 45, 25, & 18, ideoque deponere nequibant de immemorabili, quæ, cùm præter alia requisita necessariò exposcat, ut Testes deponant de visu per quadraginta annos, non alios admittit Testes, nisi qui saltem 54 annorum ætatem compleverint, ut tradunt *cla. mem. Card. De Luc. de Decim. disc.* 8, *num.* 8, *Rota coram Emer. jun. dec.* 158, *n.* 4, *in Neapolitana Jurium Parochialium*, 13 *Martii* 1711, § *Cæterùm, coram bon. mem. Ansaldo, & in Uratislavien. Juris approbandi Confessarios*, 10 *Decembris* 1721, § *Porrò, coram bon. mem. Lancetta.*

Alii autem duo Testes, quorum primus asseruit, se in sexagesimo ætatis anno esse constitutum, alter verò dixit, se attingere ætatis suæ annum 64, haudquaquam deposuerunt de visu per integrum spatium quadraginta annorum; sed prior dumtaxat de triginta annis, alter verò de decem tantùm annis, quòd certè non sufficit ad probandam immemorabilem, pro qua requiruntur Testes, qui, præter cætera notissima requisita *a Gloss. in cap. primo, verb. Memoria de Præscript. in* 6, deponant de visu per integrum spatium quadraginta annorum ante motam litem, uti probant auctoritates proximè allegatæ, quibus addimus *Rot. coram Buratt. dec.* 551, *num.* 4, *coram san. mem. Gregor. XV, dec.* 298, *num.* 1; *in Recen. dec.* 82, *n.* 5. *par.* 12; *& in Gerunden. Jurium Parochialium super bono jure*, 5 *Maji* 1719, § *Nec pro hac exemptione, coram bo. me. Cerro.* 11

Agnovit Pars adversa irrelevantiam istorum Testium, ideoque, post præteritam hujus causæ propositionem vigore Remissoriæ, examinandos formiter curavit quatuor alios Testes; sed nec etiam ex hujusmodi novorum Testium examine prætensa immemorabilis probari exadverso potest. Duo enim ex dictis Testibus nempè P. Abbas Savini, & P. Andreas Barli sunt Monachi, & Filii Monasterii Adversarii, ac proinde, cùm agatur de amplianda Jurisdictione, ac Præeminentia ejusdem Monasterii, prædicti Te- 12

stes idonei non sunt ad probandam immemorabilem ad *Text. in L. Nullus 10, ff. de Testib. Pax-Jordan. lucubrat. Canon. tom. 3, lib. 4, tit. 18, de Testib. n. 541; Ursaya discept. 11, num. 20, part. 4, tom. 1; Rot. in recent. decis. 220, nu. 17, part. 17; & in Uratislavien. Juris approbandi Confessarios, 17 Junii 1720, § Hinc descendendo, in fin. coram bo. me. Lancetta* ibi -- *Testes ab ipso adducti sunt ut plurimum Monachi ejus Ordinis, quorum fides non est omnino tuta, dum agitur de Jure ampliante Jurisdictionem, & praeminentiam eorum Monasterii* --

13 Rursus prædicti Testes probare nequeunt immemorabilem, cùm non semper per integrum quadraginta annorum spatium commorati fuerint in Monasterio Adversario, sed ab ipso per diuturnum temporis lapsum fuerint absentes, prout bene in his terminis admonent; *Adden. ad Buratt. dec. 673, num. 7*, ibi -- *Si Testes per spatium quadraginta annorum non potuerunt videre, ut quia toto tempore non fuerunt in loco, sed aliquando fuerunt absentes, Immemorabilis per eos probari non potest* -- *Rot. in recen. dec. 254, nu. 2, part. 1.*

14 Accedit his, quòd tam prædicti Testes, quàm alii duo cum ipsis formiter examinati, nec explicitè deponunt de immemorabili, nec testantur de publica voce, & fama, nec coarctant negativam, excludendo possibilitatem in contrarium, quinimmo aliqui ex ipsis supponere videntur, quòd aliquando res diversimode accidere potuerit, nec denique asserunt, se ita per quadraginta annos vidisse, ita a suis Majoribus audivisse, & ita hos etiam pariter audivisse, nec unquam aliquid visum, auditumve fuisse in contrarium, ut latiùs in facto ostendit D. meus causæ Patronus; & tamen certissimi Juris est, quòd Testes, ut probare possint Immemorabilem, deponere debent cum requisitis *Gloss. in d. cap. 1, verb. Memoria de Præscript. in 6*; quòd nempe ipsi ita viderint per 40 annos ante motam litem, atque ita servatum audiverint a suis Majoribus, qui etiam ab aliis idem audiverant, quòd nil unquam in contrarium viderint, aut audiverint a suis pariter Majoribus, quòdque demum testentur de publica voce, & fama per verba tam præsens, quàm præteritum tempus comprehendentia, ut consentaneè comprobant *Adden. ad Buratt. dec. 673, num. 7, Rota cor. Bichio decis. 328, num. 11, cor. Cerr. dec. 607, numer. 16, in rec. dec. 430, num. 5, par. 18; in Brundusina Præeminentiarum, 20 Martii 1719, § Probatione, & § Super cæteris, coram bon. mem. Herrera, & in Uratislavien. Juris approbandi Confessarios, 10 Decembris 1721, § Quanquam enim, coram bon. mem. Lancetta, & 11 Maji 1722, § Profecto, coram Eodem.*

Ac denique, cùm de essentia Immemorabilis sit, quòd nihil auditum, gestumque fuerit in contrarium; ita quidem, ut ipsa ex simplici contrario rumore elisa remaneat, prout ex aliis advertit *Rot. in d. Uratislavien. Juris approbandi Confessarios, 17 Junii 1720, § Nec substineri, coram bon. mem. Lancetta, & 11 Maji 1722, § Praterea, coram eodem*; profectò exclusa procul dubio dicenda erit Immemorabilis in casu nostro, in quo non solum adsunt depositiones omnium ferè Parochorum Civitatis Florentiæ, qui testantur de privativa delatione Stolæ, & de sua ipsorum præcedentia supra cæteros, quoties suorum Parochianorum Cadavera ad Ecclesiam S. Mariæ Adversariam efferuntur; unusque ex contrariis Testibus recens examinatis ingenuè fatetur, se audivisse, *Che tra i Sacerdoti mandati da Badia, ed i Parochi di alcuni Defonti sepoltuarii della medesima in occasione di associazione de' loro Cadaveri vi sono state delle altercazioni circa l' uso della Stola, e la precedenza*, ut pro exclusione immemorabilis benè ad rem observat; *Rot. in Brundusina Praeminentiarum, 20 Martii 1719, § Cujus profectò, coram bon. mem. Herrera.* 15

16 Verùm etiam pro omnimoda exclusione ejusdem Immemorabilis urget Testimonium Reverendissimi Archiepiscopi Florentini, qui anno 1705 in simili controversia tunc exorta inter Parochum S. Fælicitæ Principalem nostrum, & PP. Congregationis Missionis Ecclesiæ S. Jacobi supra Arnum, apertissimè declaravit, ita ex uniformi consuetudine Civitatis Florentiæ servari, ut Stola in Funeribus a solo Defuncti Parocho deferatur, ibi -- *Decrevit, & declaravit licere præfatis Rev. Superiori, & Sacerdotibus Missionis in occurrentibus casibus hujusmodi Crucem erigere, illamque mittere per unum ex suis ad Ecclesiam Parochialem Defuncti, non tamen Stolam deferre, quæ solum competere declaravit Parocho Defuncti, prout uniformi consuetudine in hac Civitate servatur, quā etiam quoad ipsos servari mandavit* -- Huic autem adeo insigni Testimonio Reverendissimi Archiepiscopi, qui præsumitur optimè instructus de consuetudinibus propriæ Diæcesis, summopere in hac materia deferendum est, prout benè ad rem ponderant *Ursaya discept. 11, numer. 24, & seq. tom. 4, par. 1; Rot. in Florentina Quartæ Funeralis, 1 Decembris 1704, coram bon. mem. Molines inter ejus impressas, decis. 939, num. 17, & in Nullius, seu Montis Cassinen. Manutentionis, 16 Junii 1712, § Hujusmodi, coram bon. mem. Lancetta.*

Nil-

17 Nilque turbat numerus contrariorum Testium favore Monasterii Adversarii deponentium, hinc inferendo, quòd ipsi simul jungi debeant, ut, si non singuli separatim sumpri, saltem omnes simul uniti sufficientem probationem constituant. Cùm enim agatur de re, quæ habet contra se juris resistentiam, ita quidem, ut vigore Constitutionum Synodalium præservata fuerit consuetudo dumtaxar Immemorabilis. In his sanè terminis non omnes Testes admittuntur; nec satis est, quòd deponant, se vidisse, quòd aliquis Parochus manum cesserit Monacho, qui mitti soler a Monasterio Adversario, quòdque passus respectivè fuerit, eundem Monachum Stolam etiam detulisse, cùm id evenire potuerit vel ex urbanitate, vel ex ignorantia absque ullo prorsus præjudicio cæterorum Parochorum, ut benè monent *Barus. in Formul. Jur. resolut.* 152, *num.* 26, *& seq. Gratian. discept.* 298, *num.* 99; *Capon. discept.* 4, *num.* 17, *&* 18, *& num.* 21, ibi -- *Imo non prodest tam Primicerio, quàm Abbati, quòd interdum præcesserint ipsimet Parocho in Funeralibus, quia repugnat Juri bonestatis, quòd Parochus in proprio Officio Sacerdotali non præferatur omnibus, &c. Igitur, licèt aliquis Parochus, sive plures ignorantia, vel adulatione ducti toleraruns, sicut permiserunt talem Abbatem, vel Primicerium ipsis præcedere, id juxta supra tradita non debet nocere, neque præjudicare cæteris Parochis successoribus -- Rota, coram Peutinger. dec.* 172, *num.* 6.

18 Sed necessariò requiritur, ut omnes omninò Testes ad probandam immemorabilem adducti deponant cum requisitis *Glossæ in cap.* 1, *verb. memoria, de Præscript. in* 6, nam quidquid sit in aliis materiis, certè in terminis immemorabilis ex inconcussa Sententia hujus Sacri Tribunalis, omnes Testes debent esse contestes in probandis singulis iisdem requisitis; nec conjungi possunt, si unus de uno, alius verò de alio requisito deponat, prout optimè respondit *Rot. coram Bich. decis.* 228, *num.* 9, *post Vivian. de Jurepatronat. dec.* 11, *num.* 1, *in rec. dec.* 201, *num.* 15, *part.* 13, *decis.* 430, *num.* 12, *& seq. part.* 18, *& in dicta Uratislavien. Juris approbandi Confessarios*, 10 *Decembris* 1721, § *Absque eo quòd*, *coram bon. mem. Lancetta, &* 11 *Maji* 1722, § *Enim verò, coram eodem.*

19 Gratis autem exadverso asseritur, quòd Ecclesia Abbatialis S. Mariæ Adversariæ sit etiam Parochialis, vel ex eo, quòd penes Monasterium existat Cura habitualis Ecclesiarum *S. Proculi*, *& Simonis*, vel ex eo, quòd eidem Ecclesiæ Abbatiali annexa, & incorporata sit antiqua Ecclesia *Sancti Stephani*, quæ modò ampliùs non existit, & antiquitùs erat Parochialis.

20 Quòd enim attinet ad Curam habitualem Ecclesiarum *SS. Proculi*, *& Simonis*, hæc procul dubio non efficit, ut Ecclesia S. Mariæ, quæ nec Populum, nec certos limites, nec alia habet Parochialitatis signa, sit etiam Parochialis; cùm enim prædictæ Ecclesiæ, quamvis dependentes a Monasterio, sint tamen distinctæ, ac separatæ ab eodem Monasterio, suosque habeant distinctos, ac separatos fines, nec modò quæstio sit de funeribus, quæ ad easdem Parochiales Ecclesias deferuntur, sed de illis, quæ ducuntur ad prædictam Ecclesiam Abbatialem S. Mariæ; hinc propterea fit, ut privilegia dd. Ecclesiarum Parochialium exerceri nullo pacto possint ab Ecclesia S. Mariæ, quæ verè non est Parochialis, ex traditis per *clar. mem. Card. de Luc. in Miscell. disc.* 26, *nu.* 6, *Piton. discept. Eccles.* 9, *num.* 3, *vers. tertiò demum*; *Rot. coram Cavaler. decis.* 330, *nu.* 2, *coram Dunoz. Jun. dec.* 640, *num.* 19, *& in S. Severini Jurium Parochialium* 5 *Maji* 1710, § *& sine ullo, cor. Reverendiss. Crispo.*

21 Quod verò respicit annexionem, & incorporationem antiquæ Ecclesiæ *S. Stephani*, hæc potiùs apertissimè excludit translationem Parochialitatis in Ecclesiam Abbatialem Adversariam; nam, quidquid sit de materiali situ ipsius Ecclesiæ, quæ hodie ampliùs non existit, certè Animarum Cura, seu Parochia adjudicata, ac translata fuit in Ecclesiam S. Proculi; ex qua translatione Curæ in aliam Ecclesiam, evidens consurgit demonstratio, quòd summus Pontifex noluit incorporare Ecclesiæ Abbatiali Adversariæ Parochiam S. Stephani, sed solùm Ecclesiæ situm, eandemque Ecclesiam materialem. Cùm enim non possint esse duo Parochi ejusdem Parochiæ, hinc manifestè consequitur, ut concessio Curæ Animarum facta Ecclesiæ S. Proculi sit expressa denegatio respectu Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, *Rot. coram Duran. decis.* 48, *nu.* 7, *& in Rec. dec.* 7, *num.* 13, *& seqq. par.* 18.

22 Nec desunt etiam extrinseca argumenta, ex quibus exclusa remanet Parochialitas Ecclesiæ S. Mariæ Adversariæ. Præter enim Testimonium Sacristæ ejusdem Ecclesiæ, Ecclesia Adversaria nec administrat Sacramenta ex necessitate, nec visitatur ab Ordinario, prout in concernentibus Curam Animarum visitantur omnes Ecclesiæ Parochiales, quamvis exemptæ; nec inter Ecclesias Parochiales annotata reperitur in Libris Cancellariæ Archiepiscopalis Florentiæ, nec denique certos habet limites, certumque Populum, sine quibus impossibile prorsus est, Ecclesiam aliquam dici posse Parochialem, uti bene disserunt *Barbos. de*

Paroch. cap. 1, nu. 27, & 35; Gonzal. ad Regul. 8 Cancell. Glos. 7, nu. 37, Rot. coram Mantic. dec. 48, nu. 1, coram San. Mem. Gregor. XV, decis. 387, nu. 9; coram Bich. decis. 228, num. 19, & in Rec. dec. 10, nu. 3, par. 17.

Quare, &c.

Victotius de Martinis)
F. Maria Medices) Advoc.
Jacobus Lavajani.)

R. P. D. CORIO

Florentina Præeminentiarum.

Lunæ, 17 Aprilis 1733.

PRætensio ab Abbate Sanctæ Mariæ Congregationis Cassinensis excitata, quòd Cadavera Defunctorum in ejus Abbatiali Ecclesia Florentiæ sepelienda ex causa electionis Sepulturæ, vel existentiæ gentilitii Sepulchri Majorum, associanda forent per simplicem Presbyterum ab ipso eligendum, indutum Cotta, & Stola cum præcedentia a dextris Parochi defunctorum, & sub Cruce Abbatialis Ecclesiæ, justum præbuit motivum Parochis dictæ Civitatis, & signanter illi Monasterii Monialium Sanctæ Felicitæ impugnandi tales præeminentias; undè delata controversia in summarissimo Judicio manutentionis ad Forum judiciarium, emanavit coram Vicario Generali Sententia in omnibus Parochis favorabilis, a qua interposita per Abbatem, & Monachos appellatione ad Rotam, datum fuit per me, die 17 Junii 1729 Dubium -- *An, & cui danda esset manutentio* -- proditque rescriptum -- *Videatur de bono jure etiam ad effectum manutentionis* --, ad cujus tramites aptato novo dubio -- *An, & de cujus bono jure constet etiam ad effectum manutentionis* --, hodie responsum accepi -- *constare de bono jure Monasterii S. Felicitæ etiam ad effectum manutentionis*.

23 Ratio resolutionis emergere visa est ex duplici fonte, altero nempè dispositionis Juris communis, juxta quam cautum reperitur, quòd soli Parocho in associatione Cadaverum eorum, qui in propria Parochia moriuntur, & in alia Ecclesia sepeliri debent, usus delationis Stolæ, & dignioris Loci privativè competat in signum authoritativæ Jurisdictionis, & præeminentiæ supra omnes alios Presbyteros, quibus haud licitum esse potest Jurisdictionem in non subditum exercere, ut in terminis delationis Stolæ communiter firmant *Barbos. de Offic. & Potest. Paroch. part. 3, cap. 26, num. 76; Card. De Luc. de praemin. disc. 43. num. 3; Panimoll. decis. 1, annot. 9, num. 28, Rot. coram Zaratt. dec. 45, nu. 40, & in Nullius, seu Montis Cassinen. manutentionis super delatione Stolæ, 16 Junii 1712, § Et quamvis, coram bon. mem. Lancetta, confirmat. 22 Junii 1714, § Merito, coram bon. mem. Ansaldo, & in Calaritana Jurium Parochialium super bono jure, 2 Julii 1725, § Delatio, coram Reverendissimo Corduben. & in Bisinianen. Præeminentiarum, 12 Junii 1725, § Reliquum, & 18 Martii 1726, § Licet, coram R. P. D. meo Calcagnino*; & in terminis dignioris Loci, & præcedentiæ *Card. de Luc. de praemin. disc. 21, num. 5, & disc. 43, num. 3; Pignattell. consult. 73, num. 21, tom. 8; Rot. in Tranen. Præeminent. 20 Februarii 1713, § Supererat, cor. clar. memor. Cardinali Scotto.*

Altero verò ex particulari dispositione 24
Synodi Florentiæ celebratæ anno 1710, in qua expressè constabilitum noscitur, ibi -- *Stolam non induant, qui Parochiam non obtinent, vel Parochi vicem non implent, salvis tamen Privilegiis, vel immemorabili consuetudine* -- Quamobrem cum Abbas S. Mariæ Congregationis Cassinensis nec Parochiam obtineat, nec Privilegium aliquod, aut immemorabilis eidem opituletur, sequitur exinde, ut nec ipse, nec Presbyter ab eo deputandus, in associatione Cadaverum, quæ ad propriam Abbatialem Ecclesiam tumulanda deferuntur, ullum jus delationis Stolæ, aut præcedentiam a dextris Parochi S. Felicitæ sibi arrogare valeat, ob resistentiam Synodalis Sanctionis, quæ tanquam lex ab omnibus Ecclesiis Civitatis, & Diæcesis inviolabiliter est servanda, ad tradita per *Massobr. de Synod. cap. 4, dubit. 41; Gonzal. ad Regul. 8 Cancellar. gl. st. 9, § 1, num. 18, Rot. in recent. decis. 115, num. 6, part. 19; & in Mediolanen. Jurium Parochialium, 20 Aprilis 1708, § Constabilita in fin. coram clar. memor. Cardinali Scotto, & in Placentina subministrationis Ceræ, 5 Maji 1728, § Pro eo enim, & seqq. coram R. P. D. meo Millino.*

Allegare quin juverit, quòd Ecclesia 25
Abbatialis S. Mariæ fuisset verè Parochialis, tum ex exercitio Curæ, quòd licèt pro majori commodo Populorum per actum olim in Capella S. Stephani, ad Ecclesiam S. Mariæ referri dicatur, intra cujus ambitum, immo in ipso vestibulo eadem Capella existit; tum ex eo, quòd Personæ degentes intra limites Monasterii, semper denominatæ fuerint de Districtu, & de Populo Abbatiæ Florentinæ. Parochialitas enim nunquam præsumenda, nisi concludenter ab allegante justificetur, ad notata per *Barbos. de Paroch. par. 1, cap. 1, num. 36; Panimoll.*

dec.

dec. 5, *annot.* 2, *num.* 4; *Rot. decis.* 27, *num.* 1, *par.* 1, *diversor. dec.* 387, *num.* 3, *& seq. & decis.* 67, *numer.* 12, *coram Zarat.* Tantum abest, ut ex mox dictis probata dici queat, ut potius exclusa videatur, ea sub prævalida animadversione, quòd Parochialitas Ecclesiæ S. Stephani in nihilo pertinere dicatur ad Ecclesiam S. Mariæ, & quatenus etiam ad illam pertinere dici valuisset, adhuc tamen dicto jure plene spoliatam fuisse compertum esset.

26 Et sanè, quòd Ecclesia S. Stephani fuerit de se vera, & antiqua Parochialis, non autem simplex Sacellum pro majori commodo Functionum Parochialium S. Mariæ destinatum, satis, superque probatum videtur tum ex Testibus per Monachos examinatis, qui ideo contra inducentem plenè probant, juxta firmata per *Bart. in l.* 1, § *Hoc autem*, *numer.* 7, *ff. de nov. oper. nunciat. Rot. coram Emer. Jun. dec.* 43, *num.* 5, *& coram Molines*, *dec.* 1308, *num.* 10. Dum enim isti testati sunt antiquam Ecclesiam S. Stephani fuisse destructam, & illius loco, distitè tamen a muro Ecclesiæ S. Mariæ construtam fuisse Capellam, quæ hodie existit, fit inde, ut ab hac nullo modo allegabilia sint jura Parochialitatis antiquæ Ecclesiæ Sancti Stephani, quæ per ejus destructionem penitùs extincta remanserant; *Abb. in cap.* 2, *numer.* 5, *de nov. Oper. nunciat. Francesf. de Eccles. Cathedral. c.* 7, *num.* 48; *Gonzal. ad Regul.* 8 *Cancellar. gloss.* 8, § 7, *num.* 70; *Rot. coram Cerro*, *dec.* 325, *num.* 16.

27 Tum ex antiquissimo documento translationis Curæ factæ a dicta Ecclesia S. Stephani anno 1479, in Ecclesiam S. Proculi, in quo cum Abbas, & Monachi mentionem fecerint de Cura, & Populanis S. Stephani, nunquam verò S. Mariæ, prout rectæ agendi methodus expostulasset, si Parochialitas penes Ecclesiam S. Mariæ extitisset; hujusmodi idcirco satis aperta confessio in actu serio, & proportionato, fulcita etiam moderna attestatione Sacristæ ejusdem Abbatiæ, asserentis Ecclesiam S. Mariæ non esse curatam, cuicumque alteri inductioni prævalere debet; *Angel. de confess. lib.* 3, *quæst.* 20, *num.* 2; *Rot. coram Merlin. dec.* 19, *num.* 7, *& seqq. coram Cels. decis.* 79, *num.* 2, *in fin. coram Emer. Jun. dec.* 1214, *num.* 1; *& coram Moliner*, *dec.* 493, *num.* 7, *& dec.* 1182, *num.* 3. Ita ut attendi amplius non mereantur monumenta loquentia de Populo, & Districtu Abbatiæ Florentinæ, quæ utpote referibilia ad tempus, quo aliæ aderant Parochiales Ecclesiæ ab Abbatia dependentes, æquivoca prorsus remanent, & per consequens incpta ad concludendam Parochialitatem habentem contra se juris præsumptionem; *Rot. coram Emer. Jun. dec.* 104, *num.* 7, *coram Molin. dec.* 784, *num.* 60, *& in recen. dec.* 10, *num.* 15, *par.* 12.

Ast ubi ab his præscindendo, per hypothesim dici valuisset, quòd antiqua Parochialis Ecclesia S. Stephani fuisset Sacellum Ecclesiæ S. Mariæ pro majori Populorum commodo destinatum, viriliter adhuc obstitisset, quòd eadem Ecclesia S. Mariæ amplius pro Parochiali reputari non posset post dictæ Curæ translationem legitimè factam in Ecclesiam S. Proculi cum pacifica duorum Sæculorum cum dimidio observantia. Si enim ab inde citra nunquam amplius Sacramenta ex necessitate administravit, nunquam visitata fuit ab Ordinario, qui in concernentibus Curam Animarum, Ecclesias etiam exemptas visitat, adnotata non reperitur inter Ecclesias Parochiales in libris Cancellariæ Archiepiscopalis, nullosque retinuit certos limites, certumque Populum, utique in his terminis qualibet Parochialitate, quatenus per prius competiisset, dicenda fuisset expoliata, ut arguunt *Barbos. de Paroch. cap.* 1, *num.* 27, *&* 35; *Gonzal. ad regul.* 8 *Cancellar. gloss.* 7, *num.* 37; *Rota, coram Mantic. decis.* 48, *num.* 1, *coram Bich. dec.* 228, *num.* 19, *& in recentior. dec.* 10, *num.* 3, *par.* 17. 28

Haud attento, quòd parochialitas præservata videretur, ex quo in actu translationis Curæ per pactum conventum fuerit, ibi -- *Con questo tamen patto, che se nessuno de Populani di S. Stefano volesse nel tempo della Pasqua venirsi a comunicare nella nostra Badia, possa senza scrupolo venirci* -- Si namque post factam translationem Curæ ad Ecclesiam Sancti Proculi speciali pacto conventum fuit, quòd Parochiani Sacram Synaxim sumere possent tempore Paschali in Ecclesia Abbatiali, bene exinde arguitur, quòd per dictum actum translata fuit omnimoda Parochialitas in Ecclesiam S. Proculi; aliàs enim superfluum fuisset speciali pacto convenire administrationem Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramenti, cujus idcirco individua reservatio pro majori forte Populorum commodo facta, in causa esse debet, ut quoad omnia alia Ecclesia Abbatialis nullum Parochialitatis jus habeat, pleneque spectent ad Ecclesiam, ad quam translatio facta fuit; *Rebuff. in prax. tit. de translat. Episcop. num. final. Francesf. de Eccles. Cathedral. cap.* 7, *num.* 76; *Card. De Luc. de Jurisdiction. disc.* 30 *per tot.* 29

Magis non facessente, quòd per dictam translationem Parochialitatis ad Ecclesiam S. Proculi, remansisset saltem penes Abbatem Cura habitualis, cujus vigore exercere valeat jura Parochialia. Aliis enim omissis responsionibus, fatalis urget, quòd admissa etiam dicta habituali 30

Cura

Cura penès Abbatem tribuente facultatem exercendi Parochialia Jura, eadem ad summum in proposito opitulari posset pro tumulatione Cadaverum, quæ fieri contingat in dicta Ecclesia Sancti Proculi, non verò in Ecclesia Sanctæ Mariæ, in qua Parochialitas amplius non residet, ut in consimilibus terminis advertunt; *Gabr. consil.* 195, *num.* .. *lib.* 2; *Grattan. discept.* 298, *num.* 50, *& seqq. Scarfanton. ad Ceccoper. lucubrat. lib.* 1, *tit.* 13, *numer.* 8, 16, *&* 17, *tom.* 1; *Rota*, *coram Arguell. decis.* 72, *num.* 25, *& seqq.*

31 His autem retentis, magis non erat, quòd pro sustinendis controversis juribus præeminentialibus, expenderetur asserta immemorabilis possessio, quæ resultare contendebatur ex Testium depositionibus, ab exemplis aliarum Ecclesiarum, & a Sententia Cardinalis Medici, decernente delationem vexilli Abbatiæ in solemnibus Processionibus pari passu, atque in eadem linea cum vexillo Ecclesiæ Metropolitanæ. Probatio enim immemorabilis, quæ certo certiùs desumi nequivit ex Testibus, quorum aliqui, tanquam informes, penitus posthabendi erant, ut ad rem dixit *Rota in Uratislavien. Juris approbandi Confessarios*, 17 *Junii* 1720, § *Hinc descendendo*, *coram bon. mem. Lancetta*. reliqui autem formiter examinati scopum attingere non poterant ob defectum requisitorum celebris *Glos. in cap.* 1, *verb. memoria*, *de præscript. in* 6; dum in pluribus sufficiens ætas desiderabatur; alii non deponebant de primo, aut secundo auditu; alii contrarium non excludebant; & alii demum nec de actibus per quadraginta annos exercitis, nec de fama testificabantur, ac proinde ex toto inefficaces reputari debebant, ut in specie firmant *Adden. ad Buratt. decis.* 673, *num.* 7, *Rota*, *coram Bich. dec.* 328, *num.* 11, *coram Cerro*, *dec.* 607, *numer.* 10, *in recentior. dec.* 430, *num.* 5, *part.* 19, *& in dicta Uratislavien. Juris approbandi Confessarios*, 10 *Decembris* 1721, § *Quamquam enim*, *&* 11 *Maji* 1722, § *Profectò*, *coram bon. mem. Lancetta*.

32 Multo minùs fulciri poterat aut exemplis aliarum Ecclesiarum, quæ sive ex conniventia Parochorum, sive ex particulari privilegio justificentur, non sunt in præsenti ex varietate circumstantiarum allegabilia; *Rota*, *coram Molines*, *dec.* 871, *num.* 26, *dec.* 903, *num.* 21, *& dec.* 1052, *num.* 48. Aut ex Sententia Cardinalis Medici super æquali incessu utriusque vexilli Ecclesiæ Metropolitanæ, & Abbatialis, pro quo immemorabilis probata fuit, ut habetur ex voto in dicta Causa edito, & impresso penes *Ceccoper. lucubrat. Canonic. tom.* 1, *dec.* 55, *num.* 9, 21, *& per tot.* & ideo ab ea non licet arguere ex vulgata *l. Papinianus*, *ff. de minor.*

Eò vel maxime, quia adversativè ad 33
prætensas præeminentias juris resistentiam habentes, afferebantur nedum depositiones fere omnium Parochorum Civitatis super non usu delationis Stolæ, & præcedentiæ supra Parochum Defuncti; sed Laudum editum anno 1705, per Reverendissimum Florentiæ Archiepiscopum in consimili controversia, ibi -- *Non tamen Stolam deferre, quæ solùm declaravit competere Parocho Defuncti, prout uniformi consuetudine in hac Civitate servatur* -- cujus judicium, utpote bene informati consuetudinis suæ Civitatis, plurimum spectandum fore dixit *Rota in Nullius*, *seu Montis Cassinen. manutentionis*, 16 *Junii* 1712, § *Hujusmodi*, *coram bon. mem. Lancetta*. Itaut cohærenter ad hanc consuetudinem, Parocho Sanctæ Felicitæ jure competat manutentio, quæ cæteroquin ad tramites boni Juris, cjus favore militantis, tutior remanet ex passim firmatis per *Rot.* & signanter *in Perusina Præeminentiarum super manutentione*, 2 *Decembris* 1711, § *Verum etiam*, *coram bon. mem. Ansaldo*, *& in Nullius*, *seu Montis Cassinen. manutentionis*, *super delatione Stolæ*, 22 *Junii* 1714, § *Posita autem*, *coram eodem*.

Et ita utraque, &c.

ADDITIO XLIV.

Aretina Præeminentiarum.

ARGUMENTUM.

Episcopi usum Pallii, & Crucis habentes, possunt, erecta Cruce, quævis Loca exempta eorum Diœcesis ingredi cum Mozzetta super Rocchetto: vel cum sola Mozzetta absque Mantelletta, si sint Regulares; necnon etiam aspergere circumstantes Aqua benedicta.

SUMMARIUM.

1 *Exponitur facti series*.
2 *Archiepiscopus potest in quibuslibet Locis exemptis suæ diœcesis Crucem ante se deferre facere, quocumque privilegio nonobstante, & num.* 3, *&* 35.
4 *Quòd, ex identitate rationis, extenditur etiam ad Episcopos, qui ex peculiari S. Sedis privilegio habent usum Pallii, & Crucis, & num.* 5, 6, *&* 7.
8 *Hujusmodi facultas competit Archiepiscopis, & Episcopis Palliatis, tam in casu Accessus necessarii, quàm voluntarii, & num.* 9.
10 *Rocchettum est habitus ordinarius, & præcipuus Episcopi in tota sua Diœcesi.*

11 *Quo proinde uti valet etiam in Locis exemptis suae Diaecesis, & num. 22, 23, & 25.*
12 *Episcopus benedicere potest in iisdem Locis exemptis Populo non tantum benedictione ordinaria, sed etiam solemni.*
13 *Et sic etiam aspergere in ingressu Ecclesiae ipsos Regulares.*
Aquae benedictae aspersio est quaedam species benedictionis, ibidem.
14 *In dictis Locis, & Ecclesiis exemptis Episcopus potest quoque Pontificaliter celebrare.*
15 *Et erigere ibidem Baldachinum.*
16 *Loca exempta licet non sint de Diaecesi, sunt tamen in Diaecesi, ad differentiam Locorum nullius.*
17 *Exemptio operatur quidem, ut Episcopi in Locis exemptis nequeant actus jurisdictionales exercere; non autem aufert ipsis jura honorifica, & praeminentialia, nec usum insignium propria Dignitatis, & num. 34.*
18 *Crucis delatio non importat signum Jurisdictionis, sed solùm Dignitatem, ac praeminentiam illius, qui eam ante se deferre facit, & num. 19, & 20.*
21 *Archiepiscopus Nazzarenus amplissimo fruitur privilegio, Pallium, & Crucem deferendi ubique Locorum.*
22 *Usus Mozzettae, & Roccbetti nullum praefefert Jurisdictionis exercitium, sed est honorificum indumentum.*
24 *Cardinales S. Rom. Ecclesiae, quoties visitant alios Cardinales, in istorum Palatiis Mantellectam exuunt, solamque Mozzettam cum Roccbetto deferunt.*
26 *Aspersio aquae benedictae non Jurisdictionem, sed quandam tantùm majoritatem, ac superioritatem denotat.*
Episcopus in Locis ipsis exemptis est major Regularibus, ibidem.
27 *Delatio tamen Crucis, gestatio Roccbetii cum Mozzetta, Benedictio non permittitur, praesente Sum. Pontifice, Legato, Patriarcha, aliisque Superioribus, & affertur ratio.*
28 *Praesente Superiore, non interdicitur Episcopo exercitium ordinariae, & contentiosae Jurisdictionis.*
29 *Regulares, licèt sint personae exemptae, signa honoris, & obsequii tenentur exhibere Episcopo.*
30 *Qualiter excipiendus sit Episcopus a Regularibus, quoties ad eorum Ecclesias accedit, & num. 31.*
32 *Praeter dignitatem, in qua constituti sunt Episcopi, ex quibus aliis praestari illis debeat a Regularibus reverentia.*
33 *Monachi olim subjecti erant Episcopis, in quorum Diaecesibus reperiebantur.*
Juxta regulam S. Benedicti possunt Episcopi electionem Abbatis, qui sit indignus, rescindere, & alium dignum eligere, ibidem.
Exemptionum privilegia Regularibus ab Episcopis, vel saltem de illorum consensu concessa fuerunt, ibidem.
36 *Quae comprehendant privilegia concessa Cassinensibus a fau. mem. Eugen. IV.*
Privilegia, si sint inter se compatibilia, unum alteri non derogat, & quando, ibidem.
37 *Praedictis privilegiis derogatum fuit per generale decretum Sac. Congreg. Episc. & regular. Anni 1603. de speciali mandato fau. mem. Clementis VIII, & num. 42, & 43.*
38 *An idem decretum, mandans regularibus, ut in suis Ecclesiis Episcopos admittant, Pontificaliter celebrare volentes, iisque Baldachinum attollant, requirat ex parte Episcoporum probationem consuetudinis, vel privilegii, & num. 39.*
40 *Quae verba sufficiant, ut derogatum dicatur privilegiis concessis cum hoc, quod ipsis nunquam censeatur derogatum, nisi fiat eorundem expressa mentio, & num. 41.*
44 *Refertur in hac materia contra PP. Cassinenses aliud decretum Sac. Rit. Congreg. Anno 1659 editum, cum approbatione fan. mem. Alexandri VII, illudque examinatur, & nu. 45, & 46.*
47 *In quas causas Congregatio PP. Cassinensium solvat quotannis Camerae Apostolicae unciam Auri.*
Summus Pontifex potest, & solet ex causa publica derogare exemptionibus a solutione Gabellarum, aliisque oneribus temporalibus; & quoad regulares, quae verba sufficiant, ibidem.
48 *In actibus merè facultativis nunquam praescribitur, nisi doceatur de probibitione facta volentibus illis uti, & de istorum acquiescentia.*
49 *Neque in his terminis operativa est centenaria.*
51 *Carthusiani, Dominicani, & Canonici Lateranenses fruuntur per communicationem privilegiis Cassinensium.*
Sixtus IV concessit Canonicis Lateranensibus exemptionem a quaecumque Episcoporum superioritate, & praeminentia, ibidem.
53 *Votum in hac Causa Emin. ac Reverendiss. D. Card. Corradini.*

QUum Sanctissimus D. Noster Clemens XII, feliciter regnans, mense Novembris, anno 1730 tunc Reverendissimo, nunc Eminentissimo D. Cardinali Guadagni Episcopo Aretino, ejusque Suc-

Successoribus in perpetuum per suas li-
teras Apostolicas motu proprio expedi-
tas, concessisset insignem Pallii prærroga-
tivam, & Indultum præferendi Crucem
in Diæcesi Aretina: idemque, nondum S.
1 Romanæ Ecclesiæ Cardinalis creatus, re-
currente Festivitate SS. Floræ, & Lucil-
læ, quæ in Ecclesia RR. PP. Cassinen-
sium Aretii solemniter celebratur, ad
ipsam illam Ecclesiam, erectâ Cruce, &
cum Mozzetta absque Mantelletta devo-
tionis ergo accessisset; hinc iidem PP.
Cassinenses, suam ipsorum exemptionem
ex ejusmodi accessu læsam fuisse putan-
tes, contrariam desuper emittere volue-
runt protestationem, cæperuntque con-
tendere, non licuisse, nec licere Emi-
nentissimo Episcopo absque suo ipsorum
assensu prædictam Ecclesiam ingredi, ere-
ctâ Cruce, & cum sola Mozzetta; quod
in Episcopis Regularibus usum Rocchet-
ti non habentibus idem est, ac ingredi
cum Rocchetto absque Mantelletta, nec
eundem Episcopum posse in ingressu di-
ctæ Ecclesiæ Abbatem, Monachos, cære-
rosque circumsistentes aquâ benedictâ cum
aspersorio perfundere. Verumtamen hæc
omnia Eminentissimo Episcopo licuisse,
atque licere constanter affirmamus, id-
que etiam solidissimis, ac nullum dubi-
tandi locum relinquentibus fundamentis,
probaturos nos esse pollicemur, & qui-
dem, non, ut Eminentissimi Principalis
causæ tantummodò serviamus, sed ut in
re alioquin clarissima veritati ipsi obse-
quium præstemus.

Remque ordiendo a delatione Crucis,
clarissima est dispositio Clementinæ 2, de
Privileg. cujus vigore Summus Pontifex
Clemens V, in Generali Concilio Vien-
2 nensi omnibus concessit Archiepiscopis fa-
cultatem præferendi Crucem in quibusli-
bet Locis exemptis suarum Provincia-
rum, quocumque Privilegio non obstan-
te ibi „ Archiepiscopo per quævis loca
„ exempta suæ Provinciæ facienti tran-
„ situm, aut ad ea forsitan declinanti,
„ ut Crucem ante se liberè portari fa-
„ ciat, benedicat Populo, Divina Offi-
„ cia privatim, vel publicè ibidem au-
„ diat, & ea etiam in Pontificalibus ce-
„ lebret, & faciat in sua præsentia sine
„ Pontificalibus celebrari [quovis Privi-
„ legio contrario non obstante] Sacro
„ approbante Concilio, præsentis Con-
„ stitutionis serie duximus concedendum.
Et consentaneè tradunt *Abbas in cap.
primo num. 2, ut lit. penden. Tamburin.
de Jur. Abbat. tom. 1, disput. 15, q. 15,
num. 7; Kocbier. de Jurisdict. in exempt.
par. 2, q. 45, num. 34, & seq. Thomas-
sin. de nov. & veter. Eccl. discipl. par. 1,
lib. 1, cap. 59, num. 8, § Dixi; Vanes-
pen. de Jur. Eccles. univers. par. 1, tit.
19, cap. 5, num. 100; Scarfanton. ad Cec-
coper. lucubr. Canonic. lib. 3, tit. 5, num.
3, tom. 2; Rot. coram Buratt. dec. 321,
num. 3, & duob. seqq.*

Id quod etiam pluries servari manda-
runt *Sacræ Congregationes*, prout videre 3
est apud *Ursaya discept. Ecclesiast. part.
1, tom. 2, discept. 1, num. 13*, ac præser-
tim *contra ipsos PP. Cassinenses* resolu-
tum fuit a *Sac. Rituum. Congregat. in
una Theatina*, 13 *Julii* 1613, uti referunt
*Barbos. in Summ. Apostol. decis. verb. Ar-
chiepiscopus num. 6; Carol. Anton. De Luc.
ad Vincent. de Franch. dec. 711, num. 1,
in fin. Ricciardel. in Lecæo Ecclesiastic.
p. 2, cap. 19, num. 77*, qui exscribit etiam
præcisa dictæ Resolutionis verba; & *Emi-
nentissimus Petra ad Constit. Apostol. tom.
5, fol. 216, num. 45, vers. non obstante
quacumque exemptione.*

Et quamvis memorata *Concilii Viennen-
sis* dispositio solummodo loquatur de Ar-
chiepiscopis, communissimè tamen ex
identitate rationis extenditur ad Episco- 4
pos, qui ex peculiari S. Sedis Privilegio
habent usum Pallii, & Crucis, prout,
omissis antiquioribus, benè monent *Gra-
tian. discept. 467, num. 8, Novar. in sum.
Bullar. comment. 19, num. 3, par. 1*, ibi --
*Et quamvis d. Clementina loquatur de Ar-
chiepiscopo, tamen illa fuit contingentia
facti, & per eam non excluditur Episco-
pus -- Fargn. de Jurepatr. par. 2, can. 14,
& 15, Cas. 10, num. 3; Ursaya d. discept.
1, num. 85, par. 1, tom. 2; Scarfanton. ad
Ceccoper. lucubr. Canonic. lib. 3, tit. 5, n.
7, & seq. tom. 2*, ibi „ Hæc autem quæ
„ dicta sunt de Archiepiscopis circa fa-
„ cultatem præferendi Crucem in locis
„ exemptis eorum Diæcesis, &c.; locum sibi
„ vindicant etiam quoad Episcopos, ha-
„ bentes ex Apostolico indulto Privile-
„ gium præferendi Crucem, & usum
„ Pallii - *& num. 13*, ibi -- ex identitate
„ rationis dispositio dictæ Clementinæ,
„ loquens de Archiepiscopis, trahitur ad
„ Episcopos Palliatos „ *Fatinell. in suo
respons. impress. post Scarfanton. ad Cecco-
per. dec. 57, num. 8; & Eminentiss. Petr.
ad Constit. Apostol. tom. 5, fol. 216, n.
44, & seq.* ibi „ licet Clementina loqua-
„ tur de Archiepiscopo, non exindè non
„ debet applicari Episcopo, qui habet
„ usum Crucis ex Privilegio; nam, si
„ hoc subsisteret, sequeretur, quòd exclu-
„ derentur etiam Patriarchæ, & Prima-
„ tes, cùm Clementina faciat mentio-
„ nem tantùm de Archiepiscopo; & sic
„ verè intelligi debet de omnibus ha-
„ bentibus usum prædictum, in eaque
„ Clementina talis usus supponitur in
„ Archiepiscopis, sed solùm ibi compro-
„ batur in Loco exempto, eò quòd per
„ talem delationem in Loco exempto
„ nullum inferatur præjudicium exem-
„ ptioni, & sic dispositio dictæ Clemen-
„ ti-

„ tinæ, & ratio procedit etiam quoad „ Episcopum, qui habet ex Privilegio „ usum Crucis.

Et ita respondit *Sacra Congregatio Concilii* favore Episcopi Papiensis, habentis usum Pallii, & Crucis ex privilegio, *in Papien.* 8 *Februarii* 1681, in qua con-
5 tendentibus Ministris Collegii Ghislerii amplissima exemptione pollentis, quòd Episcopus Papiensis, erecta Cruce, idem Collegium ingredi non posset, disceptata fuerunt hæc duo dubia -- Primò -- An „ Episcopus Papiensis, qui habet usum „ Pallij &c. possit tam dictum Collegi„ um, quàm alia quæcumque loca intra „ suam Civitatem, & Diæcesim exi„ stentia intrare cum Cruce, non inten„ dens per hoc præjudicium inferre Pri„ vilegijs, aut Exemptionibus prætensis. „ Secundò - An & quæ remedia Epi„ scopus adversus repugnantes possit ad„ hibere; iisdemque dubiis responsum fuit - Ad primum *Affirmativè*, & ad secundum -- *Utatur juris remedijs*. Iterumque propositâ eâdem causâ diebus 13 Ianuarii 1685, & 10 Maii 1687, semper *Sac. Congregatio* stetit *in decisis*, denegavitque remissoriam, quæ ad probandam contrariam observantiam petebatur, uti testantur *Ursaya d. discept. prim. n.* 15, *&* 16, *tom.* 2, *par. prim. & Eminentissimus Petra ad Const. Apostol. tom.* 5, *fol.* 216. *nn.* 45, *&* 47.

Rursus in altera *Papien. Juris deferendi Crucem* eadem Sacra Congregatio die
6 17 Septembris 1707 ad dubium -- An „ Eminentissimo Episcopo Papiensi li„ cuerit in suo accessu ad Carthusiam „ Papiensem, occasione revisionis com„ putorum Eleemosynarum, ingredi, ere„ ctâ Cruce, Ecclesiam, & Monasterium „ ejusdem Cathusiæ? Respondit -- *Affirmativè quoad Ecclesiam*, *negativè verò quoad Monasterium*, sed, repropositâ causâ die 22 Septembris insequentis anni 1708, perstitum fuit in *decisis quoad Ecclesiam*, & recedendo à decisis quoad Monasterium, ita fuit resolutum - Lice„ re Eminentissimo Episcopo ingredi „ cum Cruce in casu, de quo agitur, „ etiam Monasterium, absque ullo tamen „ exercitio Jurisdictionis -- ut videre est penes *Ursaya d. discept. prim. n.* 17, 112, *& seq. Eminentiss. Petr. d. Tom.* 5, *sub nn.* 45, *&* 47 *fol.* 216; *& Scarfanton. ad Ceccoper. Lucubr. Canonic. lib.* 3, *tit.* 5, *nu.* 9, *tom.* 2.

Atque hoc ipsum fuit iterum ab eadem Sac. Congregatione resolutum *in Lucana Juris deferendi Crucem* 8 *Augusti*
7 1710. in qua, cùm Canonici Regulares Lateranenses ob amplissimum exemptionis privilegium, ipsis concessum à S. M. Sixto IV, contenderent, Episcopum Lucanum ingredi non posse suam ipsorum Ecclesiam, erectâ Cruce, propositum fuit dubium -- An liceat Episcopo Lucano „ ingredi, erectâ Cruce, Ecclesiam S. „ Frigdiani Canonicorum Lateranensi„ um in casu &c. - eidemque responsum fuit -- *Affirmativè* -- ut perspici potest *ex Eminentissimo Petr. d. Tom.* 5, *fol.* 216, *nu.* 45; *Scarfanton. ad Ceccoper. d. lib.* 3, *tit.* 5, *nu.* 11; *Farg. de Jurepatr. par.* 2. *Canon.* 14, *&* 15, *cas.* 10. *n.* 10.

Hæc autem amplissima facultas, quam de jure habent Archiepiscopi, & Epi- 8
scopi Palliati, præferendi Crucem in locis exemptis suarum Diæcesum, indistinctè locum obtinet non modò, ubi res sit de accessu quodammodo necessario, puta, pro exercendis Pontificalibus, pro publicis supplicationibus peragendis, vel quandò Jus aliquod ipsis competit visitandi ad formam Sac. Concilii Tridentini; verùm etiam quoties accessus est mere voluntarius, & Episcopus vult adire loca exempta, vel ad effectum simpliciter orandi in Ecclesia, vel etiam pro exercendo aliquo Urbanitatis officio, vel id genus aliis, prout egregiè advertunt *Zabarell. in d. Clement.* 2, *nu.* 5, *de Privileg. Ventrigl. de Jurisdict. Archiep. cap.* 17, *num.* 8; *Scarfant. ad Ceccoper. dict. lib.* 3, *tit.* 5, *nu.* 6, *&* 15, ibi -- Idem dicendum venit de delatione „ Crucis, quæ potest per Archiepisco„ pos, sive Episcopos privilegiatos in „ omnibus locis eorum Diœcesis, sive „ respectivè Provinciæ in quibuscumque „ actibus voluntariis indistinctè deferri -- *Fattinell. post eumdem Scarfant. dec.* 56, *nn.* 19. ibi - Deindè repeto, quòd præ„ notavi cum *Zabarell. in d. Clement.* „ *Archiepiscopo n.* 5, 8; Crucem deferre „ posse indistinctè in actibus voluntariis, „ quia in necessariis non est dubium -- *& dec.* 57, *num.* 3, *tom.* 1; *Ursaya dict. discept. pr. nu.* 51, *& seq. & num.* 120, *tom.* 2, *par.* 1; *Fargn. de Jurepatr. d. par.* 2, *Canon.* 14, *&* 15, *Cas.* 10, *num.* 3; *& & Eminentiss. Petr. ad Constit. Apostol. d. tom.* 5, *num.* 46, *&* 47, *fol.* 217.

Et re ipsâ in recentita *Papien. anni* 1681, agebatur de ingressu in Collegium Ghislerium occasione visitandi quemdam 9
infirmum, vel hospitem, prout testatur *Eminentiss. Petr. d. tom.* 5, *fol.* 217, *num.* 47, *vers. Hinc in dicta*. In altera *Papien. anni* 1708, res erat de voluntario ingressu in Ecclesiam, & Monasterium Carthusiæ ad effectum recognoscendi quædam computa Eleemosynarum absque ullo Jurisdictionis exercitio, uti narrant *Eminentiss. Petr. loc. citat. vers. Et in terminis*; *& Ursaya d. discept.* 1, *num.* 112. Ut etiam in una *Ragusina delationis Crucis*, *die* 26 *Martii* 1711, *Sac. Congreg. Episc. & Regular.* censuit, Archiepiscopum Ragusinum ingredi posse cum Cru-

ac elevata Conventum PP. Prædicatorum, quamvis ageretur de actu merè officioso, invisendi scilicet quemdam Episcopum, qui apud eosdem PP. hospitabatur, prout videre est penes, *d. Eminentiss. Petr. ubi supra num.* 45, *vers. & in terminis ingressus*; *Ursaya d. discept.* 1, *num.* 52; & *Scarfant. ad Ceccoper. d. lib.* 5, *tit.* 5, *n.* 17. Ac denique in prædicta *Lucana anni* 1716, quæstio erat de simplici visitatione Ecclesiæ occasione Jubilæi, & Expositionis Sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti, prout testantur *Scarfanton. d. tit.* 3, *lib.* 5, *num.* 10, & 11; *Fargn. de Jurepatr. par.* 12, *can.* 14, & 15, *Cas.* 10, *n.* 10, & *Eminentiss. Petr. d. tom.* 5, *fol.* 216, *num.* 45, *vers. Et in terminis Canonicorum Regularium.*

Jam verò sicut ex hactenus firmatis Archiepiscopi, Episcopique Palliati deferre indistinctè possunt Crucem erectam in quibuscumque locis exemptis suarum Diæcesum, ita etiam omnes Episcopi in iisdem locis exemptis deferre possunt Mozzettam supra Rocchettum discoopertum, vel solam Mozzettam absque Mantelletta, si Regulares sint, ipsisque licet in ingressu Ecclesiæ exemptæ aspergere circumsistentes aquâ benedictâ.

Et sanè, quòd attinet ad usum Rocchetti cum Mozzetta, cùm iste sit ordinarius, & præcipuus habitus Episcopi in
10 tota sua Diæcesi juxta Cæremoniale Episcoporum, *cap.* 3, *de habit. Ordinar. Episcop.* & notarunt etiam *Pescet. in prax. Cæremon. lib.* 1, *sect.* 10, *num.* 2; *cl. mem. Card. De Luc. in relat. Roman. Curiæ, disc.* 3, *num.* 12; & *Scarfanton. ad Ceccoper. lib.* 1, *tit.* 7, *num.* 37, *tom.* 1, hinc proinde sequitur, quòd Episcopus eodem habitu tanquam suo proprio, & pecu-
11 liari ornamento uti queat etiam in locis exemptis suæ Diæcesis, ut individualiter firmant *Donat. rer. Regular. tom.* 1, *tract.* 13, *de exempt. q.* 74, *numer.* 2; *Carol. Anton. De Luc. ad de Franch. dec.* 711, *num.* 3, ibi „ Archiepiscopus in to„ ta Provincia Mozzettâ violaceâ supra „ Rocchettum apertum utitur, &c. Sub„ ditos occurrentes per totam Provin„ ciam benedicit dexterâ elevatâ, & „ extensâ signum Crucis formans, &c. „ etiam in loco exempto -- & priùs totidem verbis *Barbos. de Jur. Eccles. p.* 1, *cap.* 7, *num.* 118, & *seq. Scarfant. ad Ceccoper. lucubr. Canonic. lib.* 1, *tit.* 7, *num.* 37, & *seq. tom.* 1, & *lib.* 3, *tit.* 5, *num.* 14, *tom.* 2, ibi „ non ambigitur, „ quòd Episcopis licitum sit pro libito „ uti in locis exemptis eorum Diæcesis „ insignibus Episcopalibus Rocchetti, „ & Mozzettæ, cæterisque similibus „ & *num.* 25, ubi firmat quòd, si Regulares denegarent Episcopo ingressum in suas ipsorum Ecclesias cum Rocchetto discooperto, & Mozzetta, posset contra ipsos procedi ad censuras, idemque probat *Monacell. in supplemen. ad tom.* 2, *numer.* 365, *tom.* 4.

Denique si sermo sit de facultate aspergendi Astantes etiam Regulares aquâ be-
nedictâ in ingressu Ecclesiæ, id quoque 12
explere possunt Episcopi in locis exemptis. Ipsi enim vigore *d. Clementinæ* 2 *de Privileg.* possunt ibidem Populo benedicere ibi „ Simili modo concedimus „ Episcopo, ut in locis eisdem suæ Diæ„ cesis possit Populo benedicere, &c. „ id quod intelligitur non solùm de benedictione simplici, atque per viam, sed etiam de benedictione solemni, & intra Ecclesiam, ita quidem, ut Episcopus Diæcesanus illam impertire queat etiam Personis ipsis exemptis, ut unanimiter tradiderunt *Vitalin. in d. Clement.* 2, *n.* 7; *Novar. in Summ. Bullar. Comment.* 19, *num.* 3, *vers. & quamvis* ibi „ Pariter „ intus Monasteria, & loca exempta, & „ Populum exemptum benedicere pote„ rit, &c. non tantum benedictione or„ dinariâ, sed etiam solemni per illa ver„ ba; sit nomen domini benedictum „ *Gratian. discept.* 467, *num.* 31, ibi „ Se„ cundò poterit Populo benedicere d. „ Clement. Archiepiscopo, quòd intelli„ gitur non solùm in loco exempto, sed „ etiam Populo exempto, &c. & non „ tantùm de benedictione ordinaria, sed „ etiam de benedictione solemni „ *Tamburin. de Jur. Abbat. tom.* 1, *disput.* 15, *q.* 15, *num.* 6, & 7; *Quarant. in Sum. Bullar. verb. Archiepiscopi auctoritas, num.* 29; & *Rot. coram Eminentiss. Falcon. dec.* 9, *num.* 15; *de offic. Ordin.*

In his autem terminis nihil certè proponitur, cur Episcopus, qui populo etiam & Personis exemptis potest benedicere, aspergere nequeat in ingressu Ecclesiæ
ipsos Regulares, quando certissimum est, 13
quòd aspersio aquæ benedictæ nil aliud importat, nisi quamdam speciem benedictionis, ut optimè monet *Vanespen de Jur. Eccles. universς. par.* 2, *tit.* 25, *cap.* 7, *num.* 19, ibi „ Cùm hæc aquæ „ lustralis aspersio sit quædam species be„ nedictionis, superbiam sapit, eam nol„ le accipere a Sacerdote „ & in puncto, Partibus hinc inde informantibus, ita respondit die primo Octobris 1701 Sac. Congregatio Rituum in Fesulana Pontificalium inter Episcopum, & Abbatem S. Bartholomei Canonicorum Lateranensium, in qua ad VII Dubium „ An Epi„ scopus, accedens ad dictam Ecclesiam „ Monasterii, potuerit, recepto aspersorio e manibus ejusdem Abbatis, benedi„ cere nedum Populum, sed etiam Ab„ batem ipsum, & ejus Canonicos? rescriptum fuit -- *Affirmativè, dummodo incedat in habitu Prælatitio, etiam viato-*

rio

rio .. ut refert *Scarfanton. ad Ceccoper. lib.* 3, *tit.* 2, *num.* 15, *par.* 2.

Immo verò non solùm in locis, & Ecclesiis exemptis possunt Episcopi benedicere, sed etiam ibidem possunt Pontifica-
14 liter celebrare, prout sancitur in *dicta Clement.* 2, *de Privileg. ibique Zabarell. num.* 5, *& Vitalin. num.* 13, & observant *Barbos. de Offic. & Potest. Episc. par.* 3, *alleg.* 123, *num.* 31, *vers. illud*; *Gratian. d. discept.* 467, *numer.* 33; *cl. mem. Card. De Luc. de Jurisdict. disc.* 35, *num.* 6; *Pignattell. consult. Canonic.* 45, *num.* 18, *tom.* 7; *Vanespen. de Jur. Ecclesi univers. par.* 1, *tit.* 16, *cap.* 3, *num.* 9, ibi ,, Episcopus Diœcesanus in simili loco exempto absque consensu Superioris illius loci Pontificalia agere potest, *Rot. in rec. dec.* 238, *num.* 3, *par.* 2, *& coram Caprar. dec.* 443, *num.* 2, *&* 3.

Et quod plus est, non obstante quocunque privilegio, erigere etiam possunt
15 Baldachinum in Ecclesiis exemptis quorumcunque Regularium *etiam Cassinensium*, ut expressè demandatum fuit in decreto Generali, edito anno 1603, tempore san. mem. Clementis VIII, quod per extensum referunt *Fagnan. in cap. Quia nobis num.* 19, *de Auctorit. & usu Pallii*; *Novar. in Summ. Bullar. comment.* 19, *n.* 1; & concorditer advertunt *de Franchis controv. inter Episcop. & Regular. par.* 1, *num.* 383, *& seq. & num.* 385, *fol. mihi* 127, ubi id ampliat ad Monasteria exempta, *Ursaya in suis citat. discept.* 1, *n.* 24, *tom.* 2, *par.* 1; *Scarfant. ad Ceccoper. lib.* 3, *tit.* 5, *num.* 1, *Fatinell. post eundem dec.* 56, *num.* 2, *tom.* 1.

Sapienter autem, atque consultò hæc omnia fuerunt a Majoribus nostris ita constituta; cùm enim loca nunc exempta, antiquitùs subjecta fuerint Jurisdi-
16 ctioni Episcoporum, & quamvis per successivam exemptionem desierint esse de Diœcesi, verè tamen, ac propriè in Diœcesi remanserunt, ad differentiam locorum *nullius*, quæ nec sunt de Diœcesi, nec in Diœcesi, prout benè distinguunt *Gratian. discept.* 467, *numer.* 30; *Vanespen. de Jur. Eccles univers. par.* 3, *tit.* 12, *cap.* 5, *num.* 44. *& seq. Eminentiss. Petra ad Const Apostol. tom.* 3, *fol.* 335, *num.* 45; *Ursaya discept.* 1, *num.* 18, *tom.* 2, *par.* 1; *Rot. coram Caprar. dec.* 443; *n.* 2; *& seq. & coram Eminentiss. Falcon. d. dec.* 9, *num.* 8 *tit. de Offic. Ordinar.*

Jure proinde, meritòque ob reliquias præcedentis subjectionis, & ob veram exemptorum locorum existentiam in Diœcesi, præservatus ibidem fuit favore Episcoporum usus Insignium propriæ Dignitatis, quibus ipsi, vel de Jure, vel ex privilegio uti possunt in tota sua Diœcesi, cùm exemptio operetur quidem, ut Episcopi in locis exemptis actus Jurisdictionis nequeant exercere, at non etiam 17
ipsis aufert Jura honorifica, & præeminentialia, nec usum Insignium propriæ Dignitatis, ut appositè differunt *Fagnan. in cap. Quia nos, num.* 16, *&* 17, *de auctorit. & usu Pallii*; *Fusch. de visitat. lib.* 2, *cap.* 20, *num.* 4; *Gratian. discept.* 467, *num.* 25; *Pax-Jordan. lucubr. lib.* 11, *tit.* 2, *num.* 90, ibi ,, Loca exempta non ,, desinunt esse in Provincia, vel Diœcesi; Crucem autem deferre, prout, & ,, benedictionem dare, quamvis denotet ,, præeminentiam quandam ejus, qui ante se facit illam deferre, non tamen ,, prohibetur in locis exemptis, quia dicta loca, ut supra dicitur, non desinunt esse in Diœcesi, & ob id in memoriam pristinæ subjectionis ante exemptionem, quæ multum valet, ita permittitur ,, *cl. mem. Card. De Luc. de Jurisdict. disc.* 35, *num.* 5, *& de Regular. disc.* 64, *num.* 15; *Vanespen. loc. cit. num.* 45, § *Sed sicuti*; *Ursaya d. discept.* 1, *num.* 18, *& seq.* ibi ,, Ecclesiæ exemptæ quamvis non sint de Diœcesi Episcoporum, sunt tamen in illorum Diœcesi, &c & propterea exemptio operatur solùm, ut in locis exemptis Episcopi non possint exercere actus Jurisdictionis, non autem apta est producere prorsùs disparatum effectum, ut ,, in illis nequeant uti insignibus propriæ ,, Dignitatis ,, *& num.* 59, *&* 60, *& num.* 97, *& seq. par.* 1, *tom.* 2; *de Franchis dec.* 711, *num.* 11; *Rot. in Constantien. Jurisdictionis super bono Jure*, 13 *Aprilis* 1714, § *Præcipuè*, *coram cl. mem. Cardinale Scotto*.

Hæc igitur cùm ita se habeant, nullius momenti esse dignoscuntur ea, quæ in contraria Juris disputa ione afferuntur, quòd nempè Crucis erectio, delatio Mozzettæ absque Mantelletta, seu cum Rocchetto nudo, nec non aspersio aquæ benedictæ sint signa Jurisdictionis, quam Episcopi in locis exemptis exercere non possunt. Crucis namque delatio in iis Episcopis, qui ex privilegio usum illius habent, haudquaquam importat actum Ju- 18
risdictionis, sed solummodo honorem, Dignitatem ac præeminentiam illius, qui eandem præferri mandat, prout concorditer docuerunt *Zabarell. in d. Clement.* 2, *de Privileg. num.* 5; *ibique Andchoran. num.* 2; *Vitalin. num.* 4, ibi ,, Delatio Crucis significat quandam præeminentiam ejus, qui ante se illam facit deferre, quo non obstante, potest ,, quis illam facere deferre per loca exempta, *& num.* 54, *in fin.* ibi ,, concludere ergo quòd ista Clementina loquitur ,, solùm in his, quæ sunt potiùs honoris, quàm sint jurisdictionis ,, *Quarant. in Summ. Bullar. verb. Archiepiscopi auctoritas*, *num.* 28, ibi ,, Crucis enim præ-

„ latio illius, cui præfertur, præcipuam „ quandam Dignitatem demonstrat; *Ursill. concl.* 138, *num.* 29; *Barbos. de Offic. & potestat. Episcopi*, *par.* 1, *tit.* 4, *num.* 39, *ad med. Ventrigl. de Jurisdict. Archiep. cap.* 17, *num.* 8; *Gratian. discept.* 467, *num.* 3, *& seq.* ibi „ Delatio Crucis „ permittitur ratione universalis præe„ minentiæ propter reliquias præceden„ tis subjectionis ante exemptionem; ma„ ximè quia ista Insignia Pontificalia de„ feruntur sine præjudicio alterius, quo „ casu non interdicitur eorum usus: & „ contraria procedunt in facie Judicii, „ aut potestatis, & in quibus acquiritur „ aliqua jurisdictio Archiepiscopo, secùs „ autem in hac facie salutatis devotio„ nis, quæ magis exercetur ratione ho„ noris, quàm officii „ *De Franch. dec.* 711, *n.* 8, *&* 11, *latè Ursaya d. discept.* 1, *a num.* 3, *ad* 13, *& num.* 109; *Scarfant. ad Ceccoper. lucubr. Canonic. lib.* 3, *tit.* 5, *num.* 4, *&* 5; *Fatinell. post eundem dec.* 56, *num.* 6, *& dec.* 57, *num.* 3, *vers. Nec dicant* ibi „ Elevatio Crucis est per„ sonalis honorificentia Episcopi non læ„ dens, aut tangens exemptionem „ *Fargn. de Jurepatr.* 1, *&* 2, *can.* 14, *&* 15, *Cas.* 10, *num.* 8; *& Eminentiss. Petra ad Const. Apostol. fol.* 217, *num.* 48, *tom.* 5.

Quamvis autem non desint aliqui Doctores in contraria Juris allegatione citati, qui putant delationem Crucis esse signum Jurisdictionis, eorum tamen opinio nullo penitùs numero habenda est;
19 tum quia nostram hanc sententiam, rejectâ contrariâ, pluries ex professo amplexa est Sac. Rota, ut, omissis compluribus aliis decisionibus, videre est *in Trojana delationis Crucis super bono Jure*, 10 *Decembris* 1708, § *Maximè obstante*, *& seq. coram Reverendiss. Aldrovando*; *& in Calaritana Jurium Parochialium super Bono Jure*, 2 *Julii* 1725, § *Hæc autem*, *coram Reverendiss. Ratto Episcopo Cordubea.*

Tum, & fortiùs, quia in his nostris præcisis terminis sæpe numero Sacræ Congregationes declararunt delationem Cru-
20 cis nullum præseferre argumentum Jurisdictionis, prout in *Theatina*, 13 *Julii* 1613, contra ipsosmet PP. Cassinenses, in *Papien. in Lucana & in Ragusina*, superiùs allegatis, quodque speciali notâ dignum est, in *d. Papien. die* 22 *Septembris* 1708, *Sac. Congregatio Concilii* rescripsit „ li„ cere Eminentissimo Episcopo ingredi „ cum Cruce in casu, de quo agitur, „ etiam Monasterium, absque ullo ta„ men exercitio Jurisdictionis. Ex quo quidem evidens, & apertum redditur, quòd, si Sacra Congregatio prohibuit, ne Episcopus ullam quamcunque jurisdictionem exerceret in Monasterio, & tamen illi permisit delationem Crucis, satis aperte declaravit, id non præseferre ullum signum Jurisdictionis, ut benè admonet *Ursaya d. discept. prima num.* 111, *cum duob. seqq. par.* 2, *tom.* 1.

Et profectò, cum Archiepiscopus Nazzarenus amplissimum habeat privilegium deferendi Pallium, & Crucem ubique locorum, ut *hac honoris specie Civitas il-* 21
la decoraretur, unde Unigenitus Dei Filius natalem suum sortiri dignatus est diem, ut ait *Rot. in rec. dec.* 106, *in princ. p.* 10, & notavit etiam *cl. mem. Card. De Luc. de Jurisdict. disc.* 30, *in princip. & de præeminent. disc.* 16, *num.* 6, quis unquam ausit dicere, quòd idcircò in universo Orbe Catholico Jurisdictionem exerceat?

Eademque responsio congruit etiam delationi Mozzettæ, & Rocchetti. Id enim nullum omninò præsefert Jurisdictionis exercitium, sed est indumentum 22
honorificum, quo juxta dispositionem Cæremonialis Episcoporum uti potest Episcopus in tota sua Diæcesi, quodque proinde ab ipso gestari valet etiam in locis exemptis, quæ per exemptionem non desinunt esse in Diæcesi, ut benè respondet *Scarfanton. ad Ceccoper. lib.* 1, *tit.* 7, *ex num.* 36, *ad* 44, ibi „ Intentio Epi„ scopi circa usum indumenti fundata est „ in literali dispositione cæremonialis „ Episcoporum in cap. 3, de Habitu or„ dinar. Episcop. ubi præscribitur, quod „ Episcopus in tota sua Diæcesi uti po„ test Rocchetto, & Mozzetta, isque „ est suus Ordinarius, & præcipuus ha„ bitus, &c. Et licet Regulares, eorum„ que Monasteria sint ab Episcopali Ju„ risdictione exempta, non sequitur ex„ inde, quòd eadem Monasteria Terri„ torium separatum a Diæcesi Episcopi „ constituant; sed quamvis exempta, „ sunt verè & propriè de illius Territorio, „ ac Diæcesi, cùm exemptio naturam „ loci non immutet, &c. & ob id, quo„ ties Episcopi ad dicta Monasteria, si„ ve Ecclesias accedunt, non est, cur de„ beant deponere Insignia suæ Dignita„ tis, cùm reperiantur in sua Diæcesi, „ in qua pro illorum libero usu habent „ Juris assistentiam in dicto Cæremonia„ li. Quinimmò propter quandam habi„ tualem Jurisdictionem Episcopis olim „ competentem tam circa loca, quàm Per„ sonas Regularium, &c. eisdem licet „ in locis exemptis, ac signanter Regu„ larium, ea omnia peragere, & exerce„ re, quæ honorem, ac prærogativam Di„ gnitatis concernunt; ac, quod majus „ est simplici gestatione Mozzettæ supra „ Rocchettum, possunt Episcopalem Ca„ thedram erigere, benedictionem so„ lemnem Populo impertiri, cæterasque „ Pontificales Functiones peragere, &c.

„ Et ratio præmissorum (prosequitur 23
idem

„ idem Auctor,) in eo consistit, quia
„ per hanc Insignium gestationem, seu
„ exercitium Episcopalium Functionum,
„ quòd solùm honorem, ac prærogati-
„ vam Dignitatis Episcopalis respicit,
„ nullatenùs violata remanet exemptio
„ iisdem Regularibus competens, &c.
„ quamvis secus esset, quoties Episcopi
„ in locis exemptis exercere vellent ea,
„ quæ contentiosam Jurisdictionem in-
„ volvunt.

Ergo simplex gestatio Rocchetti, &
Mozzettæ non est univocum Jurisdictio-
nis signum, sed suàpte naturâ denotat
solummodo Dignitatem, ac præeminen-
tiam illius, qui eodem indumento uti
potest; prout re ipsâ conspicimus in S.
Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, qui, quo-
24 ties visitant alios Eminentissimos Cardi-
nales, in istorum Palatiis Mantellectam
exuunt, solamque deferunt Mozzettam
cum Rocchetto; & tamen, cùm non sint
in propriis, sed in alienis Palatiis, nul-
lam certè Jurisdictionem ibi possunt exer-
cere. Et quamvis aliquando usus Moz-
zettæ, & Rocchetti præseferre etiam
possit signum Jurisdictionis, quia tamen
25 non est signum univocum, sed verè, &
propriè est Insigne honoris, Dignitatis,
ac præeminentiæ, idcirco absque ullo
exemptionis præjudicio adhiberi potest ab
Episcopo in locis exemptis suæ Diæcesis,
ut benè de Insignibus Pontificalibus ra-
tiocinatur *Grattian. discept.* 467, *numer.*
34 ibi „ licet sint hæc de lege Jurisdi-
„ ctionis, tamen, cùm sint Insignia Di-
„ gnitatis Episcopalis, non debet eorum
„ esse interdictus usus, cùm id sine præju-
„ dicio exemptionis fieri possit.

Quod demum attinet ad aspersionem
aquæ benedictæ, hæc nullo pacto præse-
fert Jurisdictionem, sed solùm quandam
26 majoritatem, ac superioritatem, juxta
illud Apostoli ad Hebræos *cap.* 7, *numer.*
7, ibi „ sine ulla autem contradictione,
„ quod minus est, a majore benedicitur „
can. Denique distinct. 21, ibi, Denique,
„ si in Epistola legimus ad Hebræos,
„ quòd minor a majore benedicitur, &c.
„ nullus Sacerdos, majore suo non in-
„ nuente Consacerdote, cuilibet rei be-
„ nedictionem date nitatur „ *Pax-Jor-
dan. lucubr. lib.* 5, *tit.* 15, *numer.* 25, &
26; *Vanespen. de Jur. Eccles. univers. par.*
2, *tit.* 25, *cap.* 7, *num.* 20; *Rot. cor. Bu-
ratt. dec.* 321, *num.* 2, Negari autem non
potest, quin Episcopus in locis ipsis
exemptis suæ Diæcesis major sit Regula-
ribus non solùm Ordine, ac Dignitate,
sed etiam quoad Jus Diæcesanum, sicut
optime ad rem advertit *Rot. cor. Caprar.
dec.* 443, *num.* 2, ibi „ major est quoad
„ Jus Diæcesanum.

Parvique refert, quòd nec delatio Cru-
cis, nec gestatio Rocchetti cum Mozzet-
ta, nec benedictionis impertitio permit-
tatur, præsente Summo Pontifice, Lega-
to, Patriarcha, cæterisque Superioribus;
neque enim idcircò sequitur, quòd ea
omnia sint Jurisdictionis signa, sed solum-
modo, quòd sint signa Dignitatis, & 27
præeminentiæ, quibus Inferior ob reve-
rentiam, & honorem Superiori debitum,
uti non potest, præsente ipso Superiore,
ut benè explicant *Specul. tit. de legat.*
§ 3, *num.* 4; *Grattian. d. discept.* 467; *nu.*
10, & 11, ibi „ Intelligentur tamen præ-
„ dicta, dummodo non adesset præsens
„ legatus Papæ utens Insignibus Digni-
„ tatis Apostolicæ; quia tunc Patriar-
„ cha, seu Archiepiscopus non posset
„ ante se facere Crucem deferre, sicut
„ nec præsente Papa, &c. cum Prælatus
„ inferior non utatur Insignibus Dignita-
„ tis, præsente Superiore. *Et dec. Marcb.*
29, *num.* 6, ibi „ ex Dignitate Episco-
„ patus præ se Crucem ferens debet il-
„ lam dimittere, præsente Legato de la-
„ tere insignibus utente; nam Episcopus
„ debet honorare d. Legatum ex vi ju-
„ ramenti sui, quòd præstat in conse-
„ cratione; *Specul. de Episc. in princ. vers.
Honorandas.* Et hinc inolevit consuetudo,
„ quòd Episcopi, assistentibus Illustris-
„ simis Cardinalibus, non portant Roc-
„ chettum saltem discoopertum, nec Car-
„ dinales, assistente Papa, & *num.* 10.
„ Opinio verior, & magis communis est,
„ quòd potestas minoris reverentialis de-
„ ponatur in præsentia majoris; ratio est
„ propter prærogativam reverentiæ, &
in addit. ad dec. 29, *num.* ibi „ Idem in
„ suffraganeis, qui non possunt coram
„ Archiepiscopo portare Rocchettum de-
„ tectum propter maximam reverentiam,
„ & obedientiam, quam debent præsta-
„ re ipsi Metropolitano, cùm dicatur Pa-
„ ter Episcoporum.

Adeò autem verum est, quòd actus su-
periùs recensiti, non sunt univocum Ju-
risdictionis signum, ut quamvis ob hono-
rem, ac reverentiam expleri nequeant,
præsente Superiore, non idcircò tamen
Episcopis interdictum remaneat exerci- 28
tium ordinariæ, & contentiosæ ipsorum
Jurisdictionis, quam, etiam præsentibus
Legatis, & Archiepiscopis, liberè possunt
exercere; prout, aliis omissis, egregiè
ad rem firmat *Grattian. d. dec.* 29, *num.*
1, ibi „ In præsentia majoris deponitur
„ potestas reverentialis minoris, licet
„ contentiosa non omittatur, *num.* 8, 9,
& 10, ibi „ Respondetur, prædicta pro-
„ cedere in jurisdictione contentiosa, se-
„ cus quoad habitum, & insignia reve-
„ rentialia, quo casu opinio verior, &
„ magis communis est, quòd potestas
„ minoris reverentialis deponatur in præ-
„ sentia majoris.

Sed ista honoris, ac reverentiæ ratio,
ob

ob quam Episcopi, præsentibus Legatis,
aliisque, qui sint Dignitate Superiores,
uti nequeunt Insignibus, ac prærogativis
propriæ Dignitatis, verificari certè non
potest quoad Personas exemptas. Ipsæ
enim non solùm nullo pacto dici possunt
29 Episcopis Superiores, sed verè, ac pro-
priè sunt illis longè inferiores, & uti ta-
les signa honoris, & obsequii iisdem exhi-
bere tenentur, juxta clarissimam Consti-
tutionem 22 *san. mem. Leonis* X, § 22;
Bullar. nov. Tom. 1; ibi „ Eosdem insuper
„ Fratres in virtute S. Obedientiæ mo-
„ nemus, ut eosdem Episcopos loco SS.
„ Apostolorum subrogatos pro debita &
„ nostra, & Sedis Apostolicæ reverentia
„ congruo honore, & convenienti ob-
„ servantia venerentur.

Atque idcircò, quoties Episcopus ac-
cedit ad Ecclesias Regularium, isti de-
bent ei obviam ire, illum ad Ecclesiæ
30 Januam obsequenter excipere, eique ge-
nuflexorium cum Pulvinaribus, ac strato
parare, cùm Jus reverenriæ nunquam tol-
latur per exemptionem, nt egregiè no-
tant *Bald. in leg. fin. num.* 4, *cod. de
Bon. libert. Felin. in cap. cum non liceat,
num.* 2, *de Præscript. Quarant. in Sum.
Bullar. verb. Archiepiscopi auctoritas, n.*
28, *vers. Jus namque*, ibi „ Jus namque
„ reverentiæ nunquam tollitur per exem-
„ ptionem; & ideo Ecclesia exempta,
„ seu liberata tenetur nihilominus exhi-
„ bere reverentiam Episcopo, & ire ei
„ obviam processionaliter more aliorum;
*De Franch. controv. inter Episc. & Regu-
lar. par.* 2, *q.* 32, *num.* 1; *Pasqualig. ad
eund. de Franch. in addit. ad cap.* 30,
num. 2; *Ursaya discept.* 1, *numer.* 20, *&
seq. tom.* 2, *par.* 1; *Fargn. de Jurepatr.
tom.* 2, *can.* 14, *&* 15, *Cas.* 9, *num.* 3; *Mo-
nacell. formul. legal. tom.* 3, *tit.* 3, *for-
mul.* 6, *num.* 20, *& in supplem. ad tom.* 2,
num. 364, *& seq. tom* 4, ibi „ Si aliâ oc-
„ casione Episcopus accederet ad Eccle-
„ sias Regularium suæ Diæcesis, debet
„ ab ipsis recipi cum obsequio, quia non
„ sunt exempti ab actibus reverentiali-
„ bus, & debent ei reddere debitum ho-
„ norem etiam sub culpa mortali, &c.
„ unde si aliquo modo impedirent, ne
„ suæ Dignitatis Insignia, & præeminen-
„ tias haberet, aut uteretur, posset con-
„ tra ipsos censuras relaxare, &c. præ-
„ sertim, si denegatio honorificentiæ es-
„ set publica, puta, si impedirent coram
„ Populo, ne deferret in eorum Eccle-
„ sia Rocchettum nudum, Mozzettam,
„ aut Cappam magnam. *Gavant. in Ru-
„ br. Missal. par.* 2, *tit.* 3, *lit. M*; vel
„ si Rocchetro, & Mozzetta, seu Cap-
„ pa indutus, & incedens ad orandum
„ ante Altare SS. Sacramenti, genufle-
„ xorium cum Strato, & pulvinari or-
„ natum denegarent, & præparare nol-
„ lent, cùm sit honorificentia Episcopo
„ debita, Sac. Congregatio Rituum in
„ Camerinen. 21 Februarii 1699, ad 3,
ac totidem ferè verbis loquitur *Scar-
fant. ad Ceccoper. Incubr. Canon. lib.* 3, *tit.*
5, *num.* 24, *& seq. tom.* 2.

Idque etiam declaravit Sacra Congre-
gatio Episcoporum, & Regularium in
una Forolivien. die 6 Martii 1692; cùm 31
enim, ut hisce verbis narrat *Monacell. in
Supplem. ad tom.* 2, *numer.* 366, *tom.* 4,
„ PP. Camaldulenses occasione accessus
„ Episcopi ad eorum Ecclesiam tempo-
„ re expositionis SS. Sacramenti, illum nec
„ in ingressu, nec in egressu associare,
„ neque naviculam incensus, ut moris erat,
„ (licèt a Magistro cæremoniarum mo-
„ niti, ut thurificare posset Sanctissimum)
„ porrigere noluissent, & Episcopus de
„ his Sacram Congregationem reddidis-
„ set instructam. Hæc ad relationem cl.
memor. Cardinalis mei Petrucci, die
6 Martii 1692, rescripsit „ PP. Camal-
„ dulenses teneri præstare Episcopo ac-
„ cedenti ad eorum Ecclesiam omnes
„ actus reverentiales, & ad mentem „
„ Mens est, quòd P. Abbas accedat ad
„ Episcopum, & exprimat obsequia tam
„ suo, quàm Religiosorum suorum no-
„ mine.

Et justa quidem ratione; nam præter
amplissimam Dignitatem, in qua Episco-
pi sunt constituti, & ob quam in eorum 32
præsertim Diæcesi maxima ipsis præstan-
„ da est reverentia „ Debent Episcopis
„ Monachi Monasteriorum Fundationes
„ plerasque; debent omnes, si ratio ha-
„ beatur consensus eorum, sine quo eæ
„ perfici non possunt; debent illis &
„ ipsa sua, quæ, iis consentientibus,
„ omnia, aut pleraque data sunt privi-
legia; ut ad rem loquitur eruditissimus
*Thomasin. de nov. & veter. Ecclesiæ disci-
plin. lib.* 3, *cap.* 38, *num.* 11; ibidemque
ita egregiè concludit „ Pia hæc, & reli-
„ giosa officiositas Regularium in Epi-
„ scopos, dissensiones Episcoporum, &
„ Monachorum quam plurimas averris-
„ set, & præfocasset, aliquando exitia-
„ les, semper tædii, & molestiarum ple-
„ nissimas.

Nec quemquam latet, quòd antiqui-
tus, ut jam innuimus, Monachi subjecti
omnino erant Episcopis, in quorum Diæ-
cesibus sita reperiebantur ipsorum Mona- 33
steria, ut latè post alios notant *Vanes-
pen. de Jur. Eccles. Univers. par.* 3, *tit.*
12, *cap.* 1, *&* 2; *& Eminentissimus Petra
ad Constit. Apostol. tom.* 1, *fol.* 353, *num.*
4. Et ipsemet Sanctissimus Patriarcha Be-
nedictus, licèt in sua Regula potestatem
fecisset Monachis eligendi proprium Ab-
batem, ibidem tamen Episcopos obtesta-
tur, ut, si Monachi indignum elegerint,
Abbatis electionem rescindant, & ipsimet
eum

eum præficiant, qui commisso sibi munere probè, sanctèque fungarur, ut tradit *Thomasin. de nov. ac Veter. Eccles. Disciplin. par. 1, lib. 3, cap. 29, numer. 12.* Et licèt progressu temporis concedi cæperint exemptionum privilegia, ipsa tamen nonnisi ab Episcopis, vel saltem de illorum assensu concedebantur, prout fusè narrant idem *Thomasin. d. lib. 3, cap, 31, 32, 34, 36, & præsertim 37; & Vanespen de Jur. Eccles. Univers. par. 3, tit. 12, cap. 2, & 3.*

Ex his etiam evidens, & apertum redditur, quòd nullatenus obstant amplissima Privilegia a Summis Pontificibus concessa Monachis Cassinensibus, quorum vigore exadverso contenditur, Episcopos in eorum Ecclesiis memoratos actus explere, ac Pontificalia exercere, absque ipsorum licentia, non posse. Cùm enim juxta Superioribus locis latè firmata, simplex usus Insignium Dignitatis Episcopalis, & actus, de quibus est quæstio, nullam penitùs secumferant Iurisdictionem, affirmari
34 profectò nequit, quòd adversentur Privilegiis exemptionum, quæ eximunt quidem Regulares a Jurisdictione Episcoporum, non verò ab Hyerarchica ipsorum præeminentia, nec a Jure honorifico ob supereminentem Dignitatem, & Jurisdictionem ipsis in propria Diæcesi competentem, prout similibus Privilegiis egregiè respondent *Ursaya d. discept. 1, nu. 37, & seq. num. 63, & 100; Fatinell. in suo responso post Scarfanton. ad Ceccoper. dec. 56, num. 23, § Quia constitutio, & num. 26, lib. 1;* & in specie, quòd Privilegia Cassinensium intelligenda sint de exercitio Pontificalium in actibus Jurisdictionalibus, ut puta in degradatione, ordinatione, & similibus, non verò de simplici illorum usu, firmat *Pignattell. exadversâ allegatus, consult. 45, num. 16, & 20, tom. 7.*

Ob quam certè causam *in præcitat. Clement. 2, de privileg. in fin.* declaratum fuit, per delationem Crucis, usum Pontificalium, ac benedictionem, quæ ibidem fuerunt concessa Ordinariis in locis exemptis suarum Diæcesum, nullum censeri irrogatum fuisse præjudicium exemptioni, ut appositè advertunt *Fagnan. in cap. Quia nos 13, de auctorit. & usu Pallii; Quarant. in Sum. Bullar. verb. Archiepiscopi Auctoritas, num. 28, in fin. Aliique penès Ursaya discept. 1, num. 134, par. 1, tom. 2.*

Accedit his, quòd Privilegia concessa Cassinensibus, fuerunt revocata in dicta
35 Clementina 2, de Privileg. ibi „ Privilegio contrario non obstante, sacro approbante Concilio, præsentis constitutionis serie duximus concedendum,, ut, cæteris omissis, in specie de hujusmodi Privilegiis Cassinensium, differunt *Pignattell. d. consult. Canon. 45, num. 18, tom. 7, & Pasqualig. de Sacrific. Missæ, tom. 2, q. 1215, num. 4.*

Nec verò quidquam refert, quòd post Concilium Viennense indulta fuerint Cassinensibus nova Privilegia a san. mem.
Eugenio IV, cum amplissimis derogatio- 36
nibus, quarum vi eidem *Clementinæ 2, edita in Concilio Viennensi* derogatum fuisse tradunt *Pignattell. d. consult. 45, nu. 5, & 6, tom. 7, & Pasqualig. ubi supra; d. num. 4, 5, & 6.*

In primis enim istiusmodi nova Privilegia prohibent dumtaxat Episcopis, ne ad Ecclesias Cassinensium accedant causâ Ordines celebrandi, seu causas Civiles, aut Criminales exercendi, conventus, sive Synodos, & Processiones convocandi, missas, & alia officia celebrandi„ sunt verba Privilegiorum relata a *Pasqualig. d. num. 4, & 6,* & in contraria Juris allegatione, § 10. Ergo, tametsi daremus per hanc posteriorem *Eugenii IV* Constitutionem fuisse derogatum *dictæ Clementinæ 2;* derogatio tamen esset particularis quoad celebrationem Missarum, Divinorumque Officiorum, ac non etiam comprehenderet delationem Crucis, Benedictionem, cæterosque actus, de quibus loquitur *dicta Clementina*, quique in novis Privilegiis minimè prohibentur; cùm certi, exploratique Juris sit, quòd, ubi Privilegia sunt inter se compatibilia, unum alteri non derogat, nisi in eo, quòd literaliter in derogatione expressum est, ut bene firmant *Piton. discept. Eccles. 26, num. 14, tom. 1,* & in nostris terminis *Fatinell. post Scarfanton. ad Ceccoper. dec. 56, numer. 26, tom. 1.*

Altera, & quidem non minùs efficax responsio ea est, quòd hisce Privilegiis
Eugenii IV, aliorumque Summorum Pon- 37
tificum derogatum postea fuit per Generale decretum *Sac. Congregationis Episcoporum, & Regularium*, editum anno 1603, de speciali, expressoque mandato *san. mem. Clementis VIII*, relatum per *Novar. in Summ. Bullar. Comment. 19, num. 1;* quo statutum clarissime fuit, ut Episcopis Pontificaliter celebrantibus in Ecclesiis quorumcumque Regularium, etiam *Cassinensium* parandum esset solium cum Baldachino, ut in puncto respondet *Pignattell. consult. 45, num. 20, tom. 7,* ibi „ Minùs obstant Privilegia Eugenii IV pro Cassinensibus, tum quia intelliguntur de exercitio Pontificalium, non autem de usu; tum etiam quia fuerunt revocata a Decreto Sac. Congreg. super Episcopis, & Regularibus, quod decretum ibi per extensum refert, *& num. 21.*

Nilque turbat, quòd, cùm hujusmodi Decretum mandet, ut Regulares teneantur

tur in suis Ecclesiis Episcopos ad Ponti-
38 ficalia exercenda admittere, iisque Baldachinum attollere „ Ubi tam ex consuetudine, & Privilegio, quàm ex Sacrorum Canonum Constitutionibus, & „ Pontificalis Romani præscripto, aut „ alio Jure Pontificalia exercere possunt„ docere proinde debeat Episcopus Aretinus id sibi priùs explere licuisse in Ecclesiis Cassinensium vigore alicujus ex supradictis Titulis; id quod tamen probari non posse exadverso contenditur, ob resistentiam dicti Privilegii Eugenii IV, a quo exercitium Pontificalium in Ecclesiis Cassinensium prohibebatur Episcopis, ut arguit contraria Juris allegatio, § 23, & seq. ex auctoritate *Pignattell. d. consult.* 45, *num.* 7, *tom.* 7.

Quandoquidem Eminentissimus Episcopus Aretinus statim docet, sibi ex Sacrorum Canonum constitutionibus, & de Jure, vigore dictæ Clementinæ 2, de Privileg. licuisse, atque licere Pontificaliter celebrare, omnesque Episcopalis dignitatis actus exercere in omnibus Ecclesiis
39 exemptis suæ Diœcesis; & hoc sufficit ad verificandam supradictam expressionem, consultò appositam in præcitato Decreto, ne scilicet ejus obtentu Episcopi Pontificalia exercere præsumerent in Ecclesiis Regularium extra propriam Diœcesim existentibus. Neque verò pro verificatione d. expressionis ullatenus requiritur, quòd tempore editionis d. decreti nullis contrariis Privilegiis impedirentur Episcopi ab exercitio Pontificalium; si enim Decretum illud, amplissimè derogando omnibus contrariis Constitutionibus, & Privilegiis, expressè præcipit, ut Episcopi ad Pontificaliter celebrandum sub Baldachino admittantur in Ecclesiis Regularium, *etiam Cassinensium*, ubi vel de Jure, vel ex consuetudine, vel ex Privilegio id explere possunt, hinc velut ex necessario antecedenti sequitur, quòd, sublatis quibuscumque intermediis Regularium Privilegiis, vult omnes Episcopos in eo reponere Statu, in quo ante eadem intermedia Privilegia reperiebantur; alioquin enim, si relatum decretum præservare voluisset Privilegia Regularium, ex quibus celebratio Pontificalium in eorum Ecclesiis interdicitur Episcopis, supervacanea prorsùs esset, atque elusoria illius dispositio, & frustra de Baldachini erectione disponeret, si Episcopi ob resistentiam dd. Privilegiorum, quæ per communicationem omnibus ferè Regularibus fiunt communia, in eorum Ecclesiis nunquam potuissent Pontificaliter celebrare, ut patet consideranti.

Pignattellus verò, qui exadverso tamquam punctualis allegatur in d. Consult. 45, tom. 7, ubi examinat, an Episcopi Pontificaliter celebrare queant in Ecclesiis Regularium, quamvis pro negativa complures afferat rationes usque ad num. 15, & adducat in specie sub num. 6 Privilegia Cassinensium, nihilominus ex nu. 16, ad fin. contrariam sententiam affirmativam strenue tuetur, eidemque subscribit, ibi „ verùm, his omnibus non attentis, haud dubitamus affirmativam „ sententiam defendere „ & num. 20, & seq. disertè inquit, Privilegia *Eugenii IV*, favore Cassinensium fuisse revocata d. decreto anni 1603.

Prout etiam non subsistit, quòd in eodem decreto non fuerit sufficienter derogatum recensitis Eugenii IV privilegiis, propterea quòd specialiter ipsis caveatur, ne unquam eisdem censeatur derogatum, nisi fiat expressa ipsorum mentio cum insertione totius tenoris de verbo ad verbum, uti notant *Pignattell. consult. Canon.* 107, *num.* 7, *tom.* 10; *& Pasqualig. d. q.* 1215, *num.* 8. 40

Cùm enim in sæpiùs relato decreto *san. mem. Clementis VIII*, post factam expressam *Cassinensium* mentionem, ibi „ etiam Cassinensium „, adjectæ leguntur clausulæ illæ derogatoriæ „ Non obstantibus quibuslibet Constitutionibus, & „ ordinationibus Apostolicis, ac dictorum Ordinum, Religionum, militiarum, societatum, & Congregationum „ quocumque nomine censeantur, statutis, Privilegiis quoque, & literis Apostolicis quibuscumque, tenoribus, formis, & cum cujuslibet etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis Decretis in contrarium præmissorum, hactenus quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis, quibus omnibus, & singulis etiamsi talia essent, quæ sub generali expressione, & derogatione non venirent; sed de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & individua mentio habenda foret, eorum „ tenores præsentibus pro expressis, & „ ad verbum insertis habens eadem Sanctitas Sua hac unice dumtaxat specialiter, & expressè derogat, cæterisque „ in contrarium facientibus quibuscumque „ ut videre est in d. Decreto penes *Novar. in summ. Bullar. Comment.* 19, *num.* 1.

Utique revocari in Dubium non potest, quin per supradicta amplissima, atque effrænatissima verba satis superque derogatum fuerit Privilegiis Eugenianis, tametsi illud in eis contineretur, ut pro ipsorum revocatione inferendus foret integer illorum tenor; cùm ad hujusmodi effectum sufficeret etiam sola clausula 41 *quorum tenores*, &c. quæ ideò fuit adinventa, ne ob ferè moralem impossibilitatem inserendi in literis revocatoriis integrum

tegrum tenorem omnium contrariarum Constitutionum, quarum vel specialis notitia non habetur, vel quasi infinitus est numerus, prout re ipsâ ferè innumera sunt Privilegia Exemptionum Regularibus concessa, nimis arctaretur amplissima facultas, quam habet Summus Pontifex derogandi Constitutionibus suorum Antecessorum, prout egregiè admonent *Gonzalez ad Reg.* 8 *Cancell. gloss.* 6, *n.* 8, *& seq. Rot. coram fan. mem. Gregor. XV, dec.* 109, *num.* 10; *ibique Adden. n.* 14; *& in Rec. dec.* 630, *num.* 44, *& seq. par.* 4, *tom.* 3.

Pasqualigus verò exadverso allegatus *in q.* 1215, *num.* 8, dicit quidem *Eugenium IV* derogasse futuris revocationibus, nisi integrum sui Privilegii tenorem continerent; idemque etiam asserit *Pignattell. pariter exadverso citatus, consult.* 107, *num.* 7, *tom.* 10. Neuter tamen examinat d. Decretum *Clementis VIII*, quinimo, ut supra diximus, idem *Pignattell. in sua Consult.* 45, *num.* 20, *tom.* 7, in qua refert per extensum illud idem De-
42 cretum, ingenuè fatetur, illius vigore fuisse derogatum Privilegiis *Eugenii IV*; id quod satis etiam declaravit *Sac. Rituum Congreg. in d. Theatina*, 13 *Julii* 1613, in qua, cùm recens esset memoria d. Decreti editi anno 1603, posthabitis hujusmodi Privilegiis, decrevit, Archiepiscopum Theatinum posse deferre Crucem in locis exemptis Monachorum Cassinensium.

Hæcque Resolutio non jam prodiit, ut exadverso gratis supponitur, absque matura discussione Privilegiorum Congregationis Cassinensis, & ex causa longevæ consuetudinis Archiepiscopo assi-
43 stentis; sed immò censuit id Sac. Congregatio post accuratum examen Jurium utriusque Partis, auditisque ipsarum Advocatis, & in casu, ubi non modò nulla penitus aderat consuetudo favore Archiepiscopi, sed potiùs adesse dicebatur immemorabilis in contrarium, prout optimè observat *Ricciardel. in Licæo Eccles.* 2, *par. cap.* 19, *n.* 77, ibi „ Crucem ante „ se deferre Metropolitanus potest intra fines suæ Diæcesis immò Provinciæ etiam nullius Diæcesis, per Monasteria Abbatum Jurisdictionem habentium, *ad Text. in Clementina Archiepiscopo, de Privileg.* &c. & fuit resolutum a Sac. Congregatione in una „ Theatina, sub die 13 Julii 1613, ibi „ Prætendebat Archiepiscopus Theatinus Crucem ante se deferri facere ad formam Clementinæ 2, de Privileg. dum ad S. Liberatoris de Marcella Terræ Moncefchæ, & Faræ Cepollariæ, aliàs Filiorum Petri loca accederet, „ sive illac pertransire contingeret, eò „ quia non solùm inter fines suæ Provinciæ, sed etiam Diæcesis sita sunt. „ Contra autem Abbas, & Monachi Cassinenses hoc Jus Archiepiscopo non competere, Monasterium S. Liberatoris, Granciam Cænobii Cassinensis, ac loca hujusmodi in nullius Diæcesis sita esse, ab eodem Cænobio dependere, & super hominum memoriam Archiepiscopos Theatinos hoc Jure nunquam usos fuisse excipiebant — Sacra Rituum Congregatio, auditis utrinque Advocatis, ac Partium Juribus maturè discussis, auditâque relatione Eminentissimi D. Cardinalis Millini, &c. eidem Archiepiscopo Crucem ante se per Monasterium, & loca hujusmodi deferri facere licuisse, & licere respondit, ac ita servari mandavit.

Clarissima quidem hæc sunt, sed adhuc clariora supersunt. Quippe omnibus omnino Privilegiis Cassinensium in hac subjecta materia expressè derogatum fuisse diei debet tempore san. mem. Ale-
xandri VII, tunc cùm anno 16,9 edi- 44
tum fuit a Sac. Rituum Congregatione Decretum super usu Pontificalium quoad Prælatos inferiores; cùm enim PP. Cassinenses aliqua ex iis, quæ in dicto Decreto prohibebantur, ex Apostolicis Indultis permissa sibi esse contenderent, ideoque illorum Procurator Generalis Summo Pontifici supplicasset, ut prædicti Decreti declarationem eidem Sacr. Congregationi, *prævia discussione*, committeret: hinc die 20 mensis Julii subsequentis anni 1660, prodiit declaratio quoad memoratos PP. Cassinenses; in eademque declaratione, in cujus § 14, & 15, tradita fuerat Abbatibus forma Pontificaliter celebrandi in eorum Ecclesiis, præsente Episcopo; ita decrevit Sac. Congregatio ibi „ Ad § 14, quo in præsentia Episcopi Abbatibus denegatur „ facultas benedicendi solemniter etiam „ in Pontificalibus, asserentibus Monachis ex privilegio ipsis, etiam præsente Episcopo, benedictiones hujusmodi competere, Sacra Congregatio censuit servandum esse Decretum ad § 15, quo traditur ordo Inferioribus Prælatis Divina Pontificaliter peragendi „ præsente Episcopo loci Ordinario, exponentibus Monachis Episcopo vetitum reperiri ingressum in eorum Ecclesias, ipsis invitis; Sacra Congregatio censuit „ servandum esse Decretum „ ut videre est in iisdem declarationibus relatis a *Monacell. Formul. legal. tom.* 2, *tit.* 13, *formul.* 4, *num.* 33; *& Panimoll. dec.* 30, *annot.* 1, *numer.* 7, *&* 8. Ergo si, non obstantibus Privilegiis allegatis a PP. Cassinensibus, Sacr. Congregatio cum successiva Summi Pontificis approbatione censuit, Locorum Ordinariis competere Jus benedicendi,

ac Pontificaliter celebrandi, nemo fanè non videt, nullum jam fupereffe dubitandi locum, quin hac ex parte iifdem Privilegiis fuerit derogatum.

Perperam autem exadverfo contenditur in contraria Juris allegatione § 29, ejufcemodi Decretum illiusque declara-
45 tionem procedere eo cum fuppofito, quòd Epifcopi accedant invitati ad Ecclefias Regularium; fi enim, *exponentibus Monachis, Epifcopo vetitum reperiri ingreffum in eorum Ecclefiis, ipfis invitis, Sacra tamen Congregatio cenfuit fervandum effe Decretum*; proculdubio proceffum non fuit cum fuppofito, quòd Epifcopi ad Ecclefias Regularium, atque etiam Caffinenfium accederent invitati.

Similiter idem Decretum, ejusque Declaratio intelligenda non funt in cafu, quo concurrat confuetudo favore Epifcopi, prout dicitur in contraria Allega-
46 tione § 30. Ibidem namque nulla penitus fit mentio confuetudinis vigentis favore Epifcoporum, fed immò potius contraria immemorabilis confuetudo, quam prætendebant PP. Caffinenfes, fuit penitùs a Sac. Congregatione rejecta, ficuti notat *Rot. coram Caprar. dec.* 443, *num.* 17; *& quatenus in* § 16, ejufdem Decreti fubjungitur,, Abftineant tamen ,, Epifcopi, ubi confuetudo contraria ,, non viget, a frequenti hujufmodi ac- ,, ceffu ad Ecclefias exemptas in fimili- ,, bus actibus, ut liberiùs Abbates valeant ,, fuis uti Privilegiis. Unusquisque ftatim intelligit, quòd confuetudo, de qua ibi agitur, refpicit folummodò frequentiam acceffus, non verò ipfum acceffum, qui non modò non prohibetur, quoties eft moderatus, fed immò in §§ Superioribus clariffimè permittitur.

Æquè Infubfiftens eft illa altera contraria animadverfio, quòd nempe Congregatio Caffinenfium pro fuorum Privilegiorum confervatione quotannis fol-
47 vat in camera unciam Auri; unde exadverfo infertur eadem Privilegia affumpfiffe naturam contractus, ac Tituli onerofi, ideoque præfumi non poffe, quòd fuerint a Summis Pontificibus revocata. Omiffo enim, an præftatio unius unciæ Auri dici queat Titulus onerofus correfpectivè ad ampliffimas exemptiones, quibus fruitur Congregatio Caffinenfis, prefsè, folidèque refpondemus, quòd exiguum Auri pondus a Monachis Benedictinis pendi quotannis folitum in Camera, & in quo ipfi Titulum onerofum conftituunt, non jam folvitur pro hifce Privilegiis præeminentialibus, atque Spiritualibus, fed pro ampliffimis Exemptionibus, quas habent a folutione Gabellarum, Impofitionum, aliorumque onerum temporalium, quemadmodum perfpici poteft apud cl. mem. *Card. De Luc. de Regal. difc.* 56, *num.* 2, ubi *a num.* 3, *usque ad* 10 firmat, Summum Pontificem, & poffe, & folere, præfertim ex caufa publica, ipfis derogare, fatisque derogatum dici, fi in impofitione nominentur Religiones, & Congregationes in genere, quamvis exprefsè non nuncupentur Benedictini.

Nilque etiam detrahit ampliffimæ facultati, quam de Jure habet Epifcopus Aretinus utendi Infignibus propriæ Dignitatis, & Pontificaliter celebrandi in Ecclefiis exemptis fuæ Diæcefis, quòd hæc omnia non expleverit in Ecclefia PP. Caffinenfium, per longiffimum centenarii temporis fpatium. Quidquid enim fit 48
de veritate hujusce affertionis, profectò, fi fermo fir de elevatione Crucis, hæc deferri certè antehac non potuit, cùm noviffimè tantùm, hoc eft anno 1730, Ecclefia Aretina præclariffimo hoc honore fuerit infignita. Si autem res fit de ufu Pontificalium, cæterorumque Infignium Epifcopalis Dignitatis, cùm eorum ufus in Ecclefiis Regularium fit actus merè facultativus, præfcribi nunquam potuit, nifi exadverfo doceatur de prohibitione facta Epifcopis, ac de iftorum fucceffiva acquiefcentia, ut in noftris terminis benè firmat *Eminentiffimus Petra ad Conftit. Apoftol. tom.* 5, *fol.* 218, *num.* 49, ibi,, Cum agatur de actibus facultativis, ,, non obftat, Epifcopum non detuliffe ,, Crucem, fi non adeffet denegatio, & ,, acquiefcentia in non deferendo Cru- ,, cem,, & contra PP. Caffinenfes declaravit Sac. Rituum Congregatio in tories citata Theatina, 13 Julii 1613, in qua contra Archiepifcopum aderat confuetudo immemorabilis non deferendi Crucem in locis controverfis, ut ex *Ricciardello* fuit fupra animadverfum.

Illud addendo, quòd, cùm PP. Caffinenfes allegaverint Privilegia, quæ ipfis fuffragari non poffe jam demonftravimus, 49
fefe convertere ampliùs nequeunt ad allegationem centenariæ, ficuti poft alios benè monet *Rot. in Bituntina ftatutorum*, 11 *Martii* 1720, § *Nec quidem*, *coram R. P. D. Corio*.

Igitur, fi in hac materia non attenditur contraria confuetudo, fruftra exadverfo refpondetur ad refolutiones editas in prædictis *Papien. Ragufina*, *& Lucana* fuperiùs allegatis, quòd nempe ideò in eisdem refponfum fuit favore Epifcoporum, quia illis antiqua fuffragabatur confuetudo. Nam, etiamfi demus, quòd in iis 50
Caufis Epifcopi allegate poffent aliquos actus, qui tamen a Regularibus impugnabantur, nihilominus id infervire ad fummum potuit pro faciliori caufarum refolutione, non verò pro illarum principali fundamento. Etfi enim nulla penitus confuetudo pro Epifcopis concurris-

zisset, ex aliis tamen validissimis rationibus semper illorum favore respondissent *Sac. Congregationes*, prout favore Archiepiscopi Theatini contra Cassinenses respondit *Sacra Rituum Congregatio*, ut supra animadvertimus.

Denique non subsistit, quòd Carthusiani, Dominicani, & Canonici Lateranenses, contra quos prodierunt memoratæ Resolutiones *Papien. Ragusina*, & *Lucana*, non habeant tam ampla Privilegia, quàm habet Congregatio Cassinensis; etenim præter communicationem Privile-
51 giorum, ob quam relati Ordines fruuntur etiam Privilegiis Cassinensium, ut post alios tradunt *Portell. in dub. Regular. verb. Communicatio Privilegiorum* 1, & 2; *Rot. in rec. dec.* 337, *num.* 23, *par.* 10, habent & ipsi specialia amplissima Privilegia, & præsertim peculiari notâ dignum est Privilegium *Sixti IV*, concessum Canonicis Lateranensibus, quòd non jam se continet in simplicibus Terminis Exemptionis a Jurisdictione Ordinariorum, sed ipsos etiam exemptos, ac liberos esse mandat a quacumque Episcoporum Superioritate, & præeminentia, prout videre est apud *Eminentiss. Petr. d. Tom.* 5, *fol.* 216, *num.* 45; *Scarfant. ad Ceceoper. lib.* 3, *tit.* 5, *numer.* 11, & *Ursaya discept.* 1, *num.* 90, *par. prima tom.* 2.

Ut ergo omnia in pauca conferantur, & uno veluti sub aspectu ponantur universa, dicimus, quòd, non obstantibus quibuscumque contrariis Privilegiis, po-
52 tuit Eminentissimus Episcopus, ac deinceps poterit non solùm in actibus necessariis, verùm etiam in merè voluntariis ingredi Ecclesiam, ac Monasterium RR. PP. Cassinensium, cæterorumque Regularium exemptorum suæ Diæcesis, & quidem erecta Cruce, & cum sola Mozzetta; poterit aspergere aquâ lustrali omnes omnino circumsistentes etiam Regulares; poterit omnes benedicere non solùm benedictione ordinariâ, sed etiam solemni; poterit omnes reverentiales actus ab ipsis Regularibus exigere; poterit denique in eorum Ecclesiis Pontificalia celebrare cum erectione Baldachini absque ulla ipsorum licentia. Hæc enim ad formam *Sacri Concilii Tridentini, sess.* 6, *cap.* 3, *de Reformat.* petenda quidem est, quando Episcopus Pontificalia vult exercere in aliena Diæcesi; & in his terminis loquuntur Auctoritates in contraria Juris Dissertatione allegatæ § 8; at non etiam quando & Pontificalia, & reliqua omnia supradicta celebrare, ac peragere vult in Ecclesiis, quæ quamtumvis exemptæ, sunt tamen in propria Diæcesi, prout solidissimè firmant Auctoritates a nobis Superioribus locis adductæ, & in specie optimè distinguit *Vanespen de Jur. Eccles. Univers. par.* 1, *tit.* 16, *cap.* 3, *num.* 7, 8, & 9.

Quare, &c.

Victorius de Martinis Advoc.

Votum Eminentissimi, & Reverendissimi D. Cardinalis Corradini in hac eadem causa editum.

CUM Eminentissimus, & Reverendissimus D. Cardinalis Guadagni Episcopus Aretinus die Festivitatis SS. Floræ, & Lucillæ, quæ in Ecclesia d. Civitatis Aretii RR. PP. Cassinensium solemniter celebratur, accessisset devotionis ergo, & non vocatus, ad eandem Ecclesiam erectâ Cruce cum Mozzetta, absque Mantelletta, & Abbatem Monachos, & Populum, aqua lustrali cum asperso-
rio perfudisset, & prætenderet iidem Abbas, & Monachi eidem Episcopo, qui 53
tunc Cardinalis non erat, non licuisse prædicta facere, utpote exercitium Jurisdictionis indicantia; & tam d. Eminentissimus, uti Episcopus Aretii, quàm iidem Abbas, & Monachi pro bono pacis, me Proretorem totius Congregationis Cassinensis apud S. Sedem requisiverint, ut meam sententiam dicerem, offerentes eidem omnino adhærere.

Hinc est quòd, expensis rationibus hinc inde adductis, crederem d. Eminentissimo, & Episcopis Aretinis successoribus ejusdem licuisse, & licere omnes prædictos actus explere in Ecclesia dd. RR. PP. Cassinensium; quippe constat Episcopos Aretinos ex peculiari S. Sedis Privilegio habere usum Pallii, & Crucis instar Archiepiscoporum. Patet enim Ecclesiam prædictam sitam in Civitate Aretina, & sic in propria Diæcesi, & Civitate Episcopi prædicti, ac proinde palam fit, juxta dispositionem Clement. 2, de Privil. & communem opinionem Doctorum laudatam a Sac. Congregatione Rituum, posse Episcopum prædictum liberè Crucem ante se deferre facere Populo, & Monachis benedicere, eosque aqua benedicta aspergere, etiam in Ecclesiis, & locis exemptis, & suæ Jurisdictioni non subjectis.

Quò verò ad dubium, an Episcopus prædictus possit ingredi dictam Ecclesiam cum sola Mozzetta absque Mantelletta (quod idem est quoad Episcopum Regularem, ac dicere quòd possit ingredi cum solo Rocchetto absque Mantelletta, cum Episcopus Regularis, quemadmodum est Eminentissimus Guadagni, usum Rocchetti non habeat) putarem id dubium affirmativè esse definiendum; quandoquidem agitur de Episcopo existente in sua Diæcesi, qui uti omnino debet Insignibus propriæ Dignitatis; at cùm inter ea

præcipuum illud sit, quòd possit per totam suam Diœcesim incedere cum solo Rocchetto, & Mozzetta sine Mantelletta, ratio nulla suadet, quòd ingrediens Ecclesiam Monachorum Exemptam, debeat Mantellettam assumere; itidem præcipuus habitus Episcopi in universa sua Diœcesi, juxta cæremoniale Episcoporum, ille est, ut semper incedat cum Rocchetto, & Mozzetta, absque Mantelletta. Si autem is est habitus Episcopalis in propria Diœcesi, & Ecclesia licet exempta, dicitur esse in Diœcesi, facile intelligitur, Episcopum gestantem suum peculiarem habitum in eadem Ecclesia, quæ est in sua Diœcesi nullum actum Jurisdictionis in eadem Ecclesia exercere, cùm habitus, & insignia Episcopalia difformia prorsus, & dissimilia sint a Jurisdictione. Habitus enim non est Episcopis constitutus pro Jurisdictione, sed tantummodò pro Dignitate indicanda; aliàs absurdum esset videre Episcopum usque ad Ecclesiam exemptam incedere cum Rocchetto, & Mozzetta; ingredientem verò eandem Ecclesiam dimittere oportere habitum proprium, & peculiarem, sibi assignatum a Cæremoniali Episcoporum, & induere difformem habitum, quem gestare solent Episcopi in Provinciis, & Diœcesibus alienis.

Et quamvis non ignorem, aliquos esse Doctores, qui contrarium affirmant; attamen crediderim opinionem illorum, qui docent hunc habitum non esse signum Jurisdictionis in propria Episcopi Diœcesi, sed simplex, & nudum signum suæ Dignitatis, & præeminentiæ, quidquid sit quando ageretur de Ecclesia sita extra Diœcesim, esse magis communem, & rationi consonam, & praxi consentaneam, eoque magis recipiendam, ne coram Populo hæc scena appareat, quòd Episcopus ante ingressum, & post egressum incedat sine Mantelletta, & ingrediens Ecclesiam exemptam, eandem induere teneatur, & sic diversum habitum fere momento temporis assumere.

Er ita statuendum, & definiendum, ac in futurum exequendum esse censeo.

P. Cardinalis Corradinus.

ADDITIO XLV.

Neapolitana prætensæ Aperitionis Oris, & Processionum.

DUBIA.

I. *An sit locus arbitrio pro aperitione Oris. Et quatenus affirmativè.*

II. *An sit standum, vel recedendum a Decisis sub diebus* 19 *Novembris* 1724, *ac* 24 *Martii* 1725.

SUMMARIUM.

1 *Tota facti series diffusè narratur, & numm. seqq.*

11 *Solus nutus, & umbra voluntatis Summorum Pontificum est festinanter exequutioni demandanda, & adoranda.*

Ubi certissima est Papæ voluntas, concedenda non est Oris aperitio, ad retardandam exequutionem Gratiæ, motu proprio, ex certa scientia, & de plenitudine potestatis factæ, ibidem.

Nec hujusmodi Gratia ulla indiget justificatione, ibidem.

12 *Eoque magis deneganda est Oris aperitio, quando agitur de negocio, diligenter, ac maturè jam discusso.*

14 *Quæ probatio requiratur, ad obtinendam Oris aperitionem, & num.* 15.

16 *Circa Personas Ecclesiasticas, & circa functiones, divinum cultum respicientes, Papa habere dicitur cæleste arbitrium.*

Contra Breve, editum ad extinguendas lites, os non est aperiendum, ibidem.

17 *Neque etiam, ubi in petente Oris aperitionem concurrit inobedientia, & contumacia.*

Obedientia nihil humilibus prodesse videretur, si contemptus contumacibus non obesset, ibidem.

18 *Episcopi facultatem habent compellendi ad publicas Processiones omnes, Clericos, tam Seculares, quàm Regulares, quomodolibet exemptos, & num.* 21, *& seq.*

19 *Exceptis dumtaxat Religiosis, in strictiori clausura viventibus, & Monasteriis, ultra medium milliare, a Civitate distantibus, necnon aliis, clarum privilegium Apostolicum desuper habentibus, Concilio Tridentino posterius, & num.* 20.

25 *Nec suffragatur privilegium, ante Conc. Trident. obtentum, etiamsi in limine fundationis concessum fuerit, cum speciali exemptione ab accessu ad publicas processiones, & sub num.* 26, *&* 57.

26 *Generaliter Privilegia exemptionis, in limine fundationis Regularibus concessa, non impediunt, quin ipsi teneantur observare omnia decreta Conc. Trid. in capitibus sess.* 25, *de regul. contenta.*

28 *Clerici pariter sæcularis alicujus Ecclesiæ, non obstante quòd in illius fundatione exempti fuerint a jurisdictione Ordinarii, possunt ab eodem compelli ad publicas Provisiones accedere, & num.* 37.

28 *Imò multò magis isti, quàm Regulares, argumento ducto a fortiori.*

30 *Ecclesiasticus Fundator Beneficii, si de tempore fundationis possidebat redditus Ecclesiasticos, & expressit, Beneficium dotare de Bonis, sibi a Deo collatis, intellexisse censetur de Bonis Ecclesiasticis, non autem de Laicalibus.*

31 *Maximè si non deceatur de possessione Bonorum patrimonialium.*

Secundogenitis in Regno Neapolitano, juxta ejusdem Regni Pragmaticas, non habent nisi solam vitam, & militiam in fructibus, & quidem in tenui quantitate, ibidem.

32 *Persona Ecclesiastica, tametsi Bona patrimonialia possideat, opus pium fundare supponitur ex bonis Ecclesiasticis.*

33 *Voluntatem Testatoris alterare non valet contraria hæredis declaratio.*

34 *Administratio operis pii, laicis Personis commissa, non efficit, ut ipsum opus pium dici non debeat ex Bonis Ecclesiasticis erectum, & verè, ac propriè Ecclesiasticum non sit.*

35 *Quoties Princeps, vel Generale Concilium aliquid statuit, vel præcipit, ad publicam utilitatem, per viam Legis universalis, servare non tenetur nec pactum, nec privilegium, etiam ex causa onerosa concessum; & hujusmodi privilegium revocando, ad pretii restitutionem non obligatur.*

36 *Etiam Sacerdotes, Ecclesiis Religionis Hierosolymitanæ inservientes, accedere tenentur ad publicas Processiones.*

Religio Hierosolymitana habet a S. Sede privilegia amplissima, ex titulo oneroso, & qualis iste sit, ibidem.

39 *Quod Conc. Tridentinum derogare non soleat conditionibus, in limine fundationis appositis, locum habet in Beneficiis, & Patronatibus.*

40 *Ab eodem Conc. Tridentino, cap. ultimo, sess. 25, de Regular. revocantur privilegia, quæ sunt contra Decreta illius Sessionis, non autem ea, quæ sunt contra decreta aliarum Sessionum.*

41 *Exempti ad quas Processiones compelli nequeant, & quando, & numer. 42.*

43 *Ratio habenda non est intermediæ resolutionis alicujus Sac. Congregationis, quoties antecedenti, & subsequenti tempore eadem Sac. Congregatio contrarium tenuit.*

Et in concursu priorum resolutionum, standum est posterioribus, ibidem.

45 *Monitoria, quæ non sunt in Actis reproducta, habentur ac si expedita, & intimata non fuissent.*

46 *Monitoria A. C. Episcopos non impediunt, quominus procedere valeant, ad executionem Conciliaris dispositionis.*

47 *Bonum jus alicujus ex acquiescentia Adversarii post contradictionem magis magisque confirmatur.*

48 *Actus devotionis causa gesti, diu continuati, non præsumuntur voluntarii.*

Protestationes, contraria factis, non attendunt, ibidem.

49 *Præsertim quando datur initium coactivum, vel a Lege, vel ab Homine.*

50 *Decretum irritans tollit omnem contrarium usum, tam ortum, quàm deinceps oriturum.*

52 *Testi qualificato credendum est.*

53 *Vicarius Generalis, absente Episcopo, vel Archiepiscopo, facultatem habet, in materia Processionum, ea omnia gerendi, quæ potest Episcopus, vel Archiepiscopus, si esset præsens.*

Eademque facultas transit etiam ad Vicarium Foraneum, ibidem.

Decisio emanata in puncto quæstionis, super qua pendet Causa, rem facit judicatam, ibidem.

61 *Prælati Inferiores in quot classes dividuntur, & num. 62, & 63.*

64 *Quæ requirantur, ad probandam in Prælato Inferiore qualitatem nullius, cum Territorio separato, & Jurisdictione quasi Episcopali.*

66 *Ad hunc effectum non sufficit concessio Jurisdictionis in certas, ac determinatas personas, & num. 67.*

68 *Ita nec ad certos, ac particulares actus, & num. 69.*

Eminentissime, & Reverendissime Domine.

DElata Neapolim certa notitia obitus san. mem. Innocentii XIII, statim Curia Archiepiscopalis Neapolitana, solemnibus pro eo celebratis Exequiis, solemnes etiam per publicum Edictum indixit supplicationes, quibus interesse jubebatur Clerus Sæcularis, ac Regularis pro Divina Ope imploranda in re tanti momenti, cujusmodi est celer, & concors Summi Pontificis electio, quam Animarum salus exigit, & totius Orbis exposcit utilitas, juxta præscriptum Beati Gregorii X, *in cap. Ubi periculum, § Quia verò Fidelibus, de elect. in 6.*

Omnes de Clero tam Sæculari, quàm Regulari ad præstitutam in Edicto diem præsto fuerunt, excepto Rectore, seu Sacrista, & Clero Sancti Angeli ad Nidum; qui proinde ne causando ignorantiam ejusdem Edicti, de more ad valvas Ecclesiæ Metropolitanæ, & in cæteris publicis, consuetisque locis affixi, sese eximere 2

mere posset ab accessu, novum Edictum publicandum, eidemque Rectori, & Clero S. Angeli ad Nidum personaliter denunciandum curavit eadem Curia Neapolitana expressè præcipiens, ut ad Processiones, quæ ob eandem causam sequentibus deinceps diebus fierent, omnino accederent, imposita in casu inobedientiæ pœna suspensionis a Divinis quoad Sacerdotes, & Interdicti quoad Ecclesiam.

3 Verumtamen haud interesse voluit Rev. D. Marcus Mercadante Rector prædictus una cum suis Capellanis, prætextu asserti cujusdam Privilegii Apostolici. Quapropter, receptis formiter Testibus super illorum absentia, Curia Metropolitana suspendi mandavit a Divinis eundem Rectorem, salva facultate procedendi contra Capellanos, & ad interdictum Ecclesiæ, fueruntque affixi Cedulones ad valvas Ecclesiæ Metropolitanæ, necnon facta personalis intimatio eidem Rectori, qui non resipiscens, sed audacior factus, contemptisque præceptis, ac pœnis in eodem Edicto comminatis, ejusdemque contumacia in dies magis, magisque gliscente, Sacrosanctum Missæ Sacrificium palam celebrare, Populo solemniter benedicere, Palmas die Dominico Palmarum distribuere, & aliàs in Divinis ministrare non sine maxima omnium offensione ausus fuit.

4 Quum autem hujusmodi excessus non sine horrore perlati fuissent ad aures Sac. Collegii tunc Comitia pro novo eligendo Pontifice celebrantis, ejus jussu scriptum fuit Epistolium Eminentissimo Archiepiscopo tunc pariter existenti in Conclavi in hæc conceptum verba -- *Ordini al suo Vicario di usare minor convenienza di quella, che ha forse dimostrata fin' ora contro un' eccesso così scandaloso; ed inoltre gl' ingiunga di procedere severamente secondo le disposizioni Canoniche ad ulteriori passi contro un Reo di attentato di tanto rilievo, e di esempio così perniciosò.*

5 Quamobrem Vicarius Generalis Neapolitanus, ut muneri suo satisfaceret, & non modò jussa Eminentissimi Archiepiscopi, sed oracula etiam universi Sacri Collegii diligenter exequeretur, quum videret Rectorem Adversarium in Censurarum contemptu quotidie magis insordescentem, & obfirmatiore semper animo in sua contumacia Missam publicè celebrantem, mandavit examinari Testes formiter super tanto excessu, prout jam examinati fuere; citatoque personaliter eodem Rectore, ipsum post contumacias legitimè incursatas, a Fidelium communione per sententiam segregavit, & Anathematis nexibus canonicè innodatum declaravit; qua tamen Sententia impiè, superbissimèque contempta, idem Rector Cœlestem Hostiam, ut priùs, immolare perrexit.

Electo subinde Summo Pontifice san. mem. Benedicto XIII, ab eoque hujusmodi controversia remissa ad hanc Sacram Congregationem, die 18 Novembris 1724, proposita in ipsa fuerunt tria sequentia Dubia. I, *An Curia Archiepiscopalis potuerit cogere Rectorem, seu Sacristam Ecclesiæ S. Angeli ad Nidum ad interveniendum Processioni in casu, &c.* II, *An potuerit hoc facere per Censuras; Et quatenus Affirmativè.* III, *An Censuræ latæ, fuerint attentatæ, seu potius sustineantur, itaut Rector prædictus incurrerit irregularitatem ob celebrationem in casu, &c.*

Priora duo resoluta fuerunt -- *Affirmativè.* Ad Tertium verò dilata fuit resolutio, Causaque postmodum reproposita, die 24 Martii 1725, & Parte Adversa acerrimè contradicente, perstitum constanter fuit in decisis quoad *primum, & secundum Dubium*; quo verò *ad tertium* rescriptum fuit -- *Censuras non esse attentatas, & ad mentem* -- mensque fuit deinde explicata ab hac Sac. Congregatione in folio diei 4 Augusti 1725, *ut scilicet daretur absolutio unà cum dispensatione ab irregularitate, ad quem effectum Sacra Congregatio suas impartiebatur facultates* --. Ac die demum 14 Aprilis 1725, adversus omnes prædictas nostrorum Dubiorum resolutiones, instante Adversario pro nova Audientia, responsum ab hac Sac. Congregatione fuit -- *Pro nova Audientia, non retardata executione quoad primum Dubium* --; Cujus quidem rescripti vigore Curia Archiepiscopalis coacta fuit ad novas Censuras procedere contra prædictum Rectorem, eò quòd accedere noluit ad solemnem Processionem die Translationis Sanguinis Sancti Januarii Martyris, & Civitatis Patroni. 7

Ob memoratum novæ Audientiæ Beneficium Causa hæc denuò descripta fuit in folio hujus Sac. Congregationis, die 4 Augusti ejusdem anni 1725; sed quum suppositum exadverso fuisset, pendere inter Partes quemdam concordiæ tractatum, rescriptum fuit -- *Dilata* -- Cujus veritatis luculentum perhibet testimonium Epistola Eminentissimi Lambertini, tunc Sacræ Congregationis meritissimi Secretarii paucis post diebus ad Eminentissimum Archiepiscopum scripta.

Circa eadem Dubia, illorumque solidissimas resolutiones Eminentissimus Pereyra tunc in urbe degens, & unus ex hujus Sacræ Congregationis Cardinalibus elaboratissimum edidit Votum, quod separatim distribuitur. Mox autem san. mem. Benedictus XIII, cujus aures ad 9

tam

tam scandalosam Rectoris contumaciam jam tum exhorruerant, quum adhuc Cardinalatus honore fungebatur, Motu proprio expediri mandavit Breve speciale, in quo non modò recensitas resolutiones ab hac Sac. Congregatione editas specificè approbavit, *sed in eis contenta quæcumque confirmavit, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjecit, ac omnes, & singulos Juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, seu intervenisse dici, censeri, prætendi, vel intelligi unquam possent, plenissimè, & amplissimè supplevit, & sanavit, perpetuumque desuper eidem Rectori silentium imposuit*, additis efficacissimis quibusque clausulis, quæ excogitari unquam possent.

10 Adversus hujusmodi Breve post annos octo, die scilicet 28 Maji proximè præteriti habitus exadverso fuit recursus ad Signaturam Gratiæ pro obtinenda Oris aperitione, ob eaque rescriptum fuit -- *Arbitrio Sac. Congregationis Concilii* --. Quocirca disceptanda hodie sunt Dubia præinserta, ad quorum primum respondendum omninò est *negativè*. Sed etiamsi resolveretur cum rescripto affirmativo, id quod fieri nullo modo posse credimus, ad secundum tamen certo certiùs respondendum esset -- *In decisis, & ampliùs* --, quemadmodum obsequentissimè supplicamus.

PRIMUM DUBIUM.

11 Et sanè si *solus nutus, & umbra voluntatis Summorum Pontificum est festinanter, & inoffenso pede exequutioni mandanda, & adoranda*, ut hisce verbis inquit *Grutb. de Arte benè desideran. resolut.* 15, § 9, *num.* 177, quantò magis exequendum est Breve Benedictinum non jam extortum a Pontifice, rei, de qua agebatur, ignaro, sed editum a Papa plenissimam facti, & Juris notitiam habente, quippe qui audierat jam in Conclavi unà cum cæteris S. R. Ecclesiæ Cardinalibus, & quidem non sine horrore, inobedientiam, contumaciam, scandalososque excessus Rectoris Adversarii; & optimè norat, quòd a Sacro Collegio datum id præcipuè fuerat in mandatis Vicario Generali Neapolitano, ut tantam compesceret insolentiam. In quibus porrò circumstantiis quum certissima sit Papæ voluntas, nec fas sit de illius potestate dubitare, nihil certè proponitur, cur concedenda sit Oris aperitio ad remorandam executionem Gratiæ Motu proprio, ex certa scientia, & de potestatis plenitudine factæ; egregiè *Piton. discept. Eccles.* 100, *num.* 19; *Rot. in Rec. dec.* 231, *ex num.* 1, *ad* 8, *par.* 5; *in Insulana Primiceriatus*, 12 *Martii* 1728, § *Placuit*, *coram bon. mem. de Valentibus*; & *in Hispalen. Decimarum*, 4 *Maji* 1731, § *Resolutio*, *coram bon. mem. de Gamachez*; quæ quidem nulla prorsus indiget justificatione; *Turricell. de Union. cap.* 10, *num.* 28; *Rot. coram Coccin. dec.* 1012, *n.* 2; *in rec. dec.* 90, *num.* 5, & *seq. par.* 4, *tom.* 2, & *dec.* 174, *num.* 12, *par.* 7.

Rursus Breve, de quo agitur, continet illam ipsam definitionem, quæ non semel, sed bis, ac tertiò prodierat jam ab hac Sacra Congregatione, sicuti demonstratum supra fuit in Facti expositione, ut proinde tantò minùs concedenda sit prætensa Oris aperitio adversus Breve editum, negotio diligenter, accurateque examinato ab hac Sacra Congregatione, quæ nonnisi cum summa maturitate, & juxta Juris, Canonicarumque Sanctionum regulas procedere solet, prout, aliis telaris, benè ad rem disserit *Rot. in Juvenacen. Jurisdictionis*, 28 *Martii currentis anni*, § *Quod cum*, *coram R. P. D. Millino*, ibi -- *Tum quia eadem Constitutio fuit edita maxima cum ponderatione, examinato nimirum negotio in Congregatione particulari specialiter deputata, ideoque eò majorem sibi firmitatem adscivit* --. 12

Nilque turbat, quòd hæc eadem Sacra Congregatio adversus præcedentes Resolutiones novam concesserit Audientiam, die 14 Aprilis 1725, & die 4 Augusti ejusdem anni responderit -- *Dilata* --. Etenim quod attinet ad novam Audientiam, concessa quidem hæc fuit, sed tamen cum clausula -- *non retardata exequutione quoad primum Dubium* --, prout legitur tum in folio ejusdem Sac. Congregationis d. diei 4 Augusti, tum etiam in nostro Brevi. Ex quo quidem conjicere fas est, Eminentissimos PP. pro justissima habuisse resolutionem jam captam favore Curiæ Archiepiscopalis, quæ proinde adversus Rectorem, & Capellanos Adversarios ad novas Censuras Ecclesiasticas procedere coacta fuit, eoquòd solemni Processioni in Translatione Sanguinis S. Januarii Martyris, & Civitatis Patroni cum reliquo Clero intervenire noluerunt. Quòd verò, die 4 Augusti dictum fuerit -- *Dilata* --, id unicè processit ex eo, quòd per illud ipsum tempus scriptum a nonnullis fuerat ad Eminentissimum Archiepiscopum pro tractanda inter Partes concordia, quemadmodum probatum supra fuit in § 8. 13

Nilque etiam refert, quòd oris aperitio non jam petatur ad infringendam Brevis substantiam, sed solummodo ad temperandum rigorem clausulæ -- *sublata* -- & *Decreti irritantis*, ad quem effectum opus non sit concludenti illa, perfectaque probatione, quæ Gratiæ nullitatem ex defectu intentionis evincat; huic nam- 14

que

que objectioni punctualissimè occurrit *Sac. Rota in Colonten. Canonicatus super aperitione oris, 27 Aprilis 1731, § Alterum verò, coram R. P. D. Crescentio*, verbis illis omninò excribendis -- *Licèt ad effectum obtinendi aperitionem oris non requirutur concludens, & perfecta probatio nullitatis, non ideò tamen sufficit quælibet in contrarium opposita exceptio, probabili etiam destituta fundamento justitiæ; sed ea demùm exigitur causa, quæ de bono jure petentis edoceat, vel saltem dubium ingerat circa vitium subreptionis, cui Gratia probari possit obnoxia, ne alioquin arbitrium regulandum a Jure, atque ad hoc unicè interponendum, ut viam faciat ad Justitiam, injustis potius, ac inutilibus litibus viam aperire contingat* --; & consonant *Marchesan. de Commission. aperit. oris, par. 2, § 1, num. 65; & Rot. in Recent. decis. 461, num. 5, part. 1, dec. 294, num. 2, & 485, num. 3, & seq. & num. 18, par. 4, tom. 2, & dec. 707, n. 2, & 3, par. 18.*

15 Tantum verò abest, quòd hic adsit causa ulla, quæ de bono jure Rectoris Adversarii edoceat, vel concurrat dubium aliquod circa vitium subreptionis; ut immò clarissimum sit bonum Jus Curiæ Archiepiscopalis, & clarissima etiam sit Summi Pontificis voluntas, qua quidem concurrente, licèt bonum Jus favere potiùs Parti Adversæ dici posset, Gratia tamen subsisteret, nec oris aperitio concedenda foret, ut, cæteris omissis, optimè firmat *Rot. coram Coccin. dec. 2148, num. 1*, ibi -- *ideò de ordine Sanctissimi Domini nostri dubitavi, an dicta aperitio oris esset concedendo; & DD. negativè resolverunt, quia aut illa prætenditur ex defectu intentionis Summi Pontificis in concedendo dicto Indulto, quæ est potissima causa concedendi oris aperitionem, juxta notata per Abbat. &c. & iste defectus non adest, quia in Indulto expressè dicitur, &c. & propterea cùm constet de clara voluntate Summi Pontificis, non potest dari de defectu intentionis, cùm substantia Gratiæ pendeat a voluntate Concedentis, cap. cùm super de Offic. Delegat. &c.* & infra *num. 3*, ibi -- *aut prætenditur oris aperitio ex causis allegatis, & neque est danda, cùm non allegetur causa urgens, prout requiritur; nam Gratia Principis non debet esse inanis, sed potiùs debet perpetuari, cap. Decet, &c. neque videtur sufficiens causa, quæ deducitur ex eo, quòd Indultum tollat omne Jus crediti Virginiæ, unde resultet nedum defectus intentionis, sed etiam causa legitima aperitionis oris, quia Princeps non intelligitur voluisse tollere jus Certii, &c. nam fuit responsum, quòd fundamentum est verum in dubio, secùs verò, quando constat de clara voluntate Papæ* --.

16 Urgent autem hæc longè validiùs, tum quia controversum Breve præcisè respicit Personas Ecclesiasticas, nec non Functiones ad Divinum cultum unicè pertinentes, circa quas Papa habere dicitur cæleste arbitrium, juxta *Gloss. in capit. Quanto, de Translat. Prælati*, quam sequitur *Rot. in Romana Celebrationis Missarum, 13 Junii 1732, § Semper, coram R. P. D. Calcagnino*; tum quia ejusmodi Breve editum fuit ob laudabilem, optimumque finem extinguendi lites, & controversias; ob quam quidem causam non esse concedendam oris aperitionem concorditer tradunt *cl. mem. Card. De Luc. de Præeminen. disc. 8, num. 4; Fatinell. respons. 73, a num. 7, lib. 2; Rot. in Recent. dec. 485, num. 19, & 20, par. 4, tom. 2*, ibi -- *Non est aperiendum Os ubi agitur de suscitandis litibus, quas interest Reipublicæ quantocitius finiri, dec. 707, num. 3, par. 18, & coram Ubago dec. 29, num. 3.*

17 Tum etiam quia petita Oris aperitio summoperè foveret inobedientiam, contumaciamque Rectoris Adversarii, qui audacissimè despexit tam relatas tres resolutiones hujus Sac. Congregationis, quàm ipsummet Breve san. mem. Benedicti XIII, utì constat ex Processu super eodem gravi excessu servatis servandis desuper compilato, & existente apud Reverendissimum Secretarium, id quod nequaquam permittendum esse videtur, *Non enim dignus est, qui Ecclesiæ benignitatem facilè experiatur, cujus salubria præcepta temerè contempsit*; sunt verba Sac. Concilii Tridentini, *sess. 24, cap. 5, de Reform. Matrim. & nihil obedientia prodesse videretur humilibus, si contemptus contumacibus non obesset*, prout hisce verbis loquitur Summus Pontifex *in cap. 1, de Postulat. Prælat.* Immò verò hæc eadem Oris aperitio pessimo cæteris esset exemplo non parendi Brevibus Summi Pontificis, qui *non puri hominis, sed veri Dei vices gerit in Terris*, ut inquit *Text. in cap. 5, de Translat. Prælat.* excitandique novas lites, ac controversias, & novam malorum, scandalorumque segetem ferendi, prout providè, ac sapienter expendit san. mem. Benedictus XIII, in controverso Brevi, verbis illis -- *Non considerantes hujusmodi controversium, nedum gravia scandala, & mala in universam Civitatem Neapolitanam invehere, sed etiam pessimum, & perniciosum aliis exemplum præbere, &c.*

SECUNDUM DUBIUM.

18 Jam verò confecta res dici posset, ac supervacaneum secundi Dubii quodlibet examen, atque discussio. Nihilo tamen mi-

minùs, ne certamen cum Parte adversa defugere videamur, utque magis, magisque elucescat Curiæ Archiepiscopalis bonum Jus, quod petitæ Oris aperitioni viam penitùs obstruit, dicimus, constanterque substinemus, quòd, licèt Rector S. Angeli ad Nidum Adversarius contendat, sese exemptum esse a Jurisdictione Eminentissimi Archiepiscopi, hæc tamen exemptio haudquaquam ipsi suffragatur quoad accessum ad publicas Processiones ex apertissima dispositione Sac. Concilii Tridentini *sess. 25, cap. 13, de Regular.* quo loci datur Episcopis facultas compellendi ad publicas Processiones quoscumque Clericos tam Sæculares, quàm Regulares quomodolibet exemptos, ibi -- *Exempti autem omnes tam Clerici Sæculares, quàm Regulares quicumque, etiam Monachi, ad publicas Processiones vocati accedere compellantur* --; & est communissima omnium Doctorum sententia, de qua, cumulatis antiquioribus, testantur *Barbos. ad Concil. dicta sess. 25, c. 13, num. 18; Novar. in Sum. Bullar. p. 1, Comment. 103, num. 3; Thomasin. de Veter. & Nov. Eccles. Disciplin. part. 1, lib. 3, cap. 40, § 7, num. 31; Koch. de Jurisdict. in exempt. part. 2, q. 65, num. 109; Cesped. de exempt. Regular. dub. 207, num. 1, & seq. Nicol. Canonic. Lucubr. lib. 1, tit. 31, num. 22; Fras. de Patronat. Reg. Indiar. cap. 59, numer. 1; Antonell. de Jurib. & oner. Cleric. lib. 2, part. 6, cap. 5, num. 1, & seq. Panimol. dec. 84, adnot. 1, num. 39; Fuscus de Visit. lib. 2, cap. 8, num. 12; Marcell. Vulp. in prax. judic. for. Ecclesiast. cap. 42, num. 8.*

19 Atque hac ex parte sese nobis offert etiã generale Decretum per viam legis, editum a Congregatione Particulari trium S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, Præfectorum Sacrarum Congregationum Rituum, Concilii, & Episcoporum, illarumque Secretariorum, necnon aliorum Romanæ Curiæ insignium Prælatorum a san. mem. Urbano VIII deputata, quæ anno 1628, concordibus omnium Suffragiis respondit, omnes quomodocumque, & qualitercumque exemptos teneri, & obligatos esse accedere ad publicas Processiones, a quibus non esse exemptos, nisi Religiosos in strictiori Clausura viventes, vel degentes in Monasteriis ultra medium milliare a Civitate distantibus, necnon alios habentes clarum, ac literale Apostolicum Privilegium, quod tamen posterius sit Concilio Tridentino, & specialem contineat exemptionem ab obligatione accedendi ad publicas Processiones, quemadmodum videre est apud *Pignattell. consult. 122, num. 2. tom. 1*, ubi impressa reperitur ejusmodi resolutio verbis hisce concepta -- *Die 27 Julii 1628, & 21 Augusti, ac 19 Septembris ejusdem anni habita fuit Congregatio Particularis de ordine Sanctissimi Domini Nostri PP. Urbani VIII, in Palatio Illustrissimi, & Reverendissimi D. Cardinalis Millini, cui interfuerunt idem Illustrissimus Millinus, necnon Illustrissimus Ubaldinus, & Ginnettus, & alii, ac RR. PP. DD. Paulutius, & Benignus Secretarius Congregationis Rituum, & alii, &c. Negotioque maturè discusso, unanimiter censuerunt, posse Episcopos pœnis sibi benevisis compellere quoscumque Regulares recusantes, etiam Monachos, & quomodolibet exemptos, ad infrascriptas Processiones accedere, atque illis interesse, exceptis dumtaxat in strictiori Clausura viventibus, & Monasteriis ultra medium milliare a Civitate distantibus, nempe in die Festo Sanctissimi Corporis Christi, in Litaniis majoribus, in Rogationibus, ac in quibuscumque publicis, & consuetis, vel pro bono, causa, aut honore publico ab Episcopo indictis Processionibus. Non obstantibus quibuscumque Privilegiis, consuetudinibus, Præscriptionibus, etiam immemorabilibus. Privilegiis tantùm Apostolicis Sacro Concilio Tridentino posterioribus, contrarium desuper disponentibus, minimè sublatis.*

Quæ quidem resolutio, cùm subinde 20
fuerit a Summo Pontifice specialiter approbata, teste *Pignattell. dicta consult. 122, num. 1, tom. 1*, idcirco servanda præcisè est tamquam Lex Papalis, prout eam semper religiosè servarunt omnes Sacræ Congregationes, juxta ipsarum antiquas, medias, atque modernas resolutiones, prout in Nullius, 29 Aprilis 1629, ibi - *Teneri accedere ad Processionem S. Marci, & ad alias publicas Processiones, nisi exhibeant Privilegia Apostolica posteriora publicationi Sac. Concilii Tridentini* --; *in Aversana, 12 Februarii 1641, in Tarentina, 3 Maji 1642*, ibi -- *Nisi docuerint de Apostolicis Privilegiis contrarium disponentibus, quæ sint Concilio Tridentino posteriora* --; *in Mediolanen. 3 Augusti 1658*, ibi -- *aut nisi exhibeant Privilegia Apostolica posteriora publicationi Sac. Concilii Tridentini* --; *& in Cajetana, 7 Aprilis 1690*, quas referunt *Pignattell. Consult. Canon. 46, ex num. 12, usque ad 22, tom. 3; Ventrigl. in Prax. part. 1, tit. de Procession. annot. 12, § Unic. num. 11*; ibique *Carol. Ant. de Luc. num. 3; Nicol. Canon. Lucubr. lib. 1, tit. 31, num. 22; & Monacell. Formular. legal. tom. 1, tit. 5, formul. 7, numer. 23.*

Et una pro cunctis sufficeret, ea ni- 21
mirum, quæ novissimè, Partibus hinc inde acerrimè informantibus, ab hac Sacra Congregatione emanavit in Neapolitana Processionis, 3 Augusti 1709, fa-

vore ejuſdem noſtræ Curiæ Archiepiſcopalis contra Clerum S. Jacobi Nationis Hiſpanorum, quantumvis afferentem ampliſſima generalis exemptionis Privilegia a quatuor Summis Pontificibus ſibi conceſſa, ac reſpectivè confirmata, ut perſpici poteſt apud *D. Advoc. Urſuy. Diſcept. Eccleſiaſtic. tom. 2, part. 2, diſcept. 4. per tot. ubi ſub num. 69* excribuntur Dubia in eadem Cauſa diſputata, primum ſcilicet -- *An Clerus S. Jacobi Nationis Hiſpanorum Neapolis teneatur accedere ad Proceſſionem Sanctiſſimi Corporis Chriſti in caſu, &c.* -- ſecundum -- *An ſuſpenſio lata a Curia Archiepiſcopali Neapolitana contra Capellanos, & Clericos dictæ Eccleſiæ ſuſtineatur* --; quorum utrumque reſolutum fuit *affirmativè*, cum ſubſecuta exactiſſima illorum executione.

22 Nil mirum igitur, ſi Doctores omnes, qui poſt Sac. Concilium Tridentinum hac de re ſcripſerunt, unanimiter firmant, quòd pro exemptione ab acceſſu ad Generales Proceſſiones non ſolùm non attenduntur Indulta omnia ante Sac. Concilium Tridentinum conceſſa, ſed nec ſufficit quidem Privilegium quodcumque obtentum etiam poſt idem Concilium Tridentinum, niſi eodem Privilegio ſpecialiter, & expreſsè eximantur Privilegiati ab acceſſu ad publicas Proceſſiones; *Fagnan. in cap. Nimis prava, num. 10, de exceſſ. Prælat. Nicol. Canonic. Lucubr. d. lib. 1, tit. 31, num. 22, verſ. 8, limita; Ricc. in Prax. part. 1, reſolut. 319, numer. 4; Ceſped. de Jurisdict. in Exempt. rubric. 274, num. 1; Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 1, diſput. 24, quæſt. 8, num. 7; a Spirit. Sanct. in Director. Regular. tit. de Oblig. Religioſ. tract. 3, diſput. 6, ſect. 11, § 7, numer. 1558, & ſeqq. Barboſ. de Poteſt. Epiſc. par. 1, allegat. 78, num. 22; Pignattell. Conſult. Canon. 46, num. 35, tom. 3, & conſult. 30, num. 1, tom. 4; Novar. in Summ. Bullar. par. 1, comment. 103, num. 18; Criſpin. del Viſit. Paſtoral. par. 2, § 25, numer. 4*, ibi -- *Sappia il Viſitatore, ſe alle Proceſſioni publiche intervengano, come ſono tenuti gli Eſenti, eziaudio Regolari, eccettuati quelli, che ne hanno* SPECIAL PRIVILEGIO DI ESENZIONE -- *De Aſte Method. Viſit. Apoſt. par. 3, § 7, ſub num. 21, verſ. Ad generales*, ibi -- *Ad generales pro cauſa, bono, vel honore publico indictas, tam Clerici Sæculares, &c. quàm Regulares invitati [exceptis habentibus* SPECIALE PRIVILEGIUM *de non accedendo*] OMNES *intereſſe tenentur, ac compellendi ab Epiſcopo Juris remediis, juxta diſpoſitionem Concilii, ſeſſ. 25, cap. 13, de Regular. &c. cl. mem. Card. De Luc. de Juriſdict. diſc. 100, num. 3; & in annot. ad Concil. dec. 38, num. 3.*

Idque ſummo jure conſtitutum fuit, 23
tum quia acceſſus ad publicas Proceſſiones nullam ſecumfert ſervitutem, vel onus Eccleſiarum exemptarum, ſed immò potiùs ipſarum Eccleſiarum honorificentiam, atque prærogativam, dum earum Clerici ſub proprio Vexillo ad eaſdem accedunt Proceſſiones, ut egregiè ſavore noſtræ Curiæ Archiepiſcopalis contra Priorem S. Joannis ad Mare, Ordinis Hieroſolymitani, conſiderat *clar. mem. Card. De Luc. de Juriſdict. diſc. 100, num. 7*, ibi -- *Ea quoque ponderatione accedente, quòd dici non poterat, agi de vera ſervitute præjudiciali, & onerosa; dum potiùs iſte interventus redolet in ipſis Eccleſiis inferioribus honorificentiam, vel prærogativam, dum ſub proprio Vexillo eorum Clerici interveniunt* --; tum etiam quia rogare Deum, & ejus opem ſuppliciter implorare, quemadmodum fit in publicis Proceſſionibus, pro aliquo publico bono, publicaque neceſſitate, tam convenit exemptis, quàm non exemptis, juxta *Text. in Can. Revertimini 16, quæſt. 1*; & benè obſervat *Abb. in cap. Nimis prava, numer. 5, de Exceſſ. Prælat.* ibi -- *Non puto tamen, quòd propter exemptionem poſtmodum eis conceſſam releventur ab illo onere veniendi ad Proceſſionem, &c. nam rogare Deum pro ſalute Populi, omnibus Clericis imminere debet tam exemptis, quàm non exemptis* --; & ſequuntur *Soccin. ibid. num. 12, verſ. Et quamquam; & Fagnan. nu. 7; Valenzuel conſ. 1, num. 5; & Kochier de Juriſdict. in exempt. par. 2, quæſt. 45, num. 109.*

Nec obſtat, quòd hactenus deducta lo- 24
cum habeant, quoad Exemptos, per viam ſimplicis Privilegii conceſſi in limine fundationis. Diſcurſus namque iſte exadverſo tantoperè exaggeratus non ſubſiſtit in facto, ac minus officeret in Jure. Non quidem ſubſiſtit in facto, quia Breve ſan. mem. Martini V, in quo unicè fundatur adverſæ Partis intentio, non jam continet ſpecialem ullam exemptionem ab obligatione accedendi ad Proceſſiones generales; ſed eximit dumtaxat Rectorem Hoſpitalis, necnon Perſonas in eo degentes *ab omni Juriſdictione Archiepiſcopi Neapolitani, & Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubjicit*, ut proinde contraria objectio dicenda ſit de ſubjecto non ſupponente.

Minùs autem officeret in Jure, quia, 25
tametſi Parti adverſæ morem gerendo fingeremus, clarum, ac literale Privilegium exemptionis ab acceſſu ad publicas Proceſſiones in ipſo fundationis limine fuiſſe conceſſum, attamen eidem derogatum omninò fuiſſe dicendum eſſet a Sac. Concilio Tridentino, quod in *cap. 21, quod eſt ultimum ſeſſ. 25, de Regular.*

eni-

enixissimè cupiens omnimodam exequutionem eorum, quæ in dicta Sessione decreta fuerant, in quibus aderat etiam caput 13, de publicis Processionibus loquens, ita providè, clarissimeque statuit -- *hæc omnia, & singula in superioribus Decretis contenta observari S. Synodus præcepit in omnibus Cœnobiis, ac Monasteriis, Collegiis, &c. non obstantibus eorum omnium, & singulorum Privilegiis sub quibuscumque verborum formulis conceptis, &c. etiam in* FUNDATIONE OBTENTIS, *nec non Constitutionibus, & Regulis etiam juratis, ac etiam consuetudinibus, vel Præscriptionibus etiam immemorabilibus* -- Ergo nihili facienda esset etiam specifica præcedens exemptio ab accessu ad generales Processiones in ipso fundationis ortu conventa, quia Sacrosancta Tridentina Synodus hac ex parte derogavit *cuicumque Fundationi, & juratæ Concessioni*, ut liquidò patet ex præcitatis verbis.

26 Id quod etiam declaravit hæc S. Congregatio tam generaliter quoad omnia Decreta prædictæ *sess. 25, de Regular.* quàm specialiter quoad publicas Processiones, de quibus disponit memoratum *cap. 13, ejusdem Sessionis*. Generaliter quidem in *Reatina, 26 Aprilis* 1602 *Decret. lib.* 10, *fol.* 10, ibi -- *Congregatio Concilii respondit, Privilegia exemptionis etiam* IN FUNDATIONIS LIMINE OBTENTA, *non esse impedimento, quominus Regulares teneantur ad observanda ea, quæ in dd. Capitulis continentur; propterea quod ejusmodi Privilegiis, & exemptionibus, etiam in* FUNDATIONIS LIMINE *concessis, idem Concilium d. cap.* 22, *ejusdem Sessionis disertis verbis derogavit* -- *& in Virdunen. eodem anno* 1602, *ut videre est in eodem lib.* 10 *Decret. fol. 26, a tergo*. Specialiter autem in una Neapolitana, de qua testatur *Genuen. in Prax. Curiæ Archiep. Neapolit. cap.* 64, *num.* 9, *vers. sciendum, juxta impress. Venetam anni* 1667, ibi -- *Sciendum etiam, Sac. Congregationem nuper rescripsisse Curiæ Archiepiscopali Neapolitanæ, omnes exemptos teneri accedere ad Processiones, juxta dictum cap. 13, etiamsi haberent Privilegium in* LIMINE FUNDATIONIS IN CONTRARIUM --; & nuperrimè in alterà *Neapolitana Processionis*, 3 *Augusti* 1709, quam supra memoravimus, ubi pariter nulla habita fuit ratio Privilegii in fundationis limine concessi.

27 Atque idipsum statuunt Doctores materiam hanc pertractantes, ac præcipuè *Campanil. in Diversor. Jur. Canon. Rubr.* 12, *cap.* 13, *n.* 217; *Marant. respons.* 79, *n.* 3, *lib.* 3; *Barbos. ad Concil. sess.* 25, *de Regular. cap.* 13, *num.* 38, ibi -- *Clerici Sæculares alicujus Ecclesiæ in fundatione illius exempti a Jurisdictione Ordinarii, intra cujus Diœcesim existunt, possunt ab eodem Ordinario compelli accedere ad publicas Processiones ex hoc Decreto, & cap. 22, hac eadem sess. ut per Sell. &c.* -- *& in Summ. Apostol. decis. collect.* 607, *num.* 2; *Pax-Jordan. var. lucubr. tom.* 2, *lib.* 11, *tit. de Procession. num.* 39, ibi -- *Subamplia præterea, locum habere in Clericis Sæcularibus alicujus Ecclesiæ, quæ in* SUI FUNDATIONE *fuisset exempta a Jurisdictione Ordinarii, &c. possunt enim ab eodem Ordinario cogi ad publicas Processiones accedere ex Decreto Concilii Tridentini, &c.* mox referens ita decisum a Sacra Congregatione, 21 Maji 1602; *Pilaya decis.* 12, *de Regular. num.* 42, *& ita servatum fuisse in Curia Neapolitana tradunt Barbos. de Potest. Episc. alleg.* 78, *num.* 25, *vers. & in Curia Neapolitana; & Ricc. in Prax. tom.* 1, *resol.* 119, § *Accedit*.

Ea justa sanè ratione, quia, si ab obligatione accedendi ad publicas Processiones non eximuntur Regulares ob tot amplissima omnimodæ exemptionis Privilegia, in ipso limine fundationis a Sancta Sede sibi concessa, & *Mare Magnum* nuncupata, uti concorditer advertunt Doctores hactenus allegati, & apertissimè disponit S. Concilium Tridentinum *d. cap.* 22, *Sess.* 25, *de Regular.* quantominus suffragari poterit Rectori, & Sacerdotibus Sæcularibus Adversariis Privilegium, nullo certè pacto comparandum cum effrenatissimis Regularium Indultis? Ducto argumento a fortiori, quod in Jure nostro validissimum est, *ad Text. in can. si ergo* 8, *quæst.* 1, *Auth. multò magis, C. de Sacros. Eccles. Gonzal ad Regul.* 8 *Cancell. gloss.* 9, § 2, *num.* 24; *Rot. in Romana prætensæ reintegrationis*, 6 *Junii* 1712, § 24, *coram bon. me. Ansald. & coram Eminentiss. Falcon. tom.* 3, *tit.* 37, *dec.* 18, *num.* 12. 28

Prout etiam non officit, quòd in casu nostro res sit de Privilegio exemptionis concesso ex causa onerosa, eo quod Cardinalis Raynaldus Brancaccius ex propriis Bonis reædificavit, redotavitque Hospitale S. Angeli ad Nidum; nam hoc etiam contrarium assumptum claudicat in facto, & non subsistit in Jure. Claudicat in facto, quia tum san. memor. Martinus V, in suo Brevi approbativo novæ fundationis expressè declarat, quòd Cardinalis Brancaccius id agere intendebat de BONIS SIBI A DEO COLLATIS, tum, & clariùs ipsemet Cardinalis Fundator in ipso redotationis actu nominavit priùs suam eximiam Dignitatem, & Bona plurima sibi a Deo collata, addens insuper illud specialis- 29

ſima nota dignum, quòd nempè reputabat, diſſonum, & impium eſſe, ſi non ipſi Deo aliqua de dictis Bonis ſibi ab eo conceſſis rependeret, ut in *contrario Summario, num. 9, in princ.* ibi -- *Dum intuitus noſtræ conſiderationis extenditur, ac pervigili, & devota mentis intentione penſamus, quo nos largitor Bonorum Deus titulo Dignitatis extulerit, quanta humilitati noſtræ Bona munificentiæ ſuæ largitate contulerit, diſſonum reputamus, & impium, ſi, non ei, qui Bonorum noſtrorum non indiget, aliqua de dictis Bonis* NOBIS AB IPSO CONCESSIS *quodam recognitionis ſigno rependamus.*

30 Enim verò in his circumſtantiis, in quibus Fundator erat Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, ac Hoſpitale S. Angeli ad Nidum de novo conſtruere, ac redotare velle profeſſus fuit ex BONIS SIBI A DEO COLLATIS, ATQUE CONCESSIS, & quidem, ut impli crimen evitaret, in quòd certè non incurriſſet, ſi Bona fuiſſent patrimonialia, eaque Conſanguineis ſuis reliquiſſet, juxta *Text. in Can. quicumque 17, quæſt. 4, & can. 48; Concilii Agathenſis relat. a Gonzal. in cap. 1, num. 3, de Pecul. Cleric.* procul dubio idem Cardinalis reædificaſſe, ac redotaſſe dicendus eſt Hoſpitale prædictum ex Bonis Eccleſiaſticis, non autem Laicalibus, quæ in ſuo haberet Patrimonio, prout aliis allegatis, reſpondit *Rota in Parmen. Beneficii, 1 Maji 1700, § Quæ eò faciliùs, coram clar. me. Card. Scotto,* verbis illis -- *Quæ eò faciliùs procedere videbantur in propoſito, dum prædictus Canonicus in illius fundatione profeſſus fuit fundare hujuſmodi Beneficium ex* BONIS SIBI A DEO DATIS; *quæ verba denotare videntur, illud fundaſſe cum redditibus Canonicatus, quem poſſidebat, ut in terminis ſimilium verborum obſervat Vivian. de Jurepatr. lib. 1, cap. 3, num. 19; nam licet omnia Bona nobis proveniant a Deo, quod omnibus commune eſt, nihilominus in præſenti, cùm ſimus in Fundatore Eccleſiaſtico, quique redditus Eccleſiaſticos poſſidebat, veriſimilius viſum fuit de illis Bonis intellexiſſe, quæ per medium Eccleſiæ nobis pervenire dicuntur, prout ſunt redditus Eccleſiaſtici, qui Patrimonium Chriſti appellantur.*

31 Potiſſimum quia exadverſo non docetur, quòd Cardinalis Raynaldus poſſideret Bona patrimonialia, prout eſſet neceſſarium, ad notata per *Lotter. de re Benefic. lib. 2, quæſt. 10, num. 20; & Rot. in rec. dec. 560, num. 5, & 6, par. 4, to. 3;* nec id ſanè doceri unquam poſſet, quia cùm Cardinales plerumque ſint ſuarum Domorum ſecundogeniti, & iſti, juxta Regni Neapolitani pragmaticas, non habeant, niſi ſolam vitam, & militiam in fructibus, & quidem in tenui quantitate, prout notiſſimum eſt, & reſtantur *Capan. de vit. & milit. quæſt. 6, & 7; Bottelier. de ſucceſſ. ab inteſt. cap. 3, theor. 109, ſub num. 22; Vincent. de Franch. dec. 61, num. 1, & 12, ibique Carol. Anton. De Luc. num. 7;* juſta idcirco præſumptione dicere poſſumus, Cardinalem Brancaccium non habuiſſe Bona patrimonialia eroganda in reædificationem, redotationemque Hoſpitalis.

Quam quidem validiſſimam præſumptionem confirmat ipſamet petita licentia, ejusque conceſſio reædificandi Hoſpitale de Bonis ſibi a Deo collatis per id tempus, quo Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales non habebant activam Teſtamenti factionem de Bonis ſibi acquiſitis ex fructibus Eccleſiaſticis, uti notorium eſt; in quibus planè terminis dubitare minimè poſſe videtur, quin reædificatio facta, dicenda ſit ex Bonis Eccleſiaſticis; quando præciſivè etiam ab inſignibus hiſce circumſtantiis perſona Eccleſiaſtica, tametſi Bona patrimonialia poſſideat, opus pium fundare ſupponitur non jam ex Bonis patrimonialibus, ſed ex Bonis Eccleſiaſticis, juxta magiſtralem *Gloſſ. in can. 1, verb. ſua 12, quæſt. 3, & in cap. 1, verb. debent, de Pecul. Cleric.* ubi communiter Canoniſtæ, ac præſertim *Abb. num. 1; Corrad. in Prax. Benefic. lib. 4, cap. 2, num. 46; Lotter. de re Benefic. lib. 2, quæſt. 10, num. 10; Rot. in rec. dec. 273, numer. 1, par. 3, & coram Reverendiſs. Criſpo, dec. 405, num. 4.* 32

Nilque refert, quòd anno 1428, Hæredes Cardinalis Raynaldi dixerint, quòd Hoſpitale ædificatum fuerat *de propriis Bonis ipſius D. Cardinalis;* certi namque, exploratique Juris eſt, quòd a voluntate Hæredum non pendet immutare declarationes illas, quæ factæ fuerant tum a Papa, tum etiam ab ipſomet Teſtatore, ad tradita per *Menoch. conſ. 79, num. 37; Natt. conſ. 214, num. 1; Surd. conſ. 73, num. 34; Monacell. in Formul. Legal. tom. 1, tit. 2, Formul. 10, numer. 11; & Rot. dec. 174, numer. 14, coram Priolo.* Fortiùs verò quia etiam ſan. mem. Paulus III, tunc cum Breve Martini V, confirmavit ad preces ipſorummet Gubernatorum Hoſpitalis, quorum unus ſemper eſt de Domo Brancaccia, non jam detulit relatis Hæredum declarationibus, ſed expreſſioni factæ, tam a Prædeceſſore ſuo Martino V, quàm a Cardinali Fundatore; ac non ſemel, ſed bis inquit, Hoſpitale fuiſſe reædificatum *ex Bonis a Deo collatis Cardinali Brancaccio.* 33

Ut etiam ad rem non pertinet, quòd Cardinalis Fundator Regimen Hoſpitalis 34

lis Personis Laicis commiserit; quia cùm directè, ac principaliter respexerit ad fundationem Operis pii, & Ecclesiastici, deputatio Laicorum in Administratores, & Custodes ejusdem Operis facta, & quidem præeunte Summi Pontificis expresso consensu, haudquaquam impedit, quominus ipsum Opus pium ex Bonis Ecclesiasticis, non autem Laicalibus erectum fuisse dicatur, & verè, ac propriè sit Ecclesiasticum, non autem Laicale, ut uno ore probant *Lambertin. de Jurepatron. lib. 1, part. 1, quæst. 2, art. 10, num. 7; Vivian. eodem tract. lib. 1, cap. 3, numer. 13; Garz. de Benefic. par. 5, cap. 1, num. 99; Corrad. in Prax. Benefic. lib. 4, cap. 2, num. 51; Rot. coram Lancett. dec. 125, num. 5, tom. 1;* & latè *in Hildesimen. Canonicatus, 16 Martii 1716, § Nihil adversante, coram Reverendissimo Crispo*.

35 Constat igitur ex hucusque deductis, affirmari in casu nostro non posse, quòd hic agatur de Privilegio exemptionis concesso ex causa onerosa ob reædificationem, redotationemque Hospitalis ex propriis Laicalibus Fundatoris Bonis factam. Ast, etiamsi certo certiùs tractaretur de tali Privilegio ex causa verè onerosa quæsito, attamen indubitatum est in Jure, quòd idem abrogatum remansisset per novam generalem dispositionem Sac. Concilii Tridentini. Quoties enim Princeps, vel Generale Concilium propter publicam utilitatem aliquid præcipit, statuitque per viam legis universalis, toties nullo ligatur vinculo vel Pacti, Contractusque, vel Privilegii ex quocumque titulo verè oneroso concessi, & revocando hujusmodi Privilegium, non tenetur ad pretii restitutionem, quemadmodum post complures relatos concordantes, uno ore pro indubitato tradiderunt *Felin. in cap. nonnulli, num. 1, & seqq. de rescript. Dec. in cap. Quæ in Ecclesiarum, num. 93, vers. hoc intelligitur de Constit. Pinell. in leg. 1, Cod. de Bon. Matern. part. 3, numer. 61, vers. infertur decimosexto; Menoch. cons. 701, num. 88; Roman. cons. 310, n. 1,* ubi, quod iste casus non habet dubium; *Roland. cons. 79, num. 44, lib. 2; Surd. cons. 210, num. 65, & cons. 513, num. 10, Venturin. cons. 19, num. 9, vers. licèt feceris; Cyriac. controv. 75, num. 22; Peregrin. de Jur. Fisc. lib. 5, tit. 2, nu. 52; Capyc. Galeot. respons. Fiscal. 23, n. 75; Larrea allegat. Fiscal. 3, a n. 8, usque ad 13; clar. me. Card. De Luc. de Offic. fol. 58, vers. certum est, & fol. 67, n. 28, & pl. 69, num. 36,* ubi quòd id non est dubium, *Cabed. dec. 75, numer. 13; Sess. decis. 79, num. 2, & seq. & numer. 46; Ro. decis. 457, num. 14, & 15, par. 4 diversor.*

Et propiùs ad rem nostram accedendo, illud est exploratissimum, quòd Sacerdotes inservientes Ecclesiis Religionis Hierosolymitanæ tenentur accedere ad publicas Processiones, ut benè inquiunt *Cened. practic. Canon. quæst. lib. 1, quæst. 26, num. 17; Salgad. de Reg. Protect. part. 2, cap. 9, numer. 103; Armendar. in Addit. ad recompil. leg. Navar. lib. 1, tit. 14, cap. 28, § 31, de Procession. num. 5; Novar. in Lucern. Regular. verb. Processiones, num. 8; Barbos. de Potest. Episc. alleg. 78, num. 11; Antonell. de Jurib. Cleric. lib. 2, part. 6, c. 5, num. 3; Gavant. in Manual. Episc. verb. Processio, n. 14; Marcell. Vulp. in prax. Judic. For. Ecclesiastic. cap. 42, n. 9; Pax-Jordan. elucubr. div. tom. 2, lib. 11, tit. 2, num. 38; clar. mem. Card. De Luc. de Jurisdict. disc. 100, num. 5; Gallemart. ad Concil. Trident. sess. 25, cap. 13; de Regular. in declarat. num. 2,* ibi — *Nullæ immunitates Religioni Hierosolymitanæ concessæ obstant, quominus ejus Sacerdotes inservientes Ecclesiis vocari debeant ad Processiones; ac, nisi accedant, etiam compelli* — & ita resolvit hæc Sac. Congregatio *in una Neapolitana, 27 Februarii 1591, relat. a Pignattell. consult. Can. 46, num. 14, tom. 3,* & tamen nemo non scit, quòd Religio Hierosolymitana habet a S. Sede amplissima exemptionis Privilegia ex causa, & titulo oneroso quæsita, ut ait *Rot. coram Ottbobon. dec. 257, num. 16;* quæsita scilicet non exigui solutione auri, sed pretio sanguinis, quem pro defensione Catholicæ Fidei cum perpetuo Christiani Nominis Hoste quotidie dimicantes generosè profundunt, quemadmodum præclarissimum hac de re testimonium perhibent *san. memor. Clemens V, in sua Constit. 3, § 1, in fin. & § 2, in princ. san. mem. Pius IV, Constit. 9, § 53, san. mem. Gregorius XIII, Constit. 60, in princ. & san. mem. Gregorius XIV, Const. 5, in princ.* 36

Ob eamdemque rationem in *Neapolitana Processionis anni 1709,* licèt exemptio fuisset indubitanter titulo oneroso concessa Petro de Toledo Proregi Neapolitano in FUNDATIONE Hospitalis Nationis Hispanorum, & quidem facta ex Bonis Laicalibus, nimirùm *ex Regii Ærarii, ipsiusque Petri Marchionis, necnon stipendiariorum Militum dictæ Nationis proventibus, atque subsidiis, quorum fructus, & proventus annuum redditum quatuordecim millium ducatorum constituebant,* sunt verba Gregorii XIII, & Sixti V, eandem Fundationem plenissimè confirmantium; & licèt a duobus verè præstantissimis Romanæ Curiæ Advocatis pro Ecclesia S. Jacobi Hispanorum mirabiliter extollerentur hæ circumstantiæ una cum altera exemptionis, mul- 37

to

to certè majoris illa a san. mem. Martino V concessa Cardinali Brancaccio, ubi Ordinario Neapolitano interdicitur promulgatio Censurarum contra Clerum, aliosque Officiales prædictæ Ecclesiæ, & Hospitalis Sancti Jacobi, & eximitur a Jurisdictione quorumcumque Ordinariorum, etiam tamquam Sedis Apostolicæ Delegatorum, & confirmatur similis exemptio, & Nuncius Apostolicus Neapolitanus deputatus Judex Ordinarius prædictorum Hospitalis, & Ecclesiæ; attamen hæc Sacra Congregatio respondit, Clerum Sancti Jacobi teneri accedere ad Processiones generales, & substineri suspensionem a Curia Archiepiscopali contra ipsum latam ob non interventum.

38 Ear nunc Pars adversa, & propositiones afferat generales, quòd nempè Sacrum Concilium Tridentinum nunquam derogare intellexerit Privilegiis in fundationis limine concessis; afferat Resolutiones ab hac Sacra Congregatione editas *in Neapolitana Processionis*, 16 *Novembris* 1675, *&* 18 *Julii* 1685; afferat exemptionem a Visitatione Eminentissimi Archiepiscopi, & a solutione Cathedratici; afferat denique Monitoria, & prætensam observantiam. Omnia quippe ex hactenus deductis penitùs convulsa, ac labefactata remanserunt. Verumtamen, non ut Causæ, quæ bona ac plana est, sed ut Parti adversæ pleniùs satisfaciamus, non pigebit singula cominùs aggredi, & accuratiùs confutare.

39 Et primo quidem nullo numero habendum est, quòd Concilium Tridentinum derogare non soleat conditionibus in fundationis limine appositis, ex firmatis *in Legionen. Parochialis*, 2 *Julii* 1706, *coram bon. mem. Kaunitz* exadverso jam allegata; id enim obtinet in materia Beneficiorum, & Patronatuum, in quibus, ne Fideles retrahantur a piis fundationibus, Sacrum Concilium non derogat legibus, & conditionibus in ipsorum erectione adjectis, tametsi Juris communis dispositioni contrariæ forent, tantumque abest, quòd Sacrum Concilium in aliqua Sessione, vel in Decreto aliquo derogare voluerit legibus fundamentalibus Beneficiorum, ut immò eis derogandum non esse expresè constituat in *cap.* 5, *sess.* 25, *de Reform.*

40 At verò longè aliter se res habet in casu nostro, in quo idemmet Sacrum Concilium serio considerans, quòd Decreta in *sess.* 25, *de Regular.* stabilita, haud suam habere potuissent exequutionem, nisi derogatum fuisset omnibus Privilegiis ex quovis titulo, *&* *in* FUNDATIONIS *etiam limine* concessis (statim enim insurrexisset quilibet Regularis Ordo, & sua quisque amplissima Privilegia in limine fundationis quæsita protulisset) idcircò *in cap. ult. ejusdem sessionis* cum magna verborum emphasi, ut in individuo notat *Kochier de Jurisdict. in exempt. part.* 2, *quæst.* 54, *num.* 1, expressissimè derogavit quibuscumque Privilegiis *in ipsa etiam fundatione* concessis, quæ impedire potuissent exequutionem omnium, & singulorum Decretorum prædictæ sessionis, id quod factum non fuit a Sanctissimis illis Patribus in aliis Sessionibus, quarum proindè respectu, mirum non est, si locum non habeat dispositio memorati *Capitis ult.* quemadmodum distinguendo præcisè observant *Navar. in Manual. cap.* 27, *nu.* 190, *& cons.* 7; *de Privileg. Emanuel. Roderic. Quæst. Regular. tom.* 1, *quæst.* 8, *art.* 6, *§ Hæc omnia*, ubi, exscriptis verbis prædicti *cap. ult.* quod est 22, toties citatæ *sessionis* 25, sic ait -- *Respondeo enim, quòd in dicto cap.* 22, *solùm revocantur Privilegia, quæ sunt contra illud, quod decretatum est in sess.* 25, *de Regular. & non Privilegia, quæ sunt contra Decreta aliarum sessionum dicti Concilii, & sic dicit Concilium -- hæc omnia, & singula in superioribus Decretis contenta, &c. Nota, quòd dicit -- in superioribus Decretis -- & non dicit -- in superioribus Sessionibus --; unde clarè innuere voluit, quòd Decreta contenta in dicta sess.* 25, *de Regular. observantur omninò contra Privilegia, etiamsi in aliquo eorum non fiat derogatio expressa Privilegiorum; at contenta in aliis sessionibus non præcipit Concilium observare contra ipsorum Privilegiorum tenorem, si expresè in his non revocantur -- Garz. de Benefic. par.* 3, *cap.* 2, *num.* 277, ibi -- *Revera dicto Decreto ult. solùm revocantur Privilegia, quæ sunt contra Decreta illius sess.* 25, *de Regular. & non quæ sunt contra Decreta aliarum sessionum* --, *& Kochier de Jurisdict. in exempt. part.* 2, *quæst.* 54, *num.* 9; *Jo. Aloys. Ricc. in Prax. tom.* 1, *part.* 1, *resol.* 319, *num.* 6, *in fin.*

Quod verò attinet ad duas resolutiones hujusce Sac. Congregationis exadverso allegatas, illa anni 1685. non jam loquitur de Processione generali indicta pro publica, & urgenti causa, qualis est electio Summi Pontificis, respiciens universale totius Catholici Orbis bonum, ut in puncto advertunt *Vener. de exem. Episcop. lib.* 6, *cap.* 18, *num.* 19; *&* *Monacell. tom.* 1; *Formular. tit.* 5, *form.* 7, *num.* 24, sed loquitur de Processione ob causam privatam, hoc est pro electione novi Archiepiscopi & convocatam a solo Vicario Capitulari, ibi -- *Processionum a Vicario Capitulari in dictarum pro electione novi Pastoris* --, ad quam proinde non tenentur exempti accedere, prout 41

in

in fimillimo casu adventus novi Pastoris respondit hæc Sac. Congregatio *in Anagnina Processionis, 9 Decembris 1692, in lib. Decret. 23, fol. 92*, quam referunt etiam *Lantusc. in Theatr. Regular. verb. Processiones, num. 4; Pignattell. consult. can. 46, num. ult. tom. 3; & Pannmoll. dec. 84, annot. 1, num. 48.*

42 Altera autem resolutio, anno 1675 edita favore Cleri S. Antonii Viennensis, in primis non obstat, quia obscurum est, an Privilegium exemptionis fuisset concessum ante, vel post Concilium Tridentinum. Rursum adest in eo casu insignis illa circumstantia, consuetudinis nimirùm accedendi non ad omnes generales Processiones, sed ad duas dumtaxat, hoc est Sanctissimi Corporis Christi, & S. Januarii Protectoris Civitatis, prout legitur in folio dicta die distributo, ibi -- *Exhibetur Processus remissorialis fabricatus de mandato Sac. Congregationis Rituum, in quo plures Testes deponunt, &c. Presbyteros Sancti Antonii Viennensis non consuevisse accedere nisi ad Processiones Sanctissimi Corporis Christi, & S. Januarii Patroni Civitatis* --, ideoque applicari nullo pacto potest casui nostro, in quo evidenter constat rum de generali exemptione ante Concilium Tridentinum, tum etiam de contraria consuetudine accedendi ad omnes Processiones generales, non autem ad unam, vel alteram, prout infra meliùs demonstrabimus.

43 Sed cessat in universum omnis omnino difficultas animadvertendo, quòd hæc eadem Sac. Congregatio in sexcentis aliis casibus proximis tum publicationi Sac. Concilii, tum resolutioni per viam legis universalis editæ anno 1628, & a fan. mem. Urbano VIII, specialiter confirmatæ, constantissimè semper respondit, Clericos omnes tam Sæculares, quàm Regulares quomodolibet exemptos teneri accedere ad publicas Processiones, nisi speciale Privilegium exemptionis ab hac ipsa obligatione post Sac. Concilium obtinuissent, uti supra luculenter ostendimus; cùmque pariter idipsum in acerrimo Partium contradictorio novissimè statuerit, 3 Augusti 1709, *in altera Neapolitana* toties recensita, & quidem in peculiaribus, maximaque nota dignis circumstantiis exemptionis ex causa indubitanter onerosa, & in ipso fundationis limine concessæ; hinc veluti ex necessario antecedenti sequitur, ut nulla penitùs habenda ratio foret unius contrariæ intermediæ Resolutionis, & religiosè standum esset sententiæ tam antecedenti, quàm subsequenti tempore ab eadem Sac. Congregatione constanter observatæ, prout in puncto de simili intermedio contrario Decreto Sac. Congregationis Rituum optimè differit *Piton. discept. 43, num. 11, tom. 2*, quodque Decreta Sacræ Congregationis Concilii posteriora unicè spectanda sint, & attendenda in concursu priorum, firmarunt *Pignattell. tom. 1, consult. 108, num. 13; & Rota in Melevitana Decretorum, 2 Martii 1707, § Final. coram bon. mem. Ansaldo.*

Nihil dicimus de exemptione a Visitatione, & Jurisdictione Ordinarii, nihil de exemptione a solutione Cathedratici, & id generis aliis latè exadverso exaggeratis in Signatura Gratiæ; hæc namque omnia nihil penitus habent commune cum exemptione ab obligatione accedendi ad publicas Processiones, eo protsus modo, quo Regulares omnes longè majorem exemptionem habentes ab omnimoda Ordinariorum Jurisdictione, & ab omnibus consectariis ordinariæ Jurisdictionis effectibus, tenentur tamen ad publicas Processiones accedere, juxta latè superioribus locis firmata. 44

Nullumque negocium facessunt afferta quædam Monitoria; quippe quia non fuerunt opportunè in actis reproducta, in quibus planè terminis perinde habenda sunt, ac si expedita, & intimata non fuissent, per ea, quæ monent *Saluft. Tyber. in Prax. lib. 1, cap. 47, num. 1; Ridolphin. pariter in Prax. part. 2, cap. 4, num. 38*, apud *Rot. Posth. de Manut. decis. 644, num. 10, cor. Buratt. dec. 652, num. 2; & coram Dunozet. Jun. dec. 686, num. 6.* 45

Huic etiam accedit, quòd in materia respiciente exequutionem Sac. Concilii Tridentini, præsertim circa ea, quæ injuncta fuerunt Episcopis tamquam Sedis Apostolicæ Delegatis, ejusmodi Monitoria A. C. nullam protsus habent auctoritatem impediendi Episcopos, quo minùs procedant ad exequutionem Conciliaris dispositionis, juxta oraculum S. Pii V, de quo in ejus *Constit. 113, § 16, Bullar. nov. tom. 2*, ibi -- *Similiter nihil sine speciali nostra commissione decernat, aut faciat, aut mandet, quòd Episcopos, aut alios Ordinarios impedire possit, ne ad exequutionem Decretorum Sac. Concilii Tridentini liberè procedant*; & sequuntur adducti per *Fagnan. in cap. de Priore, num. 34, & seqq. de appellat.* & ita quotidie servare solet hæc eadem Sac. Congregatio, sicuti, prætermissis generalibus, respondit in ipsissimis terminis nostri casus in *Spoletana, 23 Junii 1629*, de qua in *lib. Decret. 14, fol. 211*, ibi -- *Sac. Congregatio respondit, Episcopum procedere posse ad exequutionem Decreti ejusdem Sac. Concilii, cap. 13, sess. 25, de Regular. & declarationum hujus Sacræ Congregationis, Inhibitionibus A. C. non obstantibus* -- Et allegatur etiam *a* 46

Ni-

Nicol. Canonic. lucubr. lib. 1, tit. 31, numer. 20.

47 Et re vera, non obstantibus assertis Monitoriis, Clerus Sancti Angeli ad Nidum semper interfuit generalibus Processionibus ab Archiepiscopali Curia indictis; sicque tantum abest, quòd Monitoria exadverso adducta officiant Curiæ Archiepiscopali, ut immò ipsius bonum Jus magis, magisque confirment, ex animadversis per *Piton. discept. 17, num. 51; Rot. in Cremonen. Beneficii, 14 Maji 1706, § Tum etiam, coram Kaunitz; & in Frisingen. Decanatus, & Curæ, 10 Maji 1707, § Nequaquam, coram bo. me. Ansald.*

48 Quòd autem cesset contraria observantia, quòdque Rector Adversarius, ejusque Capellani semper accesserint ad Processiones generales, non modò perspicuum redditur ex deductis, sed etiam ex Summario contrario, coram hac Sac. Congregatione distributo, die 30 Septembris 1724, in quo literis cubitalibus viginti duo Sacerdotes testantur, Rectores pro tempore semper misisse aliquos ex suis Capellanis ad assistendum generalibus Processionibus a Curia Archiepiscopali publicatis. Et licèt subdant, id egisse Rectorem -- *Per sua divozione, e colla protesta di non pregiudicare alli Privilegii di d. Pio Luogo* -- Hæc tamen devotio tamdiu exactissimè continuata, haud quaquam præsumitur voluntaria; *Rot. in Rec. dec. 397, num. 3, part. 2; & cor. Bich. dec. 522, num. 19*, & protestationes, utì contrariæ factis, nullatenus attenduntur; *leg. cum in plures*, § *Locator, ff. locat. Rot. in Rec. dec. 538, num. 35, part. 17; & coram Emer. Jun. dec. 386, num. 7.*

49 Quid? quòd Adversarii accesserunt ad prædictas Procesiones vigore Edicti convocatorii contra omnes exemptos promulgati, & innixi literali dispositioni Sac. Concilii Tridentini; in quibus sanè circumstantiis quæcumque contraria protestatio nullius penitùs roboris est, atque momenti, juxta doctrinam *Amayæ in leg. 1, num. 43; Cod. de his, qui spont. publici mun. subeunt, lib. 10*, ibi -- *Secus autem erit in actibus coactis, ubi cogeris vel a lege, vel ab Homine; tunc enim nihil prodest protestatio* --; quàm sequuntur *Garz. de Nobilit. Glos. 5, numer. 6; Grattan. discept. 33, num. 13, & discept. 435, num. 28, Surd. dec. 62, numer. 35; Rot. in Rec. decis. 172, num. 2, part. 11; & dec. 475, num. 20, part. 12;* atque in nostris præcisis terminis accessus exemptorum ad Processiones *Pignatell. consult. Can. 46, num. 3, tom. 3*, ibi -- *Quoniam dato initio coactivo, scilicet Concilii Tridentini, actus deinde gesti, non sunt simpliciter voluntarii, & facultativi, sed necessarii; Gabr. &c. præterquamquòd generaliter actus in dubio censetur factus ex causa necessaria potiùs, quàm voluntaria* --; cum quibus processit hæc eadem Sac. Congregatio *in Neapolitana Processionis, 3 Augusti 1709*, sæpè, sed nunquam satis citata, in cujus pariter casu Sacerdotes inservientes Ecclesiæ Sancti Jacobi Nationis Hispanorum sæpissimè renovaverant hanc eãdem protestationem, proprio facto contrariam, uti videre est apud *Advocat. Ursaya tom. 2, disceptation. Eccles. part. 2, discept. 4, num. 26.*

Nec denique illud taciti præterire volumus, quòd nempè Constitutio 94 san. mem. Pii IV, qua confirmantur Decreta omnia Sacri Concilii Tridentini, utpote Decreto irritanti munita, certò certiùs impedit, ne quoquo modo attendatur quæcumque longissima observantia contra disposita in eodem Concilio Tridentino; propterea quod Decretum irritans tollit omnem antecedentem contrarium usum, & excludit ortum futuræ contrariæ observantiæ, ut latè ostendit *Piton. de Contr. Patron. allegat. 5, num. 6;* & aliis omissis, *Rota, coram Emerix Junior. decis. 1279, num. 18; coram Ansaldo, decis. 25, num. 5; & in Romana Funerum super Bono Jure, 7 Junii 1720, § Præter, coram bon. mem. Gamacher.* 50

Reliquum modò est, ut pauca quædam dicamus de tertio Dubio resoluto die 24 Martii 1725, cum Rescripto illo -- *Censuras, de quibus agitur, non esse attentatas, & in reliquis ad Mentem, quæ fuit, ut daretur absolutio und cum dispensatione ab Irregularitate incursa a Rectore, seu Sacrista Adversario ob celebrationem post eas fulminatas, ad quem effectum Sacra Congregatio suas impertiebatur facultates* --, ut habetur in folio diei 4 Augusti memorati Anni; quam tamen Sacræ Congregationis benignitatem idem Adversarius penitùs contempsit, dum ad hæc usque tempora nunquam absolutionem, dispensationemque expostulavit. 51

Et profectò respondendum est *in Decisis*, quia unicum Partis Adversæ diffugium, quòd Censuræ, utì procedentes a Vicario Generali specialem facultatem non habente, sint nullæ, & attentatæ, est undique insubsistens; aut enim sermo est de primis Censuris, & hæ sunt certò certiùs validissimæ, tum quia Processiones indictæ fuerunt ab Eminentissimo Archiepiscopo antequam discederet a Civitate Neapolis, prout est in facto indubitatum, & idem Eminentissimus Archiepiscopus in Actu discessus a prædicta Civitate omnes suas facultates ejus Vicario oretenùs communicavit, Teste ipsomet Eminentissimo in 52

sua

fua Epiſtola conſcripta ad Eminentiſſimum Lamberrinum, tunc hujus Sacræ Congregationis digniſſimum Secretarium, cui quidem luculentiſſimo Teſtimonio ob inſignem Nobilitatem, qualitatesque egregias, ac Dignitatem Cardinalitiam, quibus effulget, Teſtificans, pleniſſima adhibenda eſt fides, cùm nefas fit ullum in eo ſuſpicari mendacium; ad *Text. in Can. Nobiliſſimus* 3, 97, *diſtinct. can. abſit* 11, *quæſt.* 3; *Rota, coram Buratto, dec.* 228, *num.* 7; & latè *in Romana Pecuniaria*, 11 *Decemb.* 1724, § 19, *coram Reverendiſſimo Ratto*; qua ſtante, facultatum communicatione, nullo pacto dici poreſt, quòd ejuſmodi Cenſuræ latæ fuerint abſque Juriſdictione, & ſint nullæ.

53 Tum pariter quia, rametſi Eminentiſſimus Archiepiſcopus ſuo Vicario facultates non impertiſſet, attamen Vicarius Generalis potuiſſet, abſente Archiepiſcopo, in hujusmodi Proceſſionum materia ea omnia gerere, quæ potuiſſet ipſemet Archiepiſcopus, ſi fuiſſet præſens, ut optimè firmant *Valenzuel. tom.* 2, *conſ.* 184, *num.* 24; *Gavant. in Manual. Epiſcop. verb. Proceſſio, num.* 2; *Joannes Aloyſius Ricc. in deciſ. Cur. Archiepiſcop. Neap. par.* 4, *deciſ.* 389, *num.* 4; & pluties reſolvit Sacra Rituum Congregatio, præſertim in *Vigilien.* 28 *Septembr.* 1630, *in Biſuntina*, 3 *Aprilis* 1632; *in Caſſanen.* 5 *Martii* 1633, quas referunt, & ſequuntur *Barboſ. ad Concil. ſeſſ.* 25, *de Regul. cap.* 13, *num.* 42, *in fine*, *& de Offic. & Poteſtate Epiſcopi part.* 3, *allegat.* 78, *num.* 5; *& in Summ. Apoſtolic. deciſ. verb. Proceſſio, collect.* 605, *numer.* 7, *Pax-Jordan. elucubrat. div. tom.* 2, *lib.* 11, *tit.* 2, *num.* 36, *Ceccoper. lucubrat. Canonic. lib.* 2, *tit.* 14, *num.* 31; quo loci *num.* 37, pariter tradit, quòd hujusmodi facultas tranſeat etiam ad Vicarium Foraneum; & reſolvit etiam in puncto puncti Vicarii Generalis Neapolis hæc Sacra Congregatio *in ſæpè dicta Neapolina*, 3 *Auguſti* 1709, in qua Cenſuras latas a dicto Vicario contra Clerum Eccleſiæ Sancti Jacobi Nationis Hiſpanorum ob non acceſſum ad Proceſſiones, plenè canonizavit, ut videre eſt apud *D. Advocatum Urſaya, tom.* 2, *part.* 2, *diſc.* 4, *in fine*; ex qua profectò reſolutione orta deſuper dici poteſt res Judicata, juxta *Rot. in Faventina Canonicatus*, 11 *Decembris* 1716, § *Unde reſtricta, coram bo. me. Foſcaro*.

54 Aut verò loquimur de ultimis cenſuris, & multò minùs redargui poſſunt de nullitate ex defectu Juriſdictionis, quia ad illarum fulminationem proceſſit D. Vicarius Generalis Neapolitanus ex ſpeciali ſpecialiſſima facultate ab Eminentiſſimo Archiepiſcopo ſibi rradita, & quidem in exequutionem Epiſtolii EE. PP. in Conclavi tunc exiſtentium, quo Eminentiſſimus Archiepiſcopus admonebatur, ut Vicario ſuo diſtrictè præciperet, ne tam remiſsè ageret, ſed graviùs animadverteret in Auctorem Exceſſus tam enormis, tamque ſcandaloſi, & perniencioſiſſimi exempli.

Quare, &c.

Dominicus Urſaya]
Victorius de Martinis] Adv.
M. Antonius Amalphitanus]

Neapolitana prætenſæ Aperitionis Oris, & Proceſſionum.

Eminentiſſime, & Reverendiſſime Domine.

NON eſſe locum arbitrio pro aperitione Oris reſpondendum omnino eſt, non obſtantibus exadverſo deductis, tum quia Breve Benedictinum narrat totam rei geſtæ ſeriem, itaut dubitari nequaquam poſſit de certa, determinataque voluntate Summi Pontificis, qui proinde cùm proceſſerit motu proprio, ex certa ſcientia, ac de plenitudine poteſtatis, ejus diſpoſitio obnoxia non eſt vitio ulli prætenſæ ſubreptionis, obreptioni ſuæ, ſed veneranda eſt, ac religiosè exequenda, ex noſtris firmatis *in noſtro reſtrictu*, § 11, *&* 12. 55

Tum etiam quia exadverſo adducta in priori Reſtrictu diſtributo in Signatura Gratiæ, ſublata jam, & pleniſſimè confutata fuerunt in noſtro Reſtrictu, in quo ipſa rei evidentia demonſtravimus, nullum revera adeſſe Privilegium vel a Martino V, vel a Paulo III, nominatim conceſſum exemptionis ab acceſſu ad publicas Proceſſiones; & tametſi adfuiſſet, eidem tamen derogatum poſtea fuiſſe a S. Concilio Tridentino, quod hac ex parte ſubſtulit de medio omnia quæcumque Privilegia, etiamſi in limine fundationis, & ex quavis cauſa fuiſſent conceſſa, & quidem nulla penitùs facta diſtinctione inter fundationem ex bonis Eccleſiaſticis, aut ex bonis laicis conſtitutam, in id adducendo non modò legem conciliarem, declarationesque hujus S. Congregationis generaliter, & in diſtinctè de quacumque fundatione loquentes, verùm etiam ejuſdem Sacræ Congregationis Decreta ſpeciatim edita in caſu Fundationum certocertiùs Laicalium. 56

Quibus quidem addere volumus aliam præclariſſimam hujus S. Congregationis Reſolutionem, quæ prodiit die 16 Martii 1680, in una Mantuana Juriſdictionis inter Epiſcopum Mantuanum, & Abbatem S. Barbaræ. Quamvis enim Pius IV, in ſua Bulla expedita pridiè Idus Octobris 1564, expreſsè declaraſſet, quòd 57

Juspatronatus Abbatiæ S. Barbaræ competeret Ducibus Mantuæ, non jam *ex privilegio Apostolico*, *sed ex vera fundatione*, *& vera dotatione;* sunt verba ejusdem Bullæ; & licet Abbati concessisset omnimodam ordinariam Jurisdictionem in omnes Dignitates, Canonicos, & Capellanos Ecclesiæ S. Barbaræ cum aliis amplissimis privilegiis, atque prærogativis, prout latè narratur in Discursu Eminentissimi Lambertini edito ad calcem Folii Congregationis Concilii habitæ die 23 Augusti 1727, attamen, renuente eodem Abbate accedere ad publicas Processiones ab Episcopo Mantuano indictas, disputatum idcircò fuit prædicta die 16 Martii 1680, dubium, *An idem Abbas teneretur*, responsumque fuit -- *Teneri*, *ut in lib.* 31 *decret. fol.* 60, *a ter.* & refertur in memorato Discursu Eminentissimi Lambertini § 7.

58 Nec omittere possumus insignem circumstantiam *in nostro. restrictu* prætermissam, quoad Resolutionem anno 1675, editam favore PP. S. Antonii Viennensis, quòd nimirum eorum Ecclesia distat a Civitate Neapolis ultra medium Milliare, ut videre est apud Infrascriptum Seniorem in jure scribentem, *Discept. Eccles. tom.* 6, *part.* 2, *disc.* 19, *numer.* 115, in quibus planè circumstantiis iidem PP. ad Processiones accedere minimè tenebantur, juxta Generalem Resolutionem Congregationis particularis anni 1628, de qua *in nostro Restrictu* § 19.

59 Agnoscit ipsamet Pars Adversa, haudquaquam subsistere fundamentum exadverso desumptum ex Privilegio exemptionis in limine fundationis ex quacumque causa concesso; ideoque in ultimo suo Restrictu affert, velut novum, alterum fundamentum prætensi Territorii separati, ac Jurisdictionis quasi Episcopalis in Ecclesia, cujus Adversarius est Sacrista, sive Rector, quando revera hujusmodi fundamentum fuit etiam jam olim adductum in Congregatione, diei 18 Novembris 1724, & ab Eminentissimis PP. pro penitùs insubsistenti rejectum, prout perspici potest, ac recognosci supplicamus apud D. Seniorem in jure scribentem, *Discept. Eccles. tom.* 6, *par.* 2, *discept.* 19, § 1 *a num.* 57, *ad* 68.

60 Et jure quidem, meritoque, quia nos etiam ultrò concedimus quòd Prælati *verè Nullius*, & Jurisdictionem quasi Episcopalem habentes unà cum vero, ac proprio separato Territorio non teneantur accedere ad publicas Processiones ab Episcopis pro publica causa indictas, in quibus dumtaxat terminis loquuntur Auctoritates in ultimo contrario Restrictu, adductæ in § 16, ubi solummodò affertur resolutio hujus Sac. Congregationis pro Abbate SS. Trinitatis Caven. qui non jam est Prælatus inferior secundæ speciei, qualis exadverso supponitur, sed certo certiùs est Abbas *verè Nullius*, *omnimodam habens Jurisdictionem quasi Episcopalem*, *propriumque Territorium*, prout jam ante annum 1591 probatum id liquido fuisse coram hac Sacra Congregatione testatur Cardinalis Matthæjus, relatus a *Quarant. in Summ. Bullar. verb. Concilium Provinciale, fol. mihi* 229, § *Nos Hieronymus*, *juxta impress. Venet. anni* 1629, & novissimè hæc eadem qualitas *verè Nullius* cum Territorio separato confirmata fuit per rem judicatam Rotalem, prout videre est ex *decis.* 3, *&* 4 *Eminentiss. Falcon. de Territor. separat.* idque etiam pro certo supponitur in *dec.* 137, *&* 171, *coram bon. me. de Herrera*.

Verumtamen constantissimè negamus, Adversarium simplicem Sacristam, esse Prælatum verè Nullius cum Jurisdictione quasi Episcopali, & Territorio separato; imo verò dicere cogimur, hoc esse merum commentum, seu potiùs chimeram, ac Platonis ideam. Tres quippe sunt, juxta universam Canonistarum Scholam, species Prælatorum inferiorum. Prima, & infima species est Prælatorum habentium exemptionem passivam, quique etiam aliquando habere possunt Jurisdictionem aliquam activam, non quidem in Populum, sed in certas personas alicujus Ecclesiæ, seu Monasterii, cujusmodi sunt Prælati Regulares. 61

Altera species est Prælatorum, qui præter exemptionem passivam, habent etiam Jurisdictionem activam in Populum, & Clerum certi Loci, sed sunt in Diœcesi, & Territorio Episcopi, a cujus Diœcesi Locus ille non fuit avulsus, ac separatus. 62

Tertia demum species est eorum, qui Jurisdictionem plenariam habent in certo Loco super omnes de Clero, & Populo inibi commorantes cum vera, propria, formalique ejusdem Loci dismembratione a Diœcesi, in qua priùs erat constitutus, atque ex tribus hisce speciebus sola hæc ultima constituit Prælatum verè Nullius cum Territorio separato, tribuitque Jurisdictionem quasi Episcopalem, prout distinguendo unam ab altera specie, optimè declarant *Lotter. de Re Benefic. lib.* 1, *quæst.* 24, *& num.* 112, *ad plures seqq. cl. mem. Card. De Luc. de Jurisdict. disc.* 1, *num.* 7; & magistraliter de more *Eminentissimus Petr. ad Constit. Apostol. tom.* 5, *fol.* 91, *ex num.* 8, *ad* 18, quem unum videre sufficit; & respondendo ad contrariam objectionem præcisè advertit infrascriptus Senior in jure scribens, *d. discept.* 19, *num.* 63, *&* *duobus seqq. tom.* 6, *par.* 2. 63

Utque tertia isthæc Prælati inferioris species constitui possit, necesse omnino 64

no est, ut vel adsit Privilegium Apostolicum rotundnm, clarum, ac literale, vel concurrat immemorabilis consuetudo, non utcumque probata, sed per tres sententias conformes canonizata, juxta firmata per *Rot. in rec. dec. 70, num. 29, & seqq. par. 13; coram Emerix jun. dec. 411, num. 2, & seqq. & dec. 840, per tot. coram clar. mem. Card. Caprar. dec. 29, pariter per tot. ac præsertim num. 18; & post Prosper. de Territor. separat. dec. 1, per tot. ac præcipuè a num. 23*, aliasque decisiones allegatas *a D. Advoc. Ursaya d. discept. 19, numer. 58, & 59, tom. 6, par. 2*; & punctualissimè respondit etiam hæc *Sac. Congregatio in Anglonen. Jurisdictionis, 7 Novembris* 1714, de qua apud infrascriptum Seniorem in jure scribentem, *tom. 1, par. 1, discept. 9, & tom. 2, par. 1, discept. 5, utrobique per tot.*

65 Porrò affirmari nullo pacto potest, quòd Sacrista, seu Rector Adversarius sit Prælatus inferior dictæ tertiæ speciei, quia, prætermissa Constitutione Martini V, quæ tribuit solummodo meram exemptionem passivam a Jurisdictione Ordinarii, prout recognosci supplicamus, profectò Bulla Pauli III, quantum attinet ad Jurisdictionem activam, nil aliud disponit, nisi, ut *Presbyter Sacrista pro tempore omnimodam potestatem, & Jurisdictionem Ordinariam in Clericos, & Sacerdotes exercere licitè possit, Ordinarii Loci licentia minimè requisita.*

66 At verò, si concessa fuit Jurisdictio in solos Clericos, & Sacerdotes, nulla protsus facta mentione Populi, nec Personarum Laicarum Hospitali, & Ecclesiæ inservientium; si nulla facta fuit dismembratio Loci, a Diæcesi, ac Territorio Archiepiscopi Neapolitani, imo verò si in illa ipsa dispositivæ parte, in qua tributa fuit ejusmodi Jurisdictio, enunciatum expressè fuit, quòd Archiepiscopus ERAT ORDINARIUS LOCI ibi -- *ORDINARII LOCI licentia desuper minimè requisita* --, proculdubio hæc omnia non innuunt, sed apertissimè ostendunt, & evincunt, Sacristam Adversarium non esse, ac dici non posse Prælatum inferiorem tertiæ speciei cum qualitate Nullius, ac Territorio separato, sed ad summum habere quamdam Jurisdictionem supra certas dumtaxat, paucasque Personas, quam quidem Jurisdictionem multi habere possunt, tametsi non habeant Territorium, prout egregiè post plures antiquos Canonistas docet *Eminentissimus Petra ad Const. Apost. dicto num. 5, fol. 95, num. 26, per tot.* ibi -- *Multi enim habent Jurisdictionem, & non habeat Territorium, Hostien. &c.* & infra rem optimè declarat.

67 Et re vera licèt in præcitata *Mantuana* Abbas S. Barbaræ haberet *Jurisdictionem Ordinariam* in Ecclesiam Collegiatam, & in omnes illius Dignitates, Canonicos, & Capellanos, quos universos Pius IV penitùs exemerat *ab omni superioritate, correctione, Visitatione, Jurisdictione, Dominio, & potestate Episcopi Mantuani*; sunt verba Bullæ Pianæ exscripta in prædicto discursu Eminentiss. Lambertini, anno 1727 edito, § 2, & licèt memoratus Abbas obtinuisset etiam privilegia conferendi omnes Minores Ordines, longè quidem præstantiora, quàm quæ habuit Sacrista Adversarius, attamen hæc Sac. Congregatio, nullo numero ad hujusmodi effectum habitis amplissimis hisce Privilegiis, haud unquam reputavit, Abbatem S. Barbaræ esse Prælatum tertiæ speciei, hoc est *verè Nullius* cum Territorio separato, prout benè demonstratur in recensito discursu Eminentissimi Lambertini a § 13, ac proinde inter cætera declaravit, eumdem Abbatem teneri accedere ad publicas Processiones, uti superiùs ostendimus.

68 Omitti autem poterant prætensæ Remissiones Causarum Civilium, & Criminalium ad Sacristam, seu Rectorem Adversarium, nec non asserta Cameram, & Familiæ armatæ retentio. Quidquid enim sit de relevantia documentorum, quæ ad id probandum afferuntur, exuberat, nedum sufficit illa responsio, quòd hæc omnia important solummodò quamdam Jurisdictionem restrictam, ac limitatam ad certos dumtaxat, ac particulares actus, quæ, uti superiùs luculenter ostendimus, stare rectè potest sejuncta a Jurisdictione universali quasi Episcopali, & a Territorio separato, prout bene declaravit hæc *Sacra Congregatio in dicta Anglonen. Jurisdictionis, 7 Novembris* 1714, in qua, licèt admiserit, Abbatem Carbonis exercere posse Jurisdictionem quoad actus longè plnres, multòque præstantiores, contemporaneè tamen respondit, eidem non competere quasi Episcopalem Jurisdictionem, minusque Territorium separatum in dicta Terra Carbonis, longè distante a residentia Episcopi.

69 Quòd si declaratum ita fuit in casu, quo res erat de Abbate, & loco distante a Civitate Episcopali, quid quæso dicendum in terminis unius, ejusdemque Civitatis, in qua verè monstruosum esset, quòd in ipsis oculis Ordinarii existeret alter Ordinarius cum Territorio separato, non ostenso Brevi Pontificio claro, ac literali, minùsque probata consuetudine immemorabili, & quidem canonizata per tres conformes sententias, quæ sunt Alpha, & Omega Jurisdictionis quasi Episcopalis, & Territorii separati; nulla protsus habita ratione quorumcumque actuum particularium, juxta superiùs animadversa, quibus addimus

Rot. coram Caprar. decis. 36, num. 5.

70 Quod demum attinet ad prætensam facultatem approbandi Confessarios, silentio taciti præterire non possumus, hanc esse meram usurpationem, & abusum ab Eminentissimis PP. minimè tolerandum. Nullum quippe Rector Adversarius ad id habet Privilegium vel a Martino V, vel a Paulo III; & si quod habuisset, sublatum deinde fuisset a S. Concilio Tridentino, quod hanc facultatem reservavit solis Episcopis, derogando Privilegiis, & consuetudinibus quibuscumque etiam immemorabilibus, *ut in Cap. 15, sess. 25.*

Quare, &c.

Dominicus Ursaya]
Victorius de Martinis] Advoc.
M. Antonius Amalphitanus]

ADDITIO XLVI.

Melevitana Deprædationum.

ARGUMENTUM.

An permitti possit deprædatio mercium Christianorum, super Navi Turcica onustarum, juxta sensum Sac. Congregationis particularis, a Sanctissimo deputatæ. Et examinatur etiam modus, circa probationes, ab ipsis Christianis faciendas, pertinentiæ dd. mercium, ab eadem Sac. Congregatione propositus.

SUMMARIUM.

1 *Facti species, cum omnibus suis circumstantiis, exponitur, & num. seqq.*

7 *Excommunicationi subjacens, qui Christianos, pro negotiatione, seu aliis honestis de causis navigio vectos, capere præsumit, aut rebus suis spoliare.*

Refertur Constitutio in hoc proposito a S. Pio V, edita, ibidem.

8 *Statuta Religionis Hierosolymitanæ non solùm prohibent deprædationem, omnemque molestiam Christianorum navigantium, & eorum mercium ac Bonorum, sed etiam præcipiunt, ut a privatis Armatoribus idonea præstari debeat fidejussio, pro damnorum reparatione.*

9 *Bona, & merces Christianorum navigantium diripi non posse pluries resolutum fuit, tam a Sac. Congr. quàm a Sac. Rota.*

10 *Et si bona sint Christianorum, contra alios Christianos non pugnantium; neque in Mari, neque in Terra diripi possunt, & num. seq. affertur ratio.*

12 *Deprædatio inter Christianos quomodo introducta fuerit.*

Ad quem finem institui possit Religio militaris, ibidem.

13 *Bona a Græcis mercatoribus, etiam Schismaticis, licitum non est Catholicis auferre, & quare.*

16 *Orientales Catholici, vel Schismatici Christiani, sub Imperio Turcarum viventes, necessarium habent cum eis commercium.*

17 *Deprædata Navi inimica, merces Amicorum in ea repertæ, Amicis restitui debent.*

18 *Excommunicatio, in Bulla Cœnæ contenta, afficit Piratas, qui invadentes Navim Infidelium, merces deprædantur, in Fidelium utilitatem cessuras, & num. 19.*

20 *Deprædatio mercium, ad Christianos pertinentium licita est, si Navis Turcica, mercibus Christianorum onusta, aggrediatur Navim Christianam, non autem e converso, & quando, & sub num. 27.*

21 *In quibus terminis procedat regula illa, quòd qui communicat cum Inimicis nostris, Inimicus noster est; & refellitur* Card. De Luc. de regal. disc. *170, qui in ea se fundat.*

22 *Græci, aliique Orientales, quia necessariò cum Turcis communicant, non solùm nullius culpæ rei censeri debent; sed omni potiùs commiseratione digni sunt.*

23 *Turcæ, si non de facto, saltem de Jure Principibus Christianis subduntur, & quare.*

24 *Capta Navi alicujus Principis diffidati, seu inimici, licitè diripi non possunt Bona Ecclesiasticorum, qui in ea reperiuntur, & quare.*

25 *Declarantur Auctoritates contrariæ.*

26 *A dicto, vel sensu unius Doctoris pendere non debet veritas, & justitia rerum.*

27 *Communis Navigationis consuetudo in hac materia quæ sit.*

29 *Non sunt mala facienda, ut inde sequantur bona.*

30 *In pari causa favendum potiùs est ei, qui agit de damno vitando, quàm ei, qui agit de lucro quærendo.*

31 *Remedium deterius esse non debet ipso malo.*

32 *Ad probandam deprædationem, leviores sufficiunt probationes.*

33 *Juxta receptam navigandi consuetudinem, etiam Naves Christianæ erigere possunt vexillum Turcicum, & quare.*

Naves Christianæ, a Melitensibus aggressæ, possunt illis resistere, seque contra eosdem tueri; ibidem.

34 *Ostenditur differentia inter salvum*

Con-

Conductum, concessum a Reg. Cels. Magni Ducis Etruriæ Christianis Maronitis, & deprædationem Christianorum, in Turcico Navigio existentium.

35 *Ab antiquis Legibus deviandum non est.*

36 *Consulatus, seu denunciatio Mercium in viciniori Portu, easdem Merces describendo, cum suis specificis qualitatibus, & quantitatibus, a deprædatis multoties servari non potest.*

37 *Actiones omnes, & præsertim illæ, quæ ex delicto oriuntur, non minori spatio præscribuntur, quàm annis viginti.*

38 *Probationes coangustandæ non sunt.*

39 *Explicatur* text. in l. Neminem, C. de suscept. Præposit. lib. 10, & in l. 2, C. de Naufrag. lib. 11, & n. 40, & 41.

Exceptiones, ac defensiones perpetuæ esse debent, eod. num. 39.

Eminentissime, & Reverendissime Domine.

1 INclyta Hierosolymitana Religio non solùm validissima suarum Triremium Classe, sed privatis etiam aliorum Navibus sub ejus Vexillo militantibus quotidie prosequitur, admirandaque virtute redintegrat perpetuum illud bellum, quod pro recuperandis Christianorum Regnis, a Turcis injustissimè occupatis, ac pro liberandis respectivè ab eorum tyrannide Christianis ipsis, sub illorum jogo miserrimè oppressis, contra eosdem Turcas universus Christianorum Cœtus publicè profitetur.

2 Ne autem hæ privatæ Naves, quæ ad Christianorum, & præcipuè Orientalium tutelam, securitatemque armabantur, in eorum damnum, atque perniciem armari viderentur, eadem Sac. Hierosolymitana Religio in suis Statutis expressè prohibuit, ne absque licentia Eminentissimi Magni Magistri, & Consilii Ordinarii Naves istæ Piraticæ instruerentur; imò verò satis edocta, quòd Piratæ *licentiam spoliandi nacti*, ut ajebat *Loccen. de Jur. maritim. lib. 2, cap. 3, sub num. 5, facilè præscriptos mandati fines excedunt, ut ne Amicis quidem, aut aliis, a quibus vel ipsi, vel eorum Patroni nunquam læsi sunt, parcant*: mandavit præterea in iisdem Statutis, ut privati isti Armatores cautionem idoneam præstare tenerentur de non molestandis, ac respectivè deprædandis Christianis, eorumque Bonis, ut habetur in *Tit. 28 eorumd. Statut. fol. mihi 220, num. 18, & 19*, ibi — *Determiniamo, che non si possino armare nel Convento nostro Galere, Galeotte, ed altri Vascelli di qualsivoglia forte da alcuno o sia Fratello, o Secolare, senza licenza del Maestro, e del Consiglio Ordinario. Chi contrafarà perda il Vascello, il quale sia applicato al nostro comun Tesoro. La qual licenza si dia in scritto; e coloro, che con tal licenza armaranno, siano tenuti di dare sufficiente sicurtà, che non molestaranno, nè depredaranno i Cristiani, ne i Beni loro.*

3 Quoties itaque privatus quispiam piraticam Navim in Insula Melitensi armare voluit, semper huc usque receptum usu fuit, quòd Dux ejusdem Navis acceptutus licentiam, seu facultatem, in qua ipsi districtè interdicitur deprædatio Christianorum, rerumque ad ipsos pertinentium, solemniter, ac sub jurisjurandi religione promitteret, sese ad Oras Barbaras, & Orientales vela facientem nullum penitùs damnum Terra, Marique Christianis, eorumque Bonis allaturum; seque etiam effecturum, ut sui Officiales, Nautæ, cæterique Subditi nullum iisdem Christianis detrimentum irrogarent, juxta formam Apostolicarum Constitutionum, Mandatorum Ven. Magistratus Armamenti, ac Statutorum Ven. Consilii; imò verò sese expressè obligaret ad observantiam Mandatorum, omnium, atque Constitutionum dicti Ven. Consilii; & in casu contraventionis ad refectionem omnium damnorum, expensarum, & interesse, nec non idoneam de his exactè implendis cautionem præstaret, ut perspici potest ex longa serie istiusmodi obligationum.

4 Cùm autem, contemptis hisce solemnibus promissionibus, non ratò Piraticæ Naves deprædatæ fuerint Bona, Mercesque Græcorum, aliorumque Christianorum Orientalium, qui pro comparandis ad vitæ subsidium debitis alimentis mercaturam exercere coguntur, partim in paucis quibusdam propriis Navigiis, partim verò, & crebriùs in Navibus Turcarum, quæ in Oriente sunt frequentissimæ, ac pro mercibus de uno ad alium Portum transvehendis commodiores; semper tamen servatum fuit, quòd, postquam iidem Christiani deprædatarum Mercium dominium probaverunt, etiam post plures, pluresque annos a die sequutæ deprædationis demandata fuerit ipsorum favore mercium restitutio, ut videre est in pluribus S. Rotæ resolutionibus desuper editis, quas paulo inferiùs referemus; & quoad damna, & interesse providissimè pariter decretum fuit, ea quidem deberi, at non a die factæ deprædationis, sed dumtaxat a die factæ probationis super pertinentia mercium ad Christianos, nisi fortè ageretur de tali deprædatione, quæ omnem omninò bonam fidem deprædantium excluderet, prout casum a casu distinguit S. Ro-

ta in Melevitana Deprædationis quoad Demetrium, 11 Maji 1714, § Supererat, coram clar. mem. Cord. Scotto; & in eadem super damnis, & interesse, prima Julii 1715, § Quandoquidem, coram eodem; & 14 Februarii 1716, § Descendendo, coram bon. mem. Ansaldo.

5 Quoniam verò nuper Sanctissimo Domino Nostro supplicatum fuit, ut in hac deprædationum materia certas statueret regulas, quæ a S. Sede approbatæ in posterum servari deberent, veluti Leges, Decretalesque Pontificiæ, visum est eidem Sanctissimo delegare præfatam Instantiam huic Sacræ Congregationi, in qua, inauditis Græcis, aliisque Christianis Orientalibus, sensus nonnullorum fuit -- *licitam esse deprædationem etiam Mercium Græcorum, quando Navis deprædata est verè Turcica, cum Duce Turcico, sive Duce Græco apposito in fraudem, sive Melitenses sint aggressores, sive aggressi* -- Mox etiam progredientes addiderunt -- *In aliis verò casibus, quibus Græci prætendant, Prædam non legitimè factam, debeant in primo Portu, quem appulerint post deprædationem, conficere Consulatum, denunciando merces, quas proprias prætendant cum suis qualitatibus, & quantitatibus, & in termino unius anni a die deprædationis, vel Portus appulsionis proponere instantiam cum legitimis documentis, & probationibus; quo elapso, non ampliùs audiantur. Verùm, probato legitimo impedimento, possit Judex dictum terminum prorogare ad alium annum; &, elapso primo termino, interesse non currat favore Deprædati; prorogato autem termino, Judex se regulet quoad fructus juxta regulas juris* -- Ac denique subdiderunt -- *Jusjurandum verò præstandum esse Melitæ in manibus Sacerdotis Græco Catholici, quoties causa ibi esset cognoscenda, alibi autem juxta cujusque Regionis consuetudinem.*

6 Verumtamen, cùm eadem S. Congregatio, pensatâ materiæ gravitate, antequam quidquam palam statueret, benignè indulserit, ut Græci, cæterique Christiani Orientales, audirentur, iidem in summo constituti discrimine supplices Eminentissimis Patribus manus tendunt, eosque infimis precibus obsecrant, ut pro eo, quo maximè fervent erga Christianam Religionem zelo, perpendere dignentur momenta rationum, ob quas primam, & secundam propositi discursus partem subsistere minimè posse arbitrantur.

7 Remque ordiendo a prima, profectò sive spectetur Juris communis dispositio, sive attendantur Apostolicæ Constitutiones, ac Statuta Ordinis Hierosolymitani, sive demum inspiciantur Sacrarum Congregationum Decreta, Tribunaliumque, & præcipuè S. Rotæ resolutiones, necnon Doctorum traditiones, nunquam pro licita canonizari permittitque poterit Deprædatio Christianorum, eorumque Mercium, atque Bonorum, tametsi in Navi Turcica reperiantur. Et sanè Juris communis dispositio omninò, & indistinctè prohibet, ne quispiam Bona, & Merces Christianorum navigantium audeat deprædari, prout cautum legitur in Concilio Lateranensi III, sub Alexandro III, *relat. in cap. Excommunicationi de Raptorib.* ibi -- *Excommunicationi subdantur, qui Romanos, aut alios Christianos pro negotiatione, vel aliis honestis causis navigio vectos, aut capere, aut rebus suis spoliare præsumunt* -- Idemque etiam præscribitur in pluribus Apostolicis Constitutionibus, quas in subjecta materia recenset *P. Sebiara in Additam. ad Theologiam Bellic. lib. 7, difficult. pertinen. ad Naves, num. 9,* & præsertim in Motu proprio S. Pii V, inter ejus *Constitutiones la 149, Bull. nov. tom. 2,* ubi Sanctissimus ille Pontifex occasione Cruciatæ tunc contra Turcas promulgatæ disponit verbis illis omninò exscribendis -- *Licèt omnibus notissimum sit bellum hoc, quod cum impio Turcarum Tyranno geritur, non ea tantùm de causa geri, ut imminens ab illius viribus nobis periculum dimoveamus, sed ut etiam plurima Christianorum millia, quæ sub dira illius Tyrannide servilem, ac miserabilem vitam ducant, in libertatem, & ad Christi nomen liberè confitendam, ac excolendum vindicemus. Non defuerunt tamen, qui Christianæ Fraternitatis obliti, Loca Turcarum hostium nostrorum invadentes, Christianos ibidem repertos in servitutem redegerunt, bonis ac fortunis spoliarunt, triremibus alligarunt, ac talleam imposuerunt; quo fit, ut Christi Sanguine redempti, qui cumulatis votis Christianorum adventum, & victoriam exoptaverant, ea a victoribus Fratribus suis patiantur, quibus paulo pejora a Turcis expectare potuissent. Nos igitur, &c. verentes, ne, si injunctæ nobis ab eo erga filios nostros charitatis, & dilectionis immemores simus, Omnipotentis Dei contra Nos, Classemque nostram iram provocemus, malis hujusmodi obviare cupientes, tenore præsentium decernimus, & mandamus, ut nullus deinceps, sive Sacri Fœderis miles, sive alius Christianos copiat, aut prater eorum voluntatem, etiam data mercede, remigrare cogat, talleam imponat, aut EJUS BONA DIRIPIAT, quinimò fraternè, & amicabiliter, ut Christianam pietatem decet, tractet, &c. Mandantes omnibus, & singulis, tam ipsius Classis, quàm Locorum ipsorum Superioribus, quibus spectat, &c. & in futurum spectabit, ut, pro quanto student divinam*

nam

nam gratiam, nostramque benevolentiam promereri, hoc nostrum, imò verò potius DOMINICUM PRÆCEPTUM, ET MANDATUM, &c. faciant ab omnibus inviolabiliter observari.

8 Juris communis, & Apostolicarum Constitutionum sanctioni accedunt etiam ipsamet Statuta & Ordinationes inclyti Ordinis Hierosolymitani, juxta verba superiùs relata in § 2, in quibus non solùm inhibetur deprædatio, & quævis molestatio Christianorum navigantium, eorumque Mercium, & bonorum, sed etiam præcipitur, ut a privatis Armatoribus præstari debeat idonea fidejussio pro reparatione damnorum, quoties bona, & merces Christianorum ab ipsis diripiantur, ut videre est in eodem Statuto, & in obligationibus, quæ ad illius formam ab Armatoribus fiunt, & tradunt etiam *Ansald. de Commerc. & Mercat. disc. 9, num. 3; Rot. cor. Merlin. dec. 606, & 619, in princ. in rec. dec. 246, in princ. par. 6, dec. 497, in princ. par. 14; & in Melevitana Deprædationis quoad Demetrium, 8 Maji 1711, in princ. cor. bo. mem. Moliner.*

9 Consonant etiam plures Sac. Congregationum, & S. Rotæ resolutiones, in quibus indistinctè, ac generaliter præscribitur, Bona, & Merces Christianorum Navigantium diripi non posse, ut quoad Decreta Sac. Congregationis S. Officii notat *Pignattell. Consult. 99, tom. 8,* ubi quòd tum alias, tum præcipuè, die 10, & 17 *Novembris* 1611, & 2 *Aprilis* 1612, edita fuerunt hanc in rem Decreta ad Inquisitorem Melitensem transmittenda; & testatur *Rota in dicta Melevitana Deprædationis quoad Demetrium, 8 Maji 1711, in princ. cor. bo. me. Moliner,* quoad Decreta S. Congregationis de Propaganda Fide tradunt *bo. me. Ansald. de Commerc. & mercat. disc. 9, numer. 3; P. Schiar. in Additam. ad Theolog. Bellic. lib. 7, Difficult. pertinen. ad Naves num. 9; Rot. in dicta Melevitana Deprædationis quoad Demetrium, 8 Maji 1711, in princ. coram bo. me. Moliner,* & nonnulla ejusdem Sac. Congregationis Decreta referuntur, quamvis alia quamplura afferri potuissent, quæ brevitatis gratia omittuntur, & quoad S. Rotæ Decisiones *videre est coram Merlin. dec. 606, & 619; coram Rembold. dec. 582; cor. Caprar. dec. 190; in rec. dec. 246, par. 6, & dec. 497, par. 14; in dicta Melevitana Deprædationis quoad Demetrium 8 Maji 1711, coram bon. mem. Moliner, 22 Februarii 1712; coram clar. mem. Card. Priolo, 11 Martii 1714, & prima Julii 1715, coram clar. mem. Card. Scotto, & 14 Februarii 1716, coram bon. mem. Ansaldo.*

10 Denique adstipulatur communissima Doctorum Schola, & quidem non solùm Civilistarum, sed etiam Canonistarum, Moralistarumque, qui omnes concorditer tradunt, Bona Christianorum contra alios Christianos non pugnantium, nec in Mari, nec in Terra diripi posse, juxta notata penes *Abb. in dicto cap. Excommunicationi, de Raptor. num. 1; Albit. de Incost. in Fid. cap. 10, num. 41, § Vigore tamen; Pignattell. dicta consult. 99, tom. 8; Thesaur. de Pœn. Ecclesiast. par. 2, § 4; Sayr. de Censur. lib. 3, cap. 31, num. 18; & in Thesaur. Cas. Conscien. cap. 8, num. 8; Vivald. in Exposit. Bull. Cœn. num. 29; Filliuc. quæst. moral. tom. 1, tractat. 16, cap. 4, de Censur. in particul. num. 80, 81, & 88; Scort. in Select. Summ. Pontific. Constit. theor. 325; P. Schiar. in additam. ad Theolog. Bellic. lib. 7, Difficult. pertinen. ad Naves ex num. 9, fol. mihi 353; Jacob. a Graff. dec. aurear. par. 1, lib. 3, num. 72; Cavalcan. de Brach. Reg. par. 6, fragmen. 25, num. 28; Mansi. consult. 275, ex num. 24, bon. mem. Ansald. de Commerc. & Mercat. disc. 9, num. 3; & clar. mem. Card. De Luc. de Regal. disc. 195, num. 15, & 20,* aliique complures inferiùs referentur.

Nec deest etiam viva, & efficacissima 11
ratio, quòd nempe Deprædatio, tamquam species manifestæ rapinæ, naturâ ipsâ non est licita, ut præclarè inquit Romanæ Eloquentiæ Parens *lib. 3 Officior. Edit. Parisien. fol. mihi 390, num. 35,* verbis illis -- *Illud verò naturam non pati, ut aliorum spoliis nostras facultates, copias, opes augeamus. Neque verò hoc solùm natura, idest jure gentium, sed etiam legibus Populorum, quibus in singulis Civitatibus Respublica continetur, eodem modo ita constitutum est, ut non liceret sui commodi causa nocere alteri* -- & ad rem nostram testatur *Loccen. de Jur. maritim. lib. 2, cap. 3, num. 5.* Omnes enim homines secundùm naturam vivere volentes, detrahere alteri non debent sui commodi causâ; ne alioquin pervertant ea, quæ sunt fundamenta naturæ, & convictum humanum, societatemque disrumpant, ut egregiè inquit idem *Cicer. loc. proximè allegat. numer.* 25, ibi -- *Si enim sic erimus affecti, ut* 12
propter suum quisque emolumentum spoliet, aut violet alterum, disrumpi necesse est eam, quæ maximè est secundùm naturam, humani generis societatem -- & infra -- *Si unusquisque nostrum ad se rapiat commoda aliorum, detrahatque, quod cuique possit, emolumenti sui gratiâ, societas hominum, & communitas evertatur necesse est* -- & inferiùs *num. 35, in fin.* -- *Atque hoc multò magis efficit ipsa naturæ ratio, quæ est lex divina, & humana, cui parere qui velit: (omnes autem parebunt, qui*

qui secundùm naturam valent vivere) nunquam committet, ut alienum appetat; & id, quod ulteri detraxerit, sibi assumat --

12 Et sanè deprædatio, quæ inter Christianos jampridem est introducta, non jam LEGE, AUT POSITIVA ALIQUA SUMMORUM PONTIFICUM DECRETALI PERMISSA EST, sed usu dumtaxat, & consuetudine, & quatenus res sit, inter hostes publicè diffidatos, ex traditis per *Covarruv. in regul. Peccatum*, § 9, *num.* 1, & 2; *Castropal. oper. moral. tract.* 6, *disput.* 5, *punct.* 4, *num.* 17; *Mager. de Advocat. Armat. cap.* 8, *nu.* 16; *Molin. de Justit. & Jur. disput.* 100, & 102, *tract.* 2, *bon. mem. Ansald. de Commerc. d. disc.* 9, *num.* 5. Qua de re nihil profectò causæ proponitur, cur edenda modò sit DECRETALIS ULLA PONTIFICIA, per quam canonizari pro licito debeat furtum, atque rapina contra Græcos, cæterosque Christianos Orientales, qui nec sunt, nec ullo modo dici possunt Hostes Melitensium, Sacrique Ordinis Hierosolymitani, qui juxta proprium laudabile institutum dumtaxat adversus Turcas perpetuum bellum gerit, & quidem favore Christianorum ad defensionem Fidei, conservationem Christianæ Religionis, & commune spirituale ipsius bonum, ob quem solummodo finem supernaturalem institui posse Religionem Militarem solidè post alios probat *Eminentissimus Petra, ad Constit. Apostolic. tom.* 2, *fol.* 45, *ex num.* 19. Alioquin enim miserabiles illos Christianos sub durissimo Turcarum imperio misertimè viventes contra Sacrorum Canonum dispositionem, contra Apostolicarum Constitutionum tenorem, contra Sac. Congregationum, & Sac. Rotæ resolutiones, contra communissimam Doctorum omnium opinionem, &, quod magis est, contra regulam fidei, secundùm quam *tenetur Fidelis alteri fideli auxiliari*, d. Cap. Excommunicationi, § Illi, de Raptorib. *ab his, a quibus misericorditer sublevari, & consolari deberent, deprædari conspiceremus*, prout hisce verbis alrè conqueritur. *Greg. VII, lib.* 5, *epist.* 14.

13 Nilque turbat, quòd aliqui ex Græcis, aliisque Christianis Orientalibus sint Schismatici. Etenim, cùm illos benignè toleret Catholica Mater Ecclesia, & plerumque ipsi Sæculares laborent ignorantiâ invincibili Schismatis, ita quidem ut, quoties a Catholicis charitativè doceantur, instruanturque, facili negocio abjiciant Schisma, & Catholicæ Fidei professionem emittant, prout ferè quotidiana nos edocet experientia; inde fit, ut, etiamsi iidem Græci essent Schismatici, eorum tamen Bona jure diripi non possent, ut in puncto puncti firmant *Thesaur. de Pæn. Eccles. par.* 2, *verb. Schisma* § 4, *vers. Limita, fol. mibi* 316, ibi -- *Limita, quòd non præterea licitum est Catholicis auferre a Græcis Mercatoribus bona eorum, etiamsi Schismatici esse dicantur, seu Ecclesiæ Schismaticorum, &c. quia Ecclesia Catholica eos tolerat, ut Archidiac. can. Magnum* 11, *quæst.* 1, & *quia ipsi Sæculares sæpè laborant ignorantia invincibili Schismatis* -- *Albit. de Inconst. in Fid. cap.* 10, *num.* 41, *sub* § *Vigore tamen*; *Pignatell. consult.* 99, *tom.* 8, ibi -- *An, & quatenus Græci Schismatici possint fieri captivi, & suis bonis expoliari a Christianis, præsertim a Triremibus Religionis Hierosolymitanæ. Respondeo negativè. Ratio autem est, quia sunt Christiani, atque adeo protegantur a Concilio Lateranensi sub Alexandro III, relat. in cap. Excommunicationi de Raptor. quo solis Christianis expressè prospicitur* -- & ita resolutum fuit a Sac. Congregatione de Propaganda Fide annis 1710, & 1711.

Neque verò Christianorum Merces licitè diripi posse dicendæ sunt a Navibus Melitensibus, sive istæ aggredientes sint, sive aggressæ, quoties eædem Merces a Navi Turcica sub Duce Turcico, vel sub Duce Græco in fraudem apposito deferantur, quasi verò in his terminis sibi imputare debeant Christiani, qui communicantes cum Inimicis nostris, *quorum etiam sunt Subditi*, certissimo deprædationis periculo sese subjicere voluerunt, juxta placitum *cl. mem. Card. De Luc. de Regal. disc.* 170, *num.* 18, & 19, § *Item quia*. 14

Præmisso enim, quòd præfatus Eminentissimus Auctor erat Advocatus S. Religionis Hierosolymitanæ, & scripsit ab ea requisitus, quòdque privatus ejus sensus nunquam fuit usu, praxique receptus, prout indubiam facit fidem ipsamet præsens contraria instantia. 15

- Hoc, inquam præmisso, illud est præcipuè animadvertendum, quòd *illi miserè Græci, & aliæ Nationes Christianæ sub Turcico Imperio, qui tributo persequutionem evadunt, ut ait Gronov. ad Hugon. Grot. lib.* 1, *cap.* 4, § 7, *numer.* 8, *vers. Christus fugam*, pro solvendis innumeris illis datiis, & gravaminibus, sine quibus Christiana Religio in iis partibus non vigeret, non aliâ protsus industriâ sibi possunt pecunias necessarias comparare, quàm mercaturâ, quæ ab ipsis maritima navigatione exercetur vel in Portibus Infidelium, vel etiam in illis ad hanc Sanctam Sedem, aliosve Principes Christianos spectantibus. Sed quia Græci, aliique Orientales Christiani duplicis sunt speciei, alii scilicet, & plerique inter Turcas, & in eorum Civita- 16

tatibus ſparſim viventes, pauci verò, & admodum pauci, in quibuſdam Inſulis, aur Locis inhabitautes, qui licèt ſint ſub Imperio Turcico, eique tributa perſolvant, in iis tamen locis abſque Turcarum miſtura a Chriſtianis gubernantur, prout ſuut Inſula Pathmos, & ſimiles; inde fit, ut quamvis in Oriente aliquæ adſint Chriſtianorum Naves, quia tamen iſtæ raræ admodum ſunt, Græci Mercatores, & præcipuè illi, qui in Turcarum Locis ſparſim vivunt, plerumque uti cogantur Navibus Turcicis, quæ faciliùs, crebriusque inveniuntur, quæque aptiores ſunt pro tranſvehendis mercibus ab uno ad alium ex Portubus Orientis, ut ponderat idemmet *Card. De Luca* in contrarium allegatus *dicto diſc. 170, de Regalib. num. 2, § Omnes, in fin.* ibi -- *Hujuſmodi Orientales Catbolici, vel Scbiſmatici Cbriſtiani Turcarum Imperio, vel Tyrannidi ſubditi cum eis neceſſarium babent commercium, atque non gratia præſtandi opem Inſidelibus, ſed gratia negotiationis, & mercaturæ in propriis, vel in illis Inſidelium Navibus navigationem ineunt.*

17 His ita prænotatis, quamvis nos etiam concedamus, quòd, quoties Chriſtianorum Merces reperiantur in Navibus Turcicis, concludenter probari debeat illarum pertinentia ad Mercatores Chriſtianos, ob juridicam illam præſumptionem, quòd nempè Res inventæ in Navibus hoſtilibus præſumantur eſſe hoſtiles; dicimus tamen, conſtanterque ſubſtinemus, quòd ſola qualitas Navis, quæ ſit Turcica, & a Turcico Duce gubernata, in cauſa eſſe non poteſt, ut licitè diripi queant Merces, aliaque Bona, quæ ob neceſſarium commercium, quod cum Turcis habent, Chriſtiani ibidem deponere compelluntur, ita quidem, ut iidem Chriſtiani Mercatores probare nequeant, Merces illas ad ſe pertinere; id enim nimis durum eſſet, & aſperum, & directè adverſaretur tam uſui Belli, quàm receptiſſimis Legibus conſulatus Maris, quibus cavetur, ut, deprædatâ Navi Inimicâ, Merces Amicorum in ea repertæ, Amicis reſtitui debeant, prout videre eſt in *capite 273, & 285, ejuſdem Conſulatus*; & tradunt *Hugo Grot. de Jur. Bell. & Pac. lib. 3, cap. 6, § 6, & 26,* ibi -- *Quæ verò res boſtium non ſunt, etſi apud boſtes reperiantur, capientium non fiunt; id enim, ut jam diximus, nec naturali Juri congruit, nec Jure gentium introductum eſt;* -- *Loccen. de Jur. Maritim. lib. 2, cap. 4, num. 21,* ibi -- *Res in boſtium Navibus repertæ præſumuntur eſſe boſtiles, donec contrarium probetur. Si verò probetur, non eſſe boſtiles, capientium non fiunt, etſi apud boſtes inventæ* -- *Rocc. de Offic. Rub. 26, § 2, num. 28; Caſareg. de Commerc. Naval. diſc. 24, num. 18,* ibi -- *Regulariter res, vel merces inventæ in Navibus boſtilibus, præſumuntur eſſe boſtiles, donec contrarium legitimè probetur, &c. Si verò probetur, non eſſe boſtiles, capientium, vel Piratarum non fiunt, ſed reſtitui debent veris Dominis, etſi apud boſtes, vel in Navibus boſtilibus inventæ* -- *clar. mem. Card. De Luca de regal. diſc. 195, num. 15,* ibi -- *Tam lex, quàm uſus Belli concedunt deprædari bona Inimicorum, & relinqui bona Amicorum* -- *Dian. Oper. Moral. par. 11, tract. 3, reſol. 1, § Confirmatur,* ibi -- *Ut res aliqua noſtra fiat Jure Belli, requiritur, eam boſtium fuiſſe; Nam, quæ res apud boſtes quidem ſunt, & in eorum Navibus, Caſtris, Civitatibus, & Prædiis inveniuntur, quarum tamen domini boſtes effecti non ſunt, illæ per nos bello, & occupatione acquiri non poſſunt, ſed tertio, non boſti reſtitui debent* -- *Galea apud Balducc. dec. & Rer. Judicat. dec. 4, tit. de Aſſecurat. num. 14,* ibi -- *Captâ Navi inimica cum Mercibus Amicorum, Res Inimicorum cedunt in compendium boſtis capientis, cæteræ verò res perſiſtunt in dominio eorumdem* --.

In quod longè fortiùs procedit, inſpectis Conſtitutionibus Apoſtolicis, & præcipuè Bullâ Cœnæ, in qua Chriſtianis, eorumque Bonis, ac mercibus indiſtinctè proſpicitur, tametſi in Navibus Turcicis reperiantur, ut optimè explicant *Caſtropal. de cenſur. diſput. 3, punct. 4, num. 6, par. 5,* ibi -- *Unde ad decidendum, an invadentes, ſpoliantesque Navim Inſidelium bac Excommunicatione afficiantur, inveſtigandum eſt, an ex illa deprædatione Fidelibus damnum conferatur, eo quòd merces in utilitatem Fidelium ceſſuræ, ibidem ſunt repoſitæ; nam eo caſu excommunicantur Piratæ, quia verè eſt Fidelibus facta deprædatio* -- *Suarez in tertiam partem D. Thomæ, tom. 5, de Cenſur. diſput. 21, ſect. 2, num. 20, & ſeq. Duard. ad Bull. Cœn. lib. 2, can. 3, quæſt. 7, § 1; Bonaccin. de cenſur. tom. 3, diſput. 1, quæſt. 4, punct. 1, num. 12,* ibi -- *Secundò, dubium eſt, utrum Cbriſtiani ſubjaceant buic pœnæ, dum ſpoliant Inſideles advebentes merces Fidelium. Reſpondeo diſtinguendo, vel advebunt merces Fidelium in ipſorum Fidelium utilitatem, & commodum, vel in detrimentum ipſorum Fidelium. Si advebunt merces Fidelium in ipſorum utilitatem, ſubjacent buic pœnæ, quia dicuntur potiùs piraticam contra Fideles, quàm contra Inſideles agere; & potiùs Catbolicos, quàm Inſideles ſpoliare, niſi fortè, dum accipiunt, animo parati ſint ad reſtitutionem Fidelibus faciendam, poſtquàm cognoverint ad ipſos Bona ablata pertinere, &c. & quæſt. 5, punct. 3, num. 4,* ibi -- *Hanc pœnam incurri, ſi rapiantur Bo-* 18

na Christianorum, etiamsi Navibus Infidelium veherentur; parùm enim refert, an bona Christinnorum Navibus Fidelium an Infidelium veherentur -- *Alphons. Vivald. in Exposit. Bull. Cæn. numer.* 29; *Reginald. in prax. For. Pœnitent. lib.* 9, *num.* 267, ibi -- *Quintum dubium est de illis Infidelium Navibus, quæ sunt onustæ Fidelium Bonis, aut mercibus Infidelium hostium, an per illorum spoliationem incurratur hæc Excommunicatio. Pro cujus explicatione dicendum est primò, Christianos absque hac censura Infidelium Navem invadere posse, eamque, & Infideles omnes, atque eorum bona, siquæ ibi sint, sibi capere, dummodò non prædentur bona Fidelium, sed ea suis Dominis relinquant, quando illi sua esse probaverint. Secundò, si Navis sit Fidelium, bona verò, quæ vehuntur, sit Infidelium, neque incurrere in hanc Excommunicationem Fideles invadentes eandem, & spoliantes Bona Infidelium reperta in ea, Fidelibus relictâ suâ Navi.*

19 In hanc eamdem Sententiam loquuntur *Filliuc. quæst. Moral. tom. primo, tract.* 16, *de Censur. in particular. num.* 88, ibi -- *Id, quod præcipuè attendendum, est qualitas Bonorum, quæ rapiuntur, & ideò additur; Christianorum. Parùm autem refert, an ea Bona deferantur Navibus Christianorum, an Infidelium* -- *Alter de Censur. tom. primo, disput.* 4, *de Excommunic. Bull. Cœnæ lib.* 5, *cap.* 13, § *Prima sit*, ibi -- *Quando Navis est Infidelium Fidelium Mercibus onusta, quæ deferuntur in locum statutum a Domino Mercium, ut, si Mercator Venetus Turcica Navi suas Merces e Constantinopoli Venetias mittat, si Pirata Christianus eam capit, & ex ea Turcarum Bona, siqua sunt, accipit, & ipsos Turcas in servitutem redigit, sed non prædatur Merces illius Fidelis, quas relinquit proprio Domino, saltem, quando in Judicio probabit Fidelis, Bona illa ad ipsum pertinere, non incidit in hanc Excommunicationem, quia iste revera non prædatur Christianos* -- optimè *Sayr. eodem Tractat. lib.* 3, *cap.* 8, *num.* 7, ibi -- *Advertendum etiam est illud, quod de Navibus Christianorum in hoc Canone dicitur, sic intelligendum esse, ut non solùm ratio Navium, quibus res deferuntur, habenda sit, an scilicet sint Christianorum, vel Infidelium, sed etiam ratio ipsorum Bonorum habenda est, an Fidelium fuerint, vel Infidelium. Siquidem, si Naves sint Fidelium, Bona verò Infidelium, auferendo Bona Naufragantium non incurritur Excommunicatio, E contra verò, si Naves sint Infidelium, & Bona Christianorum sint, auferendo Bona, incurritur Excommunicatio, id quod ex verbis Bullæ, & Legislatoris intentione colligitur. Solum enim mentio fit rapientium Bona Christianorum, & Summi Pontifi.is intentio est, ut Bonis Fidelium provideatur* -- *Jacob. a Graffis, dec. aurear. par. prima, num.* 72, *lib.* 3, ibi -- *Quartò ampliatur, etiamsi Bona Christianorum sint in Navibus Infidelium.*

Et in nostris præcisis terminis, distinguendo Navim Turcicam Christianorum Mercibus onustam, & aggredientem, a Navi Christiana, quæ Turcicam aggrediatur, quòd in priori casu licita sit deprædatio etiam Mercium ad Christianos pertinentium, non autem in secundo, optimè firmant *Cavalcan. de Brach. Reg. par.* 6, *fragm.* 25, *num.* 28; *P. Schiar. in Additam. ad Theolog. Bellic. lib.* 7, *difficult. pertinen. ad Naves, num.* 1, ibi -- *Notandum primò, &c. magnum dari discrimen inter Navim Turcicam, in qua existant Christiani, & quæ aggrediatur Navem Christianorum, & Navem Christianam, quæ aggrediatur Navem Turcicam, in qua existant etiam Merces Christianorum. In primo casu licitam esse deprædationem Mercium Christianorum; secus tamen in secundo, tradit Cavalcan.* -- *Rot. in Melevitana Deprædationis quoad Demetrium*, 8 *Maji* 1711, § *Incassum, in fin. coram bo. me. Molines*, ibi *Et distinguendo inter casum Navis Turcicæ, in qua existant Christiani, & quæ aggrediatur Navim Christianorum, & casum Navis Christianæ, quæ aggrediatur Navem Turcarum, in qua existant etiam Merces Christianorum, quòd in primo casu licita sit deprædatio Mercium Christianorum, secus tamen in secundo, latè prosequitur Cavalcan. &c.* 20

Ex quibus perspicuum fit, applicari nequaquam posse casui nostro regulam illam, quòd, qui communicat cum Inimicis nostris, inimicus noster est, in quo quidem fundatur totum ratiocinium *Card. De Luc. in dicto disc.* 170, *de Regal.* Quippe regula isthæc locum sibi vindicare nequit in nostra hypothesi, in qua res est de Græcis, aliisque Christianis Orientalibus, qui pro conservanda Christiana Religione in illis Regionibus, quæ olim unam, eamdemque fidem nobiscum profitebantur, necessariò cum Turcis communicare debent, quique proinde a Summis Pontificibus, & ab ipsomet Ordinis Hierosolymitani Statuto excipiuntur, ac præservantur; ita quidem, ut quamvis Turcico Imperio, ac Tyrannidi subjiciantur, & cum Turcis assiduè communicent, attamen nec in persona, nec in Bonis possint deprædationi subjacere, ut refellendo ea, quæ in *citat. disc. Card. De Luc.* 170, *de Regal.* cumulantur, optimè respondet *Rot. in Melevitana Deprædationis quoad Demetrium*, 22 *Februarii* 1712, § *Minus decantata*, 21

co-

coram clar. mem. Card. Priolo, ibi -- *Ea, qua in dicto discursu firmantur, procedunt quando inter duos Principes apertum Bellum intercedit, quo casu etiam Subditorum Persona, & Bona eamdem aleam subire coguntur. At quamvis ad compescendas Turcarum, & Barbarorum contra Christianos incursiones continuò insequantur a prædictis Equitibus, attamen comprehendi minimè debent SUBDITI GRÆCI CUJUSCUMQUE RITUS; imò expressè in Decretis ejusdem Religionis in eadem licentia enunciatis excipiuntur, & præservantur unà cum Bonis, & Mercibus suis.*

22 Alioquin enim, cum Græci, aliique Christiani Orientales Turcarum Tyrannidi subjiciantur, & cum iis communicent, tam quoties in Navi Turcica proprias Merces, ac Bona deferunt, vel in suis Navibus Merces Turcicas vehunt, quàm quoties in Terris Turcico Imperio subjectis inhabitant, in his planè omnibus indistinctè casibus licitè a Navibus Melitensibus deprædationem pati possent. Id quod penitùs abhorret ab Apostolicis Constitutionibus, Statutis Ordinis Hierosolymitani, Sacrarum Congregationum, Rotæque Romanæ resolutionibus, ab unanimi Doctorum, & præcipuè Moralium sensu, & ab ipsa etiam pietate Christiana, quæ non patitur, quòd pauperes isti Græci, aliique Orientales exiguæ Christianitatis Reliquiæ ab aliis Christianis impunè diripi possint, & quidem non alia de causa, nisi quia cum Turcis necessariò communicant, & sub eorum jugo miserrimè detinentur; quæ quidem ratio non solùm ipsos in nulla penitùs culpa constituit, sed eos potiùs omni quacumque commiseratione dignos efficit, ut egregiè in puncto notant *Thesaur. de Pœn. Eccles. par. 2, verb. Schisma* § 4, *vers. Secùs, in fin. & Rot. in Recent. dec.* 450, *num.* 4, *par.* 3, *omnino viden.* cùm non solùm respondeat in jure, sed testetur etiam de facto, & praxi, quæ jam tum cum nostris Christianis Orientalibus servabatur, ibi -- *Nedum ex eo, quòd opprimuntur ab hæretico Rege, sunt deprædandi, quòd imò ex hoc sunt majori commiseratione digni; & ita etiam servatur in PRAXI cum Christianis Subditis REGI TURCARUM.*

23 Præterea Christiani Græci, aliique Fideles Orientales vexandi non sunt tamquam veri, & proprii Turcarum Subditi, & tamquam pars Reipublicæ Turcicæ, cum qua perpetuum nobis est Bellum. Ipsi enim nequaquam sunt legitimi Subditi Turcarum, imò verò iidem Turcæ, si non de facto, saltem de Jure Christianis Principibus subjiciuntur, eò quia Terras illas per tyrannidem occuparunt, ac per vim retinent, quæ olim a Christianis, & præsertim a Græcis possidebantur, prout benè notat *Sot. de Just. & Jur. lib.* 5, *quæst.* 3, *art.* 5, § *De Conclusionibus, ad med.* ibi -- *Alii sunt Infideles, qui, licèt non de facto, tamen de Jure Christianis Principibus subduntur, saltem quantum ad Regnorum suorum possessionem, nempè qui Terras vi possident, quæ olim sub Ditione nostra fuerunt, ut sunt Afri, Saraceni, & Turcæ Græciam tyrannide possidentes* -- & idcircò tanquam injusti eorumdem Regnorum usurpatores a nobis continuò Bello exagitantur, ut benè prosequitur idem *Soto, loc. cit. Dian. resol. moral. par.* 5, *tract.* 13, *resol.* 98; *& par.* 6, *tractat.* 4, *resol.* 14, § *Et omnia*; *Cacheran. in sua disputat. post. decis. Pedemont. num.* 19, *&* 20; *Caball. resolut. crimin.* 220, *num.* 6. *&* 7, *Borrell. de Præstant. Reg. Catholic. cap.* 32, *num.* 176.

Quocirca, cùm Græci, aliique Christiani Orientales partem non faciant in Republica Turcica, jure proinde, meritoque deprædationi subjacere non possunt, tametsi in Turcarum Navibus cum suis Mercibus inveniantur; eodem fermè pacto, quo licet Ecclesiastici Subditi alicujus Principis diffidati in Navi inimica reperiantur, quia tamen partem non faciunt in Republica inimica, ideò ab hostibus eorum Bona licitè diripi non possunt, ut optimè adverrit *Dian. Oper. moral. par.* 11, *tract.* 3, *resol.* 1, § *Sed in ordine.* 24

Hinc autem ad rem nostram non pertinere dignoscuntur auctoritates omnes, quæ exadverso allegabantur. Eæ namque, si unam excipias *Cardin. De Luc. disc.* 170, *de Regal.* non loquuntur in terminis Christianorum, qui Infidelium Tyrannidi subjiciuntur, quique tot, tantisque privilegiis superiùs expensis, a deprædationibus fuerunt exempti; sed vel differunt de veris Subditis alicujus Principis diffidati, qui nullo peculiari privilegio potiuntur, vel de confœderatis eidem Principi, qui, sicuti necessitatem non habent communicandi cum hostibus, & hoc casu unam quasi Rempublicam faciunt: ita tamquam hostes censendi sunt, & in his terminis loquuntur *Grammat. consil. civil.* 24; *Stracc. de Mercat. tit. de Naut. par.* 3, *num.* 24, *&* 29; *& tit. de Navib. par.* 2, *& seq. A Pont. de potest. Proreg. tit.* 11, *de Triremib. num.* 16; *Roc. de offic. tit. de Præfect. Class. tit.* 2, *tit. de Præd. Bonor. numer.* 47; vel demum respiciunt casum Hebræorum Subditorum Turcico Imperio, qui tamquam non conviventes in una, eademque Fide, in iis locis, in quibus tolerati non sunt, juxta aliquorum Sententiam, licitè possunt deprædationi subjacere, prout erat casus *dec.* 76, *Rever-* 25

ter. ibique De Marin. num. 1, *&* 2, *dec.* 254; *Mastrill. & dec.* 454, *coram Seraphin. repetit. in decis.* 611, *par.* 1, *diversi.* Quapropter congruere nunquam possunt hypothesi nostræ, in qua sermo est de Græcis, aliisque Christianis Orientalibus, qui nec sunt veri, & legitimi Turcarum subditi, nec cum iis spontè, sed, necessitare potiùs compellente, communicant; imò verò uti conviventes in una, eademque Fide non solùm a Sede Apostolica tolerantur, verùm etiam a deprædationibus, aliisque molestiis eximuntur, ac præservantur, ut optimè monent *Thesaur. de pœn. Eccles. par.* 2, *verb. Schisma*, § 4, *vers. Secus; Rot. in Recent. d. dec.* 480, *num.* 3, *&* 4, *par.* 3.

26 Quod verò attinet ad *Card. De Luca*, profectò cùm idem ob nimiam affectionem erga Sac. Religionem Hierosolymitanam requirentem, cujus erat perpetuus Advocatus, loquutus fuerit contra id, quod in Constiturionibus Apostolicis, & Statutis ipsius Ordinis Hierosolymitani continetur, contra tot Resolutiones Sacrarum Congregationum, ac Tribunalis Sac. Rotæ, & contra communissimam Doctotum omnium Sententiam, prout ipsà rei evidentià superiùs ostendimus, sufficeret ejus auctoritati respondere, id quod ipsemet Auctor in *præd. disc.* 170, inquir *sub num.* 10, quòd *nempe ab uno, vel altero dicto, vel sensu unius Doctoris pendere non debet veritas, & justitia rerum* -- Præsertim quia idem Auctor videtur sibimetipsi contrarius in *seq. disc.* 195, *eod. tit. de Regal. num.* 15, *&* 20, in quo indistinctè affirmat, quòd tam lex, quàm usus Belli concedunt, diripi posse Bona Inimicorum, relictis iis, quæ Amicorum sunt, prout benè notat *Ansald. de Commerc. & Mercat. d. disc.* 9, *num.* 8.

27 Cæterùm præfatus Doctor ne contrarius quidem nostræ Instantiæ dici potest, tum quia *dictum disc.* 170 his verbis concludit -- *Ac propterea in præmissis omnibus concludendum videtur, ut magis communiter navigationis receptæ consuetudines attendi debeant* -- ideoque suam Sententiam conformare voluit communi Navigationis consuetudini, quæ, sive attendatur Consulatus Maris, juxta *cap.* 273, *&* 285, *penes Casareg. de Commerc. Naval. tom. primo in fin.* certò certiùs non patitur, quòd Amicorum Bona, licèt existentia in Navibus Inimicis, deprædationi subjacere possint; sive inspiciatur communissima Christianorum, & ipsorummet Melitensium praxis, hæc nunquam permisit, aliorum Christianorum Bona ubique locorum existentia impunè posse diripi. Tum quia citatus Auctor ibidem loquitur de Mercibus Christianorum existentium non jam in Navi Turcica Mercantili, sed in Navi Piratica, quæ Christianam Navim aggrediatur, ut pandunt verba illa, *sub num.* 19, § *Item quia*, ibi -- *Siquidem iidem Turcæ, qui hanc piraticam artem exercere velint, Subditos Christianos in Navibus secum habere affectarent, illos fingendo Mercium, aliorumque Bonorum Dominos, ut, contingente succumbentia, Bonorum jacturam, ac deprædationem non paterentur* -- In quibus sanè terminis etiam nos ultro fatemur, quòd, si Navis Turcica Christianam Navim aggrediatur, Bona Christianorum in ea existentium, & Turcis opem in aggressione ferentium licitam patiantur deprædationem, juxta superiùs firmata in § *Et in nostris præcisis terminis*, 20. Licèt secus dicendum sit, quoties constiterit, Christianos suam operam, ac industriam non præstitisse in aggressione Navis Christianæ facta a Turcis, prout benè animadvertit *Rocc. de Offic. rubr.* 26, *tit. de Præfect. Class.* § 2, *de Præd. Bonorum hostil. num.* 30, *in fin.* ibi -- *Si Navis nostra fuerit aggressa a Navi inimica, id potiùs videtur succedere operâ, & malo animo Capitanei illius Navis Inimicæ, quàm culpâ, & industriâ dominorum Mercium; & ideò causa aggressionis non est ratio sufficiens, ut Bona Amicorum prædari valeant, nisi constet, fuisse quoque adhibitam operam, & industriam a Dominis Mercium.*

28 Frustra verò Melitenses Armatores licitè deprædari posse contendunt Christianorum Merces in Navi Turcica, & sub Duce Turcico existentes, tametsi ipsi sint Aggressores, eo sub obtentu, quòd non ultro, non spontè, sed necessariò vigore proprii Instituti Turcicas Naves aggredi cogantur: hinc inferendo, quòd, si ipsis licitum non foret deprædari Christianorum Merces in Turcica Navi existentes, nimis inæqualem subirent aleam, & ad imparia judicarentur, dum in casu succumbentiæ tam ipsi, quàm eorum Naves, & bona indistinctè cederent in utilitatem victorum; vice autem versa in casu Victoriæ exiguum lucrum, compendiumque referrent, proprerea quòd Christianos, eorumque bona, & Merces dimittere, ac respectivè relinquere cogerentur.

29 Quidquid enim sit de prætensa pugnandi necessitate, proculdubio non hinc tamen inferri posset, licitam esse deprædationem Mercium Christianarum in iis existentium. Id enim esset contra Constitutiones Apostolicas, contra Statuta Ordinis, contra licentiam Eminentissimi Magni Magistri, contra Tribunalium, omniumque Doctorum Senrenriam, & contra Ipsammer Armatorum juraram, ac solemnem obligationem non molestandi, aut deprædandi Merces, & Bona

Chri-

Christianorum, quam huc usque semper emittere consueverunt ante Navis Piraticæ instructionem. Porrò in his terminis præstaret potiùs vel hanc prætensam necessitatem aggrediendi omnes quascumque Turcicas Naves de medio tollere, vel piraticas Naves non instruere, quàm prætextu observandi Instituta Ordinis, & auxilium ferendi Orbi Christiano, positivum admittere malum, & Constitutionibus Apostolicis, Statutis Religionis, propriæque juratæ obligationi contraveniendo, pauperes innocentes Christianos suis bonis spoliare. Mala siquidem facienda non sunt, ut inde bona sequantur, juxta *text. in cap. Et duarum, de fortileg. & cap. Super eo, de usur. Gloss. in L. Qui sub prætextu, Cod. de Sacros. Ecclesi. & in cap. Magna ne Cleric. vel Monach.*

30 Nec verò subsistit contrarius ille discursus, quòd nempe Armatores Melitenses aggrediendo Navim Turcicam, in qua Christianorum Merces existerent, nimis inæqualem subirent aleam, si ipsas etiam deprædari non possent, cùm iidem Armatores, si fortè capiantur a Turcis, tam quoad personas, quàm quoad Bona omnia in hostium veniant potestatem. Pudet enim, & valdè quidem pudet, quòd nostri Melitenses comparentur Turcis infensissimis Christiani nominis hostibus, quòdque eodem uti velint jure, quo utitur Natio infidelis, quæ vix Jus ullum agnoscit; sint Turcæ barbari, sint immanes, sint omnis expertes humanitatis. Aliis vivunt Legibus Christiani, Jusque fraternitatis & norunt, & observant. Sed rursus nostri Melitenses, præter obedientiam Christianis sanctissimis Legibus præstitam, præter obsequium vero Deo redditum, ac præter æternæ retributionis mercedem, non modicum referant compendium deprædando Navem ipsam Turcicam, mancipando Turcas in ea existentes, diripiendoque Turcicas Merces ibidem repertas. Imò verò, si Melitensibus liceret etiam Christianos, eorumque Bona in eadem Navi Turcica deprædari, non illi quidem, sed pauperes hi Christiani ad imparia judicarentur; illi namque, succumbendo, omnia amitterent, vincendo, nil protsus lucrarentur, cùm omnia cederent in utilitatem Turcarum, quorum esset Navis, quique in conflictu cum Melitensibus pugnavissent. Enim verò in pari causa, juxta omnes Juris nostri regulas, consulendum, providendumque potiùs est Christianis Orientalibus, qui certant de damno vitando, quàm Armatoribus Melitensibus, qui agunt de lucro captando; damni enim, ac lucri longè dispar est ratio, juxta *text. in L. final. § Si quis verò, Cod. de Codicill.* ibi — *Non enim par, eademque ratio videtur amittere debita, & lucra non captare — Cravett. consil. 292, num. 2; Boer. de auctorit. Magni Consil. num. 197, in fin. Perez. in Cod. lib. 10, tit. 7, num. 3; Larr. alleg. 115, num. 6, par. 2; Solorzan. de Jur. Indiar. tom. 2, lib. 2, cap. 25, num. 110.*

Prout etiam nullius roboris est ad novam condendam Decretalem, novamque regulam statuendam exaggerata Græcorum fraus, atque malitia in vehendis Turcarum mercibus sub proprio nomine, exercendoque fraudulenter Ducis munere in Navibus Turcicis. Quippe utinam etiam inter Christianos Ritus Latini, & vel in ipso Catholicæ Religionis Centro quotidiè fraudes non admitterentur! Et tamen nunquam in mentem venit tot Sanctissimis Pontificibus novam statuere Legem, quæ jura omnia divina, atque humana perverteret, sed solummodò in casibus particularibus fraudem, malitiamque & vindicarunt, & vindicant, prout unicuique notissimum est. Cùm igitur etiam Melitenses facultatem habeant inquirendi, necnon animadvertendi in hujusmodi Græcos, quoties fraus, atque collusio ab iis admissa probetur, quemadmodum in aliis similibus casibus etiam criminaliter contra ipsos processisse demonstrant documenta relata in Summario exadverso dato in præteritis Causæ propositionibus, hinc quidem possunt, si libet, & nos ultro, libenterque concedimus, possunt cautelæ cautelis addi ad evitandas fraudes, sed certè non expedit sub obtentu illarum avertendarum novam constituere LEGEM, quæ, ut toties diximus, & repetere cogimur, suo loco moveat Apostolicas Constitutiones etiam in Corpore Juris clausas, & Christianorum bonis indistinctè prospicientes, Decreta Sacrarum Congregationum, Leges ipsas fundamentales S. Ordinis Hierosolymitani, necnon unanimem Tribunalium, Doctorumque sententiam; alioquin enim remedium esset periculosius, atque deterius ipso malo *& inde injuriarum nasceretur occasio, unde Jura nascuntur* contra monitum Imperatorum in *L. Meminerint, in princ. C. Unde vi.* 31

Atque hic enixè togatos volumus Eminentissimos Patres, ut secum ipsi reputent, quòd, si nova regula statueretur, ac non potiùs remitteretur cognitio ad Judices suos, quorum partes sunt, expendere probationes, quæ hinc inde afferuntur, & providere in casibus particularibus, ita quidem, ut in posterum ad adstruendam simulationem non rigidæ, non concludentes requirantur probationes, quales sunt omnino necessariæ, quoties agitur de delictis, ad *text. in l. fin. C. de Probation.* sed leviores suffi- 32

sufficiant, ac benigniores, prout exadverso contendebatur in ultimo Restrictu *sub* § 23, actum erit de navigatione eorundem Græcorum, cæterorumque Christianorum Orientalium non solùm in Navibus Turcicis, sed etiam in Navibus Christianis. Semper enim Armatores Melitenses aggredi, ac deprædati poterunt Naves etiam Christianas contendendo, quòd Dux, seu Capitaneus appositus sit in fraudem, quòdque Merces ad Turcas pertineant, & sub Christianorum nomine collusivè deferantur. Et ubi priùs ad probandam deprædationem leviores sufficiebant probationes, ut videre est apud *cl. mem. Card. De Luc. de Regal. disc.* 195, *num.* 4, & 5; *Mans. consult.* 275, *n.* 4, & *seq. Rot. in rec. dec.* 246, *num.* 27, & *seq. par.* 6, *decis.* 497, *num.* 1, & 2, *par.* 14, *dec.* 95, *nu.* 1, & 2, *par.* 15, *cor. Caprar. dec.* 190, *num.* 4, & 5; & *in Melevitana Deprædationis quoad Demetrium*, 8 *Maji* 1711, § *Neutiquam*, *cor. bo. me. Molines*; nunc sanè opus esset, ut pauperes Christiani deprædationem passi, ad probandam ipsius injustitiam, excludendamque prætensam fraudem, & collusionem, quæ semper confingi, ac facillimè obtendi posset, rigidioribus gravarentur probationibus, & liquidò, concludenterque ostendere deberent Mercium deprædatarum pertinentiam, ut sensi patet.

33 Atque hæc faciliùs etiam usu venire possent iis in casibus, in quibus reperirentur Naves Christianæ cum Vexillo Turcico, quòd juxta receptam Navigationis consuetudinem, etiam Christiani possunt erigere, ut ita faciliùs, tutiùsque Merces per oras, ac litora Turcarum absque onere solvendi Datia, & absque periculo represaliarum, transvehantur; *Mans. consult.* 275, *num.* 29; *P. Schiar. in Addit. ad Theolog. Bellic. lib.* 7, *difficult. pertinen. ad Naves*; *num.* 2, & 15; *Rot. in dicta Melevitana Deprædationis quoad Demetrium*, 8 *Maji* 1711, § *Delatio*, *cor. bon. mem. Molines*; & quoties Naves Christianæ aggressæ resisterent Melitensibus aggressoribus, seseque adversus illos, prout per naturam licet, tuerentur; *bon. mem. Ansald. de Commerc. & Merc. disc.* 9, *num.* 5, & 6; *P. Schiar. ubi supra*, *num.* 16; *Rot. in dicta Melevitana Deprædationis quoad Demetrium*, § *Incassum*, *cor. bon. mem. Molines*.

34 Superfluum autem esset differere de exemplis Serenissimæ Reipublicæ Venetæ, ac Regiæ Celsitudinis Magni Ducis Etruriæ; quidquid enim sit de praxi Reipublicæ Venetæ, quippequæ exadverso non probatur, profectò, quod attinet ad Magnum Etruriæ Ducem, haudquaquam probatur ex documento relato, quòd ipse permiserit deprædationem Christianorum in Turcico Navigio existentium; sed quòd ea solùm mente fuerit, ut Salvus Conductus ab ipso Christianis Maronitis concessus, aliis quibuscumque Personis suffragari non posset. Id autem nil habet commune cum nostra hypothesi, dum Literæ Salvi Conductus pendent simpliciter a concedentis arbitrio; ita quidem ut Magnus Dux ita pro suo arbitratu potuerit easdem concedere solis Christianis Maronitis, sicut juxta liberum suæ voluntatis placitum elargiri poterat Navibus Turcicis, & Infidelibus, juxta facti speciem relatam per *Spad. cons.* 8, *lib.* 1.

Non omittendo etiam animadvertere quòd in hac exemplari materia Personas, & Bona Christianorum respiciente, Sancta Sedes nunquam adhærere consuevit aliorum, ac præsertim Sæcularium Principum exemplis; sed sicuti, non obstante communi consuetudine deprædandi Bona Inimicorum publicè diffidatorum, eam tamen Sedes Apostolica nunquam voluit EXPRESSO PERMISSIONIS DECRETO approbare; ita pauperes Christiani Orientales, erga quos Catholica Mater Ecclesia semper viscera pietatis ostendit, certo certius sibi pollicentur, confirmandas esse Apostolicas Constitutiones, plurimasque Sacrarum Congregationum Resolutiones, per quas eorum Bonis, atque Personis benignè, atque expressissimè providetur; nec adduci possunt, ut timeant, easdem NOVA DECRETALI esse abrogandas, quando ab antiquis Legibus deviandum non esse admonemur tum Divinæ vocis Oraculo, *ut Proverb. cap.* 22, *vers.* 28, ibi -- *Ne transgrediaris terminos antiquos, quod posuerunt Patres tui* -- *Hierem. cap.* 6, *vers.* 16, ibi -- *Hæc dicit Dominus: state super vias, & videte, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea*, &c. tum etiam Jure Pontificio, de quo in *Can. Contra Statuta* 25, *quæst. prima*, ibi -- *Apud nos inconvulsis radicibus vivit antiquitas, cui Decreta Patrum sanxere reverentiam* -- *in Can. Ecclesiastica* 25, *quæst.* 2, *in cap. Cum dilecto*, *de Consanguin. & affinit.* & *in cap. Cum expediat*, *de Elect. in* 6 35

Prima pars Causæ confecta est. Quòd verò attinet ad alteram, qua dicebatur -- *In aliis verò casibus, quibus Græci prætendunt, Prædam non legitimè factam, debeant in primo Portu, quem appulerint post deprædationem, conficere Consulatum, denunciando Merces, quas proprias prætendunt, cum suis qualitatibus, & quantitatibus, & in termino unius anni a die deprædationis, vel Portus appulsionis, proponere Instantiam cum legitimis documentis, & probationibus; quo elapso, non* 36

am-

amplius audiantur. Verùm, probato legitimo impedimento, possit Judex dictum terminum prorogare ad alium annum; & elapso primo termino, interesse non currat favore Deprædati; prorogato autem termino, Judex se regulet, quoad fructus, juxta regulas Juris — Profectò etiam hac ex parte contrarius discursus subsistere non posse videtur. Si enim agimus de Consulatu, sive denunciatione Mercium facienda in Portu viciniori, exacta descriptio earumdem Mercium cum suis specificis qualitatibus, & quantitatibus multoties servari non poterit a pauperibus deprædatis, qui plerumque non solùm expoliantur omnibus scripturis, ac documentis, quibus suas merces possent individualiter denunciare, sed etiam diù in Carceribus, ac Catenis miserrimè detinentur, prout notarunt *Mans. consult.* 275, *num.* 33, *& seq. clar. mem. Card. De Luc. de Regalib. disc.* 195, *num.* 9, & 17; & loquendo de Piratis Melitensibus *Rot. coram Rembold. decis.* 582, *num.* 4; *& cor. Caprar. dec.* 190, *num.* 9; ideoque hujusmodi Consulatum non esse de forma pro obtinenda Mercium deprædatarum restitutione advertunt *clar. mem. Card. De Luc. de Regal. dicto disc.* 195, *num.* 6; *Ansald. de Commerc. & Mercat. d. disc.* 9, *num.* 23; & practicè servatum fuit in omnibus prædictis Sac. Rotæ Resolutionibus in Causis deprædationum editis.

37 Si verò res sit de Instantia cum legitimis documentis, & probationibus proponenda in termino unius anni a die deprædationis, vel appulsionis ad Portum sub pœna, quòd, eo elapso, ampliùs deprædati non audiantur; id fanè videtur esse contra omnes Juris regulas, quibus edocemur, omnes quascumque actiones, & præsertim illas, quæ ex delicto oriuntur, non minori temporis spatio præscribi, quam annis viginti ex traditis per *Farinacc. quæst. Criminal.* 10, *num.* 3, *tom.* 1; *Caball. Resolut. Criminal. cas.* 93, *num.* 34, *&* 35; *Guazzin. defens. Reorum, defens.* 2, *cap.* 2, *num.* 5; & in nostris terminis *Mans. consult.* 275, *numer.* 24.

38 Fortiùs verò, quia pauperes isti deprædati, non solùm suis Bonis omnibus, imò & vestibus ipsis, sed etiam scripturis, ac documentis spoliari, vel diu in vinculis mancipati detinentur, vel in Insulis desertis, prout sæpè sæpiùs contingit, exponuntur, ac derelinquuntur. Quocirca, antequam Navim inveniant, quæ illac fortuitò pertransiens eos ad aliquem Portum, quo ipsa Navis tendit, perducere velit, antequam sciant, a quibus Piratis fuerint deprædati, opportunitatemque navigationis inveniant versus loca, ubi paranda sunt necessaria documenta; ac denique antequam opportunas probationes inveniant, &, quod magis est, pecunias pro longissimis itineribus, ac diuturnis litibus necessarias colligere possint, & Meliram pervenire, nemo non videt, quòd non solùm unius, sed fortassè etiam integri Quinquennii spatium aliquando brevissimum erit; præsertim quia non ita facilè reperiunt in Civitate Melitensi Advocatos, qui suarum causarum patrocinium suscipere velint, prout his pejora narrat *Rot. coram Rembold. dec.* 582, *n.* 4; *& coram Caprar. dec.* 190, *numer.* 9. In quibus fanè terminis eò magis procedendum est cum elementari illa Juris nostri regula, quòd probationes angustandæ non sunt, juxta *Text. in leg. Quoniam multi, in fin. Cod. de Haret. & Manich. Rot. coram Cerro, dec.* 101, *nu.* 42; *coram Priol. dec.* 224, *num.* 11, *& coram Ansald. dec.* 35, *num.* 5, & in nostris terminis notat *clar. mem. Card. De Luc. de Regal. dicto disc.* 195, *num.* 6, ibi — *Minùsque deprædato objici potest, cur illicò suas non fecerit justificationes, dum idem deprædator Ducem Navis, ejusque Nautas, & Ministros vinctos ad formam servorum per tempus adeò notabile detinuit. Ideoque ad has distinctiones, & differentias omninò reflectendum venit; cum alias manifestum sit æquivocum hujusmodi terminos, vel casus confundere* —

Perperam autem exadverso obtenditur dispositio *Text. in l. Neminem, Cod. de susceptor. Præposit. lib.* 10, *& in l.* 2, *Cod. de Naufrag. lib.* 11, quibus cavetur, Naufragii, alteriusque sinistri casus probationem faciendam esse intra annum. Etenim præfatæ Leges, vel specialiter loquuntur favore Fisci, ne alioquin admitti debeat, contra omnia Juris principia, quòd exceptiones, ac defensiones perpetuæ non sint, quemadmodum voluerunt DD. *in dicta leg.* 2, *Cod. de Naufrag.* & præsertim *Angel. Jo. de Platea*; *Rebuff. Pech. Bruneman. Mascard. de Probat. conclus.* 274, *num.* 13, *& seq. Claud. ad Bertazzol. consil. criminal.* 348, *litt. B*; *Aufrer. in addit. ad Capel. Tholosan. dec.* 448; *Campell. ad Constit. Urbin. decret.* 105, *num.* 20; & in nostris præcisis terminis *Mans. consult.* 275, *num.* 21, ibi — *Nam hujus Legis dispositio non pertinet ad res privatas, nec generalem statuit regulam in omnibus adversis casibus Exercitori, vel Magistro Navis occursis, sed speciale hoc est favore Fisci, nempe in susceptore Mercium, vel specierum publicarum, ut videlicet teneatur earum passam incendio, aut furto amissionem intra anni spatium probare; aliàs ampliùs non audietur, nec e redditione rationis eorum excusabitur* — 39

Vel, etiamsi earumdem Legum dispositio 40

ſitio ad res privatas extendatur, cùm tam præfati Textus, quàm etiam quotquot auctoritates exadverſo fuerunt allegatæ, ac deinceps poterunt allegari, loquantur de Naviculario, qui pro ſui defenſione, & ad effectum ſe eximendi a redditione rationis Mercium in ſua Navi depoſitarum, vel aſſecuratarum, allegat caſum fortuitum, eædem applicari certè non poſſunt caſui noſtro penitùs diverſo, ut benè in puncto monet *clar. mem. Card. De Luc. de Regal. dicto diſc. 195, num. 7,* ibi -- *Atque hinc reſultat, non ſolùm æquivocum, ſed evidenter fabuloſum eſſe applicare Text. in leg. Neminem, C. de ſuſcept. Præpoſit. lib. 10; quoniam, ut patet ex tenore Textus, & iis, quæ Bartolus, & alii ibidem obſervant, id procedit in iis, qui juxta illorum temporum mores ſuſcipiebant, tamquam per ſpecies Muneris publici vehere merces, & pecunias de loco ad locum cum obligatione reddendi rationes, in quarum diſpunctionibus pro eorum exoneratione ſiniſtros caſus allegare ſolebant diſperſionis, vel furti, aut alterius deprædationis, cùm tunc in iiſdem ſuſceptoribus intrare poſſet eadem ratio fraudis, & affectionis, quæ ſupra conſideratur in illis, qui ſunt ſolliciti de aſſecuratione, ut ſupra. Ac propterea in Textu literaliter aſſignatur ratio celeris notitiæ, & juſtificationis, ut inquiri poſſint fures, vel deprædatores, & per conſequens manifeſtæ fabulæ ſpeciem habet, conſiderare iſtum Textum adductum per Maſcard. dicta concluſ. 273, nu. 11, & ſeqq. ad favorem ipſius furis, & deprædatoris, adeout iſtud motivum omni penitùs diſcurſu indignum cenſendum veniat* --

41 Ea autem eſt diverſitatis ſolidiſſima ratio, quòd, ut modò innuimus, Navicularius tali indiget probatione ad effectum ſeſe defendendi, & in caſu, qui omnem habet præſumptionem contra allegantem, proindeque ſanctiſſimè Majores noſtri ſtatuerunt, ut ad ſubmovendam quamcumque fraudis, machinationis, vel, ut ajunt, Barattariæ ſuſpicionem in Naviculario, cui Merces cuſtodiendæ traditæ fuerant, probatio ſiniſtri caſus fieri deberet celeriter, & intra annum, ut ita faciliùs ab intereſſe habentibus poſſet reprobari. In caſu autem noſtro deprædati non jam veniunt ſe defendendo, aut excipiendo, ſed agendo pro danni illati refectione; nec eis imputari poteſt fraus illa, & machinatio, quæ contra Naviculariam eſt allegabilis; ac propterea, licèt in primo caſu probatio fieri debeat intra annum, id tamen non militat in ſecundo, ut in noſtris individualibus terminis optimè firmant *cl. memor. Card. De Luc. de Regal. diſc. 195, num. 3, & 4,* ibi -- *In altero autem caſu deprædationis, qualis eſt ille, de quo agitur, res eſt in oppoſitum, quoniam in deprædato nullum concurrit delictum, nullaque conſiderari poteſt fraudis, & colluſionis præordinatio, & affectatio; ſed e converſo delictum, & culpa concurrunt in injuſto, & illicito deprædatore, cui in caſu illicito Latronis, & violenti ſpoliatoris, ac perturbatoris Commercii nomen congruit* - *& num. 6,* ibi - *Ideoque ad has diſtinctiones, & differentias omninò reflectendum venit, cùm aliàs manifeſtum ſit æquivocum, hujuſmodi terminos, vel caſus confundere* -- *Manſ. dicta conſult. 275, numer. 22, & 23,* ibi -- *Sed verè, qualis ſit hujus Legis interpretatio nil habet commune cum re noſtra. Ibi enim agitur caſus, quando Exercitor, vel Magiſter Navis convenitur a Dominis Mercium ſuper Navi oneratarum, ut veherentur in aliam fortè Provinciam. Ipſe verò, ut ab earum reſtitutione ſe defendat, allegat rapinæ, vel furti caſum ſubſtinuiſſe, ut excuſetur a reſtitution Mercium, vel earum pretii. Unde Lex ſuſpectam habens probationem aſſerti caſus ultra annum dilatam, vel ſaltem ejus negligentiam punire volens, anni termino emenſo, hujuſmodi defenſionem, aut exceptionem ei ſubſtulit. Agitur autem hic e contra a Magiſtro Navis contra Raptorem ſuarum Mercium, ſuæque Navis expilatorem non criminaliter ad pœnam, ſed civiliter pro ſuo intereſſe. Ex quocumque enim crimine vulgatum eſt, duplicem oriri actionem, civilem ſcilicet, & criminalem; hac ad publicam vindictam, & ad pœnam exigendam. Illa verò, quæ appellatur in factum, ad perſequutionem rei familiaris, & paſſi damni reparationem, &c. unde eſt, quòd actio ex delicto deſcendens NON UNIUS ANNI limite concluditur; ſed nec minori, quàm viginti ſaltem annorum decurſu tollatur, & præſcribatur, &c. cum quibus etiam reſponſum fuit allegato cap. 11, Barcellonæ, quòd loquitur contra Magiſtrum Navis, & favore Exercitoris, & Domini, ſeu fortè etiam Aſſecuratoris ejuſdem Navis pro ſuſcepto itinere, quod eſt quid omnino diverſum ex jam dictis* -- *Caſareg. de Commerc. Naval. diſc. 1, num. 163,* ibi - *Limitanda tamen venit hæc opinio in caſu, quo Nauta, ſive Capitaneus naufragium, ſeu caſum ſiniſtrum probare vellet non ad ſui defenſionem, ſed ad agendum contra aliquem pro reſtauratione damni ſibi illati in cauſando ei naufragium, vel merces ejiciendo, ſive rapiendo. Nam tunc non conſtringeretur illud probare intra annum, ut notat, &c.* -- *de Comitib. deciſ. Florent. 61, num. 25, in fin. part. 2, tom. 1,* ibi -- *Præſcribitur annus ſolùm ei, qui vellet probare ſiniſtrum ad ſui defenſionem, non verò quando vellet agere pro*

damni

damni restauratione ...

42 Nec est, cur hic iterum exadverso exaggerentur possibiles Græcorum fraudes, pro quibus declinandis probationum parandarum limites coerceri, ac coarctari posse dicebantur, tum quia, cùm præfatæ Leges sint exorbitantes, & indefinitam, quamquivis habet facultatem allegandi suas probationes, restringant ad brevissimum anni spatium, utique a casu *Navicularii*, de quo loquuntur, ad casum nostrum, omnino diversum, extendi non possunt, tum etiam quia re verà adeò magnificata Græcorum fraus non solùm concludenter, ut par esset, exadverso non probatur, verùm etiam positivè excluditur, animadvertendo, quòd in causis deprædationum hic in Curia agitatis, ferè semper Græci deprædati victoriam retulerunt, ut perspici potest ex omnibus Sac. Rotæ Decisionibus supra sparsim allegatis, quamvis non raro in Civitate Melitensi per plura etiam Judicata succubuissent, ut præsertim videre est in dicta *Melevitana Deprædationis quoad Demetrium, octava Maji* 1711, § *Cùm autem, coram. bo. mem. Molines*.

43 Reliquum modò esset verba facere de tertio, eodemque postremo propositi discursus capite; sed quum Græcis, cæterisque Christianis Orientalibus grave non sit obtemperare Patribus Eminentissimis super modo præscripto præstandi Juramentum, Idcirco hac de re differere supersedemus.

Quare, &c.

Victorius de Martinis Advoc.

ADDITIO XLVII.

Vasionen.

DUBIUM.

An Taxæ præscriptæ in Synodo Diæcesana Vasionis sint observandæ, & exequendæ in casu, &c.

SUMMARIUM.

1 *Recensentur plures antiquæ Diæcesis Vasionensis Synodales Constitutiones, prohibentes Parochis, pro Sacramentorum administratione, aliisque functionibus Parochialibus, quidquam a suis Parochianis petere, ratione certæ taxæ, & num.* 2.

4 *Refertur novissima Synodus ejusdem Diæcesis, in qua præscribitur certa portio, solvenda Parochis pro Matrimoniis, Baptismo, Funeribus, & descriptione in libro Mortuorum.*

6 *Regulare est, quòd Constitutiones Synodales intra Diæcesim, tamquam lex, ab omnibus servandæ sunt.*

7 *Limitatur tamen hæc regula, si hujusmodi Constitutiones Sac. Canonibus non adversentur, & num.* 21.

Et ob hanc causam potest ab iisdem appellari ad S. Sedem, ibidem.

8 *Pro Sacramentorum administratione, ac pro Defunctorum sepultura nihil a Parochis exigi potest, & num.* 9, 10, 11, 12, 22, *&* 23.

13 *Præsertim si concurrat etiam antiqua consuetudo.*

14 *Parochis aliquando licitum esse potest aliquid pro Sacramentorum administratione exigere, non tamquam pretium Sacramenti, sed uti stipendium, pro Ministri laborantis sustentatione.*

Alias cessante hoc titulo erit simonia, ibidem, & num. 24.

15 *Sicuti etiam, cessante ratione necessariæ sustentationis, nullum emolumentum exigi potest, pro descriptione Baptismatum, Matrimoniorum, ac Defunctorum, & quare, & n.* 25.

16 *Parochi, ad proprium commodum deponentes, suspecti sunt, & fidem non merentur.*

17 *Actus facultativi, & voluntarii nullam inducunt obligationem, etiamsi sint plures, & per mille annos continuati, & quando, & num.* 34.

18 *Prætextu cujuscumque consuetudinis, nihil peti potest, antequam Sacramenta administrentur, & n.* 35.

19 *Consuetudo contra Juris dispositionem probanda est per tempus immemorabile cum suis requisitis.*

Et ulteriùs ostendi debet, eam fuisse confirmatam in contradictorio Judicio, ibidem.

20 *Consuetudo, in materia nutritiva peccati, & pessimi exempli, tamquam abusus, & corruptela, est omnino extirpanda.*

26 *Ubi decimæ persolvuntur Capitulo, Curam habitualem habenti, absurdum esset, quòd nova emolumenta tradi deberent Curato actualiter exercenti.*

29 *Consuetudo probari debet in specie, & præcisè in loco, de quo disputatur.*

30 *Ac præsertim si in uno casu, aut loco militet diversa ratio, ac in alio.*

31 *Consuetudo in hac materia attendenda est, quando fuit legitimè introducta, & originem trahit ex mera Fidelium liberalitate, & voluntate.*

36 *Consuetudo, pro sui essentia, requirit actuum conformitatem, & unicus actus difformis, & contrarius illam destruit.*

Eminentissime, & Reverendissime Domine.

1 IN Synodo Provinciali Avenionen. celebrata anno 1613, coercita fuit, ac refrænata licentia Parochorum, qui pro Sacramentorum administratione non contenti oblationibus sibi spontè factis, sed pro suo quisque arbitrio contra præscriptum Sacrorum Canonum indebitè extorquebant a Parochianis emolumenta sibi magis placita, iidemque proinde Parochi districtè prohibiti fuerunt in hanc causam quidquam petere ratione certæ taxæ, vel emolumenti, ac respectivè cogere Parochianos ad aliquid tradendum, uti videre est *Tit. de vit. & honestate Clericor.* ibi -- *& quia inter cæteros Clericorum defectus summopere fugienda est cujuslibet avaritiæ minima suspicio, idcircò in Sacramentis ministrandis, Missis dicendis, & hortationibus faciendis, mortuisque sepeliendis, nihil omninò petere, nec exigere possint, nisi quod ipsis gratuitò, & secundùm legitimam consuetudinem offeretur.*

2 Idipsum, quoad nostram Diæcesim Vasionensem longè antea prohibitum fuerat in antiquissimo Decreto Synodi *Vasensis*, quod idem est ac *Vasionensis*, Tertiæ, habitæ anno Christi 529, & relato in Canone *Præcipiendum* 13, *quæst.* 2, verbis illis -- *Præcipiendum est secundùm Canonum auctoritatem, ut de sepulturis, & hominibus sepeliendis nihil muneris exigant, nisi fortè, si qui sepelitur, vivens jusserit Ecclesiæ, in cujus Atrio sepelitur, aliquid de rebus suis tribuere, aut etiam post mortem ipsius, illi, quibus commissum est ejus eleemosynam facere, de rebus illius aliquid spontè dare voluerint, & tamen nullatenus a Presbyteris Ecclesiæ illius aliquid exigatur* -- Idemque cautum reperitur in altera Synodo Vasionensi, habita die 24 Aprilis 1672, sub bon. mem. Episcopo Ludovico *Alphonso de Suarez*, *tit. de Sacramentis*, *fol.* 13, ubi loquendo de Parochis circa administrationem Sacramentorum, hæc habentur -- *Nihil exigant, & quod gratis acceperunt, gratis administrent. Si quid verò fuerit oblatum spontè, modestè accipiant, ut ne minima quidem avaritiæ, & aviditatis suspicio animadverti possit* --

3 . Hæ Synodales dispositiones fuerunt in hanc usque diem religiosissimè servatæ ab omnibus Parochis, & Curatis pro tempore tam Civitatis, quàm Diæcesis Vasionen. quippe qui ob Sacramentorum administrationem non alia perceperunt emolumenta, quàm quæ spontè oblata fuerunt a Parochianis, ut probatur unanimi depositione Testium, confirmaturque ipsis etiam documentis, & attestationibus ex adverso productis, & huic Sacræ Congregationi exhibendis; ex quibus constat, Parochos pro Publicationibus, Matrimoniis, cæterisque functionibus Parochialibus habuisse quidem aliqua emolumenta, sed spontè ipsis oblata, & absque ulla certa taxa, cùm tradita modò fuerint in majori, modò in minori quantitate, modò in specie, ac modò in pecunia, & sine ulla coactiva, aut titulo obligatorio, prout infra latiùs ostendemus.

4 Quibus tamen minimè obstantibus in novissima Diæcesana Synodo Vasionen. celebrata, die 5 Septembris anno 1729, edita fuit generalis, & excessiva Taxa in tota Diæcesi pro emolumentis solvendis cuilibet ex Parochis tam pro matrimoniis, quàm pro Baptismo, atque etiam pro funeribus, & descriptione in libro mortuorum. Cumque in hac parte Communitas, & Consules Vasionen. reclamaverint ad Reverendissimum Prolegatum Avenionen. placuit eidem demandare executionem, & observantiam memoratæ Taxæ.

5 Interposita ab hujusmodi Judicato appellatione, causaque ex Decreto Eminentissimi Pro-Auditoris Sanctissimi delegata huic Sacræ Congregationi, subscriptum fuit præinsertum dubium, quòd *negativè* resolvendum omninò esse speramus, prout etiam Eminentissimis Patribus obsequentissimè supplicamus.

6 Quamvis enim regulare sit, ut Constitutiones Synodales intra Diæcesim vim Legis habeant, & ab omnibus sint servandæ, *ad Text. in Cap. Si quis venerис de Majorit. & Obedient. Barbos. de Offic. & Potestate Episcoporum, part.* 3, *allegat.* 93, *num.* 23, & 24; *Romaguer. ad Constit. Gerunden. lib.* 1, *tit. primo cap.* 1, *numer.* 39, & *seqq. Tondut. quæst. benef. lib. primo, cap.* 11, *num.* 1, & *seqq. Rot. coram Emer. Jun. dec.* 740, *num.* 2; *in recen. dec.* 212, *num.* 3, & 4, *par.* 19; & *in Placentina subministrationis Ceræ*, 5 *Maji* 1728, § *Pro eo enim, coram R. P. D. Millino.*

7 Nihilominus regula prædicta ita demum obtinet, si recensitæ Constitutiones Sacris Canonibus non adversentur; aliàs enim in casu opposito illa non debet attendi, & observari, ut apertè statuitur *in Cap. Quod super his, de Majorit. & obedient.* ibi -- *Dummodo in ipsa Synodo non ducas aliquid statuendum, quod Canonicis obviet Institutis* -- ibique -- *Fagnan. num.* 26, *Baruf. Torent. Jur. resol.* 23, *num.* 25; *Zerb. resolut. Canon. tit.* 5, *de Constit. quæst.* 17, *num.* 2; *Pignattell. Consult.* 123, *num.* 18, *tom.* 4; *Ursaya discept. Ecclesi. tom.* 8, *discept.* 4, *num.* 10, *ad* 16, *par.* 1; *Rot. coram Cocein. decis.* 1486, *num.* 4. Atque ob hanc ipsam causam

sam

sam ab iisdem Constitutionibus Synodalibus appellari potest ad S. Sedem, *Can. Sicut Excellentiam, versic. Ex Concilio, 23, quæst. 4, Præposit. in Rubric. de Appell. num. 34; Jacobat. de Concil. lib. 9, art. 15, num. 200, & lib. 10, art. 1, nu. 1; Nicol. in Floscul. verb. Synodus, num. 4; Zerb. resolut. Canonic. tit. 5, de Constit. quæst. 9, num. 2; Pignattell. consult. 72, tom. 1; Rot. cor. Coccin. decis. 1386, num. 1, & 2.*

8 In casu autem nostro prædictæ Constitutiones Synodales adversantur dispositioni non modò Sacrorum Canonum, verùm etiam Juris Divini, quo apertè præcipitur, Sacramenta gratis esse administranda, juxta illud *Matthæi 10, versic. 8,* ibi -- *Gratis accepistis, gratis date -- & Apocalyps. 22, vers. 18. -- Qui sitit, veniat, & qui vult, accipiat aquam vitæ gratis* -- Et hinc in compluribus Synodis constitutum expressè legitur, nihil penitùs exigi posse pro Sacramentorum administratione, & pro Defunctorum sepultura: *ita habetur in Concilio Toletano 11, cap. 8, relato in Can. quidquid 101, prima, quæst. 1,* ibi -- *Quidquid invisibilis gratiæ consolatione tribuitur, nunquam quæstibus, vel quibuslibet præmiis venundari penitùs debet, dicente Domino -- Quod gratis accepistis, gratis date -- Et ideò quicumque deinceps in Ecclesiastico Ordine constitutus, aut pro baptizandis, consignandisque Fidelibus, aut collatione Chrismatis, vel promotionis gradum, pretia qualibet, vel præmia, nisi voluntariè oblata, pro hujusmodi ambitione susceperit, &c. competenti pœna, & debita excommunicatione plectendus est* -- Ac rursùs in Concilio Bracarensi 2, *cap. 7, relat. in Can. Placuit 103, prima quæst. 1, in Concilio Eliberitano, cap. 48, relat. in Can. Emendari 104, par. quæst. 1; in Concilio Triburiensi, relat. in Can. Dictum est 105, eadem causa, & quæst. Concil. Londinen. 2, cap. 3; Concil. Oxomen. prim. can. 22, Concil. Ravennaten. habit. anno 997, sub Gerberto Archiepiscopo, postea Silvestro II, can. 3,* ibi - *Et si quis Sacri Ordinis de sepultura Mortuorum aliquid acceperit, nisi quæ fortè spontè ab Amicis, vel Propinquis Mortuorum Ecclesiæ fuerint collata, hac maledictione teneantur obnoxii - Concilio Bituricen. anni 1031, can. 12,* ibi -- *Nullus pretium pro Baptismo, neque pro pœnitentia danda, neque pro sepultura accipiat, nisi quod Fideles spontè dare, vel offerre voluerint* - Concilio Mediolanensi primo sub S. Carolo Borromæo *part. 2, tit. de his, quæ ad administr. Sacrament. generatim pertinent,* ibi -- *Cùm Sacramenta Ecclesiæ non solùm Simoniæ labe, verùm etiam sine avaritiæ suspicione præbenda sint, caveant omnes, ne in eorum administratione quidquam exigant, aut etiam verbis, aut signis directè, vel indirectè petant: qui secùs fecerit, eum, & pœnis de Jure communi statutis, & aliis arbitrio Episcopi plecti volumus* -- Synodo Pisana Reverendissimi Archiepiscopi Francisci Frosini, anni 1708, *par. 1, cap. 7, § Caveant, fol. 19;* Et consonant decreta Concilii Provincialis Avenionen. anni 1613, & necnon Synodorum nostræ Diæcesis Vasionen. annorum 529, 1672, quorum verba superiùs exscripsimus in expositione Facti.

Et ultra disposita in Conciliis, id quoque per viam legis universalis determinant plures Textus tam Canonici, quàm etiam Civiles. Et primò quidem *Text. in Can. Baptizandi 99, primo, quæst. 1,* ibi -- *Baptizandis, consignandisque Fidelibus, Sacerdotes pretia nulla præfigant, nec illationibus quibuslibet impositis exagitare cupiant renascentes, quoniam quod gratis accepimus, gratis dare mandamur; & ideo nihil a prædictis prorsùs exigere moliantur -- Can. quæsta est 13, quæst. 2,* ibi -- *Si quando aliquem in Ecclesia vestra sepeliri concedistis, siquidem Parentes ipsius proximi, vel Hæredes pro luminaribus spontè quid offerre voluerint, accipi non vetamus. Peti verò aliquid, aut exigi omninò prohibemus, ne, quod valde irreligiosum est, aut venalis fortasse, quod absit, dicatur Ecclesia, aut vos videamini de humanis mortibus gratulari, si ex eorum Cadaveribus studeatis quærere quolibet modo compendium -- Cap. Cum in Ecclesia 9, de Simonia,* ibi -- *Ne igitur hæc de cætero fiant, vel pro Personis Ecclesiasticis deducendis in sedem, vel Sacerdotibus instituendis, aut sepeliendis Mortuis, seu benedicendis Nubentibus, seu aliis Sacramentis conferendis, districtius prohibemus -- cap. Non satis, eodem tit. c. Suam nobis,* ibi -- *Suam nobis Parochiani de Villafranca querimoniā destinarunt, quòd Capellanus eorum pro exequiis Mortuorum, & benedictionibus Nubentium minùs licitè pecuniam ab his exigit, & extorquet* -- & infra -- *Discretioni tuæ mandamus, quatenus Capellanum, ut a tanta præsumptione desistat, & etiam pro excessu satisfaciat, competenter moneatis -- cap. Audivimus, & cap. Ad Apostolicam, eodem pariter tit. & cap. Abolendas, de sepultur.*

In Jure etiam Civili habetur *Novell. 59, collat. 10, de Impens. quas fieri oport. in Defunct. funer.* in qua Justinianus Imperator volens, ut ipse ait, *Hominibus largiri, ne geminam incommoditatem sustineant, tam suos amittentes, quàm etiam illorum nomine subenates,* Ministris, Ecclesiæ Constantinopolitanæ plures redditus attribuit, mandavitque, ne quidquam pro Defunctorum funere exigerent, ibi

-- *Hic ita evenientibus, nemo omnino ab Invito pro Curato de Mortui Corpore quidquam auferat* -- Et paulò post -- *Nihil prorsùs auferentes, aut per dationem ceteorum exigentes, aut sub alio velamento quemcumque exactionis modum excogitantes.*

11 Quibus omnibus adstipulantur tum complures Sac. Congregationum resolutiones, de quibus testatur *Monacell. Formul. legal. tom. 2, tit. 16, in annot. ad formul. 2, num. 17,* tum instructio, seu Taxa jussu fan. mem. Innocentii XI, *impress. post consuls. 11 Pignattell. tom. 8, § Parimente,* ibi -- *Parimente per una Regola generale da non soggiacere a limitazione alcuna; il Vescovo, o altro Prelato, suo Vicario Generale, o particolare, Cancelliero, o qualunque altro Offiziale, Ministro, o Familiare, anche sotto nome di mancia, o volontario donativo, non potrà esigere, nè ricevere emolumento alcuno così in denaro, come in qualunque altra cosa in tutto quello, che riguarda l' amministrazione de' Sacramenti del Battesimo, della Cresima, della Penitenza, della Eucaristia, e della Estrema Unzione, anche per l' esame, ed approvazione, o licenza d' amministrarli. Anzi s' incarica a Vescovi, e Prelati, e loro Vicarj, ed Offiziali, che non lo permettano a i Curati, ed a Confessori, ed altri Ministri, e particolarmente nel prendere il Piatto, o altro Vase, nel quale sia riposto il Vase dell' Oglio Santo per l' Estrema Unzione, o del Crisma nel Battesimo, overo Tovaglie, Fazzoletti, ed altre cose, dichiarandosi tutto ciò illecito.*

12 Tum etiam universa Schola Doctorum id seriò, ac præcisè inculcantium, & præ cæteris disertissimè tradunt *Div. Thomas 2 2, quæst. 100, art. 2, ad 6, & art. 3, ad 2; Sot. de Justit. & Jur. lib. 9, q. 6, art. 1; Suarez. de Religion. tom. 1, lib. 4, de Simonia cap. 14, num. 19; Redoan. de Simonia, par. 1, cap. 11, num. 8, par. 3, cap. 16, num. 32, & ead. par. 3, cap. 17, numer. 5; Barbos. de Offic. & potest. Paroch. par. 3, cap. 26, num. 16; Amostaz. de Caus. piis, lib. 6, cap. 3, numer. 46; Antonell. de Jur. Clericor. lib. 1, par. 5, cap. 16, num. 10; & de Regim. Eccles. lib. 1, part. 5, cap. 16, num. 10, & cap. 12, § 6, num. 50, & 53; Piringh. ad Jus Canonic. tom. 3, lib. 3, tit. 25, § 4, nu. 27; Thomassin. de nov. & veter. Eccles. discipl. par. 3, lib. 1, cap. 69, numer. 2; Monacell. formul. legal. tom. 2, tit. 16, formul. 2, num. 17; Adden. ad fan. mem. Gregor. XV, dec. 145, num. 10, in fine; Rot. in rec. decis. 561, numer. 1, par. 4, tom. 1.*

13 Ac denique hæc omnia coronat antiquissima consuetudo Civitatis Vasionensis, in qua cùm solvantur annua scuta mille circiter pro Decimis Reverendissimo Capitulo Ecclesiæ Cathedralis, penès quod residet habitualis Cura totius Civitatis, & ad quod propterea pertinet onus subministrandi congruam substentationem Vicario ad nutum amovibili, qui ejusdem Civitatis actualem Curam exerceat. Inde factum est, ut nunquam pro administratione Sacramentorum, ac præsertim pro Baptismo, Denunciarionibus Matrimoniorum, & pro Funeribus quidquam a Parochis petitum fuerit, sed absque ulla Parochorum conquestione, in Baptismo nil aliud peritum præter unam Candelam. In funeribus distriburio iam Ceræ, quam pecuniarum pependit a libero hæredum arbitrio, qui quandoque nil penitùs persolverunt, & in Matrimonio pro illius Publicationibus, ac pro benedictione Nuptiali, præter Eleemosynam Missæ, una dumtaxat Gallina, vel decem, aut duodecim solidi ad libitum Contrahentium oblati fuerunt, prout luculenter constat ex depositionibus plurimorum Testium, & præsertim R. D. Francisci Gauthier, qui ab anno 1709, ad annum usque 1725, fuit Vicarius Curatus d. Civitatis Vasionensis. Quæ sanè antiquissima consuetudo, utpote conformis dispositioni Juris, & tot Testium depositionibus comprobata, omnino servanda est, ut præcisè firmant *Possevin. de Offic. Curat. cap. 12, num. 45, & cap. 14, num. 3; Barbos. de Offic. & Potest. Paroch. par. 1, cap. 7, num. 19; Ricc. Collect. 3456, & 4523.*

14 Eademque consuetudo non solùm Juris Communis dispositioni, sed rationi etiam apprimè consona dicenda est. Si enim tota ratio, ob quam aliquando Parochis licitum esse potest aliquid exigere pro Sacramentorum administratione, in eo unicè sita est, ut illud exigatur non tamquam pretium Sacramenti, sed uti stipendium pro Ministri laborantis substentatione, ut notant *Bonacin. de Simon. qu. 6, punct. 2, num. 1, Barbos. de Offic. & potest. Paroch. part. 2, cap. 17, num. 42; Rot. cor. Eminentissimo Falconer. in Miscell. dec. 75, num. 17, & 18.* Nemo non videt, quòd, cùm in Civitate Vasionensi persolvantur Decimæ in insigni quantitate scurorum mille Capitulo Cathedralis, ex quibus ali debet Vicarius Curatus Civitatis Curam exercens, cessat proinde prætextus ille substentationis, nihilque exigi potest pro administratione Sacramentorum, aliarumque rerum spiritualium absque labe Simoniæ, prout benè admonet *Gloss. in cap. suam nobis, de Simon. verb. Pro Exequiis,* ibi -- *Sacerdos, qui ex Officio suo ad hoc tenetur, & qui habet victum suum, suis sumptibus tenetur spiritualia ministrare* -- S. *Thomas 2 2, quæst. 100, art. 3, ad tertium,* ibi -- *Ad*

-- *Ad tertium dicendum, quòd ille, cui committitur spiritualis potestas, ex Officio obligatur ad usum potestatis sibi commissæ in spiritualium dispensatione, & etiam pro sua sustentatione statuta stipendia habet ex redditibus Ecclesiæ; & ideò, si aliquid acciperet pro usu spiritualis potestatis, non intelligitur locare operas suas, quas ex debito suscepti Officii deberet impendere; sed intelligeretur vendere ipsum spiritualis Gratiæ usum, & propter hoc non licet pro quacumque dispensatione aliquid accipere* -- *Barbos. in cap. Ad Apostolicam num. 26, vers. Insuper, de Simon. ubi quod hoc procedit, non obstante consuetudine, Roman. cons.* 344, *num.* 1; *Piringh. ad jus Canon. tom.* 3, *lib.* 3, *tit.* 25, § 4, *num.* 40; *Pax-Jordan. Lucubrat. Canonic. tom.* 1, *lib.* 5, *tit.* 11, *num.* 15; *Grattan. discept.* 210, *num.* 27; *Piguattell. consult.* 88, *num.* 5, *tom.* 6.

15 Ex quo quidem illud etiam efficitur, ut nulla merces exigi possit pro descriptione Baptismarum, Matrimoniorum, & Defunctorum in Libris, qui ad hujusmodi effectum a Parochis retinentur. Cùm enim onus sit Parochorum non tam administrandi Sacramenta, quàm retinendi Libros Baptizatorum, Matrimoniorum, ac Defunctorum, juxta Decretum Sac. Concilii Tridentini, *sess.* 24, *de reformat. Matrimon cap.* 1, & 2; utique, cessante ratione necessariæ sustentationis, nullum penitùs emolumentum exigi potest pro facienda descriptione partitarum in iisdem Libris, quam Parochi omnes ratione Officii conficere tenentur; *Sanchez de Matrim. lib.* 3, *disput.* 15, *numer.* 22, *Barbos. de Offic. & potest. Paroch. part.* 1, *cap.* 7, *num.* 8, *Pax-Jordan. lucubrat. Canonic. tom.* 1, *lib.* 3, *tit.* 7, *num.* 157; *Grattan. discept.* 6,3, *num.* 64.

16 Quæ cùm ita sint, inanis est apparatus contrariæ Consuetudinis, juxta quam inquit Pars Adversa, Parochos, & Curatos aliquid semper exegisse a Parochianis occasione Administrarionis Sacramentorum, quemadmodũ suaderi contenditur ex documentis exadverso exhibendis; nam præter quam quòd hujusmodi solutiones principaliter probantur ex depositione eorundem Parochorum, qui habent in Causa interesse, ac deponunt ad proprium commodum, & consequenter eorum testimonium est undique suspectum, & nullatenus meretur attendi, ex firmatis per *Rot. coram Coccin. dec.* 178, *num.* 4, *in rec. dec.* 762, *num.* 6, *par.* 1, *cum aliis in Monasterien. Canonicatus*, 20 *Jaunarii* 1708, § *Tales autem, coram cl. mem. Card. Scotto.*

17 Prætereà singillatim expensis contrariis depositionibus, illico patet, quòd solutiones factæ Parochis tam pro Matrimoniis, quàm pro Baptismis, & similibus, fuerunt prorsus voluntariæ, & arbitrariæ, ac sine ulla certa taxa, aut destinatione, & modò in specie, modò in pecunia, & nunc in majori, nunc in minori summa; imo ut plurimum factæ fuerunt, & fiunt correspectivè ad celebrationem Missæ, & ad Ceram, quam Parochi consumunt de proprio; nec ullus ex Parochis ausus est deponere, quòd Parochiani, etiam recusantes, & inviti, coacti fuerint, & adstricti ad solvenda dd. Emolumenta. Unde locum sibi vindicat vulgata regula, quòd ex actibus facultativis, & voluntariis nulla desumi potest obligatio, nullumque acquiritur Jus, seu possessio, aut Consuetudo obligatoria, etiamsi actus sint plures, atque, ut ajunt Doctores, continuati per mille annos, quia semper referuntur ad suum principium meræ voluntatis, nec possunt transire in obligatorios, ac inducere Consuetudinem coactivam, nisi probetur, quòd Parochiani recusantes solvere, fuerint ad id coacti, & coactioni acquieverint, per ea, quæ notant *Piguattell. consult.* 35, *num.* 25, *tom.* 4; *Lotter. de re benef. lib.* 1, *quæst.* 34, *numer.* 52; *Rot. coram Bich. dec.* 118, *num.* 17; *& pluribus allegatis, coram Eminentissimo Falconer. tit. de elect. dec.* 3, *num.* 6.

18 Atque ideò ad tenorem prætensæ Consuetudinis, & Observantiæ fundatæ in facto voluntario Parochianorum, eorumque arbitrio, & facultate, permitti quidem poterit, ut Parochi valeant recipere res sibi ultro, ac spontè oblatas; non autem ut possint cogere Parochianos ad offerendum, quia id esset contra solitum, & observantiam; & actus merè voluntarii converterentur in necessarios, & obligatorios; ac prætextu Consuetudinis admitterentur illa absurda, a quibus cavendum esse clamat in proposito Divus Thomas 2 2, *quæst.* 100, *art.* 2, *ad* 4, ibi -- *In his tamen omnibus sollicitè cavendum est, quòd habet speciem Simoniæ, vel Cupiditatis, secundùm illud Apostol.* 1, *ad Thessalonic. ultim.* -- *Ab omni specie mala abstinete vos* -- Et magis præcisè, quòd, non obstante quacumque antiquissima Consuetudine, nihil peti possit, antequam Sacramenta administrentur, firmat *Barbos. in cap. Ad Apostolicam, num.* 12, *de Simon.*

19 Cæterùm, cùm agatur de Consuetudine, qua firmari contenditur debitum certæ taxæ, & emolumenti pro Sacramentis contra dispositionem Juris tam Canonici, quàm Civilis, hoc casu non solùm illa probanda esset per tempus immemorabile cum requisitis notoriis *Glossæ, in cap.* 6, *de præscript.* Sed ulteriùs ostendi deberet, eam fuisse confirmatam in contradictorio Judicio; *Surd. cons.* 393, *num.* 25; *Mans. consult.* 6, *num.* 18, *tom.*

tom. 1; *Rot. coram Merlin. dec.* 638, *n.* 7; *& coram Eminentissimo Falconer. de Jurepatr. dec.* 30, *num.* 18.

20 Imo cùm agatur de materia nutritiva peccati, & pessimi exempli, ac, uti tali reprobata a Sacris Canonibus, & omnibus Conciliis tam generalibus, quàm etiam Provincialibus, & Peculiaribus nostræ Diæcesis, uti superiùs animadvertimus, utique illa, tamquam abusus, & corruptela, foret omninò rejicienda, utpote quæ inducta censeretur ex avaritia, & cupiditate Clericorum, ut uno ore firmant *Abb. in cap.* 1, *num.* 6, *de Decim. Ricc. in prax. resolut.* 576, *num.* 3, *tom.* 1; *Gratian. disceptat.* 210, *num.* 30; *Antonell. de Regimin. Eccles. lib.* 1, *cap.* 12, § 6, *num.* 57; *Redoan. de Simon. part.* 3, *cap.* 16, *num.* 37.

Quare, &c.

Victorius de Martinis Advoc.

Vasionen. Taxarum.

Eminentissime, & Reverendissime Domine.

21 CONstitutiones Synodales in ea parte, qua præscribunt *certam taxam, ac emolumenta fixa* pro administratione Sacramentorum, coguntque Parochianos etiam invitos ad illorum solutionem, non sunt ullo modo observandæ, aut exequendæ. Etsi enim regulariter magna sit auctoritas hujusmodi Constitutionum, quæ intra limites Diæcesis vim legis habent, juxta *auctoritates hinc inde allegatas*. Ea tamen statim cessat, ac resolvitur, quatenus præfatæ Constitutiones, aliquid constituant, qnod Sacris Canonibus adversetur, ut literaliter disponitur in *Cap. quod super his de Majorit. & obedien.* & firmant plena manu relati *in nostro restrictu*.

22 Undique autem resonat Vox Sacrorum Canonum, strictè monens Parochos, ut Sacramenta gratis administrent, neque hac occasione aliquid emolumenti audeant à Parochianis exigere. Id quod præscriptum habemus in Sacris paginis, & in pluribus Conciliis tam Generalibus, quàm Provincialibus, ac specialiter in illis nostræ Diæcesis; & consonant ipsæ Cesareæ Leges, necnon resolutiones Sacrarum Congregationum, & sensus universalis omnium Doctorum, ut latè, & distinctæ probavimus *in Restrictu, &c.* Unde solutio certæ taxæ in d. Synodo præcipuè injuncta, non potest substineri, utpote quæ pectus opponit contra Torrentem, & insurgit contra apertam Juris & Sacrorum Canonum dispositionem.

23 Et præcæteris inexequibilitatem dictarum Constitutionum evincit declaratio seu Taxa Innocentiana, injungens per viam regulæ generalis – *da non soggiacere ad alcuna limitatione* – omnibus Episcopis, & Vicariis, ne aliquid recipi permittanr in tota, quam latè patet, materia Sacramentorum, juxta verba transcripta *in nostra Informatione*, § 11. Proindeque e conspectu illius recentioris, & solemnissimæ prohibitionis, contraria taxa nullam mereretur executionem, non attenta excusatione, quòd dicta declaratio Innocentiana non fuerit transmissa ad Ordinarios Aven. & Comitatus Venaisini. Quippe cùm illa emanaverit per viam Legis universalis, & in toto Mundo Christiano observandæ, opus non est docere de ejus particulari transmissione, nec opus est dare rationem, cur Lex Papalis non sit servanda in hisce locis Ditionis Ecclesiasticæ, signanter in materia spirituali, & in qua totum id, quod continetur in hac declaratione, expressum legitur in corpore Juris Canonici, & Civilis.

24 Frustra verò objicitur quòd Clerici, & si nihil petere & accipere valeant in Sacramentorum administratione, *tamquam rei spiritualis pretium*, possint tamen aliquid recipere in præmium laboris, *& velut per modum stipendii temporalis*. Nam quidquid sit de subsistentia illius assumpti, quod in suis casibus non est indefinitè admittendum, sed cum grano Salis, & cum magna circumspectione, ne fiat fraus legi, & hisce subtilitatibus fomentum detur cupiditati Clericorum, & Simoniæ, ut observant adducti *in nostro restrictu, &c.*

25 Cessat omnis prætextus in hypothesi; quia ut patet, ac exadverso ultro admittitur, Parochus est abundè, & sufficienter provisus, & congruam substentationem obtinet a Reverendissimo Capitulo Ecclesiæ Cathedralis, quòd habet penes se curam habitualem, & illius intuitu exigit Decimas ascend. ad scuta mille circiter in singulos annos. Quo stante, præsens taxa salvari nequit sub colore stipendii temporalis, quod jam exuberanter persolvitur in tot decimis; & nova emolumenta peti, & exigi non possunt sine evidenti labe Simoniæ, quemadmodum individualiter respondent *Glos. in cap. Suam nobis, de Simon.* aliique congesti, & transcripti in nostra Informatione.

26 Nullatenus relevante, quòd Decimæ prædictæ tradantur Reverendissimo Capitulo, non autem Curato actualiter exercenti, ac ministranti Sacramenta; quia id est verbis illudere; & dum Decimæ solvuntur Capitulo habenti curam habitualem, & dantur præcisè in *causam administrationis Sacramentorum*, idem profectò est, ac si directè traderentur ipsimet Curato, qui consequi debet congruum

gruum stipendium, & salarium ab ipso Capitulo, neque potest hoc titulo aliquid exigere a Parochianis, aliàs isti ex hoc capite duplici onere gravarentur; Altero scilicet solvendi decimas in summa adeo conspicua Capitulo habenti curam habitualem; & altero tradendi novu emolumenta Curato actualiter exercenti; quo sanè nihil absurdius, ut in proposito advertunt *Rot. dec.* 174, *num.* 3, *cor. Ludovis. & ibi Adden. & decis.* 412, *num.* 5, *tom.* 2, *cor. Molinet.*

27 Denique cæteris fragilius est præsidium assertæ consuetudinis, cujus vigore prætenditur, licitum esse Parochis aliquid recipere pro administrandis Sacramentis, etiamsi *divites* sint, *& abundè provisi*. In eo enim quod respicit nostram Civitatem Vasionis, objectum cessat ex facto, quia, ut præventivè demonstravimus, in eadem Civitate nihil unquam fuit petitum, aut solutum pro Baptismo, denunciationibus Matrimoniorum, & funeribus, excepta una Candela pro Baptismo, & una Gallina, seu decem, aut duodecim solidis pro benedictione nuptiali, ut ex attestatione veteris Curati dictæ Civitatis, aliorumque plurium Testium data. Ideoque consuetudo localis mirabiliter retorquetur, & unà cum dispositione Juris, & Sacrorum Canonum insurgit adversus prætensam taxum, quæ novum impouit onus Parochianis contra solitum, quod non potest, nec debet alterari, ut probant ipsæmet auctoritates laudatæ in contraria Informatione, §§ 7, & 8.

28 Nec consuetudini per nos adductæ adversantur Testes dati. Nam quatuor, aut quinque ex illis, qui deponunt de prætenso solito *Civitatis Vasionis*, nullo numero habendi sunt, tum quia conquassantur a nostris Testibus, qui sunt numero plures, & testantur præcisè, ac de facto proprio. Tum quia in substantia excepta Candela tradi solita in Baptismo, super qua concordant etiam nostri Testes; in reliquis, & signanter circa *funera*, sunt varii, & fatentur modò plus, modò minùs fuisse solutum, ajendo per verba -- *Almeno mi davano* -- rursùs -- *non vi era regola veruna -- non vi era regolamento alcuno -- che le distributioni de' sotterramenti non sono regolate -- Che non v' è stato mai regolato niente*: & propterea in eorum dicto nihil concludunt, & confirmant potius depositiones nostrorum Testium asserentium, quòd extra Candelam datam in Baptismo, in reliquis modicum, aut nihil fuit persolutum.

29 Alii verò Testes contrarii non loquuntur de consuetudine nostræ Civitatis, sed de illa vigente, ut prætenditur, in aliis locis Diæcesis Vasionen. sicque nil faciunt ad casum. Regulare enim est in hac materia, quòd non datur extensio de loco ad locum, nec de persona ad personam; sed consuetudo debet probari in specie, & in eo signato loco, de quo disputatur, ut tradunt *Ciarlin. controv. foren. cap.* 62, *num.* 7; *Cartar. decis.* 46, *num.* 31; *Roo. dec.* 321, *num.* 10, *par.* 15 *rec.* Quidquid ergo practicatum fuit in aliquibus locis istius Diæcesis, non potest firmare statum pro nostra Civitate Vasionis, ubi viget consuetudo contraria; nec confundenda sunt solitum, & leges unius loci cum illis loci diversi, ut præter superiùs allegatos optimè tradont *Rot. coram Cocein. dec.* 1773, *n.* 5, & 6, *tom.* 4; *& cor. Cerro dec.* 931, *num.* 6; *& coram Cavaler. dec.* 95, *num.* 3, & 419, *num.* 4, *& dec.* 74, *numer.* 13; *Miscell. cor. Eminentissimo Falconer, & decis.* 452, *num.* 22, *tom.* 2, *cor. Bich.*

Attenta signanter gravissima illa circumstantia, quòd nempè Capitulum nostræ Civitatis pro administratione Sacramentorum obtinet pinguissimum emolumentum scut. 1000 circiter in ratione Decimarum. Inde enim assequimur, quòd eatenus in Civitate Vasionis nihil aut parum traditur Parocho, ex quo eidem solvitur a Parochianis conspicuum stipendium, quod non solvitur in aliis locis præfatæ Diæcesis; & consequenter inspecto tam evidenti *rationis* discrimine, eò minus fieri potest extensio consuetudinis de ono loco ad alium, ut individualiter reflectunt *Rot. cor. Eminentissimo Falconer. dec.* 74, *num.* 14, *in Miscell. & decis.* 385, *num.* 14, & 15; *coram Molsner, tom.* 2, *dec.* 214, *num.* 20, *par.* 17, *& decis.* 278, *num.* 15, *par.* 2 *rec.* 30

Cæterum, ut dicebamus in restrictu apparatus istius consuetudinis nullius est momenti ad sustinendam prætensam taxam. Omisso enim quòd illa legitimè non probatur, nec docetur fuisse confirmatam in contradictorio Judicio, prout requiritur in subjecta materia, quæ habet contra se resistentiam Juris, & SS. Canonum. Omissaque insuper quæstione circa vires, & efficaciam istius consuetudinis, cujus vigore vult reddi licitum id, quod omni Jure prohibitum est, libenti animo accipimus distinctionem insinuatam in contrariis scriptis, quòd scilicet consuetudo attendi debeat, quoties fuit legitimè introducta, & originem trahit ex mera *liberalitate*, *& voluntate* Fidelium. Secus verò, quando ex mero abusu, *& Clericorum potestate*, *& exactione* procedit, ut totidem verbis relat. *Gonzal. Tell. in cap. Cum in Eccles.* 8, *de Simon. ait D. exadverso Scriben. in sua facti*, § 9. 31

Hoc namque retento themate, negocium confectum est ex ore ipsius Partis, 32

tis, quia ass. consuetudo in hac Diœcesi non aliter fuit inducta, quàm per abusum, & violentiam Clericorum. Et hæc Veritas probatur ex eadem Synodo nuper celebrata, in qua claris notis dicitur, ad aures Reverendissimi Episcopi devenisse quereias, & .. *expostulationes quorundam Laicorum contra prætensam nimiam Parochorum exactionem in administratione Sacramentorum*. Idemque legitur in exordio contrariæ Informationis, ubi dicitur taxam suisse in Synodo præscriptam .. *ad tollendos abusus, qui in Diœcesi Vasionis irrepserant circa excessivam exactionem retributionum, seu emolumentorum*.

33 Ideoque palam est ex ingenua Partis confessione, quòd emolumenta hactenus a Parochis exacta, *& de quibus loquuntur contrariæ depositiones*, non processerunt ex libera voluntate, aut pia fidelium liberalitate, sed ex cupiditate, & facto Parochorum, *ac nimia, & excessiva illorum exactione*, & per consequens exinde nulla potuit induci legitima consuetudo, quæ debet esse immunis ab omni violentia, & reclamatione solventium; nec potest deduci ex actibus violentis, & contradictis; qui potius ostendunt rem versari in terminis abusus, & corruptelæ omni jure reprobatæ, prout dicitur in ipsis contrariis scriptis, & præter auctoritates in eis allegatas plenè firmant aliæ cumulatæ in nostro *Restrictu*, § *Fin.*

34 Verùm etiamsi præcisivè ab his omnibus admitti vellet prætensa consuetudo, nunquam tamen sustentabilis esset controversa taxa; ea invincibili ratione, quia ad terminos dictæ consuetudinis Parochi debent emolumenta accipere, prout hactenus recepisse supponunt *a sponte dantibus*, & ad eorum *libitum*, modò plus, & modò minùs, modò in pecunia, & modò in specie, ut innegabiliter patet ex documentis relatis. Quod sanè est prorsùs incompatibile cum prætensa taxa, cujus vigore Parochi possunt exigere, & Parochiani, *velint*, *nolint*, tenentur tradere emolumenta *fixa*, & in quantitate inibi *designata*; & sic taxa non servat, sed potiùs destruit consuetudinem tam circa *substantiam*, quàm circa *quantitatem*, & largitionem merè voluntariam, & *arbitrariam* transire facit in coactivam, *& obligatoriam* contra Regulas exornatas in *nostro Restrictu*, § 17.

35 Et hic ad hominem, ut diximus, retorquentur *Cap. ad Apostolicam* 41, *de Simon.* aliæque doctrinæ in oppositum allegatæ. Ajunt enim consuetudines, honestas tamen, & moderatas, servandas esse, prohibita quacumque illarum *immutatione, seu alteratione*; & consequenter directè se opponunt prætensæ taxæ, juxta quam in universum immutatur solitum, & præscribitur solutio certi, & fixi emolumenti tradendi etiam ab invitis, quando ex probationibus hinc inde cumulatis in comperto est, quòd in traditione hujusmodi emolumentorum nihil unquam fuit *certi*, aut *determinati*; sed illa nunc fuerunt soluta in majori, nunc verò in minori quantitate; & modò in una specie, modò in alia; totumque resedit *in libero arbitrio* Parochianorum, qui pluries etiam nihil tradiderunt. Unde sub obtentu servandæ consuetudinis, illa non debet alterari, ac destrui, imponendo Parochianis ea onera, quæ in administratione Sacramentorum sunt in universum reprobata, & de stricta Juris censura non debent tolerari nec etiam sub prætextu ass. *consuetudinis*, ut relatis pluribus Canonibus, & Conciliis, non minùs doctè, quàm eruditè probat *Gonzal. Tell. exadverso laudatus in d. Cap. Cum in Ecclesia, de Simon. numer.* 3, *& per tot.*

Ultra quod Textus in dicto Capitulo ad Apostolicam loquitur in supposito consuetudinis indubitatæ, & coram Episcopo justificatæ, juxta quam Parochiani solverint aliquod certum, & fixum emolumentum sine ulla *variatione*, aut *contrarietate*; proindeque non est applicabile ad casum, in quo ex ipsis contrariis probationibus habetur *difformitas*, & *varietas* solutionum, quæ dicuntur factæ absque ulla certa methodo, seu determinatione, & ad merum arbitrium Parochianorum. In quibus terminis nec etiam dici potest, quòd adsit ulla consuetudo, dum ista pro sui essentia requirit actuum conformitatem, & perpetuam consonantiam; & ex unico actu difformi, & contrario remanet exclusa; *Bartol. in Leg. Semper in stipulationibus, in fine, ff de Reg. jur. Grattianus discept. foren. cap.* 639, *num.* 12; *Rota coram Gregor. dec.* 162, *num.* 9, *ibique adden. nu.* 15, *coram Eminentissimo Falconerio, in Miscellaneis, decis.* 74, *num.* 16, *cum aliis in Tyburtina Fabricæ*, 18 *Martii* 1720, § *Tota namque, coram Reverendissimo Corio Decano.* 36

Quare, &c.

Jo. Franciscus Marcus.

In hac Causa a S. Congregatione Concil. responsum fuit sub die 6 *Februarii* 1734, *negativè, & ampliùs.*

AD-

ADDITIO XLVIII.

Illustrissimi ac Reverendissimi Domini

D. JOANNIS ANDREÆ DE PINIS

Gubernatoris Ven. Hospitalis S. Mariæ Novæ de Florentia, & R. S. C. Auditoris,

CONSULTATIO

pro eodem Ven. Hospit.

Florentina Jurium Funeralium.

ARGUMENTUM.

An, & quando occasione funeris illorum, qui in aliquo Hospitali moriuntur, & sepulturam alibi elegerunt, Parochus Loci, in quo Hospitale est situm, jus Parochiale sibi vindicare valeat. Hac occasione examinantur privilegia, quibus gaudet insigne Hospitale S. Mariæ Novæ Civit. Florent.

SUMMARIUM.

1 *Duo genera Hospitalium, quoad Jura Parochialia, distinguuntur, & quæ ista sint.*

2 *Hospitale S. Mariæ Novæ Florentiæ proprios habet Sacerdotes, qui omnia Sacramenta, & Spiritualia præbent Infirmis, & Familiæ; plenamque gerunt ibidem Curam Animarum, privativè quoad Parochos Locorum, ubi consistunt Hospitalis ædificia.*

3 *Parochialitas constituitur ex reciproca necessitate, quam habet Parochus Parochianis Sacramenta præbendi, & Parochiani eadem a Parocho recipiendi.*

4 *Parochus jus non habet in eorum funeribus, qui Sacramenta ab eo recipere non tenentur, & num. 5.*

6 *Hospitale habens proprios Sacerdotes, qui, privativè quoad Parochum, præbent Sacramenta, & Curam Animarum gerunt degentium in eo, exemptum dicitur a Parocho, particularemque constituit Parochiam, per quamdam speciem Territorii separati, num. 73, & 75.*

7 *Et prædicti Sacerdotes assistentiam Juris habent, etiam quoad emolumenta funerum in Hospitali decedentium, tanquam proprii Parochi, & n. 74.*

8 *Recensentur verba exemptionis concessæ prædicto Hospitali S. Mariæ Novæ.*

9 *Exemptio ab Ordinario secum fert quoque exemptionem a Parocho, qui est Coadjator, & veluti Vicarius Episcopi.*

10 *In Ecclesiis Regularium, ex quo sunt exemptæ ab Ordinario, nulla competit Parocho, in cujus Parochia sita sunt, Juris assistentia.*

11 *Decedentes in aliquo Hospitali, si alibi sepeliendi sint, associari debent a Parocho.*

12 *Declaratur præcedens conclusio, ut procedat, quoad Parochum Defuncti, qui ad Hospitale curationis causa delatus fuerat.*

13 *Parochus verò loci, in quo situm est Hospitale, nullum jus habet in funeribus eorum, qui aliò deferuntur sepeliendi.*

14 *Aliud dicendum de illo, qui non ratione curationis, sed famulatus in Hospitale se recepit, quia hoc casu priorem Parochiam amittit, & in eodem Hospitali suam familiarem habitationem constituit.*

15 *Ita famuli, mercede conducti, statim ac transeunt in familiam Dominorum, Parochiani fiunt eorumdem dominorum.*

16 *Etiam ad effectum validè contrahendi Matrimonium.*

17 *Decedente recepto in familiam Hospitalis, qui illius Sacerdotes in proprios Parochos agnoscit, tam Parochus loci, quàm quilibet alius Parochus, associationem prætendens, ex non jure agendi repellitur.*

18 *Regulares, in quorum Ecclesia sepeliendus est Defunctus, non valent illum asportare, nisi priùs monito, & expectato Parocho.*

19 *Hoc autem intelligitur, non de Parocho loci materialis, in quo reperitur Hospitale, sed de Parocho proprio Defuncti, sub cujus Parochia vivebat, num. 28, 69, & 71.*

20 *Licitum est Regularibus, & aliis quibuscumque, occasione ducendi funus, alienas Parochias intrare, & numer. 83.*

21 *Post aspersum Corpus Aqua benedicta a Parocho defuncti, & recitatam Antiphonam* Si iniquitates, *& Psalmum* De profundis, *possunt Regulares ipsum Corpus levare, & ad eorum Ecclesiam deferre.*

22 *Ad Sacerdotes Hospitalis, qui ibi Curam Animarum gerunt, spectat supradicta peragere supra Corpus defuncti.*

23 *Iisdemque licitum est Defunctum associare cum Stola.*

24 *Electa a Moniali ex privilegio sepultura, extra Ecclesiam Monasterii, Parochus loci nullum jus habet in illius funere.*

25 *Sed Confessarius, tamquam proprius Parochus, funus comitatur, & numer. 89.*

26 *Stola est ornatus Sacerdotalis, non signum Jurisdictionis.*

27 *Ut Regulares possint funus efferre,*

 ne-

necesse non est, proprium Defuncti præmittere, & ritur supradictos, multòque minus funus comituri cum Stola; sed satis est, quòd sit præsens, & permittat.

29 *Regulares, extra Claustra decedentes, possunt ad eorum Ecclesias deferri, inconsulto Parocho loci, in quo defunctus est, & num. 81.*

30 *Mandatum de manutenendo, quod non justificatur ex Actis, tamquam notoriè injustum, est nullum.*

31 *Parocho loci, in quo situm est Hospitale, in casu dd. funerum, concedenda non est, ex sola Juris assistentia, manutentio.*

32 *Et generaliter ubi jus Parochi est turbidum, ea denegatur.*

33 *Mandatum de manutenendo, ex novis probationibus, in secunda Instantia factis, tamquam justum, confirmandum venit.*

34 *Actus gesti, vacante officio Hospitalarii, non nocent, nec in petitorio, nec in possessorio, cùm sint spoliativi, & num. 35.*

36 *Ad acquirendam quasi possessionem, necessaria est scientia, & patientia illius, in cujus præjudicium actus geritur.*

37 *Actus possessorii destruuntur ab actibus contrariis.*

38 *Libri Parochiales probant circa ea, quæ Officium Parochi concernunt, non autem circa circumstantias, quæ ibi enunciantur.*

39 *Actus possessorii non suffragantur contra habentem Juris assistentiam etiamsi sint plures, & multiplicati.*

40 *Decedente fœmina, in Hospitali ad tempus constituta, funus ducere ad Parochum illum spectat, sub quo vivebat, antequam ad Hospitale accederet.*

41 *Possessor non est manutenendus, constito de illius non jure, & n. 42.*

43 *Nec qui passus est se spoliari, suaque possessione privari.*

44 *Familiares, & continui commensales Exemptorum, sepeliendi sunt in eorumdem Exemptorum Ecclesia.*

45 *Et si eligant sepulturam alibi, quando sustineatur electio.*

46 *Juris assistentia, quam habent Parochi in funeribus decedentium intra limites Parochiæ, non competit ratione loci materialis, vel obitus accidentalis in eadem Parochia, etiam cum administratione Sacramentorum, sed ratione personæ, seu spiritualis officii a Parocho erga suum Parochianum, dum vivebat, exerciti, n. 47, 48, 59, 60, & 82.*

49 *Rure decedens, non in rurali, sed in propria Civitatis Parochia est sepeliendus.*

50 *Canonici, ubicumque decedant, in Cathedrali sunt sepeliendi.*

51 *Fortuitò extra propriam Parochiam decedens, non in Parochia obitus, sed in Parochia domicilii est sepulturæ tradendus.*

52 *Puellæ educationis causa in Monasteriis collocatæ, si ibi moriantur, sepeliendæ sunt in Parochia proprii domicilii.*

53 *Ad Parochum loci, in quo situm est Monasterium, pertinet ducere funus Puellæ defunctæ in Monasterio, quando ad propriam Parochiam commodè deferri non potest.*

54 *Parochus loci Monasterii, non potest jungere Matrimonio Puellas in Monasterio degentes.*

55 *Puellæ defunctæ in Monasterio, in Monialium Ecclesia sepeliri non possunt.*

56 *Parochus loci, in quo advenæ, & peregrini decedunt, quoad Sacramenta, & funus, non dicitur eorum proprius Parochus, sed Parochus necessitatis.*

57 *Parochus necessitatis, quoad funus, excludit Ecclesias magis extraneas, imo & Cathedralem.*

58 *Limita, si ad propriam Parochiam hujusmodi cadavera commodè deferri non possint.*

61 *Parochialitas per eum servatur, per quem non stat, quominus Sacramenta administret.*

62 *Parochiani ex eo, quòd in aliis Ecclesiis, quàm in Parochiali Sacramenta recipiant, a jurisdictione Parochi non subtrahuntur.*

63 *Omnia privilegia Mendicantium, quoad Sacramentorum administrationem, cessant in Paschate, & in mortis periculo.*

64 *Administratio Sacramentorum facta per Capellanos Hospitalis, & nulla reddita ratio de animabus in eo degentibus, illud a jurisdictione Parochi localis omninò liberum probant, & num. 70.*

65 *Eò vel maximè, si adsit consuetudo temporis considerabilis, quæ sufficit etiam in iis, quæ sunt præter jus.*

66 *Hospitale non dicitur liberum a jurisdictione Parochi loci, quando in eo de hujus licentia Sacramenta administrantur.*

67 *Regulares habent jus sepeliendi in propria Ecclesia eos omnes, qui ibidem sepulturam elegerunt.*

63 *Regularibus licet ad propriam Ecclesiam Defunctos processionaliter deferre.*

72 *Parochus loci, si contendat sepelire Defunctos in Hospitali, qui tamen de ejus Parochia non sunt, ex non* ju-

jure agendi repellitur.

76 *Parocho de jure competit jus administrandi Sacramenta suis Parochianis, ad Hospitale causa infirmitatis delatis, num. 78.*

77 *Limita, quando Hospitale ab Episcopi jurisdictione est exemptum.*

79 *Regulares habent solùm exemptionem passivam ab Episcopi jurisdictione.*

80 *Hospitale exemptum æquiparatur loco existenti extra Parochiam.*

84 *Jus ducendi funeris competere potest etiam non habenti Territorium, & num. 99.*

85 *Sacerdotes administrantes Sacramenta in Hospitali, extra illud nullam habent jurisdictionem.*

86 *Declara præallatam conclusionem procedere quoad Parochum Defuncti, secus quoad Parochum loci, in quo Hospitale est erectum.*

87 *Infirmi delati in Hospitale exemptum curationis causa, retinent semper Parochiam, in qua degebant.*

88 *Familiares Hospitalis exempti non agnoscunt alium proprium Parochum nisi ejusdem Hospitalis Sacerdotes.*

90 *Regulare est, rationem magis attendi, quàm dictum.*

91 *Confessario Monasterii competit associatio, & cætera jura Parochialia in casu, quo fœmina sæcularis decedat intra Claustra, ibidem ad vitam collocata, num. 92, & 93.*

94 *Stola quoad funera deferri potest in Ecclesiis Regularium etiam a non Parocho, num. 95.*

96 *Enumerantur effectus, quos jus Parochiale, veluti universalis causa producit.*

97 *Manutentio non competit Parocho in casu, quo jus manifestè resistat.*

98 *Non probata quasi possessione, non datur manutentio ex sola juris assistentia.*

100 *Ex actibus facultativis non potest induci manutentio, nisi intercedat contradictio, & rejectio.*

101 *Declara id habere locum, quando agitur de actibus facultativis factis a privato in privatum, non verò de publicis.*

102 *Usus contrarius, seu non usus longissimi temporis tollit omne jus etiam facultativum, & præbet statum manutenibilem.*

103 *Amplia id etiam ad quodlibet privilegium.*

104 *Derogatio* Clemen. Dudum, *requiritur in privilegio exemptionis Hospitalis, quando agitur de sepeliendo alieno Parochiano absque solutione quartæ.*

Illustrissime, & Reverendissime
Domine.

DUO sunt genera Hospitalium, quo-
ad Jura Parochialia. Alterum eo-
rum, quæ sub cura sunt Parochi, intra
cujus Parochiæ fines existunt, qui, si
non omnem, saltem præcipuam, & ma-
jorem solicitudinem gerit degentium in
eis, & hæc eidem Parocho subjiciun- 1
tur. Alterum eorum, quæ proprios ha-
bent Sacerdotes, qui omnia Sacramen-
ta, & spiritualia præbent Infirmis, &
Familiæ, plenamque Curam gerunt Ani-
marum degentium in eis, sive conces-
sione, sive longa consuetudine; & hæc
eo ipso exempta sunt ab omni jure Pa-
rochiali, eorumque exemptionem com-
probavit Concilium Viennense *in Clem.
quia contingit, § Cæterum, de Relig. Do-
mib. ubi glos. verb. Parochiales; Zabar.
num. 1; Anchar. num. 17, & 18; Pa-
normit. num. 24; Vitalin. num. 86; Pax-
Jordan. elucubr. lib. 7, tit. 9, num. 39;
Nicol. lucubrat. civil. lib. 4, tit. 5, nu.
26, vers. limita octavo; Pignatt. consult.
152, num. 17, tom. 9; Van-Espen. jur.
Eccles. part. 2, tit. 37, cap. 3, numer.
40, & 41.*

Hujus secundi generis est Insigne in
hac Civitate, & summis ubique laudi-
bus celebratum Hospitale Sanctæ Ma- 2
riæ Novæ; habet enim a pluribus sæcu-
lis proprios Sacerdotes Sacramenta ad-
ministrantes, Christianas Institutiones
edocentes, atque omnimodam Curam ge-
rentes Animarum in eo degentium pri-
vativè omnino quoad Parochos locorum,
in quibus consistunt Hospitalis Ædificia,
ita ut nulli dubium esse possit de ple-
nissima ejusdem exemptione. At nihil-
ominus, defuncto nuper Sebastiano Bar-
toli, perpetuò addicto eidem Hospitali,
ipsoque per Patres Ordinis Servorum,
juxta suam postremam voluntatem, ad eo-
rum Ecclesiam Sepulturæ causa ducto,
præter omnem expectationem declama-
re cœpit Rev. Parochus S. Michaelis Vi-
cedominorum non potuisse, eo incon-
sulto, duci Funus, quia Hospitale situm
est intra limites suæ Parochiæ, atque
ex sola juris assistentia, nullis allatis
probationibus, obtinuit ab Archiepisco-
pali Curia sibi decerni mandatum de ma-
nutenendo, ac tradi tamquam proprio
Parocho Funeris emolumenta, quod in
gradu appellationis omnino est revocan-
dum.

Juris enim assistentia, quam Parochus sibi blanditur habere, nullo nititur fundamento, quia, quidquid sit, an Hospitale reperiatur intra limites suæ Parochiæ, non inde sequitur eum esse Parochum Hospitalis, & degentium in eo.

Parochialitas enim constituitur ex re-
3 ciproca necessitate, qua Parochus ob-
stringitur Parochianis præbere, & Pa-
rochiani vicissim obstringuntur a Paro-
cho recipere Sacramenta, *Clem. Dudum,*
§ Verum, de sepultur. Pax. Jordan. elucu-
brat. lib. 10, *tit.* 8, *num.* 5; *Panimoll.*
dec. 5, *num.* 12, *& adnot.* 1, *num.* 10;
Prosper. de Territor. separ. quæst. 9, *n.*
6; *Rot. dec.* 52, *num.* 10, *par.* 2; *divers.*
decis. 454, *num.* 7; *& dec.* 1887, *num.* 3,
coram Coccin. & decis. 387, *num.* 7; ibi-
que *Add. cor. Gregorio.*

Hinc fit, ut, cùm Parochus Sancti Mi-
chaelis nullo obstringatur vinculo præ-
bendi Sacramenta degentibus in Hospi-
tali, ipsique vicissim non cogantur reci-
pere, nullo modo dici possit proprius eo-
rundem Parochus, nullaque proterea sui-
ciatur juris assistentia, præcipuè quoad
4 eorum Funera, quæ omnino pendent a
præmissa necessitate ministrandi Sacra-
menta, *cap.* 1, 2, & 4, *de sepultur.* ple-
ne *Ursaya, tom.* 1, *par.* 2, *discept.* 28, *n.*
64, 65; *Panimoll. d. decis.* 5, *numer.* 14,
& 15; *Priol. decis.* 365, *num.* 3; & in
puncto Parochi, intra cujus Parochiæ li-
mites est Hospitale, ut nullum jus ha-
beat in eorum Funeribus, qui ibi dece-
dunt, ex quo eis non præbet Sacramen-
ta, *Card. De Luc. de Paroch. disc.* 23,
num. 7, optimè *Nicol. lucubr. civil. lib.*
4, *tit.* 5, *sub num.* 26, *vers. limita octa-*
vo; Zarat. dec. 45, *num.* 12.

Cum itaque Parochus adversarius vi-
ventibus in Hospitali Spiritualia non
præbeat, non potest sibi vindicare jus
5 Parochiale iis Defunctis, qui in vita Pa-
rochus non erat, nec per obitum intra
limites suæ Parochiæ fiunt ejus subditi,
qui non cogebantur viventes ab eo refi-
ci Sacramentis, ut per *Text. in cap. is*
qui, de sepultur. in 6, bene notat *Passe-*
rin. de statib. quæst. 187, *art.* 4, *numer.*
311; *Panimoll. dec.* 5, *num.* 14, & 55.

E contra cùm Hospitale proprios ha-
beat Sacerdotes, qui privativè quoad
Parochum loci præbent Sacramenta, &
curam gerunt degentium in eo; sequi-
6 tur, ipsum esse omnino exemptum a
Parocho, ac constituere particularem Pa-
rochiam per quamdam speciem Territo-
rii separati, suosque Sacerdotes esse pro-
prios Parochos ejusdem; *d. Clem. quia*
contingit, § Ult. de Religios. Domib. Card.
De Luc. de Paroch. disc. 23, *numer,* 13;
Royas, dec. 36, *num.* 7; *Priol. dec.* 104,
num. 27, *& dec.* 2, *num.* 24, *par.* 13 *rec.*
adeout iidem Sacerdotes habeant juris
7 assistentiam, etiam quoad emolumenta
Funerum decedentium in Hospitali tam-
quam proprii Parochi; *Nicol. lucubr. ci-*
vil. d. lib. 4, *tit.* 15, *num.* 26, *vers. li-*
mita octavo; Panimoll. dec. 5, *adnot.* 5,
num. 5; *Zarat. d. dec.* 45, *num.* 11.

Quæ omnia, si procedunt solo Jure
communi inspecto, locumque obtinent
in quolibet Hospitali habente proprios
Sacerdotes Spiritualia administrantes,
adeout fiat eo ipso exemptum a Parocho
loci, multò magis in nostro locum ha-
bere debent ob amplissima Privilegia 8
exemptionis ei concessa, *ab omni jurisdi-*
ctione, potestate, auctoritate, & dominio,
correctione, visitatione, & superioritate
Archiepiscopi Florentini, &c. ut sunt eo-
rumdem Privilegiorum verba; sublata
namque ab Ordinario, etiam *visitatio-*
ne, & correctione, quæ magis pertinent
ad Curam Animarum, sublata quoque est 9
quælibet Parochi jurisdictio, quæ est sub-
ordinata jurisdictioni Ordinarii; cùm Pa-
rochus in Cura Animarum sit Coadjutor,
& veluti Vicarius Episcopi; *can. bonæ rei*
12, *q.* 2; *Barbos. de Paroch. cap.* 9, *nu.*
1; *Fagnan. in cap. literæ, num.* 12, & 18,
de matrim. contract. contra interdict. Ec-
cles. Pignatt. consult. 52, *num.* 2, *tom.* 1;
Panimoll. decis. 1, *adnot.* 9, *num.* 7, & in
terminis *Card. De Luc. de Paroch. disc.*
23, *num.* 3; *Zarat. d. dec.* 45, *num.* 3;
Panimoll. d. decis. 5, *num.* 19, *& dec.* 1,
adnot. 10, *num.* 4; ubi quòd Parochus lo-
ci nullam habet juris assistentiam in Ho-
spitali exempto, & quòd sola exemptio
ab Ordinario eximat quoque a Parocho,
Sac. Congr. in Bononien. 20 *Martii* 1726.
Quod confirmari potest exemplo Eccle-
siarum Regularium, in quibus nulla com-
petit Parocho, in cujus Parochia sitæ 10
sunt, juris assistentia, ex quo exemptæ
sunt ab Ordinario; *Panimoll. dec.* 1, *ad-*
not. 10, *num.* 2; *& dec.* 5, *num.* 18; *Rot.*
dec. 87, *num.* 23, *post Tamburin. de jur.*
Abbat. & dec. 396, *num.* 13, *par.* 5 *re-*
cent.

Nec dicatur, quòd omne jus Hospi-
talis in Funeribus degentium in eo, con-
tineatur intra septa, itaut, si alibi sint 11
sepeliendi, Sacerdotes Hospitalis non
possint eos associare, sed id pertineat ad
Parochum; *Cardin. De Luc. de Paroch.*
disc. 38, *num.* 8; *& disc.* 41, *num.* 5; *Pa-*
nimoll. d. dec. 5, *adnot.* 5, *num.* 12; *Za-*
rat. d. dec. 45, *num.* 40.

Objectum enim in quo consistit præ-
cipuum fundamentum Parochi adversarii,
facillimè tollitur, observando associatio-
nem Defuncti in Hospitali pertinere qui-
dem ad Parochum, sed ad Parochum pro-
prium Defuncti, non ad Parochum lo-
ci, in quo Hospitale situm est. Quan- 12
do enim quis Infirmus defertur ad Ho-
spitale curandus, ibique moritur, reli-
cta sibi Sepultura extra illud, tunc Ille,
qui erat Parochus Defuncti, antequam
deferretur ad Hospitale, resumit quoad
ipsius Funus suum jus Parochiale, quia
Defunctus per translationem ad Hospi-
tale, & accidentalem mutationem, non
mu-

mutavit Parochiam; *cap. is, qui, de sepul-
tur. in 6; Panimoll. d. dec.* 5, *adnot.* 1,
num. 54; *Cardin. De Luc. de Paroch. d.
disc.* 23, *num.* 9; & de hoc Parocho lo-
quuntur in contrarium adducti, ut le-
genti patet.

Parochus verò loci, in quo est Hospi-
13 tale, nullum jus haber, quamvis De-
functi aliò deferanrur sepeliendi, ut be-
ne *De Luc. d. disc.* 23, *num.* 7, *vers. ac
etiam quia, & num.* 15; *Zarat. d. decis.*
45, *num.* 4, & 5. Er hoc jure utimur in
omnibus Hospitalibus Civitatis, ut, de-
eedente aliquo ad ea ducto eurationis
causâ, qui aliò ad Sepulturam sit defe-
rendus, vocetur Parochus suæ habitario-
nis, nunquam tamen Parochus loci, in
quo Hospitalia sita sunt.

Alia tamen est causa ejus, qui non ra-
tione eurarionis, sed famulatus in Ho-
spitale se recipit; hic enim priorem Pa-
14 rochiam amittit, quia constituit in eo-
dem Hospitali suam familiarem habira-
rionem, nec ampilus est subditus priori
Parocho, juxta *Text. in cap. significa-
vit de Paroch.* ubi *Fagnan. a numer.* 28;
Barbos. univers. jur. Eccles. lib. 2, *cap.*
10, *num.* 33; *Panimoll. d. decis.* 5, *adno-
tat.* 1, *num.* 56; *Rot. in Neapolitana Ma-
trimonii*, 26 *Febr.* 1706, § *Neque, cor.
bon. mem. Priol.* idque est frequentissi-
mum in famulis mercede conductis, qui
15 statim ac transeunt in familiam Domi-
norum, fiunt Parochiani Parochi eorum-
dem Dominorum; *Antonell. de reg. Ec-
cles. lib.* 1, *cap.* 12, *num.* 36; etiam ad
duriorem effectum contrahendi validè
16 Matrimonium; *Sanch. de Matrim. lib.* 3,
disp. 23, *num.* 12; *Antonell. de reg. Ec-
cles. lib.* 8, *cap.* 10, *num.* 2; *Panimoll. de-
cis.* 120, *num.* 33, & *decis.* 166, *numer.*
22, *tom.* 3.

Quapropter Defunctus, de quo agi-
tur, & quicumque alii, qui in Familiam
Hospiralis sunt recepti, non habent, nec
agnoscunt alium Parochum, nisi Sacer-
dotes eis administranres spiritualia, a
quibus possint associari, quique propter-
ea non turbant Jurisdictionem alicujus
Parochi, quia nec Parochus adversarius
est proprius Parochus dictæ Familiæ, nec
alius Parochus proprius reperiri potest,
qui justè queri valeat de associatione
17 Funeris, eùm cuilibet diei possit: tua
non interest: ideoque & Parochus ad-
versarius, & quilibet alius ex non jure
agendi repellitur, ut optimè in termi-
nis *Card. De Luc. de Paroch. d. disc.*
23, *numer.* 11; *Zarat. d. decis.* 45, *nu-
mer.* 8.

Non minus injusta est quereia proposi-
sita contra Patres Ordinis Servorum, quòd
accesserint eum Cruce ad Hospitale ad
levandum, & ducendum Funus, non mo-
18 nito, nec expectato Parocho adversario,
contra Constitutionem Concilii Larera-
nensis V, & Decretum generale Sacræ
Congregationis relatum per *Pignat. con-
sult.* 199, *num.* 10; & *per Nicol. lucubr.
civil. lib.* 4, *tit.* 5, *sub num.* 24; & *per
Passer. de statib. quæst.* 187, *art.* 4, *nu-
mer.* 153.

Ad eos enim plenissimè justificandos suf-
ficit afferre verba Decreti „ *Licèt in Sa-
„ cro, &c. statuit, &c. nullo modo li-
„ cere, etiam specialis alicujus consuetu-
„ dinis prætextu, Parochias cum Cruce
„ processionaliter, aut aliàs ad levanda,
„ & efferenda Defunctorum Cadavera in-
„ trare, & efferre, nisi vocato, & expe-
„ ctato proprio Defuncti Parocho, eoque
„ ibidem interessente, si tamen ipse ali-
„ ter fieri non consentiat, &c.*

Ex his verbis eoique patet responsio,
ex supra firmatis, quia Parochus adver-
sarius non est Parochus proprius Fami-
liæ Hospitalis, ideoque non tenebantur
Patres eum monere, vocare, & expe-
ctare, immo, eo invito, poterant in-
trare suam Parochiam, & Funus leva-
re, & ducere ad eorum Ecclesiam. Vo- 19
eari enim, moneri, & expectari debet
a Regularibus Funus levantibus ab Hospi-
rali Parochus „ *non quidem ille loci, ma-
„ terialis, in quo Hospitale situm sit,
„ sed Parochus proprius Defuncti, sub
„ cujus Parochia vivebat, &c.* ut hisce
verbis in puncto respondit *Cardin. De
Luc. de Regular. disc.* 1, *num.* 52, & *de
Paroch. d. disc.* 23, *num.* 3, & 15.

Nec verba illa Decreti, ut Regulari-
bus non liceat intrare Parochias eum
Cruce, intelligi debent de quacumque
Parochia, sed de Parochia propria De-
functi; nam alienas Parochias intrare, 20
& per eas transire cum funebri Proces-
sione, & pompa, euilibet licet, etiam Re-
gularibus; nec Parochi locorum possunt
eos impedire, ut sæpissimè eensuit Sacra
Congregatio, teste *Mattheucc. in Offic.
Curiæ, cap.* 20, *num.* 2; *Panimoll. dec.* 2,
adnot. 9, *in fin.* plenè *Ursaya tom.* 1, *par.*
2, *discept.* 28, *num.* 62, & 63. Parochiam
igitur Parochi adversarii, quæ non est
propria Familiæ Hospitalis, & Defun-
ctorum in eo, rectè intrare potuerunt
Patres Ordinis Servorum, & intrare po-
terunt in futurum, quando casus con-
tingat, prout intrant quotidie eum Cru-
ce alii Regulares accedentes ad Hospi-
talia ad levanda Funera eorum, qui in
illo decedentes aliò sunt ad sepulturam
deferendi, nunquam vocato Parocho
loci, in quo Hospitalia sita sunt, ut no-
tum est.

Præterea, ut Regulares licitè possint
levare Funus, & efferre, satis est, quòd
Defuncti Parochus Corpus aspergat Aqua 21
Benedicta, ac Antiphonam *Si iniquita-
tes*, & Psalmum *De profundis* recitet.

Hoc

Hoc enim peracto, licèt Regularibus
Corpus deferre; *Barbos. univers. jur. Eccles. lib. 2, cap. 10, num. 66; Passerin.*
de statib. quæst. 187, art. 4, num. 162;
quæ omnia semper explent Sacerdotes
22 Hospitalis, immo ad eos pertinet hæc
agere supra Corpus Defuncti, antequam
efferatur, & sic officium Funeris inchoare; *Pantmoll. dec. 5, adnot. 5, numer. 12;*
Prosper. de Territor. separ. qu. 8, n. 34,
adeout, quatenus non licuisset in casu
nostro eisdem Sacerdotibus associare Funus cum Stola, quòd constanter negamus, licuit tamen Regularibus Funus
ducere ad eorum Ecclesiam, cùm Sacerdotes Hospitalis, tamquam Parochi proprii Defuncti, peregerint ea omnia, quæ
præmittenda sunt ad dictam Funeris delationem per Regulares faciendam.

Sed licuit etiam Sacerdoti Hospitalis
tamquam unico Parocho proprio De-
23 functi Funus associare cum Stola, exemplo simillimo Confessarii Monialium. Si
enim Monialis ex privilegio sibi eligat
Sepulturam extra Ecclesiam Monasterii,
24 non Parochus loci, qui nullum sibi vindicat jus in Funere Monialis; *Ricciardell. in lyc. for. Eccles. par. 1, cap. 7, §*
3, num. 67, & cap. 8, § 2, num. 20; sed
Confessarius tamquam unicus Parochus
25 proprius Funus comitatur, ut cum Bordono scripsit *Pellizzar. de Monialib. cap.*
10, num. 233, vers. advertit idem Bordonus; Samuell. de sepult. controv. 16,
num. 28, & 29, præcipuè quia Stola est
26 ornatus Sacerdotalis, non signum jurisdictionis; *Pignat. consult. 48, numer. 40,*
tom. 3; Grattan. discept. 298, a num. 54,
& seqq.

Intuper, ut Regulares possint Funus
efferre, nec quidem necesse est Parochum
proprium præmittere Preces, & Ritus
supra relatos, multoque minùs Funus
27 comitari cum Stola; sed satis est, si præsens sit, vel permittat, ut patet ex verbis Decreti generalis supra relatis,, *nisi*
vocato, & expectato proprio defuncti Parocho, eoque ibidem interessente, si tamen
ipse aliter fieri non consentiat, &c. Quod
rectè præstant Sacerdotes Hospitalis, &
quod fuit servatum annis 1639, & 1640,
quibus delata fuerunt absque ullo Parocho loci duo Cadavera ex Hospitali ad
eamdem Ecclesiam Servorum.

Ex ea nimirum ratione, quia jus Pa-
28 rochiale nititur persona Parochiani subditi, & non loco; *Pignat. consult. 48,*
num. 22, tom. 3; & ideo in educendis
ex Hospitalibus Infirmis Defunctis, alibi tumulandis, vocatur, juxta praxim
universalem Civitatis supra allatam, eorum Parochus tamquam jus habens in
personam Parochiani, nullo facto verbo
cum Parocho loci. Quo eodem jure utuntur Regulares omnes, qui, si quis eorum decedat extra Claustra in privatis 29
Domibus, illum sibi vindicant, & ducunt ad Ecclesiam tumulandum inconsulto Parocho loci, in quo defunctus est;
Barbos. de Paroch. cap. 26, num. 68; &
in Sum. Apostol. dec. collect. 645, num. 1,
plenè *Passerin. de statib. qu. 187, art. 4,*
num. 213, & 214, ubi refert etiam Decreta Sac. Congreg.

Ex præmissis rectissimè infertur Mandatum de manutenendo ab Archiepiscopali Curia relaxatum favore Parochi
adversarii esse nullum, tamquam noto- 30
riè injustum, quia non justificatur ex actis, cùm nullæ fuerint datæ probationes; *Mantic. decis. 211, num. 6; Buratt.*
decis. 325, num. 2; Gregor. decis. 209,
num. 4; Cavaler. dec. 203, num. 4.

Nititur enim sola juris assistentia, ex
qua nullo modo concedi poterat, ut in 31
terminis *Barbos. jur. Eccles. univers. lib.*
3, cap. 24, num. 4; Pantmoll. decis. 5, per
tot. & præcipuè *num. 20; Merlin. decis.*
19, num. 4; & generaliter, ut juris as-
sistentia non sufficiat ad manutentionem, 32
ubi est turbidum jus Parochi; *Posth. de*
manut. observat. 45, num. 20; Burat. decis. 219, ibique Add. vers. limitatur primò; Gregor. dec. 312, ibique Add. &
decis. 520, num. 7, & seqq. par. 19, tom.
2 rec.

Nec reparant hanc nullitatem jura
producta in secunda Instantia, ex quibus Parochus adversarius putat constare
de actibus possessoris associandi cum Stola Defunctos ab Hospitali aliò ductos Se-
pulturæ causa; atque ideo mandatum ex 33
novis probationibus esse confirmandum,
tamquam justum; *Caprar. dec. 267, in*
princ.

Facillimè siquidem deprebenduntur nullius momenti actus possessorii in hac secunda Instantia producti. Nam primus
de associatione Reverendissimi D. Milanesi Episcopi Marsicani, & Hospitalarii,
anno 1594, cùm contigerit vacante Ho- 34
spitalariatu, nocere non potest, nec in
petitorio, nec in possessorio ad regulam
Text. in cap. novit ne sede vacan. est enim
actus spoliativus *Rot. dec. 327, nu. 13,* 35
& seqq. & decis. 330, num. 29, & seqq.
post. Post. de manut. Et non potuit fieri cum scientia, & patientia Hospitalarii omnino necessaria ad quærendam qua-
si possessionem adversario; *Spad. cons.* 36
128, & 129, lib. 2; Dunoz. jun. dec. 998,
num. 15; & post Prosper. de territ. separat. dec. 12, num. 39, & destruitur ab
aliis gestis in contrarium annis 1639, & 37
1640, quibus fuerunt delata per Patres
Servorum duo Funera ab Hospitali absque
Patocho ex regula *Text. in cap. omnis*
res, de regul. jur. de qua in terminis
Put. dec. 169, lib. 1.

Secundus Actus Associationis Joannis
Pra-

Pratesi, anno 1719, *Proc. a* 17, non probatur ex Libro Parochi adversarii, qui, quidquid sit quoad mortem ejus, qui descriptus est, certè quoad circumstan-
38 tias enunciatas nihil probat, ut in terminis *Card. De Luc. de judic. disc.* 30, *num.* 7. Et revera perlegendo descriptionem a Parocho factam, statim deprehenditur, qua affectione ad sua jura se gesserit.

Præterea hic actus est unicus, & pro Hospitali adest juris assistentia, ut supra demonstratum est; ideoque non suf-
39 ficit, immo nec sufficerent plures, & multiplicari actus; *Rot. decis.* 321, *num.* 34, *post Post. de manut.* & *dec.* 184, *num.* 2, *coram Emer. jun.* & *dec.* 1053, *in fin. cor. Molin.*

Diximus esse unicum actum, quia non potest conjungi cum actu associarionis factæ Funeri Catharinæ Angelæ Patriarchi anno 1729, *Proc. a* 21, cùm eadem Mulier esset in Hospitali ad tempus;
40 ideoque Funus spectabat ad Parochum, non quidem Sancti Michaelis, sed ad eum, sub quo vivebat, antequam accederet ad Hospitale; *Pellizzar. de Monialib. cap.* 10, *num.* 233, § *Quod si fœmina illa*; *Clericat. de jurisdict. discord.* 18, *num.* 6; & sic agitur de actu contra tertium, non contra Hospitale.

Tandem, cùm ex præmissis sit undequaque demonstratum bonum jus Hospitalis, satisque constet de non jure Parochi adversarii, non est manutenendus; *Ansald. decis.* 81, *num.* 2; semper enim, ubi de manutentione agitur, considerandum est bonum, vel malum jus; *Rot. decis.* 69, *num.* 2, *in Mantiss. ad De Luc. de jurepatron.*

Inter actus possessorios productos a Parocho adversario admiscetur, *Proc. a* 18, 19, & 20, quædam narratio de Alexandro Mariani Pistore Hospitalis Defuncto, ad cujus Funus vocatus a Fratre fuerat Parochus ipse, quod Illustriss. D. Hospitalarius impedivit; & ne idem Parochus Funus associaret, Defunctum sepeliri fecit in eodem Hospitali. Hæc narratio, quatenus adducatur ad probandam quasi possessionem Parochi adversarii, parum prodest, immo retorquetur, quia
43 passus est se spoliari, & privari sua possessione; *Postb. de manutent. observ.* 57, *num.* 98, & *seqq.*

Si verò afferatur ad ostendendum Illustriss. D. Hospitalarium vim quamdam intulisse, & violasse voluntatem Defuncti, qui disposuit sepeliri in Ecclesia Patrum Ordinis Servorum, nosse
44 oportet Familiares, & continuos commensales exemptorum sepeliendos esse in Ecclesia eorumdem exemptorum. Et licèt possint alibi eligere Sepulturam, non possunt tamen illam eligere implendam tempore familiaritatis, sed solùm habet 45
locum electio, si decedant post discessum a familiaritate, ut optimè *Passerin. de statib. quæst.* 187, *art.* 4, *num.* 228; & per consequens rectissimè potuit Illustrissimus Hospitalarius, spreta electione Sepulturæ, mandare, ut sepeliretur in Hospitali.

Ex his apertissimè constat omni jure esse imponendum perpetuum silentium Parocho adversario, condemnandumque ad restituenda emolumenta Funeris. Constat etiam quanti intersit Hospitalis hanc Causam totis viribus tueri. Primum, quia Parochus adversarius sibi vindicare contendit jus Parochiale super Hospitale omninò exemptum, non sine præjudicio exemptionis ab Ordinario, cujus jurisdictio veniret in consequentiam juris Parochialis. Secundò, quia manus porrigeret ad emolumenta Funerum, quæ ad ipsum Hospitale pertinent, cujus Sacerdotes præbent in eo degentibus spiritualia.

Quare, &c.

In eadem Causa Responsio ejusdem Auctoris ad contrarias Allegationes.

Florentina Jurium Funeralium.

NUlla fulcitur juris assistentia Rev. Parochus Sancti Michaelis Visdomini quoad Funera Familiarium Ven. Hospitalis Sanctæ Mariæ Novæ.

Iterum enim constantissimè asserimus juris assistentiam, quam habent Parochi in Funeribus decedentium intra limites Parochiæ, non competere ratione loci materialis, aut mansionis, vel obitus accidentalis in eadem Parochia, etiam cum administratione Sacramentorum in extremo vitæ, sed ratione spiritualis officii, quod Parochus gerit erga suum Parochianum, dum vivit, præbendo spiritualia; ideoque competit tantummo- 46
do proprio Parocho personæ defunctæ; ad literam *Text. in cap.* 1, *de sepult. in cap.* 2, *eodem in* 6, *in Clem. Dudum*, § *Verùm*, *eod. tit.*

Ita uno ore docent omnes, tum veteres, tum recentiores; *Navarr. in can. placuit, num.* 102, *de pœnit. dist.* 6, ibi — *inferiur ad eum Parochum pertinere funus, qui administrat Sacramenta*; *Dian. par.* 9, *tract.* 7, *miscell. resol.* 62, ibi — *a quo viventes recipimus Sacramenta; ab eo post mortem debemus recipere sepultu-* 47
ram, clariùs *Anaclet. in jus canon. lib.* 3, *tit.* 28, *num.* 16, ibi — *Sacri Canones in ordine ad sepulturam non attendunt locum, ubi quis in extremis reficitur, sed ubi in vivis cœlesti pabulo refici consuevit.* *Passerin. de statib. quæst.* 187, *art.* 4, *n.* 314, ibi — *Unde unusquisque est sepeliendus*,

dus, ubi Sacramenta debet percipere, quia utrumque est jus Parochiale, scilicet Sacramenta administrare, & mortuos sepelire. Vanespen. juris Eccles. univers. par. 2, tit. 38, cap. 3, num. 7, ibi -- *Parochiani autem, quantum ad sepulturam si dicuntur, qui intra limites Parochiæ ita morantur, ut Sacramenta vivi in ipsa percipere, & Parochi ipsis administrare teneantur. Pignat. consult. 151, numer. 6, tom. 4,* ibi -- *quia jus sepulturæ est consecutivum ad jus administrandi Sacramenta, &c. Hæc enim duo jura sunt ad invicem connexa, tamquam ordinata ad ea, quæ debentur defuncto ex officio Parochiali; & consult. 73, num. 54; Fargn. de jurepatron. par. 1, can. 1, & 2, cas. 2, num. 9,* ibi -- *jus sepeliendi eorum Cadavera spectat ad Ecclesiam Parochialem, a qua tum in vita, tum in morte cælesti pabulo Parochiani reficiuntur.*

Et, ne in immensum congerantur præter necessitatem verba DD. idipsum agnovit etiam *Rot. in Romana Juris Tumulandi, 5 Martii 1703, § His ita, cor. Card. Priolo* -- ibi -- *His ita præmissis, DD. visum fuit non ita rigerosè* 48 *accipiendam esse assistentiam juris competentem Ecclesiæ Parochiali, quia Cardinalis Pallavicinus non erat in Urbe animo permanendi, sed advenerat tantùm a sua Ecclesia occasione anni sæcularis, itaut alienam domum habitaret; & quia post paucos menses apoplexiæ insultu correptus remansit, incapax fuit illorum Sacramentorum, quæ a Parochis ministrari solent, ac propterea cessare dicebatur jus Parochiale fundatum in domicilio, & Sacramentorum administratione.*

49 Hinc est, quòd qui ruri agit, ibique moritur, non in rurali Parochia est sepeliendus, sed reducendus ad suam Parochiam Civitatis, ad cujus Parochum pertinet jus Funeris, ad literam *Text. in cap. is qui, de sepultur. in 6; Pignatt. consult. 63, num. 4, tom. 7; Nicol. lucubrat. civil. lib. 4, tit. 15, num. 19; Passerin. de statib. d. quæst. 187, art. 4, numer. 347; Anaclet. lib. 3, tit. 28, numer. 16, in fin. Pirbing. lib. 3, tit. 28, num. 6.*

Et Canonici in Parochiis distinctis a Cathedrali commorantes, ibique decedentes, non in earundem Ecclesiis, sed in 50 Cathedrali sunt sepeliendi, quia in ea Divina, & Sacra peragunt, & Spiritualibus reficiuntur. *Amost. de caus. piis, lib. 6, cap. 2, num. 50; Pirbing. lib. 3, tit. 28, num. 9; Vanespen. par. 2, tit. 38, cap. 3, num. 18; Ventrigl. in prax. par. 1, annot. 52, § Un. num. 24; Panimoll. dec. 5, n. 11; Piton. disc. 51, n. 33.*

51 Et casu alicubi decedentes, non in Parochia obitus, cujus Parochus nihil juris sibi vindicare potest in eorum Funeribus, sed in Parochia domicilii sunt sepulturæ tradendi; *Passerin. de Statib. d. q. 187, art. 4, num. 349; Nicol. lucubrat. civil. lib. 4, tit. 15, num. 19, vers. Multò magis. Marchett. de sepultur. tit. 38, § 2, num. 63, Romaguerr. ad Conciol. ad statut. Engub. lib. 5, rubr. 38, num. 7.*

Et quod magis urget, etiam Puellæ 52 educationis causa in Monasteriis collocatæ, si decedant, quamvis in Monasterio Sacramenta receperint, nihilominus sepeliendæ non sunt in Parochia Monasterii, sed deferendæ ad Parochiam domicilii paterni, ibique sepulturæ tradendæ; *Passerin. de statib. d. q. 18, art. 1, num. 896,* ibi -- *Funus pertinet ad Parochum proprii domicilii, & ei debetur quarta Funeralis; Pignatt. consult. 63, a num. 3, & seqq. tom. 7; Matthencc. offic. Curiæ, cap. 32, a num. 8, & seqq.*

Et licet idem *Pignattellus* videatur con- 53 trarium asserere, nimirum sepeliendas esse in Parochia loci Monasterii, quia Monasterium est in Parochia, licèt non sit de Parochia, in quo magnum exadverso constituitur fundamentum; attamen id affirmat tantummodo de Puellis non habentibus alibi Parochiam, ad quam commodè deferri possint, ut paret *ex d. consult. 63, num. 12; Matthencc. offic. Curiæ, cap. 32, num. 9, vers. Sed quid si in nulla.* Quamvis etiam in hoc casu falsum 54 sit Puellas hujusmodi esse in Parochia, & per Parochum loci posse Matrimonio jungi, ut sentire videtur *id. Pignattellus*, cùm contrarium per viam legis universalis ad tollendas varias DD. opiniones censuerit *Sacra Congr. apud Ursayam, tom. 1, par. 2, discept. 30, num. 33.*

Hæ tamen Puellæ, non habentes alibi Parochiam, ideo sepeliuntur in Paro- 55 chia loci Monasterii, quia cùm non possint sepeliri in Ecclesia Monialium, id prohibentibus Decretis, de quibus *Ursaya, discept. 30, a num. 17, par. 2, tom. 2; Bertacchin. vot. 189, in fin. idem Pignat. consult. 177, tom. 4, Emin. Petra ad Constit. 3 Cælestini III, sect. 2, num. 29, & seqq.* Parochus loci Monasterii fit in hoc casu Parochus necessitatis, ut contingit in advenis, peregrinis, & viatoribus, & quibuscumque aliis decedentibus extra propriam Parochiam, ad quam non possunt commodè deferri.

Nam, ne hujusmodi personæ careant ultimis Sacramentis, & Ecclesiastica Sepultura, optima ratione inductum est, 56 ut Parochus loci, in quo vagantes reperiuntur, & Sacramenta administret, & sepulturæ tradat; non quia sit Parochus proprius, sed quia propter necessitatem succedit in locum Parochi proprii, ideoque dicitur Parochus necessitatis; *Abb. in cap. in nostra, num. 11, de sepultur. Navar. in can. placuit, num. 102, de pœnit. dist. 6; Fagnan. in cap. significavit,*

num.

num. 32, *de Paroch. in terminis Passerin. de statib. d. q.* 187, *art.* 4, *numer.* 312; *Amostaz. de caus. piis, lib.* 6, *cap.* 8, *numer.* 15.

57 Parochus tamen necessitatis fundat quidem intentionem suam quoad Funus ejusmodi personarum ad exclusionem Ecclesiarum magis extranearum, ac etiam Cathedralis; *Seraphin. decis.* 1135; *Caprar. dec.* 398. Sed non generaliter, & absolutè, multòque minus quoad propriam
58 Parochiam, quia si commodè possunt, ad eam deferendæ sunt, ibique sepeliendæ; *Abb. in cap.* 1, *num.* 4, *de sepultur. Passerin. de statib. d. q.* 187, *art.* 4, *num.* 314, & 315; *Anaclet. in jus Canon. lib.* 3, *tit.* 28, *num.* 26; *Pirhing eod. lib.* 3, *tit.* 28, *num.* 8; *Vanespen. par.* 2, *tit.* 38, *num.* 9, & 10; *Amostaz. de caus. piis, lib.* 6, *cap.* 8, *num.* 20.

Ex huc usque ad tollenda equivoca, quæ ex oppositis conclusionibus facilè oriri possent, longiùs, quàm par esset, dictis, manifestè constat falsissimum omnino esse, quod simplex mora, ac simplex obitus intra limites Parochiæ satis sint ad fundandam Parochi intentionem, cùm juris assistentia non detur Parocho ra-
59 tione loci, sed ratione officii Parochialis, ut qui viventibus dux fuit viræ spiritualis, det etiam eorum peregrinationi terminum; ideoque competit tantummodo Parocho proprio, eique tribuunt Sacri Canones emolumenta Funerum tamquam merces laboris impensi in pastorali munere, *cap.* 1, *de sepultur.* ibi — *quia dignus est Operarius mercede sua, tertiam partem sui Judicii illi Ecclesiæ dari censemus, in qua cœlesti Pabulo reficit consuevit. Clem. Dudum,* § *Verum eod.* ibi — *ne Parochiales Ecclesiæ, & ipsarum Curati, seu Rectores, qui ministrare habent Ecclesiastica Sacramenta, debitis, & necessariis beneficiis defraudentur, &c.*

60 Et hæc fuit semper communis Canonistarum sententia post *Gloss. in cap.* 2, *de sepultur. Lapus, alleg.* 62, *num.* 2; *Petr. de Ubald. de Canon. Paroch. cap.* 2, *num.* 2; *Anaclet. d. lib.* 3, *tit.* 28, *num.* 14; *Ursaya, tom.* 1, *par.* 2, *discept.* 28, *num.* 65, & *discept.* 30, *num.* 64; *Pignatell. consult.* 52, *num.* 4, *tom.* 1; *Card. De Luc. de Paroch. disc.* 23, *numer.* 7; *Pirhing. in jus Canon. lib.* 3, *tit.* 28, *n.* 52; *Fargn. de jurepatron. par.* 1, *can.* 1, & 2, *cas.* 2, *num.* 12, *in fin. Priol. dec.* 365, *num.* 2, & 3; *Merlin. decis.* 480, *num.* 9; *Molin. dec.* 621, *num.* 31, *ubi concordan.*

Cùm itaque nihil tale contingat in Rev. Parocho Sancti Michaelis, qui nec tenetur, nec potest, nec unquam tentavit administrare in Hospitali Sacramenta, multoque minus fuit unquam receptus in Parochum proprium ejusdem Hospitalis, nullumque intercedat ad invicem vinculum necessitatis, quod inter Parochos, & Parochianos intercedere necesse est, nullam potest allegare juris assistentiam.

Nec refert, quòd per eum non stat, 61
quominus administret Sacramenta, quod satis est ad servandam Parochialitatem, ex *Marescott. lib.* 2 *resol. cap.* 95, *num.* 4; *Panimoll. decis.* 5, *numer.* 8, & *annot.* 1, *num.* 62. Id enim verum est in eo, qui tenetur ex officio administrare, & per accidens non administrat, ut patet ex iisdem DD. Nam si Parochiani, ut
hodie frequentissimum est, post privile- 62
gia concessa Mendicantibus, relicta Ecclesia Parochiali, Sacramenta ex devotione sumant in aliis Ecclesiis, non subtrahuntur a jurisdictione Parochi; *Prosper. de territ. q.* 9, *num.* 12, quia Regulares, seu quicumque alii Sacramenta præbentes non administrant ex officio, & jure proprio, nec ad id cogi possunt, nec coguntur Populi ab eis recipere, nec ullum intercedit inter eos vinculum, prout inter Parochum, & Parochianos. Diversum omnino est quando urget præceptum sumendi Sacramenta, ut in Paschate, & in mortis periculo; nam qui non potest cogi eo tempore ad administrandum, non est Parochus; & qui non cogitur recipere, non est Parochianus, cùm sumenda, & præbenda sint Sacramenta a Parocho proprio tantùm, & 63
cessent omnia privilegia, ut per *Text. in cap. omnis utriusque sexus,* ibique *DD. de pœnit. & remiss. Clem. Religiosi, in princ. de privileg. Gloss. in Clem. Dudum,* § *Statuimus, verb. impendant, de sepultur. Barbos. in d. Clem. Religiosi, n.* 2, 3, & 4; *Fagnan. in cap. cum Capella, num.* 26, *de Privileg. Card. De Luc. de Paroch. disc.* 31, *num.* 8; & *de Regular. disc.* 1, *num.* 60; *Pignattell. consult.* 3, *num.* 5, & *seqq. tom.* 4.

Necessitas, & officium administrandi
Sacramenta degentibus in Hospitali ab 64
antiquissimo, & plurimorum sæculorum tempore semper fuit, & quidem independenter, & privativè ad Parochum, & Parochiam Sancti Michaelis, apud Sacerdotes Hospitalis ad hoc munus specialiter deputatos, & approbatos, qui nullam unquam rationem de Animabus ejusdem Hospitalis eidem Parocho reddiderunt; ex quo sequitur, Hospitale ipsum esse omnino liberum, ac plenissimè acquisivisse omnia, quæ sunt de jure Parochiæ; *Clem. quia contingit,* § *Ceterum, de Religios. domib.* ubi *Gloss. verb. Parochiales,* quam communiter amplectuntur omnes aliàs adducti, & præcipuè *Vitalin. num.* 88, ibi — *& sic nota, quòd locus non habens Parochiam, præscribit omnia, quæ sunt de jure Parochiæ,*

tam spiritualia, quàm temporalia; & per eadem verba loquuntur *Abb. ibid. nu.* 24; *Anchar. num.* 17; *Lap. de hospitalit. num.* 34, *inter tract. magn. tom.* 14, *fol.* 164; *Passerin. de statih. d. q.* 187, *art.* 4, *num.* 520; bene *Nicol. lucubr. civil. lib.* 4, *tit.* 15, *num.* 26, *vers. limita octavo*, ibi -- *Limita octavo, ut non teneantur solvere quartam Hospitalia, & alia loca pia pro quibuscumque personis in eis degentibus, quando Parochus, intra cujus Parochiæ fines existunt, non tenebatur illis administrare Sacramenta, sed suos habent Sacerdotes Sacramentorum administrationi deputatos*; plenè *Pignatt. consult.* 134, *per tot. tom.* 10; ubi de simili exemptione Hospitalis inducta ex consuetudine, & quòd in hoc casu debeat dari manutentio, rejecto Parocho allegante juris assistentiam.

Ad quem effectum non est necessaria consuetudo, quæ requiritur ad præscribendum contra jus, sed satis est illa,
65 quæ sufficit ad inducendum statum præter jus, quia ejusmodi consuetudo non est juri contraria, cùm approbetur ab eadem *Clem. quia contingit*, § *Cæterum, de religios. domib.* in puncto *Card. De Luc. de Paroch. disc.* 41, *num.* 6, *versic. Quatenus verò*, ibi -- *quatenus verò adsit consuetudo, quæ assistat Capellanis, & Ministris Hospitalis, tunc si ista esset alicujus temporis considerabilis, quamvis non esset talis, quod sufficeret in iis, quæ sunt contra, sed in iis, quæ sunt præter jus, adhuc eam sufficere dicebam, &c.*

Hinc cautè legenda est *Rot. dec.* 129, *par.* 12. *& decis.* 231, *par.* 13, *recent.*
66 in contrarium adducta, quia ibi agitur de Hospitali, in quo Sacramenta administrabantur de expressa licentia Parochi loci, ut patet *ex d. dec.* 124, *numer.* 4, *& d. dec.* 231, *num.* 3. Et de simili Hospitali Sanctissimi Salvatoris ad Sancta Sanctorum de Urbe loquitur *Card. De Luc. de Paroch. disc.* 38, *& disc.* 41; *& Pamsmoll. decis.* 165, *num.* 74, *tom.* 3, in contrarium pariter adducti. In eo enim Hospitali, Parochus loci, nempe Vicarius Basilicæ Lateranensis Sacramenta administrat, defunctos sepelit, & describit inter suos Parochianos in Paschate Ministros Hospitalis, habetque hac in re jus diversum particulare, ut patet *ex d. disc.* 38, *num.* 5, *& disc.* 41, *& disc.* 1, *n.* 52, *de Regular.*

Excluso Rev. Parocho Sancti Michae-
67 lis ab omni jure Parochiali in personas Hospitalis, exclusa quoque remanet querela proposita contra RR. Patres Ordinis Servorum de associatione Funeris cum Cruce. Nam non est novum Regulares omnes habere jus recipiendi ad sepulturam quoscumque sepeliri eligentes apud ipsos; *d. Clem. Dudum*, § *Hujusmodi, de sepultur.* in cujus consequentiam venit, 68
quòd habeant etiam jus deferendi Defunctos processionaliter; *Gloss. fin. in Extrav. super Cathedram, de sepultur. Ancharan. in d. Clem. Dudum, num.* 28, *Oldrad. cons.* 225, *in princ. Barbos. de Paroch. cap.* 26, *num.* 56; *Prosper. de territor. q.* 8, *num.* 12.

Non urgente responsione, quòd Regulares prohibeantur levare Funus absque Parocho, juxta Decretum Concilii Lateranen. sub Leone X, quia Decretum expressè loquitur de Parocho proprio Defuncti, non de Parocho loci materialis, 69
in quo Hospitale situm est; in puncto *Card. De Luc. de Regularib. disc.* 1, *num.* 52, ibi -- *Subintrat Parochus, non quidem ille loci materialis, in quo Hospitale situm est, sed Parochus proprius Defuncti, &c. Zarat. decis.* 45, *numer.* 4, *& 5.*

Et re vera perperam cumulantur auctoritates expressè loquentes de Parochis propriis Defunctorum, cùm eæ nullo modo aptentur Parocho S. Michaelis, qui, ut est notorium, nunquàm fuit, nec ad præsens reperitur in quasi possessione alicujus juris Parochialis, non administrationis Sacramentorum, præsertim in Paschate, non Funerum, non de- 70
scriptionis Familiæ in Libro status Animarum, non denique alterius cujuscumque, vel minimæ earum rerum, quæ pertinent ad Parochiale officium; & tamen hæc concurrere necesse est ad demonstrandum eum esse Parochum Hospitalis, & fundandam ejus intentionem, juxta celebrem *gloss.* aliàs adductam in *d. Clem. Dudum*, § *Statuimus, verb. impendant de sepultur. Gregòr. decis.* 387, *nu.* 6, *& seqq. Rot. decis.* 228, *num.* 4, *par.* 2 *rec. & decis.* 2, *num.* 3, *& seqq. cor. Herrer. & decis.* 706, *num.* 7, *& seqq. cor. Molin.*

Quòd si generaliter ex sola Hospitalis existentia intra fines Parochiæ Parochus Sancti Michaelis esset Parochus proprius ejusdem Hospitalis, itaut absque eo non possent Regulares accedere ad Hospitale cum Cruce ad levanda Funera eorum, qui alibi sunt sepeliendi, id nunquam licuisset in præteritum, nec liceret in præsens, nec fuisset per sæcula toleratum; & tamen sæpissimè, tam in præteritum, quàm in præsens elata fuerunt ex ipso Hospitali Cadavera alibi sepelienda, accedentibus cum Cruce Regularibus, & funus associantibus, sum- 71
pto funebris Processionis initio apud idem Hospitale, adeoque intra suam Parochiam, nunquam vocato eodem Rev. Parocho, ac nunquam reclamante, soloque tantùm vocato Parocho proprio Defunctorum, prout de jure; *Card. De Luc. de Paroch. disc.* 23, *num.* 9; *de Re-*

gu-

gular. disc. 1, *num.* 52; *Zarat. d. decis.* 45, *num.* 5; itaut meritò eidem Parocho responderi possit cum *Rot. in Romana Juris tumulandi*, 20 *Febr.* 1702, § *Nullitas pariter, in fin. cor. Card. Priolo*; quòd ejus ratio generalissima nimis probat, ergo nihil.

Præcipuum tamen præsentis causæ momentum ex adverso constituitur in tribus: quòd Sacerdotes Hospitalis non sunt propriè Parochi; quòd eorum jurisdictio continetur intra septa, quia non habent proprium Territorium; & quamvis non sint de Parochia, sunt tamen in Parochia ad instar Monasteriorum Regularium, quæ licèt non sint de Diæcesi, sunt tamen in Diæcesi: quòd non potuerint associare Funus Sebastiani Bartoli cum Stola more Parochorum.

At facillimè diluuntur omnia. Primùm, quia cùm Rev. Parochus S. Michaelis nunquam fuerit, nec sit Parochus proprius Defunctorum in Hospitali, ac tantummodo sibi jus vindicare contendat,
72 quia Hospitale situm est in sua parochia, repellitur ex non jure actoris; *Card. De Luc. de Paroch. disc.* 23, *num.* 11; *Zarat. d. dec.* 45, *num.* 8, idque satis esse videtur pro omnibus, quæ objiciuntur.

Secundò, quia iidem Sacerdotes tam-
73 quam deputati ad Sacramenta administranda, sunt proprii Parochi decedentium in Hospitali; *Royas dec.* 36, *num.* 6, ibi — *in Hospitalibus Sacerdotes Sæculares deputati ad audiendas Confessiones, aliaque Sacramenta administranda sunt proprii Parochi illorum, &c.* seu saltem pro Parochis habentur; *Priol. dec.* 104, *num.* 26, & 27, ibi — *cùm Capellani habent jus ministrandi Sacramenta super Infirmis, &c. tamquam Hospitali deputatos pro Parochis haberi, &c. & decis.* 2, *num.* 24, *par.* 13 *rec.*

Et licèt Parochi verè, & propriè sint, qui habent titulum Canonicum, & Ca-
74 nonicam institutionem, *Rot. dec.* 466, *num.* 20, & 21, *par.* 19 *rec.* qualem non habent Sacerdotes Hospitalis; tamen ad fundandam intentionem in Funeribus, eorumque emolumentis, sufficit habere nudum exercitium Curæ, & Sacramentorum administrationem, prout habent ipsi Sacerdotes; *Barbos. de Paroch. cap.* 25, *num.* 21; & *jur. Eccles. lib.* 3, *cap.* 24, *num.* 21; *Pignatt. consult.* 205, *num.* 33, *tom.* 4; *Piton. discept.* 50, *num.* 4, 8; & in terminis *Card. De Luc. de Paroch. d. disc.* 23, *num.* 7; *Zarat. d. decis.* 45, *num.* 9, & *seqq.* & *num.* 24.

75 Tertiò, quia Sacerdotes Hospitalis a *Card. De Luc. d. disc.* 23, *num.* 16, & a *Zarat. d. decis.* 45, *num.* 47, dicuntur Parochi impropriè, & accidentales comparativè ad Parochos Infirmorum. Qui enim erant Parochi eorum ante infirmitatem, cujus causa delati fuerunt ad Hospitale, adhuc remanent Parochi pro- 76
prii eorumdem Infirmorum, ideoque de jure, cessante exemptione Hospitalis, tenerentur singulis suis Parochianis infirmis in eodem Hospitali administrare Sacramenta, eosque sepelire; *Card. De Luc. de Paroch. disc.* 38, *num.* 14, & *disc.* 41, *num.* 6. At ob exemptionem Hospitalis, ejus Sacerdotes subrogantur, & suc-
cedunt in locum Parochi proprii cujus- 77
libet particularis infirmi, ad instar Parochorum necessitatis vagantium, & Peregrinorum, de quibus dictum est in § *Nam ne hujusmodi personæ, & seqq.*

Id tamen nihil prodest Rev. Parocho Sancti Michaelis, quia sive Sacerdotes
sint Parochi propriè, sive impropriè, sem- 78
per excluditur a Funeribus Defunctorum in Hospitali, qui alibi tumulantur; *Card. De Luc. de Paroch. disc.* 23, *num.* 7, 9, & 15, *disc.* 38, *num.* 14; & *de Regular. d. disc.* 1, *num.* 52; *Zarat. d. decis.* 45, *num.* 3, & 4; solùmque admittitur Parochus proprius cujuscumque Defuncti, ut dictum est.

Quartò, quia, data etiam in Sacerdotibus Hospitalis improprietate Parochiæ, & Territorii, & quòd Hospitale 79
ipsum sit in Parochia, licet non sit de Parochia, itaut exemptio sit purè passiva ad instar Regularium, ut vult *id Card. De Luc. de Paroch. d. disc.* 23, *n.* 14, & 16; *Zarat. d. dec.* 45, *numer.* 40, adhuc tamen idem Hospitale semper æquiparari debet loco existenti extra Paro- 80
chiam, ut in simili dixit *Rot. in Romana Funerum super bono jure*, 7 *Junii* 1720, § *Ex hac autem passiva exemptione, cor. Rovault.* Et quemadmodum Parochus lo- 81
ci nihil juris habet in Funere Regularis extra Claustra defuncti, quem, inconsulto eodem Parocho, licet deferre ad sepulturam; *Barbos. de Paroch. cap.* 26, *n.* 68, *in sum. Apostol. decis. collect.* 645, *num.* 1; *Capon. discept.* 325, *num.* 11, 34, & *seqq. tom.* 5, ubi referuntur plura S. C. Decreta; ita admissa passiva exemptione Familiæ Hospitalis, poterit deferri ad sepulturam familiaris ejusdem.

Quintò, quia etiam Territorium cujus-
cumque Parochi est improprium, & ejus 82
jurisdictio, seu potius officium Parochiale non est affixum loco, quemadmodum jurisdictio Ordinariorum, sed consistit, ac fundatur in Persona Parochianorum; *Pignattell. consult.* 48, *num.* 22, *tom.* 3. Hinc fit, ut in propria Parochia nullum jus habeat in alienum Parochianum *cap.* 2, *de Paroch. Fagnan. in cap. ne pro dilatione, num.* 29, *de pœnit. & remiss.* E contra verò omne jus habet in suum Parochianum, ubique in universo Mundo; *Hostien. in summa de pœnit. & remiss.* § *Cui confitendum, vers. & nunquid extra*

Territoriam; *Navarr. in can. placuit, n. 84, de pœnit. dist. 6*; *Fagnan. in cap. Quod nobis, num. 35, de clandestin. desponsat.* quare passim occurrunt exempla Parochiarum per capita, & familias, quæ huc, illucque vagantur de domo in domum, per aliarum Parochiarum Territoria, earumque Parochi adeunt personas, & familias suorum Parochianorum quoad Sacramenta, & quoad Funera, neque per liberum incessum cum Stola, & Cruce inferunt injuriam Jurisdictioni Parochorum, intra quorum fines eæ Familiæ habitant; *Card. De Luc. de jurisdict. disc. 20, num. 24*; *Rot. in Cassanen. Jurium Parochialium, seu Præeminentiarum, 6 Junii 1707, § Nihil tamen minus, cor. Caffarello.*

Ex hoc Parochiali jure cohærente potius personæ Parochianorum, quàm loco, seu Territorio, sequitur Parochos omnes, etiam certos fines habentes, & Regulares quoscumque posse eum Cruce, & processionaliter comitari Funera Parochianorum, & ducere per alienas Pa-
83 rochias, immo & per diversas Diœceses, invitis etiam, & contradicentibus earumdem Diœcesum, & Parochiarum Episcopis, & Parochis; quia nimirum Parochus proprius semper sequitur suum Parochianum defunctum quocumque ducatur, ut declaravit *Sacr. Congreg.* relat. per *Ursayam, tom. 1, par. 2, discept. 28, num. 62, & 63*; & resolvit *Rot. in Romana Jurium Parochialium, 12 Aprilis 1720, cor. Cerro* favore Parochi Sanctæ Mariæ in Via Lata, occasione translationis Cadaveris clar. mem. Cardinalis Acciajoli Decani ad Carthusiam Florentinam.

Hinc Sacerdotibus Hospitalis, qui plenissimum, & privativum jus Parochiale habent in ejus familiares, quia nec in vita, nec in morte alios Parochos agnoscunt, opponi non potest, quòd associando Funus Sebastiani Bartoli cum Stola, quodque RR. PP. Ordinis Servorum levando idem Funus turbaverint Jurisdictionem Rev. Parochi Sancti Michaelis, tum quia eisdem Sacerdotibus tamquam
84 propriis Parochis id omnino licuit, etiam per alienum Territorium, & Parochiam, ut supra dictum est; tum quia jus ducendi Funeris non est territoriale, neque veræ jurisdictionis, & competere potest etiam non habenti Territorium, ut dixit *Rot. in Romana Funerum, super bono jure, 7 Junii 1720, § Ex hac autem, cor. Rovault.*

Nec rursus objiciatur, quòd Sacerdotes extra Hospitale nullam habeant Ju-
85 risdictionem, eorumque officium in Funeribus omnino cesset, ad firmata per *Card. De Luc. de Paroch. d. disc. 23, n. 15*; & per *Rot. d. decis. 45, num. 40, cor. Zarat.* in quibus tamquam individualibus ex adverso constituitur totius causæ præsidium.

Recurrit enim responsio supra tradita, quòd id procedit in concursu Parochi proprii, ad quem privativè pertinet jus Funeris sui Parochiani, etiam extra Parochiam defuncti; quique statim educto suo Parochiano ex loco Hospitalis exem- 86
pto, resumit suum jus Parochiale, ut expressè docet id. *Card. De Luc. d. disc. 23, num. 15, & 16, & disc. 38, num. 8; & de Regular. d. disc. 1, num. 52.* At de admittendo Parocho loci Hospitalis, nec *Card. De Luc.* nec *Rota* minimum verbum faciunt, ut legenti patet. immo ipse *Card. De Luc. d. disc. 23, num. 7, vers. ac etiam quia, & num. 11*, apertissimè declarat, Parochum loci Hospitalis nullum jus habere. Quapropter *d. decisio, cor. Zarat.* & doctrina *Card. De Luc.* in hac parte ob diversas circumstantias a casu nostro non merentur allegari, ut generaliter *Rot. decis. 871, num. 26, & decis. 1104, num. 6, cor. Molin. Ansald. decis. 75, num. 68.*

Diversitas circumstantiarum in nostro casu est clara, quia familiares Hospitalis longè differunt ab infirmis, qui in eo curationis causa ducti moriuntur, & 87
de is agit *Card. De Luc. de Paroch. d. disc. 23*; *& Zarat. d. disc. 45.* Nam hi retinent Parochiam, in qua degebant, & Parochus remanet proprius eorumdem Infirmorum Parochus ex supra traditis, ipsique competit privativè funeri præesse post habitis quibuscumque aliis, qui per accidens, vel in necessitate, vel ratione moræ, vel alio quovis modo Sacramenta administrarunt; quoniam Parochus proprius domicilii cæteris omnibus præfertur; *d. cap. is qui, ubi DD. de sepultur. in 6*; *Barbos. de Paroch. cap. 25, a num. 26, & seqq. Amostaz. de caus. piis, lib. 6, cap. 8, num. 15, & 16*; *Analect. in Jus Canon. lib. 3, tit. 28, numer. 16, 26, & 27*; *Pirhing. lib. 3, tit. 28, numer. 6*; *Pignatt. consult. 63, numer. 3, tom. 7.*

Nos verò versamur in casu contrario, quia Familiares Hospitalis, ii maxime, qui sunt ad vitam, cujusmodi erat Sebastianus Bartoli, constituunt suum domicilium in eodem Hospitali, ideoque 88
amittunt priorem Parochiam, quam habebant; nec agnoscunt alium Parochum proprium, nisi Hospitalis Sacerdotes, qui teneantur eis præbere Sacramenta, & a quibus ipsi cogantur accipere, ut notum est; ideoque sunt eorumdem veri, proprii, & unici Parochi, ut optimè in similibus terminis ratiocinatur *Pignattell.* in contrarium allegatus, *consult. 63, num. 9, tom. 7.*

Ad quod comprobandum, allatum fuit 89
simil-

fimillimum, & per omnia conveniens exemplum Monialis, quæ alibi extra Monasterium sit tumulanda, quam non Parochus loci Monasterii, sed Confessarius associare debet cum Stola ad locum sepulturæ; quia hæc Monialis non habet alium Parochum, nisi Confessarium, ut benè *Pellizzar. de Monialib. cap.* 10, *num.* 233, *in fin. Samuell. de sepultur. controv.* 16, *num.* 28, & 29.

Huic exemplo responsum fuit Monialem esse exemptam ab Ordinario, & a Parocho, prout exempta sunt Monasteria; sed responsio multipliciter retorquetur observando: Primùm, quòd etiam Hospitale, & degentes in eo eadem exemptione gaudent. Secundò, quod pleraque Monasteria Monialium subjecta sunt pleno jure Ordinariis; a Parocho verò loci non alia ratione sunt exempta, nisi quia non habet in ipsis Sacramentorum administrationem, & Moniales non sunt oves suæ Curæ creditæ; idemque passim contingit in Puellarū Conservatoriis, quia Puellæ alium habent Sacramentorum Ministrum ab Ordinario constitutum privativè ad Parochum loci, qui
90 nullum sustinet onus. Tertiò, quòd DD.
non moventur ad excludendum Parochum loci a funere Monialis ob exemptionem, sed ob administrationem Sacramentorum, quæ non ad Parochum pertinet, sed ad Confessarium privativè, itaut Confessarius sit unicus, & proprius Parochus Monialis, quæ neminem præter eum agnoscit in Pastorem: DD. autem accipiendi sunt secundùm rationes, quibus moventur; *Rot. decis.* 214, *num.* 12, & 13, *par.* 16 *recent.* & *cor. Molin. decis.* 1120, *num.* 76; & est regula, ut magis attendatur ratio, quàm dictum, *l. cùm pater*, § *Dulcissimis*, *ff de leg.* 2.

At occurrit aliud magis urgens exemplum, quod nullam patitur difficultatem, de fœmina collocata in Monasterio ad vitam. Hec enim, quia potest eligere sepulturam, si alibi sit sepelien-
91 da, associanda est a Confessario Mona-
sterii, eique debentur, & quarta Funeris, & alia jura Parochialia, ex hac unica ratione, quia talis mulier effecta est de Ovibus Confessarii, & ab eo recepit Sacramenta dum viveret; *id. Pellizzar. de Monialibus*, *d. cap.* 10, *numer.* 233, § *Quòd si hac occasione*, ibi -- *Sicut ergo fœmina illa vivens recepit Sacramenta a Confessario Monialium, tamquam ejus Parochiana, sic post mortem debet ab eo recipere sepulturam, & ille lucrari ab ea jura Parochialia, cùm verè sit ejus Parochus.* Pellizarium in hac parte sequitur ejusdem præcisa transcribendo verba *Dian. par.* 9, *tract.* 7, *miscellan. resol.* 62, § *Sed hic obiter*; ubi testatur, casum contigisse Panormi, atque ita observatum fuisse, & subscribit *Pignattell.* in contrarium adductus, *d. consult.* 63, *num.* 9, *tom.* 7.

In eandem Sententiam est *Passerin. de*
de statib. d. q. 187, *art.* 1, *numer.* 893,
ibi -- *quòd si intra Clausuram decedat*
fœmina sæcularis, quæ ibi perpetuum do- 92
micilium sibi elegit, jam illa nullius al-
terius est Parochiæ, sed spectat ad Mo-
nasterium, & est de Ovibus Confessarii,
& ideo ad illum spectat ministrare illi Sa-
cramenta extrema, & illius erit inchoa-
re officium Funeris, & levare Cadaver,
& illi debebitur quarta funeralis, &c.

Luculentius *Capon. discept.* 133, *num.*
73, & 74, *tom.* 2, ibi -- *Difficultas est*
in casu, quo mulieres eligerent sepultu-
ram extra, in alia Ecclesia, a quo le- 93
vandum sit Cadaver, & funus prosequen-
dum, utrum a Confessario, an a Parocho,
&c. & respondeo competere ex officio Con-
fessario, quia ad illum pertinet Funus com-
plere, ad quem pertinet illud incipere. Ad
Confessarium pertinet illud complere, tum
quia talis mulier, quoad Sacramenta, &
sepulturam nihil differt a Monialibus, ni-
si ratione electionis sepulturæ, sed talis
actus electionis sepulturæ, non tollit jus
Parocho quæsitum quoad Sacramenta, &
funus sui Parochiani, & illud prosequi ad
ulteriam Ecclesiam; ergo idem dicendum in
casu præsenti, &c.

Iisdem rationibus submovetur obje-
ctum de Stolæ delatione. Si enim Rev.
Parochus Sancti Michaelis non est Paro-
chus proprius Familiæ Hospitalis, non
potest conqueri, quòd alius officium Pa-
rochi gerat, & Stolam deferat in fune-
re Parochiani non sui, cùm id liceat
cuicumque Parocho per alienas Parochias 94
ex supra traditis; maximè, quia pro cer-
to affirmari nequit, an delatio Stolæ sit
peculiare signum jurisdictionis Parochia-
lis, seu potius referri valeat ad digni-
tatem Sacerdotalem; ideoque deferri pos-
se etiam in Funeribus in Ecclesiis Re-
gularium contra scripta per *Ursayam* cen-
suit S. C. relata *per eund. tom.* 3, *discept.* 95
31, *num.* 57, *par.* 1, & *discept.* 6, *num.*
53, & 189, *tom.* 4, *par.* 2; & posse de-
ferri etiam a non Parocho in Funeribus,
Molin. dec. 727, *num.* 13, & 27.

Ex his evidentissimè constat injustissima esse Decreta manutentionis in præsenti Causa emanata. Primùm, quia Rev. Parochus Sancti Michaelis non est Parochus Hospitalis, ut plenè demonstratum est, ideoque non juvatur tam multipliciter exaggerata juris assistentia.

Idque magis demonstratur observan-
do, quòd jus Parochiale est veluti quæ-
dam causa universalis producens plures
effectus, ut sunt Sacramentorum admi-
nistratio, maximè Eucharistiæ in Pascha- 96
te, & in mortis periculo, atque Extre-
mæ

mæ Unctionis, funerum celebratio, oblationum, & Decimarum perceptio, Benedictiones diversæ, præcipuè Domorum ante Pascha, & Parochianorum descriptio in Libro status Animarum, & si qui sunt alii, de quibus post veteres in *rubr. de Paroch.* plenè *Barbof. in fum. Apostol. decis. collect.* 391, *numer.* 5, *& seqq. Anaclet. lib.* 3, *tit.* 29, *numer.* 9; *Pirbing, eod. lib. & tit. num.* 3, *& seqq. Rot. dec.* 552, *a num.* 3, *& seqq. par.* 5 *recent. & decis.* 1, *per tot. coram Molines, & dec.* 11, *num.* 12, *de offic. Ordin. cor. Card. Falconer.*

In nullius horum jutium quasi posses-
sione reperitur Rev. Parochus Sancti Mi-
97 chaelis, nec quoad locum, nec quoad
Familiam Hospiralis, itaut nec umbram
Parochi præseferat, ideoque manifestè re-
sistentia juris repellitut, & manurentio
competit Sacerdotibus Hospitalis; *Post.
de manuten. observ.* 44, *num.*28, *& seqq.
Pignatt. d. consult.* 134, *num.* 1, *tom.* 10.
98 Secundò, quia in mareria funerum ex
sola juris assistentia, non probata quasi
possessione, non datur manutentio, ut
præter adductos in præcedenti firmavit
Rot. decis. 139, *num.* 20, *par.* 17, *& decis.* 456, *num.* 7, *par.* 18 *recent.* ubi præ-
cisè contra Parochum. Et ratio eit cla-
ra, quia jus funerandi, & sepeliendi non
99 probar Parochialitatem, cùm possit etiam
competere Ecclesiæ non Parochiali; *Panimoll. decis.* 5, *adnot.* 1, *num.* 12; *Rot.
decis.* 387, *num.* 12, *cor. Gregor. & dec.*
228, *num.* 7, *par.* 12 *recent.*
100 Nec dicarur, quòd erat in facultate
Rev. Parochi associare, & interesse Fu-
neribus, ideoque ex non interessentia
non potuit acquiri jus Sacerdotibus Ho-
spitalis, nisi probent eundem Patochum
rejectum fuisse, ex *Post. de manuten. ob-
serv.* 45, *num.* 18, *observ.* 53, *numer.* 28;
101 *Rot. dec.* 254, *num.* 25, *par.* 19 *recent.*
Tum quia regula procedit, quando agi-
tur de actibus factis a privaro in priva-
tum, non verò de publicis, ur declarat
Post. d. observ. 53, *num.* 17; rum quia
concurrente, prour hic, usu contrario,
102 seu non usu in ror actibus Parochiali-
bus longissimi remporis, sublatum re-
maner omne jus, etiam facultativum,
& acquirirur status manutenibilis *id.
Post. d. observ.* 53, *num.* 20; *Add. ad
Buratt. dec.* 14, *num.* 4, *& decis.* 903, *n.*
21; quemadmodum per non usum lon-
gissimi tempotis, amissum censetur
103 etiam privilegium absque ulla necessitate
probandi contradictionem cum acquie-
scentia *Molin. decis.* 198, *num.* 9, *& dec.*
240, *num.* 9, *&* 10.
Frustra tandem objicitur privilegium
exemptionis Hospitalis carere derogatio-
ne *Clement. Dudum*, tum quia hic non
104 agitur de sepeliendo alieno Parochiano
absque solutione quartæ, sed de jure Parochiali, cui comperat, quod non pertinet ad materiam *Clem. Dudum*; tum quia nostra exemptio fundatur in jure communi, *in d. Clem. quia contingit*, quæ est Constitutio ejusdem Concilii Generalis Viennen.

Ex his sublata videntur omnia in contrarium adducta, quamquam unica responsione tollantur, quia Rev. Parochus Sancti Michaelis non docet se esse Parochum Hospitalis.

Quare, &c.

ADDITIO XLIX.

Dissertatio prælaudati

Illustrissimi, ac Reverendissimi Domini

JO. ANDREÆ DE PINIS, &c.

ARGUMENTUM.

Quæ probanda sint pro obtinenda dispensatione Matrimonii in radice: & quibus ex causis concedatur. Quando censeatur Ponrifex in radice dispensare. De dispensatione, ad effectum legitimandi tantùm prolem, post mortem utriusque Parentis, vel alterius eorum. An hujusmodi dispensatio operetur tam quoad Spiritualia, quàm etiam quoad Temporalia.

SUMMARIUM.

1 *Quæ dicatur dispensatio in radice Matrimonii.*
2 *Papa ita dispensando facit de illegitimo legitimum consensum contrahentium, qui est Matrimonii radix.*
3 *Copula habita censetur maritalis; & proles habetur tamquam nata ex legitimo Matrimonio, & quare.*
4 *Ad hanc dispensationem requiritur Matrimonium de facto contractum, vel cohabitatio præseferens umbram Matrimonii, vel saltem copula, affectu maritali habita.*
5 *Onus probandi prolem susceptam fuisse ex copula putativè matrimoniali, vel saltem affectu maritali habita, spectat ad illum, qui legitimatione innititur.*
6 *Non est tamen necessaria plena probatio; sed sufficit, quòd copula non sit manifestè fornicaria.*
7 *Si Parentes petant dispensationem ad legitimè contrahendum Matrimonium, eumdem animum habuisse præsumuntur tempore præcedentis copulæ.*
8 *Etiamsi exponant copulam habuisse ex vesana libidine, & quare.*

9 *Id*

9 *Id tamen generaliter loquendo, pendet potius ex narrativa, facta Pontifici ab impetrante dispensationem, & ex causis, quibus concessa est.*

10 *Impetrans dispensationem regulariter probare debet exposita in narrativa, & quando.*

11 *Impedimentum, cujus causa datur dispensatio, debet esse inductum a Jure ecclesiastico, non a Jure divino, vel naturali, & exemplificatur, & n. 12.*

13 *Potest Summus Pontifex dispensare in solemni voto castitatis, ad matrimonium contrahendum.*

14 *Proles proinde nata ex Personis, solemni voto adstrictis, potest fieri legitima in radice.*

15 *Dispensatio Matrimonii in radice concedi solet, ubi illud contractum fuit scienter, & mala fide: & contrahentes, pœnitentia ducti, dispensationem petant super impedimento, quod eis obstat, ut legitimè contrahant, & quando.*

16 *Additurque clausula legitimationis prolis susceptæ, vel suscipiendæ.*

17 *Conceditur etiam hæc dispensatio consanguineis, seu Affinibus, qui copulam inter se habuerunt, & deinde cupiunt Matrimonium contrahere.*

18 *Ad dispensandum in radice, juxta nonnullorum sententiam, requiritur Matrimonium de facto contractum: nec sufficit copula, affectu maritali habita.*

19 *Praxis tamen est omnino contraria, & affertur ratio.*

20 *Conceditur quoque a Pontifice prædicta dispensatio, ad effectum dumtaxat legitimandi prolem in radice, sive illam petat alter Parens superstes, altero defuncto, sive filii ipsi, utroque Parente mortuo; rarò tamen, nec nisi magna ex causa, & plerumque requisito Sac. Congregationis voto, & num. 21.*

22 *Pontifex quando censeatur dispensare in radice Matrimonii, & n. 26, 29, 40, & seqq.*

23 *Matrimonium, inter Consanguineos, seu Affines de facto contractum, est incestuosum, atque excommunicationem majorem ipso jure annexam habet.*

24 *Et in dispensatione mandat Pontifex sic contrahentes absolvi ab incestu, & ab excommunicatione, injuncta gravi, ac salutari pœnitentia.*

25 *Adjicitque etiam aliam pœnam, ut scilicet alter, alteri superviveus, perpetuò absque spe conjugij maneat.*

27 *Olim consueverant Pontifices in hujusmodi dispensationibus concedere, ut Conjuges in contracto Matrimonio remanere possent.*

28 *Quæ clausula, Matrimonium præcedens, non efficiebat validum in substantia; sed vires sumebat a novo consensu post dispensationem, tacito, vel expresso.*

30 *Hodie verò forma Literarum Apostolicarum est correcta, & facultas remanendi in Matrimonio jam contracto non conceditur, & num. 35.*

31 *Corrigendi ansam dedit Tridentin. sess. 24, de reform. Matrim. cap. 1, ubi irrita declarantur Matrimonia, absque Parocho, & Testibus contracta.*

32 *Jus antiquum mandat, Matrimonia solemniter celebrari, præviis denunciationibus, imponendo pœnas aliter contrahentibus; non inducit tamen nullitatem.*

33 *Ideoque ante Concilium Tridentinum, Matrimonium, quod, ob aliquod impedimentum dirimens, irritum deprehendebatur, eo per dispensationem sublato, convalescebat ex privato consensu; immo ex sola cohabitatione, & copula, affectu maritali habita.*

34 *Post Concilium non convalescit, nisi accedat novus consensus coram Parocho, & Testibus.*

36 *Si verò impedimentum sit occultum, & servata fuerit in principio forma Conc. Tridentini, sufficit privatus consensus ad vitanda scandala.*

37 *Impugnatur Rot. dec. 273, num. 11, & seqq. part. 6 recent.*

38 *Verba illa* -- & in eo postmodum remanere liberè, & licitè possint, & valeant -- *in Literis dispensationis apponi solita, non referuntur ad Matrimonium irritè contractum, sed ad contrahendum post ipsam dispensationem.*

39 *Eadem verba apponuntur in Literis dispensationis* de contrahendo.

44 *Quando Vir, & Fœmina post copulam petunt dispensari ad contrahendum legitimè Matrimonium: & in Literis Apostolicis apponitur clausula* -- prolem susceptam & suscipiendam exinde legitimam decernendo -- *si Parentes, vel alter eorum decedat, antequam Matrimonium contrahatur, proderit nihilominus dispensatio ad prolis legitimationem.*

45 *Utroque Parente, vel altero eorum defuncto, si superstes, vel filii dispensationem petant, ad legitimationem tantùm consequendam; hoc casu non est aliqua usitata forma dispensandi: sed satis est, si Papa velit haberi prolem pro legitima, & de legitimo Matrimonio nata.*

46 *Vigore hujus dispensationis, Matrimonium, vel copula habetur tamquam legitima conjunctio; & proles lege-*

legitima censetur in omnibus, quoad effectus civiles.

47 *Pontifex revocare potest suam legem, etiam quoad præterita.*

48 *Aliter verò sentiendum est, quoad veritatem Matrimonii, contra aliquorum opinionem, & numer. 50, 51, 58, & 59.*

49 *Qui spicas conterit, non dicitur novam speciem efficere, sed eam, quæ inerat, detegit.*

52 *Matrimonium inter Christianos est etiam Sacramentum novæ legis.*

53 *Causa cujus efficiens, seu materia est mutuus contrahentium consensus.*

54 *Iste autem si præstetur ab iis, qui contrahere prohibentur, non fit materia Sacramenti.*

55 *Et Matrimonium inter impeditos contrahere, est omnino nullum, sive mala, sive bona fide contractum sit.*

56 *Nec convalescere potest, nisi contrahentes, post dispensationem, iterum mutuò expressè consentiant.*

57 *Hujusmodi defectum non supplet dispensatio, & quare.*

60 *Plures DD. tenent, dispensationem in radice, circa legitimationem prolis, a Papa concessam, non prodesse in terris aliorum Principum, quoad temporalia, bonores scilicet, & successiones.*

61 *Alii e converso affirmant, sic legitimatum idoneum fieri ubique locorum, etiam quoad temporalia.*

62 *Si dispensatio concedatur ad prolem tantùm legitimandam, & non ad contrahendum legitimum Matrimonium, spernenda omnino non est prior sententia, & num. 70.*

63 *Si verò dispensationi in radice succedat legitimum Matrimonium, ea tunc operatur legitimationem quoad omnia, & ubique locorum, & num. 64.*

65 *Ubi adest impedimentum dirimens, subsequens Matrimonium non reddit legitimam prolem, antea susceptam.*

66 *Sed quando super impedimento conceditur dispensatio in radice, proles ipsa fit omnino legitima, & affertur ratio, & num. 67.*

68 *Sublato impedimento per dispensationem, legitimatio statim fit ministerio legis, & Matrimonii subsequentis non facto Pontificis.*

69 *Et consequenter lex est illa, quæ sic legitimatis defert successiones, quæ, cessante legitimatione in radice, aliis deberentur.*

71 *Papa, dispensando in radice, extra casum Matrimonii, legitimè contrahendi, utitur plenitudine potestatis.*

72 *Qua uti non debet sine magna, & publica causa.*

73 *Maximè ob præjudicium succedentium ab intestato.*

74 *Reprobatur sententia, admittens legitimatos per dispensationem in radice, ad omnes omnino successiones.*

75 *Admittuntur quidem ita legitimati ad successiones ab intestato, vel ex testamento, ad quas vocentur legitimi, & naturales.*

76 *At ubi fideicommissum, primogenitura, vel feudum sit pro natis ex legitimo Matrimonio, vel fortius pro natis, & procreatis ex vero, & legitimo Matrimonio, ab hujusmodi successionibus legitimati per dispensationem in radice excluduntur, & quare, & num. 77, & seqq.*

80 *Dispensatio in radice, & legitimatio per subsequens Matrimonium æquiparantur ad invicem.*

81 *Prædicta dispensatio non detegit verum, & validum Matrimonium; sed solùm retrotrahit effectus ad initium nativitatis, & num. 82.*

DIspensationem in radice Matrimonii illam Doctores appellant, quam Summus Pontifex concedit ad legitimandam prolem susceptam, vel ex Matrimonio nullo ob impedimentum dirimens, 1
vel ex copula præseferente umbram, sive speciem Matrimonii, aut saltem affectu maritali habita ab iis, qui impedimento ejusmodi contrahere prohibentur. De ea plenè *DD. in cap. Per Venerabilem qui fil. sint legit.* quos congerit *Barbos. ibid. num. 4, & in vot. dec. 27, lib. 2,* quibus addi possunt *Boss. de Matrim. cap. 10, num. 332; Perez. eod. tract. disput. 44, sect. 5, num. 3; Castropal. to. 2, tract. 13, disput. 4, § 5, a numer. 5; Gonzal. in d. cap. per Venerabilem num. 22; Pirbing. in Decretal. lib. 4, tit. 17, § 6, num. 42; Vvicstn. instit. Canon. lib. 4, tit. 17, a num. 66; Leuren. in univers. jus Canon. lib. 4, tit. 17, q. 267; Anaclet. in jus Canon. lib. 4, in append. de dispens. § 7, num. 356; Corrad. in praxi dispens. lib. 8, cap. 3, num. 4; Merlin. de legit. lib. 1, tit. 2, q. 1, num. 20; Lar. decis. Gramat. 8, per tot. Cresp. de Valdaur. observat. 23, a num. 145, par. 1; De Just. de dispens. lib. 1, cap. 7, numer. 272; Torr. de majorat. par. 1, cap. 29, num. 28.*

Hæc dispensatio dicitur in radice, sive quia Pontifex dispensando facit de irrito ratum, & de illegitimo legitimum 2
consensum contrahentium, qui est radix Matrimonii; *Lotter. de re beneficiar. lib. 2, q. 48, n. 99, & 100; Barbos. d. vot. decis. 27, num. 17, lib. 2; Castill. controv. tom. 5, cap. 105, num. 27, Larr. d. decis. 8, num. 8; Anaclet. in jus Canon. lib. 4, tit. 17, num. 51;* unde sequitur, ut copula habita censeatur maritalis, & proles habeatur, tamquam nata ex legiti- 3
mo

mo Matrimonio; sive quia tollit legem Ecclesiasticam, quæ est radix, & origo, ex qua consurgit proles illegitima; *Gonzal. in d. cap. Per Venerabilem, num. 22, qui fil. sint legit.* Wiestn. *instit. Canon. lib. 4, tit. 17, num. 71;* Wagnerech. *in d. cap. Per Venerabilem, in fin. Pirhing. in d. lib. 4 Decretal. tit. 17, § 6, num. 42 in princ.*

Hinc ad hujusmodi dispensationem omnino requiritur, vel Matrimonium de facto contractum, vel cohabitatio præ-
4 seferens umbram Matrimonii, vel saltem quòd copula, ex qua proles suscepta est, habita fuerit affectu maritali; alioquin non esset radix, super qua Pontifex dispensare posset; *Sanch. de Matrim. lib. 8, disp. 6, num. 7; Castropal. tom. 2, tract. 13, disp. 4, pun. 1, § 5, numer. 6; Gonzal. in d. cap. Per Venerabilem, num. 22; Castill. tom. 5 controv. d. cap. 105, num. 25, Larr. d. decis. 8, num. 8; Cresp. de Valdaur. d. observat. 23, numer. 150; Rot. decis. 166, num. 1, & seqq. & decis. 191, num. 2, par. 1 recent. & cor. Gregor. decis. 19, num. 2.*

Cujus sit onus probandi prolem susceptam fuisse ex copula putativè Matrimoniali, vel saltem affectu maritali ha-
5 bita, nullus ex Doctoribus indicat; videtur tamen pertinere ad eum, qui legitimatione innititur, ut censuit *Rot. d. decis. 19, cor. Gregor. & decis. 174, post 2 vol. consil. Farinac. & dec. 191, sub num. 9, par. 1 recent.*

Non est tamen necessaria plena pro-
6 batio, sed sufficit præsumptiva, & dubia, itaut copula non sit manifestè fornicaria; *Barbos. in d. cap. per Venerabilem, num. 7, qui fil. sint legit, Cresp. de Valdaur. observat. 23, num. 151, par. 1; Rot. d. decis. 191, num. 6, par. 1 recen. Piton. discept. 63, numer. 16, & 23.* Et ideo si parentes petant dispensationem ad legitimè contrahendum Matrimonium,
7 præsumuntur eumdem animum habuisse tempore præcedentis copulæ, adeò ut contrarium probare debeat impugnans legitimationem; *Rot. d. decis. 166, num. 2, & 4, & decis. 191, numer. 10, par. 1 recen.* cui nihil prodest, si fortè parentes in petenda dispensatione exponant
8 habuisse copulam ex vesana libidine, quia hæc non excludit maritalem affectionem, ut prosequitur *ead. Rot. in dd. decis. 166, num. 2, & 191, num. 9, in fin. par. 1 recen.*

Generaliter tamen id potius pendet ex
9 narrativa facta Pontifici ab impetrante dispensationem, & ex causis, ex quibus concessa est; *ead. Rot. d. dec. 191, num. 9;* qui enim dispensationem impetrat, regulariter probare debet exposita in nar-
10 rativa, quando pertinent ad substantiam gratiæ; *vulg. cap. 2, & cap. constitutus. de rescript. De Ros. de execut. liter. Apostol. par. 1, cap. 6, numer. 3, 4, & seqq. Rot. decis. 687, num. 3, par. 2 recent. & in Monasterien. Decanatus, 17 Junii 1718, cor. Foscaro.*

Requiritur præterea, ut impedimentum, cujus causa datur dispensatio, sit
inductum a jure Ecclesiastico, non a ju- 11
re Divino, vel naturali; *Barbos. in d. c. Per Venerabilem, num. 4, qui fil. sint legit. Gonzal. ibid. num. 22; Torr. de majorat. par. 1, cap. 29, num. 31;* Guttier. *de Matrim. cap. 74, num. 3; De Just. de Dispens. lib. 1, cap. 7, num. 286; Emin. Lambert. in vot. in Pragen. Matrimonii nuper impress. post De Just. de dispens. cas. 28;* & ideo si agatur de impedimento erroris, qui tollit consensum jure na-
turæ necessarium, vel proles concepta 12
sit ex adulterio, dispensatio in radice non prodest; *Pont. de Matrim. lib. 1, cap. 5, num. 8; Castropal. tom. 2, tract. 13, disp. 4, pun. 1, § 5, num. 6; Torr. de major. par. 1, cap. 29, num. 30, & 31; De Just. de dispensat. lib. 1, cap. 7, numer. 287.*

Et quia Pontifex dispensare potest in
solemni voto castitatis ad Matrimonium 13
contrahendum, *D. Ursaya tom. 2, par. 1, discept. 3, a num. 18, & discept. 13, per tot.* ubi affert plura exempla similium
dispensationum, idcirco proles nata ex 14
adstrictis solemni voto, poterit fieri legitima in radice; *Pont. de Matrim. lib. 11, cap. 5, num. 9; Gonzal. in d. cap. Per Venerabilem, num. 24; Torr. de majorat. par. 1, cap. 29, num. 33;* & admisit in Subdiacono; *Rot. decis. 377, num. 56, & 57, par. 17 recen.*

Concedi hæc dispensatio solet, primùm ubi fuit contractum Matrimonium scienter, & mala fide, & contrahentes, pœnitentia ducti, petunt dispensationem super impedimento, quod eis obstat, ut
legitimè contrahant; nam etsi puniri po- 15
tiùs, & spe dispensationis carere debeant, ex *Tridentino sess. 24, capit. 5;* nihilominus etiam ex sola causa prolis susceptæ, vel ad vitanda scandala, & ne mulier diffamata, & innupta remaneat, datur eis dispensatio; *Corrad. in prax. de dispensat. lib. 8, cap. 3, num. 29; Barbos. d. vot. 27, num. 10, lib. 2; De Just. de dispensat. lib. 2, cap. 19, num. 242, & lib. 3, cap. 17, num. 14; Rot. decis. 273, num. 12, par. 6 recent.* additurque clau-
sula legitimationis prolis susceptæ, vel 16
suscipiendæ, prout ex forma literarum apud eundem *Corrad. d. lib. 8, cap. 3, num. 46; Rot. d. dec. 273, num. 16, par. 6 recen.* & hæc dispensatio in Curia dicitur — *de scienter contracto.*

Secundò conceditur ubi consanguinei, seu affines copulam habuerunt, & dein-
de cupiunt Matrimonium contrahere; 17

datur enim illis dispensatio, quæ dici-
tur -- *de contrahendo cum copula scien-*
ter -- ne mulier diffamata, & innupta
remaneat, addita item clausula legiti-
mationis prolis susceptæ, vel suscipien-
dæ, quæ operatur legitimationem prolis
in radice, ut infra demonstrabitur; quia
copula præcedens censetur habita mari-
tali affectu, ut supra dictum est.

Et quamvis *Garz. de Benefic. par. 7,*
cap. 2, sub num. 42, vers. sed certe mihi
afferat omnino necessarium esse Matri-
monium de facto contractum, nec suffi-
cere copulam affectu maritali habitam
18 ad dispensandum in radice, quia ex so-
la copula cum maritali affectu absque
contractu Matrimonii non habetur radix,
super qua dispensetur, idemque sentiat
De Just. de dispens. lib. 1, cap. 7, n. 274;
& Torr. de majorat. par. 1, cap. 29,
n. 29. Praxis tamen est omnino contra-
ria, ut patet ex forma literarum Apo-
stolicarum, quam ponit *Corrad. in prax.*
lib. 8, cap. 1, num. 7; De Just. de dispens.
lib. 3, cap. 17, num. 1, & seqq. Nam ut
bene observat *Barbos. in d. vot. 27, n.*
19 *17, lib. 2,* Matrimonium de facto con-
tractum non potest plus operari, quam
maritalis affectus, cum ob impedimen-
tum dirimens sit omnino inefficax, nul-
loque vinculo obstringat, itaut nec ha-
beat vim sponsalium; *Bellarmin. ad Con-*
cil. sess. 24, cap. 1, ibique *Barbos. num.*
130; Pignatt. consult. 133, n. 56, to. 9;
& dixit *Rot. dec. 66, n. 4, & 5, cor. Bo-*
nincasa, & censuit *Sacra Congr. Conc.*
in Salernitana Matrimonii, de qua *D.*
Ursaya, discept. 17, tom. 1, par. 2, ideo-
que non præsefert, nisi naturalem, ac
nudum consensum in Matrimonium, qui
habetur etiam ex copula cum affectu ma-
ritali, quique sufficiens radix est ad dis-
pensandum, ut dictum est.

Tertio tandem conceditur ubi paren-
tes, qui vel ex Matrimonio de facto
contracto, vel ex copula affectu marita-
li habita prolem susceperunt, nihil co-
gitant de Matrimonio legitimè contra-
20 hendo, sed petunt legitimationem pro-
lis in radice, vel eandem petit alter pa-
rens superstes, altero defuncto, vel filii
ipsi utroque parente mortuo; tunc enim,
quia mors alterius, vel utriusque paren-
tis non impedit hanc legitimationem;
Navar. cons. 2, qui fil. sint legit. Bar-
bos. in d. vot. 27, num. 15, lib. 2, & in
d. cap. Per Venerabilem, num. 6; ibique
Gonzal. num. 23, Rot. decis. 687, num.
13, par. 2 recent. Eminentiss. Lambertin.
in d. vot. in Pragen. Matrimonii, post De
Just. de dispens. cas. 28, in fin. Pontifex
21 illam concedit, raro tamen, nec nisi ex
magna causa, & plerumque ex voto Sa-
cræ Congregationis, ut in *d. Pragen.*
Matrimonii, in qua 18 *Septembris* 1723.
dixit -- *consulendum Sanctissimo pro dis-*
pensatione in radice -- quamvis Pater mor-
tuus esset.

Quando verò censeatur Pontifex in
radice dispensare non satis constat. Ve-
teres, quos refert *Gutier. de Matrimon.*
cap. 74, num. 20; Sanch. de Matrim. lib.
8, disp. 7, num. 28, consuerunt tunc Pon-
tificem dispensare in radice Matrimonii, 22
quando copulativè legitimat Matrimo-
nium de facto contractum, & prolem ex
eo natam; sed eos improbat *Rot. decis.*
455, num. 13, par. 1 recent. animadver-
tens satis esse, si Pontifex approbet, con-
firmet, sive permittat Matrimonium an-
tea contractum. Sed observandum est
Pontificem nunquam approbare, vel ra-
tum habere Matrimonium, antea con-
tractum, cùm sit incestuosum, graveque 23
peccatum contineat, cui excommunica-
tio major ipso jure annexa est; *Clem.*
un. de consang. & affinit. immo conce-
dendo dispensationem, illud expresse im-
probat, mandatque sic contrahentes ab- 24
solvi ab incestu, & ab excommunicatio-
ne, injuncta gravi, ac salutari pœniten-
tia, ut patet ex forma literarum Apo-
stolicarum apud *Corrad. in prax. lib. 8,*
cap. 1, 2, & 3; & de Just. de dispens. lib.
2, cap. 19, num. 238; adjicitque aliam
gravissimam pœnam -- *ut alter alteri su-*
pervivens perpetuò absque spe conjugii ma- 25
neat; quæ pœna constituta est in *can.*
qui propinquam 35, q. 2, & 3, cap. 2, &
cap. transmissæ, de eo qui cognov. consang.
uxor. suæ; Corrad. in prax. d. lib. 8, cap.
3, in fin. De Just. de dispens. lib. 2, cap.
19, num. 239; De Ros. de Exequut. lit.
Apostol. par. 1, cap. 5, num. 249; Ursa-
ya tom. 1, par. 2, discept. 17, a num. 13,
& seqq.

Ideoque alii rectiùs dixerunt, Ponti-
ficem dispensare in radice, cùm conce- 26
dit, ut contrahentes, qui incestuosum Ma-
trimonium attentarunt, & quos ita con-
traxisse pœnitet, in Matrimonio sic con-
tracto remaneant, ut apud *Castill. tom. 5*
controv. cap. 105, num. 29, Bost. de Ma-
trim. contract. cap. 10, num. 360; De
Just. de dispens. lib. 1, cap. 7, num 284;
Rot. decis. 455, num. 9, par. 1, & decis.
687, num. 9, par. 2 recent. & post Mer-
lin. de legit. dec. 52, num. 12.

Sed hic quoque est observandum, olim
quidem consuevisse Pontifices in dispen-
sationibus *de contracto* tam scienter, & 27
mala fide, quàm ignoranter, & bona
fide, concedere, ut conjuges in sic con-
tracto Matrimonio remanere possent,
juxta *text. in cap. quia circa, de consang.*
& affinit. sic enim erat concepta clau-
sula Literarum -- *in vestro sic contracto*
Matrimonio remanere, seu illud inter vos
de novo contrahere, &c. per hanc enim
clausulam, licèt Matrimonium præcedens
non

non fiat validum in substantia, cùm su-
28 mat vires a novo consensu post dispensationem, tacito, vel expresso; *Navar. cons. 2, num. 10, qui fil. sint legit. Sanch. de Matrim. lib. 8, disp. 7, num. 25; Bosi. eod. tract. cap. 10, num. 360*; nihilominus dispensatum videbatur in radice, ut ex auctoritatibus supra relatis; &
29 ideo si quæ dispensationes antiquitus concessæ sub hac forma reperiuntur, sortiri debent effectum legitimationis hujusmodi. At a sæculo circiter facultas remanendi in jam contracto non concedi-
30 tur, & forma literarum Apostolicarum est correcta, ut asserit *Corrad. in prax. d. lib. 8, cap. 3, num. 49, & cap. 4, n. 62, in fin.* de qua correctione extat Decretum Sacræ Congregationis Concilii sub *Card. Alciato, in regest. Decretor.* cui Titulus *Decreta Sacræ Congregationis Concilii super dispensationibus Matrimonialibus, pag. 309, in Archiv. Vatic.* in quo legitur -- *delenda illa: in Matrimonio remanere, & addenda: publicè de novo servata forma Concilii Tridentini contrahere, &c.* cœpitque subinde usus non concedendi dispensationes sub hac forma.

Præbuit corrigendi occasionem *Trid. sess. 24, de reform. Matrim. cap. 1*, dum
31 irrita declaravit Matrimonia contracta absque Parocho, & testibus. Licèt enim *Concilium Lateranense IV* mandasset celebrari Matrimonia solemniter, præviis
32 denunciationibus, imponendo pœnas aliter contrahentibus, ut in *cap. cùm inhibitio, de clandest. dispensat.* non induxit tamen nullitatem. *Tridentinum* verò præter alias pœnas, statuit etiam nullitatem, ubi contrahantur absque Parocho, & testibus; ideoque Matrimonium, quod ante Concilium, ob aliquod impedimentum dirimens, irritum deprehen-
33 debatur in utroque foro, quodque sublato per dispensationem impedimento, convalescebat absque ulla solemnitate ex privato consensu, immo ex sola cohabitatione, & copula affectu maritali habita, *cap. cum locum, cap. veniens, cap. is, qui fidem, de Sponsal. Covarr. de Sponsal. par. 2, cap. 4, num. 5*; post Concilium,
34 non convalescit, nisi accedat novus consensus coram Parocho, & testibus; *Fagnan. in cap. de illis, num. 13, de despons. impuber. Corrad. in prax. dispensat. lib. 8, cap. 3, num. 35, & num. 38*, ubi refert Decretum Sacræ Congregationis, & *cap. 4, num. 62; Sacr. Congreg. in Hispalen. Matrimonii, 20 Julii 1709, lib. 11 Decretor. fol. 58; D. Ursaya tom. 1, par. 2, discept. 17, num. 8*; ideoque hoc
35 tempore non datur dispensatio, nisi sub forma contrahendi de novo, ut ex verbis literarum apud *Corrad. in prax. lib. 8, cap. 3, num. 35*, & apud *De Just. de dispens. lib. 2, cap. 19, num. 238*, ibi -- *Matrimonium inter se de novo publicè servata forma Concilii Tridentini contrahere, &c.*

Si verò impedimentum sit occultum, & servata fuit in principio forma Concilii Tridentini, contrahitur item de no- 36
vo, sed privato consensu, ad vitanda scandala, juxta formam literarum Sacræ Pœnitentiariæ, de qua *Leon. in prax. ad liter. Sacr. Pœnitent. par. 2, pag. mihi 243*, ibi -- *Matrimonium uterque inter se de novo secretè ad vitanda scandala contrahere, &c.* idque ex particulari Decreto *Sancti Pii V*, de quo *Navarr. cons. 3, num. 3, de eo, qui dux. in Matrim. Pignatt. consult. 27, tom. 8; Seraph. dec. 900; Ludovis. decis. 395; Panimoll. dec. 46, num. 32.*

Et propterea cavendum a *Rot. in dec. 273, num. 11, & seqq. par. 6 recen.* dum 37
contendit concessam intelligi facultatem remanendi in jam contracto Matrimonio, ex clausula etiam hodie apponi consueta -- *Matrimonium inter se de novo servata forma Concilii Tridentini contrahere, illudque in facie Ecclesiæ solemnizare, & in eo postmodum remanere liberè, & licitè possint, & valeant, &c.* referendo verba -- *in eo postmodum remanere* ad Matrimonium irritè contractum, non ad contrahendum post dispensationem, observando quòd si referrentur ad contrahendum post dispensationem, essent superflua, & incongrua, quod motivum nuper magno cum apparatu exornarunt duo insignes Advocati in quadam causa proposita in Sacra Congregatione Concilii.

Re enim vera non referuntur ad Matrimonium irritè contractum, sed ad 38
contrahendum post dispensationem, ut cuilibet vel minimo solicitatori hujusmodi negotiorum perspicuum est, sufficitque ad hoc æquivocum tollendum legere *De Just. de dispens. lib. 1, cap. 6, num. 254*, ibi -- *Hæc verba videntur potius apposita ad tollendum omne dubium, quod juris ignaris occurrere possit, quàm quòd necessaria sint; quia contracto Matrimonio ritè, & legitimè, consequitur necessariò, ut possint, ac debeant conjuges in eo remanere, &c.* eisdemque verbis loquitur *Leon. in prax. ad liter. Sacr. Pœnit. par. 2, pag. mihi 234*, & observat *Gutter. de Matrim. cap. 74, numer. 22.*

Quod manifestè demonstratur ex forma literarum dispensationis *de contrahendo*, quæ passim circumferuntur, in
quibus semper ponitur eadem clausula, 39
iisdem verbis concepta, ut patet ex *Corrad. in prax. lib. 7, cap. 4, num. 8*; licèt nullum Matrimonium fuerit antea contractum, ad quod referri possit.

Alii tandem sentiunt ex clausula --

prolem susceptam, & suscipiendam exinde
40 *legitimam decernendo*, quæ apponi solet in literis Apostolicis, ubi contrahentes incestuosas nuptias, pœnitentia ducti, Matrimonium legitimum inire cupiunt, induci dispensationem in radice; *Lotter. de re benefic. lib. 2, quæst. 48, numer. 109; Oliv. de for. Eccles. par. 2, quæst. 33, num. 42, & 43; Corrad. in prax. lib. 8, cap. 3, a num. 46, & seqq. Castill. controv. tom. 5, cap. 105, num. 31; Cresp. de Valdaur. observ. 23, num. 145, par. 2; De Just. de dispens. lib. 1, cap. 7, nu. 285; Rot. decis. 455, numer. 12, par. 1, decis. 687, num. 14, par. 2, decis. 273, num. 16, par. 6 recent. & post Merlin. de legit. dec. 52, num. 22.*

Hæc opinio communis est, & in praxi recepta, nec alia habetur usitata for-
41 ma dispensationis in radice, quando Vir, & fœmina post copulam petunt dispensari ad contrahendum legitimè Matrimonium; itaut hodie, quoties in literis dispensationis reperitur eadem clausula, toties censetur in radice dispensatum, quidquid dixerint *Sanch. de Matrim. lib. 8, disp. 7, num. 23*, aliique pauci, quorum sententia est reprobata, ut observat *Lotter. de re benefic. lib. 2, quæst. 48, num. 109; Ursaya discept. 11, num. 16, tom. 6.* Nam ubi Pontifex in dispensatione exæquat prolem antea susceptam proli suscipiendæ; quemadmodum proles suscipienda ex Matrimonio post dispensationem legitimè contracto est omnino legitima, ita in necessarium antecedens legitimam censetur Pontifex facere antea susceptam, quod est dispensare, seu legitimare in radice, quam-
42 vis improbet Matrimonium jam contractum, vel copulam præcedenter habitam, ac præscribat novam Matrimonii celebrationem, ut optimè arguunt *Corrad. in prax. lib. 8, cap. 3, numer. 52; Bosi. de Matrim. cap. 10, num. 362; Castill. controv. tom. 5, d. cap. 105, numer. 31; De Just. de dispens. lib. 1, cap. 7, n. 294; Ursaya d. discept. 11, num. 10, tom. 6; Rot. decis. 637, num. 14, & 15, par. 2, decis. 273, numer. 16, & 17, par. 6 rec.* ubi plenissimè discutiuntur verba prædictæ clausulæ; non enim est necesse, ut Pontifex approbet Matrimonium præcedens, *Molin. de primog. lib. 3, cap. 2, sub num. 12, vers. non enim est vis*; quia licèt contrahatur Matrimonium de no-
43 vo, effectus tamen retrotrahitur ad tempus copulæ præhabitæ; *Gonzal. in d. cap. Per Venerabilem, sub n. 22, ad med. Lotter. de re benefic. lib. 2, q. 48, num. 110; Torr. de Majorat. par. 1, cap. 29, num. 38, Oliva de for. Eccles. par. 2, q. 33, num. 42*, ac alii supra adducti.

Et si concessa dispensatione cum dicta clausula, Parentes, vel alter eorum decedat antequam Matrimonium contra-
hatur; proderit nihilominus dispensatio, 44
& exequutioni demandari poterit quoad prolis legitimationem, quamvis non possit quoad Matrimonium contrahendum; quia continet duo capita æquè principalia, sive duas gratias distinctas, mandatum scilicet de dispensando, & potestatem legitimandi prolem susceptam, & suscipiendam; *Lotter. de re benefic. lib. 2, quæst. 48, num. 111; Corrad. in prax. d. lib. 8, cap. 2, num. 27, & seqq. & n. 38; Episc. De Ros. de Exequut. liter. Apostol. par. 1, cap. 5, num. 263; De Just. de dispens. lib. 1, cap. 6, num. 538*, & de altero ex parentibus defuncto est casus *dec. 207, par. 1 divers.* & de utroque *dec. 1121, coram Seraphin.*

Huc usque dicta de forma dispensandi in radice locum habent, quando Parentes Matrimonium legitimum contrahere cupiunt, & petunt dispensationem super impedimento. At si uterque, vel alter eorum obierit, itaut superstes, vel filii dispensationem petant ad legitimationem tantummodo consequendam; tunc quia agitur de remedio extraordinario, & raro ad praxim deducto, observandus erit tenor literarum dispensationis; qui-
buscumque enim verbis uti potest Ponti- 45
fex, cùm extra casum Matrimonii contrahendi non sit aliqua usitata forma, quam servare soleat; satisque est, si velit habere prolem pro legitima, & de legitimo Matrimonio nata; *Barbos. d. vot. 27, num. 19, lib. 2; Bosi. de Matrimon. cap. 10, num. 356; Rot. dec. 280, n. 3, par. 2 recent.* plene *Piton. discept. 63, per tot.* apud quem extat exemplum literarum dispensationis, de quo in *vot. 28*, post *Just. de dispens. secundæ impres.*

Hujus dispensationis effectus est abrogare legem Ecclesiasticam, inducentem impedimentum dirimens usque ab initio; itaut quemadmodum, si lex illa non extitisset tempore Matrimonii, de facto contracti, aut copulæ affectu maritali habi-
tæ, proles nulla incurrisset damna ille- 46
gitimitatis: ita abrogata lege, impedimentum constituente, *ut tunc*, hoc est, a tempore Matrimonii, vel copulæ, Matrimonium, vel copula habetur tamquam legitima conjunctio, & proles legitima censetur quoad civiles effectus ad omnia, *DD. in d. cap. Per Venerabilem qui fil. sint legit. Sanch. de Matrim. lib. 8, disp. 7, num. 4; Bosi. eod. tract. lib. 11, cap. 5, num. 9; Barbos. d. vot. 27, num. 11; Larr. decis. Granat. 8, num. 5*, aliique communiter, qui omnes ea moventur ratione, quòd Pontifex potest revoca-
re suam legem, etiam quoad præterita, 47
perinde ac si nunquam fuisset constituta; per *text. in Clem. un.* ubi *gloss. de immunit. Ecclesiar.*

Di-

Dixi quoad civiles effectus; nam quoad
veritatem Matrimonii aliter ſentiendum
eſt, quidquid arbitrentur nonnulli, qui
audacter contendunt, per hanc diſpen-
ſationem induci verum, validum, & le-
gitimum Matrimonium, itaut nec novus
48 exigatur conſenſus contrahentium, ſi
ſuperſint, poſt diſpenſationem, quòd
probant exemplo ejus, qui ſpicas con-
terit, qui non dicitur efficere novam ſpe-
49 ciem, ſed detegit eam, quæ jam erat; *l. adeo, ff de acquir. rer. dom.* atque ita a
pari arguendo ſentiunt Summum Ponti-
ficem, abrogata lege, inducente nullita-
50 tem Matrimonii per diſpenſationem in
radice, non operari per fictionem juris,
ſed per veritatem, & detegere, & in
lucem proferre Matrimonium jure natu-
ræ legitimum, quod erat obumbratum le-
ge poſitiva. Hujus ſententiæ ſunt *Pont. de Matr. l. 11, c. 5, ſub n. 12, verſ. non obſtat; Barb. in d. vot. 27, n. 14, & in d. cap. Per Venerabilem, num. 5, qui fil. ſint legitim. Rot. deciſ. 455, num. 6, par. 1, dec. 687, num. 8, par. 2 recen.*

Verùm hæc opinio, ſi res funditus exa-
51 minetur, non modò falſa eſt, prout eam
falſam, immo falſiſſimam appellat *Molin. de juſt. & jur. tom. 3, diſput. 624, verſ. ego verò*, ſed aberrat a doctrina catho-
lica; *Pignatt. conſult. 63, num. 3, tom. 3*, ibi -- *Adverto tamen, quòd hæc doctrina non poteſt ſanum habere intellectum, niſi quoad effectus merè civiles, & temporales, putà legitimationem, & ſimilia, non autem, ut ipſum Matrimonii Sacramentum, quod ab initio non conſtitit, vel convaleſcat unquam, vel valuiſſe cenſeatur.*

Nam ſemper docuit, & docet Sancta
Mater Eccleſia, Matrimonium inter Chri-
52 ſtianos eſſe etiam Sacramentum novæ le-
gis, *Trident. ſeſſ. 24, in doctr. de Sacrament. Matrim.* cujus cauſa efficiens, ſeu
materia eſt mutuus conſenſus contrahen-
53 tium; *Concil. Florent. in Decreto pro Armenis*, qui conſenſus præſtari debet ab
54 iis, qui contrahere non prohibentur,
alioquin non fit materia Sacramenti; *DD. in cap. ult. de ſponſ. duor.* & eſt propoſi-
tio Catholica definita *a Concil. Trident. ſeſſ. 24, can. 4*, ut obſervat *Pignatt. conſult. 133, numer. 17, tom. 9*; & tradunt *Navarr. conſ. 12, num. 3, de ſponſal. & conſ. 2, num. 10, qui fil. ſint legit. Corrad. in prax. lib. 8, cap. 3, numer. 35; Caſtropal. moral. tom. 5, tract. 28, diſp. 3, punct. 7, § 2, num. 1; Boſſ. de Matrimon. cap. 2, num. 1, & ſeqq. Panimoll. deciſ. 46, num. 22, & num. 32, in fin.* &
ideo celebratum inter impeditos contra-
here, eſt omnino nullum, ſive bona, ſi-
55 ve mala fide contractum ſit, quod nemo
Catholicorum negabit, quia alioquin
non potuiſſet Eccleſia ſtatuere impedi-
menta dirimentia.

Poſita Matrimonii nullitate, certiſſi-
mum item eſt convaleſcere non poſſe, ni- 56
ſi contrahentes poſt diſpenſationem ite-
rum mutuò expreſsè conſentiant, quia
ſemper deeſſet materia Sacramenti, ut
ſentiunt Theologi omnes; *in 4 ſenten. diſt. 35, & diſt. 40; D. Thom. d. diſt. 40, quæſt. un. art. 4; Scot. diſt. 35, q. un. verſ. reſpondeo, primus conſenſus*, cum aliis, quos
congerit *Sanch. de Matrim. lib. 2, diſp. 35, num. 2, Pont. eod. tract. lib. 4, cap. 24, num. 2, Gutier. eod. tract. cap. 47, num. 3; Boſſ. eod. tract. numer. 336*; &
ex pluribus Rotæ Romanæ reſponſis af-
firmat *D. Urſaya, tom. 1, par. 2, diſcept. 17, num. 8*, & in individuo *Pignatt. conſul. 63, num. 3, tom. 3.*

Cui defectui non ſupplet diſpenſa-
tio, quia non eſt in Summi Pontificis
poteſtate efficere ſacramentum, quòd
non eſt tale natura ſua, ſed concurrere 57
debent ea, quæ ſunt de ſubſtantia, &
eſſentia Sacramenti; & ideo nunquam
erit ex ſola diſpenſatione, abſque novo
conſenſu, verum illud, & legitimum Ma-
trimonium inſtitutum a Jeſu Chriſto, pro-
ut eſſe debet inter Chriſtianos, ut benè
Navarr. de Sponſal. conſ. 14, num. 7, & conſ. 2, num. 3, & 10, qui fil. ſint legit. Boſſ. de Matrim. d. cap. 10, num. 336; Perez. eod. tract. diſp. 44, ſect. 5, num. 5; Molin. de juſt. & jur. tom. 3, diſp. 624, num. 3; Corrad. in prax. diſpenſ. lib. 8, cap. 4, num. 62; Pignatt. d. conſ. 63, in fin. tom. 3, ibi -- *Fictiones enim, & effectus retrotractivi in civilibus admittuntur, non autem in ſacramentis, quæ ſi ab initio non valuerint, per ſupervenientem diſpenſationem nulla poſſunt ratione confirmari; & ideo quando Matrimonium, ob aliquam inhabilitatem eſt irritum, ad hoc, ut convaleſcat, & fiat validum, requiritur neceſſariò conſenſus amborum conjugum.*

Hinc patet, incongruam omnino eſſe
rationem, ponderatam ab aliquibus, &
præcipuè a *Barboſ. in d. cap. Per Venerabilem, num. 5, & in d. vot. 27, num. 4, lib. 2*, quòd ſcilicet legitimitas ſit mate-
ria ſubjecta legi, & quòd lex in iis, quæ
ſibi ſubſunt, verè diſponit, & proptèrea
Pontifex ſua diſpenſatione efficit verum,
& legitimum Matrimonium.

Agitur enim de Matrimonio, quòd
inter Fideles non eſt merè contractus ci-
vilis, ſed eſt Sacramentum, qua ratione
non ſubjicitur poteſtati Pontificis, ut di- 58
ctum eſt, immo natura Sacramenti quoad
Chriſtianos eſt inſeparabilis ab ipſo con-
tractu; *Bellarmin. de Matrim. lib. 1, c. 7; Sanch. de Matrim. lib. 2, diſp. 10, n. 6; Leand. eod. tract. 9, diſp. 4, q. 7; Caſtropal. tom. 5, tract. 28, diſp. 2, pun. 2, num. 5; Pignat. conſul. 151, num. 8, tom. 1; Fagnan. in cap. utrum autem, num. 21,*

de

de cogaat. ſpirit. pleniſſime *Card. Laur. de Matrim. diſp.* 13, *art.* 11, *per tot.*

Sentiendum igitur eſt, cum ſanioris Judicii Interpretibus, diſpenſationem in radice poſſe quidem abrogare legem eccleſiaſticam, inducentem impedimentum dirimens, ejusque vim retrotrahere ad initium Matrimonii de facto contracti, vel copulæ affectu maritali habitæ, ut docuerunt Veteres Canoniſtæ in *d. cap. Per Venerabilem, qui fil. ſint. legit.* non
59 ad effectum reddendi legitimum, verum,
& validum Matrimonium ipsum; ſed ſolùm auferendi a prole damna ab illegitimate producta, & a jure poſitivo derivata, ut bene materiam declarando *Gonzal. in d. cap. Per Venerabilem, nu.* 22, *in fin.* ibi -- *Hæc doctrina, ex ratione declaratur, quoniam non dicimus [ut pro contraria opinione ponderatur] Pontificem poſſe efficere, quòd Matrimoniam fuerit a principio validum, vel quod nunc incipiat valere abſque novo contrahentium conſenſu. Hæc enim omnia planum eſt non ſubeſſe Pontificiæ poteſtati; ſed ſolùm dicimus poſſe Pontificem, diſpenſando,* prout tunc, *in ipſa ortis Matrimonii radice, delere, & revocare omnia damna ex quocumque jure humano incurſa: & prolem reſtituere in illum ſtatum, quem haberet ſi orta fuiſſet ex Matrimonio valido; nam diſpenſando in lege eccleſiaſtica,* prout ex tunc, *& in hoc ſenſu illam revocando, cui tamquam fundamento illegitimitas, & alia damna attebantur, omnia proculdubio corruunt.*

Piringh. in decretal. lib. 4, *tit.* 17, § 6, *num.* 42, ibi -- *quare non dicimus Pontificem poſſe efficere, ut Matrimonium ab initio invalidum, ex tunc fuerit validum, vel nunc incipiat valere, abſque novo contrahentium conſenſu, vel ut ex eo non fiat ſequuti effectus Jure civili ſtatuti in illegitimos; ſed ſolùm dicimus poſſe Pontificem diſpenſando in impedimento Matrimonii, a ſe inducto, revocare, & tollere omnia damna, Jure humano illata ob illegitimitatem, ac in eum ſtatum prolem reſtituere, quem haberet, ſi ex Matrimonio valido nata fuiſſet.*

Wieſtn. inſtit. Canonic. *lib.* 4, *tit.* 17, *num.* 71, ibi -- *ſic Papa non facit, ut Matrimonium re ipſa non fuerit nulliter contractum, ſed diſpenſando in radice nullitatis Matrimonii, ſcilicet lege eccleſiaſtica, revocat, & tollit omnia damna ex Jure eccleſiaſtico profecta, & prolem reſtituit in ſtatum, in quo fuiſſet, ſi contracti Matrimonii tempore lex Eccleſiaſtica Matrimonium irritans non fuiſſet.*

Leuren. univerſ. jur. Can. lib. 4, *tit.* 17, *q.* 267, *num.* 2, ibi -- *licèt Pontifex facere nequeat, ut Matrimonium illud non fuerit invalidum, poteſt tamen effectus ex eo, vi præciſa legis Eccleſiaſticæ abrogando talem legem tollere.*

Atque ita ſentiunt apertiſſimè *Sanch. de Matrim. lib.* 8, *diſp.* 7, *num.* 4, *verſ. Non enim dicimus*; optimè *Pignatt. d. conſul.* 63, *num.* 3, *tom.* 3; *Caſtropal. moral. tom.* 2, *tract.* 13, *diſp.* 4, *pun.* 1, § 5, *num.* 8; *Boſſ. de Matrim. cap.* 10, *num.* 336, *Corrad. in prax. lib.* 8, *cap.* 3, *nu.* 58; *Molin. de juſt. & jur. tom.* 3, *diſpu.* 624, *num.* 3, *verſ. ego vero non dubito*; *& verſ. nonnulla obſerva*; *Perez. de Matrim. diſp.* 44, *ſect.* 5, *num.* 6, *Molin. de primogen. lib.* 3, *cap.* 2, *num.* 12, *verſ. non enim vis eſt*; *Oliv. de for. Eccleſ. par.* 2, *q.* 33, *a num.* 36, *verſ. ad primum ſcilicet.*

Hinc plures DD. animadvertentes, diſpenſationem in radice operari legitimationem prolis ex ſpeciali gratia, & privilegio Summi Pontificis, per abrogationem legis eccleſiaſticæ, tollendo damna a jure Canonico inducta, conſue-
runt eam non tollere inhabilitates ju- 60
ris civilis; ideoque non prodeſſe, quoad temporalia, honores ſcilicet, & ſucceſſiones in Terris aliorum Principum, ſed ſolùm quoad ſpiritualia, Ordines ſcilicet, & Dignitates Eccleſiaſticas, *per text. in d. cap. Per Venerabilem, in princ. & § Inſuper cum Rex, qui fil. ſint legit. Butr. ibid. num.* 10, *&* 11; *Navarr. conſ.* 2, *num.* 12, *eod. tit. Gutier. de Matrimon. cap.* 74, *num.* 21, *Perez. eod. tract. diſp.* 44, *ſect.* 5, *num.* 8; *Hurtad. eod. tract. diſp.* 26, *difficul.* 1, *in fin. Coninch. eod. tract. diſput.* 33, *dub.* 4, *Dicaſtill. tract.* 10, *de Sacram. diſp.* 8, *dub.* 2, *a num.* 15, *Molin. de juſt. & jur. tom.* 3, *diſput.* 624, *ſub num.* 3, *verſ. ego verò Larr. deciſ. Granat.* 8, *a numer.* 33, *& ſeqq.*

Alii tamen quorum ſententia majori
numero fulcitur, dixerunt, ſic legitima- 61
tum fieri idoneum ubique locorum, etiam quoad temporalia; *DD. in d. cap. Per Venerabilem, qui fil. ſint legit. Caſtill. to.* 5, *controv. cap.* 105, *per tot. Creſp. de Valdaur. obſerv.* 23, *a num.* 145, *par.* 2; *Molin. de primogen. lib.* 3, *cap.* 2, *a nu.* 12; *Oliva de for. Eccleſ. par.* 2, *q.* 33, *numer.* 36; *Barboſ. in d. vot.* 27, *lib.* 2; *Torr. de majorat. par.* 1, *cap.* 29, *a num.* 34, ubi de magis communi *Card. De Luc. de fideicomm. diſc.* 223, cum aliis initio adductis.

Ex tot DD. diſſidio facilè quisque deprehendet, ab aliquibus plus juſto, ab aliquibus verò minùs tributum fuiſſe diſpenſationi in radice. Nam aſſerere, quod hæc diſpenſatio reddat Matrimonium verum, validum, & legitimum, falſum omnino eſt; & ita ſentientes plus juſto tribuiſſe videntur hujuſmodi diſpen-
ſationi; ideoque ſi concedatur ad pro- 62
lem tantùm legitimandam, & non ad

con-

contrahendum legitimum Matrimonium,
non est omnino spernenda prima opinio;
re enim vera hæc dispensario est ex gra-
tia, & rescripto, cùm nihil mutuetur a
jure communi; & propterea timendum,
ne Principes Sæculares eorum subditis
permittant hujusmodi legitimationem,
monent Navar. cons. 2, in fin. qui fil.
sint legit. Boss. de Matrim. cap. 10, nu.
345; & Venetiis publica auctoritate in
impressione Sanch. de Matrim. fuisse de-
letum hac de causa locum lib. 8, disput.
7, num. 4, in quo Auctor tuetur dispen-
sationem in radice prodesse quoad omnia,
& Pontificem de hac re conquestum fuis-
se, testatur Wagnerecb. in cap. Per Ve-
nerabilem, vers. sed posse Pontificem qui
fil. sint legit.

Si verò dispensationem in radice sub-
sequatur legitimum Matrimonium, cer-
63 tissimum item est eam operari legitima-
tionem quoad omnia, & ubique locorum;
& in his terminis loquuntur fere omnes,
qui pugnant pro hac dispensatione, &
præcipuè Molin. de primogen. lib. 3, cap.
2, a num. 10; Cresp. de Valdaur. d. ob-
servat. 23, par. 1; Castill. tom. 5 con-
trov. cap. 105; Rot. decis. 166, dec. 191,
decis. 455, par. 1, decis. 689, par. 2, de-
cis. 273, par. 6, decis. 377, par. 17 re-
cen. Et si qui contra sentiunt, affirman-
tes ex defectu potestatis legitimationem
hujusmodi in hoc casu non prodesse, ni-
si quoad spiritualia, hi minùs justo tri-
buunt dispensationi in radice.

Hac distinctione inter dispensationem
in radice, in casu Matrimonii contra-
hendi, & extra hujusmodi casum, vi-
dentur reduci ad concordiam Doctores
fere omnes, in contrarias sententias abe-
untes. Quando enim subsequitur Ma-
64 trimonium, dispensatio est admittenda
ad omnes omnino effectus, rectèque pro-
cedunt rationes, quæ in hac materia
passim afferuntur. Secus verò extra ca-
sum Matrimonii; nam longè differt al-
ter casus ab altero, & longè diversa est
utriusque ratio, quia ubi contrahitur
Matrimonium, legitimationi accedit jus
commune; ubi verò non contrahitur,
fit ex sola gratia Pontificis.

Nam subsequens Matrimonium non
65 reddit legitimam prolem antea susce-
ptam, ubi adest impedimentum dirimens;
cap. tanta, in fin. qui fil. sint legit. ibiq.
DD. Barbos. num. 37; Gonzal. numer. 5;
Sanch. de Matrim. lib. 8, disp. 7, numer.
18; Rot. decis. 207, par. 1 divers. &
decis. 64, num. 10, post 2 volum. consil.
Farinacc. Sed quando conceditur super
66 impedimento, dispensatio in radice, hoc
est, cum clausula legitimationis prolis
susceptæ, & suscipiendæ, proles ipsa fit
omnino legitima; Barbos. in cap. super eo,
num. 10, de condit. apposit. Boss. de Ma-
trimon. cap. 10, num. 362; Eusar. de sub-
stit. q. 409, num. 115; Molin. de primog.
lib. 3, cap. 2, num. 10, vers. hoc tamen;
Torr. de majorat. par. 1, cap. 29, num.
84; Rot. decis. 1121, num. 1, coram Sera-
phino, dec. 114, num. 5, cor. Ubaldo dec.
461, num. 7, & 8, cor. Gregorio, d. dec.
207, par. 1 divers. decis. 166, num. 5,
par. 1 recen.

Concurrunt enim in hoc casu duo re-
media, dispensatio scilicet in radice,
quæ tollit obicem impedimenti dirimen-
tis, & Matrimonium subsequens, quod,
sublato impedimento, statim operatur le- 67
gitimationem, quæ retrotrahitur ad ini-
tium, itaut proles habeatur tamquam
nata in constantia legitimi Matrimonii,
ut docent Lotter. de re benefic. lib. 2,
q. 43, num. 91, & 95; Oliv. de for. Ec-
cles. par. 2, q. 33, num. 42; Card. De
Luc. de fideic disc. 223, num. 4; Torr. de
majorat. par. 1, cap. 29, num. 84; Rot.
d. decis. 451, num. 6, & 7, cor. Grego-
rio; & clarius decis. 191, num. 1, 5, &
7, par. 1; decis. 280, num. 4, par. 2; &
dec. 377, num. 56, & 57, par. 17 recent.

Neque dici potest, Pontificem exce-
dere limites suæ potestatis; tollit enim
tantummodo impedimentum Canonicum,
quod privativè subest ejus jurisdictioni,
& quod obsistit legitimationi per subse-
quens Matrimonium, quo sublato statim 68
fit legitimatio ministerio legis, & Ma-
trimonii subsequentis, non facto Ponti-
ficis; Lotter. de re benefic. d. lib. 2, q. 48,
num. 95, & num. 108; Oliv. de for. Ec-
cles. par. 2, q. 33, num. 42; bene Card.
De Luc. de fideicom. d. disc. 223, num.
3; De Just. de dispens. lib. 1, cap. 7, n.
283; Rot. decis. 191, num. 8, par. 1 re-
cent.

Et in hac specie bene congruit ratio,
generaliter allata a DD. circa præjudi-
cium tertii, quoad successiones, quæ per
hanc legitimationem auferuntur iis, qui-
bus alioquin deberentur, cessante di-
spensatione in radice, quia lex est illa, 69
quæ operatur legitimationem, quæque
defert successiones sic legitimatis, ut in
simili Decian. resp. 5, num. 69, & num.
116, in fin. lib. 1. Pontifex enim non
porrigit manus ad successiones, sed so-
lùm revocat legem a se latam, inducen-
tem impedimentum; eâque sublata, ces-
sat exceptio illegitimitatis; & legitima-
tus in consequentiam fit capax, quoad
temporalia, ut plenè DD. in d. cap. Per
Venerabilem, qui fil. sint legit. præcipuè
Gonzal. num. 22, vers. nec obstabit dice-
re; Barbos. num. 6, Wagnerecb. vers. er-
go eo ipso; Laurent. in univers. jus Canon.
lib. 4, tit. 17, q. 267, num. 2, in fin. Pir-
hingh. lib. 4, tit. 17, § 6, num. 42, in
fin. Barbos. d. vot. 27, num. 12, & 13,
lib. 2; Castill. controvers. tom. 5, cap.
105,

105, *a num.* 22; *Lotter. de re benefic. lib.*
2, *q.* 48, *num.* 108, cum aliis initio ad-
ductis.

At extra casum Mattimonii, post di-
70 spensationem contrahendi, dispensatio
non habet nisi naturam gratiæ, & re-
scripti, omnisque effectus derivat a facto
Principis, nempe Summi Pontificis; nec
facile recipienda est quoad temporalia,
cùm nihil a Jure communi mutuetur;
ideoque rectissimè consulunt DD. eam aut
vix, aut ratò esse concedendam. Nam
etsi Sacra Congregatio Concilii nuper in
d. Pragen. apud De Just. de dispens. cas.
28, post contrarium responsum, censue-
rit *consulendum Sanctissimo pro dispensa-
tione in radice* ob varias, gravesque cir-
cumstantias, ita suadentes; antea tamen
in *Ulixiponen. apud eumd. De Just. cas.*
19, non esse concedendam censuit, &
meritò, quia non urgebant in hac specie
neque timor scandali, neque infamia
mulieris, nec quòd fortè remanere pos-
set innupta, quæ sunt causæ conceden-
di dispensationem, ut supra dictum est.
neque concurrit Matrimonii contrahen-
di favor, cujus item ratione solet Pon-
tifex dispensare, ad vitandum pecca-
tum; *Oliv. de for. Eccles. par.* 2, *q.* 33,
num. 42; *De Just. de dispens. lib.* 1, *cap.*
7, *num.* 294; *Rot. decis.* 191, *num.* 8, *in
fin. par.* 1, *& decis.* 687, *num.* 14, *par.* 2
recent.

E contra urget, quòd Papa dispensan-
do in radice, extra casum Matrimonii,
71 legitimè contrahendi, utitur plenitudine
potestatis, ut observat *Navarr. d. cons.*
2, *num.* 15, *qui fil. sint legit. Perez. de
Matrim. disp.* 44, *sect.* 5, *num.* 9, *in fin.
Corrad. in prax. lib.* 8, *cap.* 3, *num.* 57;
Barbos. d. vot. 27, *num.* 2, *lib.* 2, qua
72 uti non debet sine magna, & publica
causa; *cap. cum ad Monasterium, in fin.
ibiq. not. de Stat. Monach. Hostien. in
cap. super eo, num.* 4, *de bigam. non ord.
ibiq. Fagnan. num.* 18; *De Just. de
dispens. lib.* 3, *cap.* 1, *num.* 27, & in
puncto *Ponc. de Matrimon. lib.* 81, *cap.*
5, *num.* 6, *in fin.* & maximè ob præju-
dicium succedentium ab intestato, ut in
puncto *Sanch. de Matrim. lib.* 8, *disput.*
7, *num.* 5; *Guttier. eod. tract. cap.* 74,
num. 26; *Castropal. Moral. tom.* 2, *tract.*
23, *disp.* 4, *pun.* 1, § 5, *num.* 10; *Larr.
d. decis.* 8, *a num.* 33, *& seqq.* Wiestn.
in Instit. Canon. lib. 4, *tit.* 17, *num.* 72.

Sed sive in casu legitimi Matrimonii
contrahendi, sive extra illum dispenset
Pontifex in radice, & placeat in utroque
casu sequi sententiam, admittentem hanc
legitimationem etiam quoad tempora-
lia; nihilominus sic legitimati non erunt
74 admittendi ad omnes omnino successio-
nes, ut plus item justo tribuentes huic
legitimationi putarunt *Lotter. de re be-
nefic. lib.* 2, *q.* 48, *a num.* 95, *Barbos. d.
vot.* 27, *lib.* 2; *De Just. de dispensat. lib.*
1, *cap.* 7, *a num.* 267. Si enim agatur
de successione ab intestato, vel ex testa-
mento, ad quam vocentur legitimi, & 75
naturales, admittendi erunt, quia sunt
naturales per nativitatem, & legitimi
per dispensationem; *Cresp. de Valdaur.
d. observ.* 23, *num.* 143; *Mans. consult.*
105, *num.* 5, *tom.* 9, *D. de Comit. decis.
Flor.* 58, § *Un. num.* 11, *&* 12; *Torr. de
majorat. par.* 1, *cap.* 29, *a num.* 36, *Rot.
d. decis.* 273, *par.* 6 *recen.* & in termi-
nis fideicommissi *Peregrin. de fideicom.
art.* 24, *numer.* 77; *Fusar. de substit. q.*
409, *num.* 115; *Card. De Luc. de fideic.
disc.* 223, *num.* 4; & in terminis primo-
genituræ, vel majoratus, quod per hanc
dispensationem in radice fiat proles ido-
nea ad succedendum, maximè si subse-
quatur Matrimonium, itaut præferatur
liberis postea natis in constantia Matri-
monii, *Torr. de majorat. d. par.* 1, *cap.* 9,
num. 84; *Molin. de primogen. d. lib.* 3,
cap. 2, *num.* 12; *Rot. d. decis.* 455, *par.*
1, *& decis.* 689, *par.* 2 *rec. & post Mer-
lin. de legit. decis.* 52; & in terminis feu-
di *Cresp. de Valdaur. d. observ.* 23, *n.*
146; *Card. De Luc. de fideic. disc.* 223,
num. 3, *&* 4, *Krimer quæst. Canonic. in
Decretal. lib.* 4, *tit.* 17, *art.* 3, § *Un.*

At si vel fideicommissum, primoge-
nitura, vel feudum sit pro natis ex le-
gitimo Matrimonio, & fortiùs si pro na- 76
tis, & procreatis ex vero, & legitimo
Matrimonio, legitimati per dispensatio-
nem in radice, etiamsi legitimum Ma-
trimonium contrahatur, non videntur ad-
mittendi.

Ut enim legitimati per subsequens Ma-
trimonium ad fideicommissa, per hæc
verba ordinata, ex veriori sententia non
admittuntur, quia carent qualitate præ-
scripta a testatore; qui consideravit mo- 77
dum naturalem legitimitatis, ut plenè
omnibus hinc inde ponderatis rationibus,
Torr. de majorat. d. par. 1, *cap.* 29, *nu.*
97, *& num.* 100, *& seqq. Card. De Luc.
de feud. disc.* 15; *Mans. consul.* 124, *&
consul.* 125, *per tot.* quamvis effectus Ma-
trimonii retrotrahatur ad initium, & le- 78
gitimatio sumatur ab ipsa nativitate pro-
lis, adeout fingatur nata in constantia
Matrimonii; *auth. quib. mod. natur. effic.
legit. in princ. DD. in l. Gallus*, § *Et
quid si in tantum, ff de liber. & posth. Bar-
bos. in cap. tanta, num.* 13; *Gonzal. num.*
3, *qui fil. sint legit. Krimer. quæst. Ca-
nonic. in Decretal. lib.* 4, *tit.* 17, *art.* 3;
Altograd. cons. 93, *num.* 14, *&* 26, *lib.*
2; *Lotter. de re benefic. lib.* 2, *q.* 48,
num. 82, *&* 91; *Mart. de success. par.* 1,
q. 11, *art.* 2, *num.* 3; *Rox. de incompa-
tibil. par.* 1, *cap.* 4, *num.* 18, *& seqq.* ita
ex eadem ratione non erunt admittendi
legi-

legitimati per dispensationem in radi-
79 ce, quia non sunt verè nati ex legitimo Matrimonio, ut sensisse videtur *Card. De Luc. de fideicomm. disc. 223, numer. 3, Em. Pereyra in voto apud Ursayam, discept. 11, par. 1, tom. 6, numer. 91, & 92.*

Nam dispensatio in radice extra casum Matrimonii non potest plus operari, quàm
80 legitimatio per subsequens Matrimonium; immo æquiparantur ad invicem; *Emin. Pereyra d. vot. apud Ursaya, tom. 6, par. 1, discept. 11, num. 93.* Nec enim detegit Matrimonium verum, validum, & legitimum, ut falsò nonnulli ausi sunt affirmare; sed solùm retrotrahit effectus
81 ad initium nativitatis; communiter *DD. in d. cap. Per Venerabilem qui fil. sint legit. Gonzal. ibid. num. 22, vers. sed contraria sententia Vuagnerech. ibid. vers. sed posse Pontificem in fin. Pirbingh. in jus Canon. lib. 4, tit. 17, § 6, num. 42, ad med. Leuren. in univers. jus Canonic. lib. 4, tit. 17, q. 267, sub n. 2; Vuiestn. instit. Canon. lib. 4, tit. 17, numer. 69; Lotter. de re benefic. lib. 2, q. 48, num. 95; Corrad. in prax. lib. 8, cap. 3, nu. 49; Pignat. consult. 63, num. 3, tom. 3; Emin. Lambertin. in d. vot. 28, post De Just. de dispensat.*

Nec abrogatio legis Ecclesiasticæ, & restitutio prolis in eum statum, in quo fuisset, si nullum extitisset impedimen-
82 tum, potest prodesse, quia non inde sequitur, Matrimonium de facto contractum, vel copulam affectu maritali habitam transire in verum, validum, & legitimum Martimonium, itaut dispensatio operetur per veritatem, sed solùm operatur per fictionem, & retrotractionem, cùm sit quædam restitutio prolis natalibus; *Gonzal. in d. cap. Per Venerabilem, num. 22, prop. fin. qui filii sint legit. Pirbing. in jus Canon. lib. 4, tit. 17, § 6, num. 42, prop. fin. Vuiestn. instit. Canonic. lib. 4, tit. 17, numer. 71; Ponc. de Matrim. lib. 11, cap. 5, num. 6, in fin.* & ideo nunquam dici poterit nata, vel procreata ex vero, & legitimo Matrimonio, sed talis judicatur in externo foro ex mera tantùm gratia, & concessione Pontificis.

Ex his facilè dignosci poterit, quid sit sentiendum in casibus occurrentibus, ne fraudentur testantium voluntates.

ADDITIO L.

ARGUMENTUM.

Eleemosyna Manualis Missarum an augeri possit pro Sacerdotibus inopia pressis. Dubium disputatum in Sac. Congregatione Concilii anno 1726, cum infrascriptis Adnotationibus R. P. D. Lambertini tunc ejusdem Sac. Congregationis a secretis, nunc verò S. R. E. Cardinalis, & Archiepiscopi Bononiensis.

SUMMARIUM.

1 *Mos antiquus est aliquid offerendi Sacerdotibus pro celebratione Missæ.*
2 *Oblatio ista consistebat in Pane, & amphora vini, & postea mutata fuit in denarios, & quare fuerit taxata.*
3 *Qualibet pacta, & conditiones prohibita sunt pro Missis celebrandis.*
4 *Licitum tamen est recipere stipendium, non quasi pretium Missæ, sed in causam substentationis.*
5 *Nemo ordinari potest nisi ad titulum, vel Beneficii, vel Patrimonii.*
6 *Sacerdotis eleemosyna, seu stipendium non est illud, quod satis sit ad eum substentandum ea die, cùm per alia media honesta possit sibi victum quærere.*
7 *Sed quod taxatum est, vel a communi consuetudine, vel a lege Synodali, vel a decreto Episcopi.*
8 *Sacerdos exigere nequit majorem eleemosynam, ea, quæ sit taxata, ut supra; sed solùm ei licet spontè oblatam acceptare.*
9 *Episcopus an possit statuere, ut Sacerdotes pro eorum stipendio non recipiant quid minus eleemosyna taxata.*
10 *In taxatione eleemosynæ Missarum manualium, de quibus ratio habenda sit.*
11 *Rationes, quæ militant pro augenda eleemosyna, prout in supra proposito dubio.*
12 *Et quæ militent pro ea non augenda.*
13 *Valor Sacrificii ex opere operato est infinitus in actu primo; talis tamen non est in applicatione, & in actu secundo.*
14 *Eleemosyna integra danda est Sacerdoti celebranti absque eo, quòd a Sacrariis retineri possit unus obulus pro Sacris utensilibus.*
15 *Resolutio propositi dubii.*

Exhibitus fuit Sanctissimo Domino Nostro supplex libellus, in quo pauperes Sacerdotes, qui ut plurimum vivunt ex eleemosyna Missæ, instant, ut eleemosyna Missæ manualis, quæ in Urbe est ad rationem unius Julii pro qualibet Missa, augeatur. Cumque a Sanctitate sua preces fuerint remissæ ad hanc Sacram Congregationem, & Eminentissimus Urbis Vicarius remissivè se habeat ad id, quod ab hac Sacra Congregatione determinabitur, disputandum in præsenti proponitur Dubium mox referendum.

Nonnulla sunt præmittenda: Primum est, antiquum esse morem offerendi Denarium pro Missa. Cæteris etenim prætermissis, Joannes Monachus in vita S. Pe-

1 Petri Damiani hæc habet *cap.* 2, de eodem Petro adhuc Puero: *Petrus quadam die nummum reperit, & tamquam subito dives effectus, gratulabundus, quid eo mercari aptius posset, diù mente revolvere cœpit. Divinitus tandem inspiratus ait. Melius est, ut trudam Presbytero, qui Deo Sacrificium offerat pro Patre meo defuncto.* Et quod caput est Fidelis Populi ad Sacrificium oblatio est antiquissima, & ab ipsis Apostolis instituta, uti habetur ex Justino Martyre, Tertulliano, & aliis vetustissimis Patribus. Cumque hæc oblatio consisteret in Pane, & larga Vini amphora, quorum solummodo modica pars consecrabatur, & reliqua massa in commodum Sacerdotis, & Clerici cedebat; variatio temporum, & circumstantiarum suasit, ut dicta oblatio in denarios mutaretur; & quia devotionem hanc avaritia Laicorum diminuerat, aut propemodum extinxerat, opus fuit, ut
2 Episcopi taxarent Missæ denarium, uti eruditè ostendit Christianus Lupus *ad Concilia Generalia, & Provincialia, tom. 3, editionis Bruxellensis, pag. mihi 182, & seqq.*

Secundum est, quòd licèt a Sacrosancta Tridentina Synodo prohibeantur cujus-
3 vis generis conditiones, & pacta pro Missis celebrandis, uti habetur *sess. 23, in Decreto de observandis, & vitandis in Missæ celebratione,* licitum nihilominus est Sacerdoti pecuniam recipere pro Mis-
4 sa, non quasi pretium Missæ, sed in causam suæ substentationis, juxta Doctrinam D. Divi Thomæ *Secunda Secundæ, quæst. 100, art. 2, ad 2,* ibi -- *Sacerdos non accipit pecuniam quasi pretium consecrationis Eucharistiæ, aut Missæ decantandæ, hoc enim esset Simoniacum, sed quasi stipendium suæ substentationis* -- & rursus *in quart. sent. dist. 25, quæst. 3, art. 2, quæstiuncula prima ad quartum* ibi, -- *facere pactionem de Missa celebranda est Simoniacum semper; si tamen non habet alios sumptus, & non tenetur ex officio Missam cantare, potest accipere denarios, sicuti conducti Sacerdotes faciunt, non quasi pretium Missæ, sed quasi substentamentum vitæ* -- quod ipsum prosequuntur Theologi recentiores; *Cardinalis de Lugo de Sacram. Eucharistiæ, disp. 21, sec. 1, num. 13; Pasqualig. de Sacrif. novæ legis, quæst. 903, num. 5, Maurus in Theolog. tom. 3, lib. 12, q. 218, num. 4, Grandin. in Theolog. tom. 5, disput. 2, de Eucharistia, ut Sacrificium, sec. proxima de stipendio, num. 1.*

Tertium est, communiori calculo reprobatam esse opinionem illorum, qui voluerunt justam pro Missa eleemosynam
5 esse illam, quæ requiritur, ut Sacerdos celebrans, die celebrationis vivere possit, tum quia inutilis esset Sacrorum Canonum dispositio, quæ præscribit, ut nemo ordinari possit nisi ad titulum Beneficii, vel Patrimonii, uti argumentatur *Giballin. de Simonia, quæst. 18, consect. 7, num. 4;* tum quia per alia media honesta potest Sacerdos celebrans sibi quæ- 6
rere victum qualiber die, uti bene ponderat *Suarez in 3 partem D. Thom. tom. 3, disp. 86, art. 6, sec. 2, conclus. 3,* ibi -- *Quia Sacerdos non tantùm habet hoc ministerium, sed etiam exercet alias actiones Sacras, ratione quarum potest aliquid in substentationem recipere ex Fidelium largitionibus, vel aliis Ecclesiasticis redditibus* -- & latè prosequuntur *La Croix in Theolog. Morali, tom. 2, par. 2, de Sacrific. Missæ, num. 126, Rosignol. de Eucharist. tom. 15, q. 12, art. 1, dissert. 3, num. 11, & sequen. Diana in Edit. coordinata, tom. 2, tract. 1, resol. 22, numer. 17.* Adeoque bene subdit *Juvenin. de Sacrament. dissert. 5, q. 7, de Sacrific. Eucharistiæ, art. 5,* ibi -- *Sed monitum velim Lectorem rationi consonam non esse consuetudinem, quæ illud stipendium definit ex summa, quæ satis sit Sacerdotis in unam diem substentationi: ratio est, quia stipendia non conferuntur ad integram Presbyteri substentationem, sed ad illius adminiculum; nec mirum, quippe quòd Sæculares Sacerdotes fruantur, aut titulis patrimonialibus, aut Beneficiis, quæ teneant eorum locum; vetant nempe Canones ne Sæculares ordinentur, quin suffulti ad vitam titulo; Mendicantes verò a Populo fideli supponuntur recipere eleemosynas, quibus vescantur, nec enim ad Monasterium admitti debent plures, quàm consuetæ eleemosynæ substentare valeant.*

Quartum est, quantitatem eleemosynæ, & justam ejus taxam desumendam esse, vel a communi consuetudine, quæ vigeat in Diœcesi, vel a lege Synodali, aut a Decreto Episcopi, ubi docent 7
Suarez in tertiam partem D. Thom. tom. 3, q. 86, sect. 2, in pr. & 2, conclusione; Maurus, tom. 3, loco cit. num. 8; Rosignol. de Eucharistia, tom. 15, q. 12, de stipendio Missæ, art. 3, num. 5; Bonaccin. operum moralium, tom. 1, disp. 4, de Sacram. Eucharistiæ, punct. 8, proposit. 2, num. 8; Tamburin. de Sacrif. Missæ, lib. 3, cap. 1, § 1, num. 2, & est sententia hujus Sacræ Congregationis, quæ *die 15 Novembris 1698, lib. 48, decret. pag. 548,* in causa Aprutina ita respondit -- *Episcopus disputanda proposuit hæc dubia: Primò quanta esse debeat eleemosyna Missarum Manualium: Secundò quanta esse debeat pro perpetuis non taxatis a Fundatoribus, &c. Sac. &c. ad primum, & secundum censuit, attendendam esse consuetudinem loci, vel legem Synodalem, quatenus adsit; sin minus statuendam esse per Episcopum eleemosynam competentem ejus arbitrio.*

Taxataque per consuetudinem localem,

vel

vel legem Synodalem, aut Episcopi Decretum eleemosyna, id operatur, ut Sacerdotes plus exigere non possint, aut accipere præcedente pacto implicito, vel
8 explicito; sed non facit, ut ampliorem eleemosynam sponte oblatam acceptare non possint; *Cardinalis de Lugo, resp. Morel. lib. 5, dub. 18; Pellizar. in manuali Regul. tom. 1, tract. 5, cap. 9, num. 56; Bonaccin. operum Moral. tom. 1, de Sacram. Eucharist. disp. 4, q. ultima, punct. 8, proposit. 2, num. 9, & seqq.* Fuitque resolutum ab hac Sacra Congreg. in causa Pistorien. 16 *Januarii* 1649, *lib.* 18 *decr. p.* 575, *a tergo*; proposito enim sequenti dubio, *an possit Episcopus prohibere sub pœna censurarum Laicis, ne pinguius stipendium Taxæ solvant Sacerdotibus, tum Secularibus, quàm Regularibus Missam celebrantibus, & quod iidem Sacerdotes illud acceptare non possint etiam si sponte dantibus*, Sacra Congreg. respondit, *prohiberi non posse, ideoque moderandum Decretum*. Itaut sola difficultas consistat in puncto, an Ordinarius statuere valeat, quòd Sacerdotes pro Missa non recipiant
9 quid minus eleemosyna taxata, in quo nonnulli negativè responderunt; *Giballin. de Simonia, q. 18, conject. 7, sub num. 5; Azzor. instit. Moral. part. 3, lib. 12, cap. 6, in fine*; alii affirmativè respondent, concurrentibus circumstantiis, uti latè habetur apud *Pasqualig. de Sacrif. Missæ, q.* 928, *num.* 3, *& sequen.* & adhæsit hæc Sac. Congreg. *in S. Severini eleemosynæ Missarum*, 16 *Julii* 1689, ibi — *Episcopus narrat Sacrosanctum Missæ Sacrificium quodammodo vilescere, dum Sacerdotes quotidie se offerunt celebrare ad rationem tenuis eleemosynæ dimidii Julii pro qualibet Missa: unde supplicat declarari, an ipse statuere possit eleemosynam manualem unius Julii integri pro qualibet Missa, imponendo pœnam celebrantibus pro minori quantitate. Sacra, &c. respondit affirmativè quoad eleemosynam manualem.*

Ultimum tandem est, quòd in taxatione Eleemosynæ habenda est ratio circumstantiarum loci, & temporis, & signanter charitatis, vel utilitatis Anno-
10 næ, uti cæteris allegatis prosequitur *Pasqualig. q.* 125, ibi *stipendium datur propter sustentationem, licèt non totalem, ergo debet esse proportionatum illi partiali sustentationi, pro qua datur, itaut sufficiens sit pro illa comparanda. Ergo ubi victualia pluris veneunt, requiritur majus stipendium, ut possint comparari; & ubi minoris veneunt, sufficit minus stipendium;* & confert resolutio hujus Sac. Congr. *in Nullius, Lerenæ*, 7 *Decembris* 1675, *lib.* 29 *Decret. pag.* 178, *a tergo*, ibi — *Clerus stante augmento pretii rerum pro victu necessariarum petit, augmentum etiam Eleemosynæ Missarum; Sacra, &c. audita relatione Prioris Lerenæ S. Jacobi de Spatha in Provincia Legionensi, eidem benignè commisit, ut veris existentibus narratis, pro Missis perpetuis in posterum fundandis taxam eleemosynæ augeat ad octo regalia monetæ nuncupatæ de Villon: pro Missis autem manualibus ad quatuor. Et perspectis tabellis, fundationibus, Testamentis, aliisque documentis, & vocatis, qui fuerint vocandi, onera hactenus acceptata, vel fundata gratis moderetur, atque reducat ad rationem quatuor regalium pro qualibet Missa. Ita tamen, ut si redditus augeantur, vel causæ augmenti Taxæ hujusmodi cessent, augeatur proportionabiliter numerus ipse Missarum, quod in actu visitationis præsertim erit inspiciendum.*

His præmissis, facit pro augmento eleemosynæ manualis Missæ in Urbe, quod si ex supradictis datur eleemosyna pro partiali sustentatione Sacerdotis Missam celebrantis, si pariter ex supradictis justitia Taxæ constituitur in circumstantiæ loci, & temporis, & signanter in majo- 11
ri, vel minori pretio rerum pro sustentatione necessariarum, nemo est qui non videat Julium unum pro qualibet Missa constituere non posse in Urbe partialem sustentationem Sacerdotis celebrantis; & eò fortius cùm eleemosyna Missarum in Civitate Viennæ sit obolorum viginti quinque, in Civitate Mediolanensi diebus ferialibus sit unius Julii, & tertiæ partis ejusdem Julii, & diebus festivis quantitas prædicta duplicetur; & in Civitate Venetiarum sit in Julio uno cum dimidio diebus ferialibus, & diebus festivis augmentum suscipiat; & demum in Civitatibus Bononiæ, & Ferrariæ memorata eleemosyna sit in duodecim obolis, & Ferrariæ in quindecim obolis diebus festivis, quæ profectò exempla suadent esse posse locum petito augmento in Urbe, in qua absque dubio Annona charior est, quàm in prædictis aliis Civitatibus, & ad quam tot exteri confluunt miserabiles Sacerdotes, qui vivunt cum sola eleemosyna Missæ, & carent Beneficio & Patrimonio, aut propter passa infortunia, aut ex aliis causis, quæ etiam si culposæ essent, id tamen non facit, quin eis succurrendum sit, ne in dedecus Characteris Sacerdotalis ad mendicitatem redigantur.

Plura è contra sunt, quæ suadent locum esse non posse petito augmento eleemosynæ Missæ. Primum est, quòd a qualibet novitate cavendum esse videtur. Secun- 12
dum est, quòd eò fortius a novitate cavendum est, quando eadem viam aperire posset dicteriis Laicorum, prout contingeret in casu, de quo nunc agitur, in quo Laici augmentum referrent ad avaritiam. Tertium est, quòd victualia Romæ non sunt in pretio excessivo, si tractetur de victualibus necessariis, & non voluptuosis. Quartum est, quòd tempore, quo

quo introducta fuit Taxa unius Julii pro Missa ad tempus præsens, ignoratur quòd ulla contigerit variatio pretii in victualibus; qua variatione deficiente, etiam juxta supradicta cesset augmentum eleemosynæ. Quintum est, quòd experientia teste, aut quia calamitates temporum excreverunt, aut quia Fidelium devotio decrevit, minor est hodie in Urbe numerus Missarum Manualium, quàm esset annis præteritis, & incongruum profectò esset, quòd decrescente numero Missarum manualium, augeretur eleemosyna earumdem. Sextum est, quòd abundantia Missarum manualium in Urbe ut plurimum provenit ex obitu Magnatum, qui conspicuum numerum Missarum pro suis animabus celebrandarum in Testamento relinquunt, cùm existiment multiplica-
13 tionem suffragiorum sibi esse maximopere profuturam, quia licet valor Sacrificii ex opere operato sit infinitus in actu primo, talis tamen non est in applicatione, & in actu secundo, juxta Doctrinam D. Thomæ *in 4 sententiarum, dist. 45, q. 2, art. 4, quæstiunc. 2, & 3, par. q. 79, art. 5*, cum aliis, quos cumulat, & sequitur *Pasqualig. q. 119, num. 4, & 5*, & adhæret *Clericat. de Sacrif. Missæ, dec. 33, num. 35, & sequen.* quo stante, si augeretur eleemosyna manualium Missarum nullo negotio, aut Testatores, aut hæredes Missas relictas demandarent celebrandas, aut celebrare facerent extra Urbem in locis, in quibus minor est eleemosyna Missæ manualis. Septimum est, quòd in Civitate Neapolis, in Regno Neapolitano, in Piceno, & Umbria, aliisque finitimis regionibus multi absque dubio, & multi pauperes reperiuntur Sacerdotes, qui, audito augmento eleemosynæ in Urbe, ad eam citò advenirent, ut majorem consequerentur eleemosynam, ea, quam habent, aut unquam sunt habituri in Patria sua; prætermissisque inconvenientibus, quæ ex multiplicato Pauperum Sacerdotum numero in Urbe facile sequerentur, illud ad rem, de qua nunc agitur, magna ponderatione dignum esse videtur, quòd augeretur numerus Sacerdotum quando numerus Missarum minoratur, aut quia minoratio causam habet a temporum infortuniis, vel a tepidiori Fidelium devotione; seu denique ex transmissione, quæ fiet, Missarum extra Urbem celebrandarum, quoties in Urbe earum eleemosyna augeatur, juxta ea, quæ in superioribus dicta sunt. Ultimum denique est, quòd in nulla alia Civitate possunt honestam Sacerdotes, si velint, habere substentationem, ultra Missæ eleemosynam, quam habeant in Urbe. Prætermisso quippe, quòd in Urbe tot degunt Eminentissimi Cardinales, tot degunt illustriss. Præsules, tot demum Magnates, quorum famulatui in officio ipsorum Characteri proportionato adscribi possunt, si sint idonei; possunt esse Coadjutores Parochorum, & Confessarii Monialium, aut Confessiones excipere in Ecclesiis, pro quo munere adimplendo congrua non desunt salaria; si aliqualem cantus Peritiam habent, plures adsunt pro his Capellaniæ nedum in Choris Basilicarum, & Collegiararum, sed etiam in Choris aliarum Ecclesiarum, puta SS. Trinitatis Peregrinorum, S. Jacobi Incurabilium, S. Rocchi, & aliarum; si Grammaticam calleant, possunt esse Magistri, & Repetitores scholarum, si competenter scribere sciant, promptæ, & paratæ sunt occasiones, Scripturas in suis domibus exemplandi; si denique his omnibus qualitatibus careant, Pedagogi esse possunt Puerorum in Collegiis, & etiam extra Collegia; & demum cùm multi sint, qui ex obligatione tenentur ad faciendum Missas celebrare diebus festivis in Ecclesiis ruralibus, si pro hac celebratione juxta morem duplicata, aut etiam triplicata persolvitur eleemosyna; omnia hæc, aut singulatim, aut collectivè sumpta ostendunt, quòd ultra Beneficium, aut Patrimonium, sine quo Sacerdotes ordinari non possunt, ultra eleemosynam Missæ Manualis, plures alii supersunt in Urbe modi, quibus Sacerdotes, aut totalem, aut partialem possunt recipere substentationem, itaut locus non sit petito augmento eleemosynæ, sed alicui potius providentiæ, quòd Missæ in Urbe celebrandæ ad rationem unius Julii pro qualibet, extra Urbem, uti fit, non transmittantur, ut celebrentur in locis, in quibus eleemosyna est julio minor, & quòd ulterius julius integer Sacerdoti ce-
lebranti persolvatur, cum in plerisque 14
Sacrariis unus obulus retineatur pro utensilibus in præjudicium celebrantis contra Edictum san. mem. Clementis XI, in ejus *Bullario, pag. 319*; sumpta quippe hac providentia amplior erit numerus Missarum manualium in Urbe, & Sacerdotes integram habebunt manualem.

Et hæc sunt, quæ pro utraque parte dici possunt, & quæ operæ pretium existimatum fuit EE. VV. exponere, ut prudens, & de more aptum in re, de qua nunc agitur, consilium Sanctiss. præstari possit.

An, & in qua quantitate eleemosyna 15
manualis Missæ augenda sit in Urbe in casu, &c.

Die 13 Aprilis 1726. Sacr. Congreg. Conc. Respondit -- Nihil esse innovandum, & ad mentem.

ADDITIONUM FINIS.

INDEX
RERUM, ET VERBORUM,
Quæ in Additionibus ad Animadversiones
AD CECCOPERIUM
Hujus Tertiæ Partis continentur.

A

Ca-

CA-

In

CAPITULUM IN GENERE.

CAPITULUM

Quoad collationem Canonicatuum, seu aliorum Beneficiorum per Turnum.

CÆREMONIARUM MAGISTER.

CHORI PRÆFECTUS.

CIVITAS.

CLAVIS.

CLAUSULÆ IN SPECIE.

qua-

EC-

E

ECCLESIA.

EDICTUM.

EFFECTUS.

ELECTIO.

fit

EPISCOPUS

Quoad Personas exemptas.

ERROR.

ÆSINA CATHEDRALIS ECCLESIA.

EUCHARISTIA.

Ea-

I

ILLATIO.

ILLEGITIMI.

IMMEMORABILIS.

M A L U M.

M A N T E L L E T T A.

M A N U T E N T I O.

M A P P A.

MASSA COMMUNIS.

PARAMENTA SACRA.

PAROCHUS, ET PAROCHIA IN GENERE.

PAROCHUS QUOAD APPLICATIONEM SACRIFICII MISSÆ.

Paro-

POS-

Æquum

PRIMA DIGNITAS.

PRIMICERIATUS.

PRINCEPS.

PRIVATIO.

PRIVILEGIUM IN GENERE.

PROBATIO.

PROCESSIO.

Perso-

Stata-

In

T

TACITURNITAS.

TAPES.

TERRITORIUM.

TESTATOR.

TESTIS.

TEXTUS.

TOLERANTIA.

TRANSACTIO.

TURCÆ.

TURNUS.

VEN-

U

VENDITOR.

F I N I S.

DECISIONES
SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
AD MATERIAS

IN HAC

TERTIA PARTE ADDITIONUM

AD

ANIMADVERSIONES IN


CECCOPERIUM

PERTRACTATAS

Quibus acceſſit.

Reſponſum Juris D. Thomæ de Comitibus In Romana Curia Advocati.


Cum Argumentis, Summariis, ac Indice Rerum & Verborum locupletiſſimo.



LUCÆ MDCCXXXVII.

Typis Salvatoris & Joannis Dominici Mareſcandoli

SUPERIORUM LICENTIA.



INDEX DECISIONUM SACRÆ ROTÆ ROMANÆ PER DIOECESES,

Quæ inter Additiones, & post ipsas impressa habentur:

A

B

C

E

F

G

H

I

L

N

P

R

S

T

V

IN-

INDEX
ARGUMENTORUM
SINGULARUM DECISIONUM,
Quæ in hac Tertia Parte Additionum ad Animadversiones ad Ceccoperium continentur.

discessum a Choro, non petita licentia, ob contemptum jussionis Abbatis, necnon etiam ob perturbationem Divinorum Officiorum cum scandalo Adstantium, & Populi: & respectivè condemnatus fuerat Promotor Fiscalis, ad cujus instantiam confectus Processus criminalis, ad reficiendas expensas, & damna.

R. P. D. REZZONICO.
Syracusana Præpositura.
Veneris, 28 *Martii* 1732.
DECISIO IX.

Quoties Capitulum, seu Universitas convocata fuit ab habente jus convocandi, sustinetur electio, seu præsentatio facta ab iis, qui intervenerunt, neglectis aliis intervenire recusantibus. Et quando talis electio, seu præsentatio valida sit, non obstante quòd ab Electoribus abbreviatus fuerit terminus, a jure datus ad præsentandum.

R. P. D. OMANA.
Novarien. Interventus in Pontificalibus super Manutentione.
Veneris, 27 *Junii* 1704.
DECISIO X.

In hac decisione resolutum fuit, dandam esse manutentionem Canonicis Ecclesiæ Collegiatæ S. Gaudentii, in quasi possessione interveniendi functionibus, Episcopo ibidem Pontificaliter celebrante, adversus Canonicos Cathedralis, qui opponebant eorum antiquam quasi possessionem, assistendi dd. Pontificalibus, absque interventu Canonicorum Collegiatæ.

R. P. D. REZZONICO.
Valentina Funerum.
7 *Decembris* 1731.
DECISIO XI.

Parochis permissum non est, in associatione cadaverum, Ecclesias Regularium ingredi cum Stola, & Cruce elevata, neque funebres functiones inibi peragere; & declaratur, recessum fuisse a quadam transactione, inita per Rectorem & Beneficiatos Ecclesiæ Parochialis Villæ Liriæ, Valentinæ Diœcesis, cum Patribus Discalceatis S. Francisci Strictioris Observantiæ dicti Loci. Agitur etiam de exemptione Seraphici Ordinis S. Francisci a solutione quartæ funeralis; & quando locus sit exhumationi, & restitutioni cadaveris.

R. P. D. CINCIO.
Salamantina Juris recipiendi servitium super bono Jure.
Veneris, 13 *Junii* 1732.
DECISIO XII.

Juxta piam, ac laudabilem, in omnibus Hispaniarum Ecclesiis, vetustissimam consuetudinem deferendi propriis humeris Sacerdotum, super eminenti Tabernaculo, in solemni Processione Sanctissimi Corporis Christi, Sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum, cogi possunt Sacerdotes, qui hujusmodi servitium præstare consueverunt, ad illud continuandum etiam in futurum; & alia ad materiam.

R. P. D. CINCIO.
Gerunden. Servitutum super bono Jure.
Veneris, 23 *Februarii* 1731.
DECISIO XIII.

Consuetudinem, in Ecclesia Cathedrali Gerundensi introductam, quòd nempè Canonici, & Beneficiati gratuitam ad invicem præstarent assistentiam, processionaliter incedendo, tam occasione deferendi ipsis Canonicis, & respectivè Beneficiatis infirmis Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, quàm etiam occasione eorum funerum, censuit Sac. Rota servandam esse, juxta modum in hac decisione expressum.

R. P. D. CRESCENTIO.
Nullius Putiniani Præeminentiarum.
Veneris, 7 *Decembris* 1731.
DECISIO XIV.

Requisita veræ, ac propriæ Matricitatis quæ sint. Refelluntur argumenta, pro Ecclesia, quæ hujusmodi qualitatem se habere contendebat, adducta; ex quibus aliud non evinci hic firmatur, quàm simplicem prærogativam, in linea præeminentiali, unius Ecclesiæ supra aliam. Et è converso alia adducuntur argumenta, qualitatem rigorosæ Matricitatis excludentia. Agitur etiam, quando permitti possit in pluribus Ecclesiis ejusdem Festivitatis celebratio.

R. P. D. ROUAVULT DE GAMACHES.
Balneoregien. Canonicatuum.
Veneris, 1 *Martii* 1720.
DECISIO XV.

In præsenti decisione ostenditur, validam esse transactionem initam inter Canonicos antiquos Cathedralis Balneoregiensis, & Canonicos noviter erectos, circa æqualem participationem de redditibus, a Fundatore novorum Canonicatuum relictis, qui facta assignatione Præbendarum pro novis Canonicis, supererant, ad mentem ejusdem Fundatoris.

R. P. D. MILLINO.
Valentina Mulctæ.
Veneris, 5 *Junii* 1733.
DECISIO XVI.

Recursu habito per unum ex Beneficiatis Parochialis Ecclesiæ SS. Petri Martyris, & Nicolai Civitatis Valentinæ ad Archiepiscopum ejusdem Loci, occasione mulctæ, quam ille injustè se passum exposuerat a Vice-Rectore, seu Vicario ejusdem Ecclesiæ, facultatem habente, vigore Statuti, auctoritate Pontificia confirmati, Beneficiatos mulctandi, ubi circa servitium Chori, & Ecclesiæ Statuta delinquerent; & opponentibus e converso Vice-Rectore, ac Beneficiatis incompetentiam jurisdictionis, Sac. Rota super tali controversia favore Archiepiscopi respondit.

R.P.D.

R. P. D. DE HERRERA.
Pampilonen. Beneficii de Yrun.
Lunæ, 19 Junii 1719.
DECISIO XVII.

Reprobatur in præsenti decisione electio facta per fortes a majori eligentium parte, tam ex Juris communis censura, quam ex lege, in electione facienda ab Universitate præscripta; non curata electione, in eandem personam posterius facta ab ipsis Electoribus, qui facultate sibi concessa primò malè usi fuerant.

R. P. D. FOSCARO.
Castellaneten. Portionis.
Lunæ, 3 Junii 1720.
DECISIO XVIII.

Portionem, de qua agitur, non esse verum, ac proprium Beneficium Ecclesiasticum hic firmatur: sed simplicem, ac meram admissionem, atque Presbyteri assumptionem ad participandum de Massa communi, & ad vocem in Capitulo, itaut non intrent reservationes Apostolicæ.

R. P. D. DE MARYMON.
Imolen. Beneficii.
Veneris, 14 Junii 1720.
DECISIO XIX.

Juspatronatus, Massario, ac Syndicis alicujus Confraternitatis relictum, quando judicandum sit laicale, ad exclusionem reservationum Apostolicarum.

R. P. D. CERRO.
Barchinonen. Beneficii.
Lunæ, 3 Junii 1720.
DECISIO XX.

Reservationes Apostolicæ non cessant ex eo, quòd Fundator reservaverit jus præsentandi, quandocumque, & quotiescumque vacatio contigerit; neque etiam ex eo, quòd idem Fundator terminum ad præsentandum, a Jure concessum coarctaverit, nisi adsint alia verba magis perstringentia, quæ necessitatem præsentandi in quacumque vacatione importent.

R.P.D. ROUVAULT. DE GAMACHES.
Aurien. Parochialis de Rozamonde.
Veneris, 29 Aprilis 1720.
DECISIO XXI.

Parochialem Ecclesiam, de qua agitur, Monasterio S. Martini Compostellæ Ordinis S. Benedicti esse plenariè, ac subjectivè unitam, ostenditur: atque adeò curam Animarum in illud translatam per Vicarium Regularem, seu Sæcularem, ad deputationem ipsius Monasterii, seu illius Abbatis, exercendam, & argumenta in contrarium adducta, luculenter refelluntur.

R. P. D. CALCAGNINO.
Romana celebrationis Missarum.
Veneris, 13 Junii 1732.
DECISIO XXII.

Latè ostenditur, quàm religiosè servandæ sint ultimæ Testatorum voluntates, ubi præsertim agitur de Legatis piis. Et licèt S. Sedes, de plenitudine suæ potestatis, valeat commutare, seu alterare pias Defunctorum dispositiones; tamen si Gratia impetretur, prout in casu Decisionis, tacita veritate, vel expressa falsitate, non sustinetur; maximè si taciturnitas veri, aut falsi expressio difficiliorem reddidisset Gratiam.

R. P. D. CRISPO.
Praten. Beneficii.
Veneris, 1 Decembris 1719.
DECISIO XXIII.

Juspatronatus laicale ad Personas Ecclesiasticas transiens, Ecclesiasticum evadit. Et licèt possit adhuc qualitatem primævam retinere ex lege fundationis vel expressa vel tacita, quam præsumere facit observantia centenaria; probationes tamen ad hunc effectum omninò certæ esse debent; nec sufficiunt præsumptiones & conjecturæ.

R. P. D. HARRACH.
Tarraconen. Juris Residendi.
Lunæ, 15 Martii 1734.
DECISIO XXIV.

Parochus residere tenetur apud Ecclesiam, in ædibus Parochialibus: an de Episcopi licentia possit alibi residere, & quæ causæ ab hujusmodi residentia illum excusent.

R. P. D. CRESCENTIO.
Tirasonen. Jurisdictionis & Præeminentiarum.
Lunæ, 25 Januarii 1734.
DECISIO XXV.

Clerus Ecclesiæ Collegiatæ, licèt exemptæ, recipere tenetur Processionem Rogationum, juxta solitum, eamque associare in ingressu, & egressu. Et Breve Apostolicum desuper obtentum, uti obreptitium & subreptitium non esse exequendum, firmatur in hac Decisione, in qua etiam demonstratur, quando Gratia sit subreptitiè obtenta, & quando Ecclesia sit Major vel dignior, ita ut ab ea Processiones sint inchoandæ.

R. P. D. CALCAGNINO.
Nullius Montis Cassini Amotionis Insignium.
Lunæ, 11 Januarii 1734.
DECISIO XXVI.

Ex quibus deducatur Ecclesiam ab aliquo fuisse constructam, ad eumque spectare, & an concedi possit in emphyteusim; etsi per alios in illa fiant restaurationes, liceat eorum insignia, vel arma ibidem apponere.

R.P.D. REZZONICO.
Tarraconen. Canonicatus.
Lunæ, 21 Junii 1734.
DECISIO XXVII.

Nominatio facta per Canonicum Turnatium absentem ultra sex Menses, sed Ecclesiæ inservientem, mediante suo Coadjutore; an & quando sustineatur.

R.P.D.

R. P. D. CALCAGNINO,
Tricaticen. Archipresbyteratus,
Ven. 22 Januarii 1734.
DECISIO XXVIII.

Concursus declaratur validus, si ante ejus terminationem unus ex tribus examinatoribus justa de causa discedat, & sequenti die absolvatur concursus; & literæ Apostolicæ impetrationis ob non servatam formam Concursus, executionem an mereantur,

R. P. D. HARACH.
Barchinonen. Nunciationis novi Operis,
Lunæ, 7 Decembris 1733.
DECISIO XXIX.

Capella quando dicatur Deo dicata, ita ut non possit ad usus profanos, nec etiam de Ordinarii licentia converti. Archidiaconi Ecclesiæ consensus an, & quando requiratur pro novis ædificiis in sua Ecclesia excitandis. Operarii Ecclesiarum quam facultatem habeant, & in quibus eorum munus consistat, & an dependere debeant a Rectore Ecclesiæ.

R. P. D. MILLINO.
Barchinonen. Electionis,
Lunæ, 28 Junii 1734.
DECISIO XXX.

Operarii Ecclesiarum quomodo eligendi, & ad quem pertineat indictio diei pro eorum electione, nec non quis eorum electioni præesse debeat.

R. P. D. CRESCENTIO.
Hildesimen. Fructuum Canonicalium super bono Jure.
Veneris, 15 Junii 1731.
DECISIO XXXI.

Stante particulari alicujus Ecclesiæ Statuto vel Consuetudine, quòd Canonici absentes lucrari non valeant nisi fructus dari solitos absentibus, dispensatio Apostolica super retentione Canonicatus cum Parochiali nullum jus tribuit illam obtinenti, pro consequendis etiam reliquis fructibus; & diluuntur contraria argumenta.

R. P. D. MILLINO.
Valentina Processionis.
Lunæ, 30 Junii 1732.
DECISIO XXXII.

Permissum est Regularibus vigore constitutionis san. mem. Gregorii XIII Processionem peragere Sanctissimi Corporis Christi in quacumque die infra octavam ejusdem solemnitatis, etiam extra Claustra, absque eo quòd possint ab aliquo sub prætextu cujuscumque privilegii perturbari, & etiam absque licentia Parochi.

R. P. D. CRESCENTIO.
Hispalen. Antianitatis,
Ven. 9 Januarii 1734.
DECISIO XXXIII.

In singulis Civitatibus, & locis una dumtaxat Confraternitas Sanctissimi Sacramenti adjungi, & aggregari potest Archiconfraternitati, quæ talem habeat ab Apostolica Sede facultatem, juxta Bullam Clementis Papæ VIII, quæ sit forma, in eadem Bulla præscripta, & ad quem finem.

R. P. D. CRESCENTIO.
Salernitana Canonicatus,
Die 1 Martii 1734.
DECISIO XXXIV.

Quando agitur de præbendis, quæ propter illarum separabilitatem a Canonicatibus, considerantur uti quid merè temporale, optari possunt absque mutatione tituli Canonicalis. Per optionem factam a Canonico Prothonotario Apostolico, affecta remanet Præbenda optata, non autem dimissa.

R. P. D. CRESCENTIO.
Thelesina Delationis insignium,
Lunæ, 4 Junii 1736.
DECISIO XXXV.

Non potest Episcopus facultatem concedere deferendi Insignia Canonicalia, sive sint de majoribus, sive de minoribus; sed horum usum indulgere unicè, ac privativè spectat ad Sanctam Sedem.

R. P. D. CRESCENTIO.
Thelesina Collegiata.
Lunæ, 4 Junii 1736.
DECISIO XXXVI.

Resolutum fuit hîc a Sac. Rota, exequendam non esse gratiam a san. mem. Benedicto XIII concessam, pro confirmatione Ecclesiæ Oppidi Sancti Laurentii Majoris Thelesinæ Diœcesis in veram Collegiatam, ob vitium subreptionis, ex quo Pontifici narratum fuerat, dictam Ecclesiam esse antiquitus Collegiatam, & numeratam, quam tamen expressionem constitit esse falsam.

RESPONSUM JURIS
D. Advocati de Comitibus.

An substineatur donatio Jurispatronatus facta a Muliere absque solemnitatibus Statutariis. Defenditur quoque validitas Testamenti Conditi ad Pias Causas, & favore filiorum; necnon etiam ratione Loci exempti a statuentium Jurisdictione, in quo conditum fuit.



DECISIONES
SACRÆ ROMANÆ ROTÆ
ET
VOTA DECISIVA DIVERSORUM JUDICUM

In primo hujus Operis Tomo impressa habetur decisio Rot. Florent. in Piscien. Beneficii la 52 in ordine. *Verùm quia d. decisio fuit postmodum revocata a Sac. Rota; idcirco hic imprimendam duximus sequentem decisionem illius revocatoriam, & respectivè confirmatoriam alterius praecedentis.*

R. P. D.

ROVAULT

De Gamaches

Nullius, seu Piscien. Beneficii.

Ven. 13 Maji 1720.

ARGUMTNTUM.

Beneficium, de quo agitur, non requirere residentiam præcisam, sed causativam, tum ex Juris dispositione, tum ex fundatione, tum etiam ex observantia luculenter probatur; ac propterea non esse cum Canonicatu incompatibile. Habens unum, vel plura Beneficia quando possit, vel non, præsentari ad aliud.

SUMMARIUM.

1 *Literæ Apostolicæ impetrationis Beneficii non sunt exequendæ, si de veritate expressorum in illis aliquo modo dubitari possit.*

2 *Beneficium simplex de Jure communi nullam requirit residentiam, neque est cum Beneficio residentiali incompatibile.*

3 *Onus celebrandi Missam, a Fundatore injunctum, per se non facit Beneficium residentiale residentia præcisa, ad effectum inducendi incompatibilitatem.*

4 *Idem dicendum est de facultate removendi Capellanum, si non impleat id, ad quod tenetur; cùm hac dispositio respiciat simplex implementum oneris præscripti, quatenus Capellanus illi, neque per se, neque per alium, satisfaciat.*

5 *Neque etiam ex servitio personali, quod a Fundatore in Capellano voluntum fuisset, sequeretur incompatibilitas Beneficii cum Canonicatu, quia potest Canonicus una bora inservire Canonicatui in Choro, & diversa bora Beneficio in Altari.*

6 *Pro excludenda qualitate residentiali Beneficii, de quo agitur, & incompatibilitatie cum Canonicatu, expenduntur quamplures ejusdem Beneficii status.*

7 *Ex lege fundationis, quòd Patroni teneantur eligere Presbyterum habilem, & idoneum ad officiandum Altare de Missis, juxta* controv. 37, & 38 Saminiati, *requiritur in Beneficiato qualitas Sacerdotalis actu.*

8 *Sed de veritate hujus assumpti dubitandum videtur, quando Beneficiato injunctum non fuit onus celebrandi Missas per se ipsum.*

9 *A qualitate Sacerdotali in Beneficiato inferri non valet ad residentiam, & Beneficii incompatibilitatem cum alio Beneficio verè residentiali.*

10 *Residentia voluntaria, sive causativa, ad effectum scilicet lucrandi di-*

 stri-

distributiones, non inducit dictam incompatibilitatem.

11 *Præsentato a majori parte Patronorum Beneficium adjudicandum est.*

12 *Qui Beneficium habet, sufficiens, pro propria substentatione, non censetur pro alio acquirendo idoneus.*

13 *Id tamen procedit, quando provisio secundi Beneficii fieri debet per Literas Apostolicas, at non etiam quando provisio facta fuit per Ordinarium ad præsentationem Patronorum.*

14 *Dummodo aliter in fundatione cautum non fuerit, & quidem per prohibitionem, respicientem actum, & tempus præsentationis.*

15 *Beneficiorum pluralitas officit tantum illorum simultaneæ retentioni, ultra tempus a Sac. Canonibus statutum, nisi accedat Apostolica dispensatio.*

16 *Secus quoad Beneficia incompatibilia, cum qui habet unum sufficiens, idoneus non sit ad aliud Beneficium incompatibile.*

DECISIO I.



Dversùs decisionem, die 5 Maji 1719, a Me editam, qua dictum fuit intrare arbitrium pro retardatione executionis Literarum Apostolicarum Matthæi de Galeffis, & Beneficium simplex, de quo agitur, a Guidone Nardino anno 1425 fundatum in Collegiata Ecclesia Pisciæ sub titulo Sanctissimæ Annuntiatæ, esse adjudicandum Canonico Christophoro pariter de Galeffis, concessa dicto Matthæo nova Audientia, novisque ab eo expeditis literis pro confirmanda sua Impetratione Beneficii prædicti, mihi pro executione directis, idcircò in hodierna Causæ repropositione dedi Dubium — *An sit standum, vel recedendum a decisis, seu potiùs nova Literæ Matthæi sint exequendæ* — quod resolutum fuit — *pro jam decisis, & novas Literas Matthæi non esse exequendas.*

Iterum namque visum fuit intrare arbitrium pro retardatione executionis antiquarum Literarum Matthæi, eo quòd non justificabatur ullus ex modis in illis expressis, sub quibus a Summo Pontifice dictum Beneficium impetravit, quod nempè illud non sit solitum retineri unà cum Canonicatu Ecclesiæ Catedralis Pisciensis absque dispensatione Apostolica; quòd sit incompatibile cum Canonicatu, & ob hanc Incompatibilitatem vacet, ut potius, per obitum ultimi Possessoris; & demum, quòd tempus Patronis Laicis datum ad præsentandum lapsum existat; & tamen cum agatur de gratia Piscatoria, & directa ad annullandam præsentationem a majori parte Patronorum, favore Christophori factam, itidemque præcedentem aliam gratiam ejusdem Beneficii provisivam simul, & dispensativam ipsi Christophoro a Papa concessam, concludenter ducendum esset a Matthæo Impetratore, narrata ab eo vera esse; cùm in his terminis, ut locus fiat arbitrio pro impedienda executione literarum prædictarum, sufficeret, quòd de veritate expressorum in illis quoquo modo dubitari posset, juxta theoricam *Hostien. in cap. cum in cunctis, de rescript. in 6.* & monet *Rot. in Paderbonen. Præpositure, 16 Aprilis 1717, § Fundamentum, coram bon. mem. Ansaldo, in Augustana summæ Custodiæ, super secundis literis, 21 Junii 1715, § Mox, & 15 Maji 1716, § Finali, coram R. P. D. meo Falconerio, Almæ Urbis Gubernatore, & in Compostellana Beneficii, 15 Martii 1717, § Finali, coram Eminentissimo D. Cardinali Altban.* 1

Et sanè Matthæus non verificat eam expressionem, quòd Beneficium sit residentiale, & incompatibile cum Canonicatu, quem in eadem Cathedrali Ecclesia Pisciæ possidet Christophorus; minusque, quòd illud cum Canonicatu sine Apostolica dispensatione retineri non consueverit; immo potiùs contrarium ostendebatur a Christophoro, tum ex dispositione juris, tum ex lege fundationis Beneficii, tum etiam ex subsequuta observantia. Et quidem ex dispositione Juris, quia ea inspecta apud omnes 2
modò receptum est simplex Beneficium nulla requirere residentiam, nec esse incompatibile cum residentiali Beneficio, ut tradunt *Imol. in cap. final. de Cleric. non residen. Fagnan. in cap. ut Abbates, num. 24, de ætat. & qualit. Cleric. Card. De Luca, de Benefic. disc. 58, num. 2, Rota in Ortonen. Beneficii, 23 Martii 1708, § Minùs denium, coram Eminentissimo D. Card. Scotto, & 10 Junii 1709, § Finali, coram Eminentissimo D. Card. de Polignac. & in Melphiten. Beneficii, 26 Junii 1711, § Decisionem, coram clar. mem. Card. Priolo; & 21 Junii 1712, § Juris namque, coram Reverendissimo D. meo Lancetta Decano.* Lex autem fundationis onus residentiæ, ac incompatibilitatem quoque excludit; nam in ea, sive in Testamentaria dispositione Guidonis Nardini Fundatoris, nil aliud injungitur Beneficiato pro tempore, quam ut Missam celebret, & Officium dicat pro Anima ipsius Fundatoris. Unde cùm recitatio Officii non immutet naturam simplicis Beneficii, & onus Missarum ab alio 3
impleri possit, deficiente clausula *per se ipsum*, nulla justa ratione prætendebatur a Matthæo Beneficium esse residentiale residentia præcisa, ad effectum ex

ea

ea inducendi assertam incompatibilitatem, ut sequendo allegationes *Lapi* 35, & 116, *dixit Rota in rec. decis.* 335, *n.* 7, *par.* 19, *in Gerunden. eleemosyna Panis, super residentia*, 3 *Junii* 1711, § *Dixerunt*, *coram Card. Priolo*, & probat decisio, quæ revidetur, § 10 *in fine*.

Idemque dicendum est, si animadvertatur unum, sive alterum exemplum Codicillorum celebratorum, die 12 Martii 1431 ab eodem Fundatore. Quippe in illorum exemplo allato a Christophoro, etsi tributa legatur Patronis facultas removendi Capellanum, si non faciat id, ad quod tenetur, aliumque de novo
4 eligendi; nihilominus exinde argui nequit qualitas residentiæ in dicto Beneficio, cùm hæc dispositio respiciat simplex implementum oneris præscripti, quatenus Capellanus illi, neque per se, neque per alium satisfaciat; *Fagnan. in cap. ut Abbates*, *num.* 66, *de stat. & qualit.* ubi refert conformem resolutionem Sac. Congregationis Concilii *in una Casalen. Rota in Cremonen. Beneficii*, 9 *Martii* 1714, § *Pæna*, *coram Reverendissimo D. meo Lancetta Decano*, & 4 *Februarii* 1715, § *Nec magis*, *coram R. P. D. meo Cerro*. In alio verò exemplo dd. Codicillorum adducto a Matthæo, præcipitur simpliciter Patronis electio Presbyteri ad officiandum Altare de Missis, & aliis Officiis, ut moris est; qui disponendi modus non secum fert personale servitium, dum Officium ad Altare expleri valet etiam per alium, quoties Testator non adhibuit clausulam *per se*, aut aliam similem, ut mox probatum est. His addendo, quòd neque ex personali servitio, quatenus illud volitum fuisset,
5 sequeretur incompatibilitas Beneficii cum Canonicatu, quia potest una hora Canonicus inservire Canonicatui in Choro, & diversa hora Beneficio in Altari, ex animadversis per *Rot. in Mediolanen. Canonicatus*, 2 *Julii* 1706, § *Non accedente*, *coram Eminentissimo D. Card. Scotto*.

Confirmabantur præmissa ex observantia ferè duorum Sæculorum, ex qua nedum resultat Beneficium non esse residentiale. neque incompatibile cum Canonicatu, sed præterea demonstratur falsitas alterius expressionis factæ a Matthæo, utrumque scilicet insimul retineri non consuevisse absque Apostolica dis-
6 pensatione. In statibus quippe dicti Beneficii annorum 1519, 1562, 1574, 1587, 1595, 1631, & 1678, illud retentum fuit modò cum Canonicatu ejusdem Ecclesiæ Písciæ, modò cum Dignitate, modò cum Parochiali sine dispensatione Apostolica; & quod æquè urget, in pluribus ex relatis statibus, & provisionibus Beneficii, & præsertim in illis, quæ contigerunt annis 1595, 1611, 1648, 1678, & 1695, expressè dictum fuit, illud haud requirere personalem residentiam, & Capellanum potiri facultate inserviendi Choro per substitutum. Atque id ipsum probant geminæ attestationes a Canonicis dictæ Cathedralis Ecclesiæ, factæ anno 1613, & de recenti in hac causa, super consuetudine retinendi sine ope Apostolicæ dispensationis hoc Beneficium cum Canonicatu, & super servitio per substitutum præstari solito, ut latè observat præterita decisio, § 4, & § 14.

Quæ cùm ita sint, parvi refert Beneficium, de quo fit sermo, requirere in Beneficiato qualitatem Sacerdotalem
actu, id desumendo ex eo, quòd juxta 7
legem fundationis Patroni tenentur eligere Presbyterum habilem, & idoneum ad officiandum Altare de Missis, ut scripsit *Saminiat. controv.* 37, & 38. Etenim quidquid sit de veritate hujus assumpti, de qua valdè dubitandum est, eo ipso, quòd eidem Beneficiato injun-
ctum non fuit onus celebrandi Missas per 8
se ipsum, quo casu sufficeret qualitatem Sacerdotalem in potentia, tenuit *Rot. coram Merlin. dec.* 815, *a num.* 1, & *seqq. in Melphiten. Beneficii*, 21 *Junii* 1711, § *Minus*, & *seq. coram Card. Priolo*, & 21 *Junii* 1712, § *Nec robur*, & 5 *Decembris ejusdem Anni*, § *Subsequebatur*, *coram Reverendissimo D. meo Lancetta Decano*; illud certè in consequenti officere visum non fuit, ob eam rationem, quòd
a qualitate Sacerdotali Beneficii inferre 9
non licet ad residentiam, illiusque incompatibilitatem cum alio Beneficio verè residentiali; *Rot. in Augustana Canonicatus Provinciæ Moguntinæ*, 14 *Martii* 1710, § *Quo verò*, *coram bon. memor. Molines*. Prout nullius momenti est, quòd Prædecessores Beneficiati aliquando inservìverint Choro; siquidem hoc initium sumpsit non a lege fundationis, sed a quadam Constitutione postmodum edita anno 1533, a Delegato Apostolico, ut inde magis augeretur in Cathedrali Písciæ numerus Choralium, & Cultus Divinus. Et ulterius dicta Constitutio præscribit solum onus residentiæ voluntariæ,
seu causativæ ad effectum lucrandi dis- 10
tributiones, expressè tribuendo Canonicis de hoc Beneficio, aliisque Capellaniis provisis, facultatem explendi servitium Chori per Substitutum Capellanum; ideoque nulla excogitari potest incompatibilitas Beneficii cum Canonicatu, propter quam Beneficium vacaverit, *Rot. coram Bich. decis.* 13, *num.* 7; *in Cremonen. Beneficii*, 9 *Martii* 1714. § *Minus confert*, *coram Reverendissimo D. meo Lancetta Decano*, & 4 *Februarii* 1715, § *Nec magis*, *coram R. P. D. meo Cerro*.

Æque verò falsum est, quòd tempus

ad præsentandum a Jure præfixum Patronis Laicis lapsum existat, ut minùs rectè idem Matthæus Summo Pontifici quoque suppofuit; cùm doceatur Christophorum intra legitima tempora præsentatum fuisse a majori Patronorum
11 numero, quo fit, eidem adjudicandum esse Beneficium, ut persistendo in decisis etiam in hac parte, hodie resolutum fuit, & disponit *Text. in cap. quoniam, de Jurepat. de quo Rota in Pisana Prioratus*, 15 *Junii* 1715, § *Pro informante, coram Ansaldo, & in Compostellana Parochialium*, 10 *Junii* 1718, § *Ipse enim*, & 10 *Martii* 1719, § *Iterum, coram Me.*

Nec subsistit, quòd Christophorus non esset idoneus tempore præsentationis pro assequendo controverso Beneficio, eo quod provisus reperiretur in eadem Cathedrali Ecclesia de Canonicatu, personalem residentiam requirente, & de alio
12 simplici Beneficio sub titulo S. Benedicti. Qui enim habet Beneficium sufficiens pro propria substentatione, non censetur pro alio acquirendo idoneus, ad *Text. in cap. Is cui de præben. in 6, & in cap. super inordinata, de Præbend. & Dignitat.* Quoniam objectio procedit, quando provisio secundi Beneficii fieri debet per li-
13 teras Apostolicas; at non etiam quoties, ut in præsenti, per Ordinarium facta fuit vigore præsentationis Patronorum, ut explicat *Anchiran. super citato Textu, in cap. Is cui, num.* 1, & 2. Hoc utique casu, dum aliter in fundatione cautum non fuit, & quidem per prohi-
14 bitionem respicientem actum, & tempus præsentationis, habens unum, vel plura Beneficia, præsentari rectè potest ad aliud, atque idoneus ad illud consequendum reputatur; *Rot. coram Bich. decis.* 313, *num.* 3, & *seqq. & in Dertusen. Beneficii*, 27 *Junii* 1703, § *Non relevante, & § Finali, coram Omana*, cùm Beneficiorum pluralitas officiat dumtaxat illorum simultaneæ retentioni ultra tempus a Sacris Canonibus statutum,
15 nisi accedat Apostolica dispensatio, quam tamen Christophorus re integra, & ante gratiam piscatoriam Matthæi obtinuit; *Garz. de Benefic. part.* 11, *cap.* 5, *num.* 280, *Vivian. de Jurepatr. lib.* 6, *cap.* 10, *num.* 2; *Card. De Luc. de Benefic. disc.* 59, *num.* 1, & 2; *Rota in Monasterien. Canonicatus*, 9 *Decembris* 1712, § *Re itaque, coram Reverendissimo D. meo Aldrovando*; & notat Decisio, quæ revidetur, § 15. Ut etiam alter *Text. in cap. super inordinata de præben. & dignit.* applicari nequit præsenti hypothesi, utpote quia loquitur de Beneficiis incompatibilibus, respectu quorum, qui habet
16 unum sufficiens, non est idoneus ad aliud Beneficium incompatibile, retento primo, quia in utroque servire non potest, ut animadvertit *Gloss. ibidem verb. Beneficiati, & Abb. num.* 3, ubi limitat conclusionem, si unum Beneficium non esset residentiale.

Pro eo denique, quod attinet ad novas Literas impetrationis Beneficii, de quo agitur a Matthæo quoque impetratas, cùm illæ dignoscantur ejusdem qualitatis, & naturæ, cujus sunt primæ, easdemque falsas expressiones contineant, executionem non merentur, quemadmodum de primis literis pro impetratione prædicta, hucusque dictum est, & in præterita decisione.

Et ita utraque, &c.

R. P. D.

PRIOLO

Gerunden. Eleemosynæ Panis super Residentia.

Veneris, 3 *Julii* 1711.

ARGUMENTUM.

Beneficium, seu Officium quando requirat residentiam præcisam, & formalem: vel potius causativam, & secundùm quid, non obstante quòd a Fundatore injuncta sit Capellano obligatio Missam staturis diebus celebrandi, atque Horis Canonicis interessendi; ita ut per substitutum suppleri possit.

SUMMARIUM.

1 *Beneficium simplex de generali consuetudine residentiam non requirit.*

2 *Quoties Capellano onus injunctum non est celebrandi Missam per se ipsum, potest illud per Substitutum impleri.*

3 *Si Fundator, qui Capellanum obligavit ad residentiam in Choro, pœnam privationis, aut pecuniariam, in casu non residendi, non apposuit, talis residentia requisita non dicitur præcisè, & formaliter, aut causativè simpliciter, sed potius causative secundùm quid.*

4 *Et tunc suppleri potest per Substitutum.*

5 *Observantia, proxima fundationi, & maximè si ex facto ipsius Fundatoris oriatur, illius voluntatem optimè declarat.*

6 *Commisso alicui, qui in dignitate, seu officio constitutus sit, ministerio circa id, quod habet tractum successivum, & perpetuum, non dicitur electa industria personæ, sed ministerium illud commissum censetur etiam successoribus in eadem dignitate, seu officio.*

7 Nec

7 *Nec repugnat, quòd ejusdem exercitium possit alteri committi.*

8 *Ex dispositione Testatoris, quòd distributor eleemosynæ, pauperibus erogandæ, inhabitet domum assignatam, an inferatur ad residentiam, & administrationem personalem.*

9 *Statuta, quorum validitas firmata non est, nullam probationem faciunt.*

10 *Qui de bonis suis disponit in idem opus pium, ab ultero institutum, si pœnam privationis in casu non rectæ administrationis apponat, illius dispositio alterare non valet naturam, seu qualitatem dispositionis, ab ulio Fundatore præcedenter factæ, sed vires tantùm habet pro bonorum portione adjectæ.*

11 *Administrator alicujus operis piè tenetur ad ea omnia, quæ facere debet quilibet diligens Paterfamilias pro recto gubernio sui patrimonii, & Tutor in bonis Pupilli.*

DECISIO II.

IN sequelam alterius meæ decisionis super hac eadem Causa hodie emanatæ, secundum proposui Dominis meis dubium -- *An scilicet Præpositus Capellanus Eleemosynæ panis teneatur personaliter residere, & per se ipsum administrare officium Eleemosynariæ, atque reddere rationem Sacristæ Majori, & quæ pro recta administratione teneatur adimplere* -- quibus responsum fuit juxta modum inferius exprimendum.

Dixerunt enim, Præpositum non teneri personaliter residere sub ea fundamentali ratione, quòd sive hujusmodi Præpositura habeatur pro officio, sive pro Beneficio, ut observatum fuit in altera mea decisione, nunquam tamen importare poterit obligationem residendi, quia cùm ad summum dici valeat Be-
1 neficium simplex, de generali consuetudine, quomodolibet onus residentiale rejicere videtur, juxta *communem Doctorum opinionem in cap. fin. de cleric. non residen. & signanter Innoc. in princ. Card. num. 16; Imol. num. 9; & Rota, coram Merlin. dec. 825, num. 2, & coram Gregor. decis. 108, numer. 4, cum ibi relat.* & alibi.

Neque illud dici potest injunctum fuisse a Fundatore, ex quo voluerit, quod Præpositus teneretur interesse horis Canonicis, & celebrare tribus diebus in qualibet hebdomada, ibi -- *qui intersit horis Canonicis consuetis, nisi impediatur causis necessariis, ibidemque in Choro deserviat, & teneatur ex debito tribus diebus in hebdomada Missam in Altari prædicto celebrare*, ut in *Sum. Sacristæ, super jure nominandi, num.* 2; nam quoad celebrationem Missarum, cùm ista non sit concepta, ut teneatur per se ipsum celebrare; hodie satis firmatum rema- 2
net, quòd non censeatur prohibitum quin per substitutum adimpleri possit, ut notat *Zab. in cap. de multa, § Fin. verb. circa num. 12, & 13, de preb. Gratian. discept. forens. cap. 133, num. 12, & Rot. in Melphicten. Beneficii, 26. Junii proximè præteriti, § Cum enim, coram Me.* In similibus namque casibus verba prædicta stant potiùs demonstrativè ad indicandum onus Missarum, quàm ad personam Celebrantis; nec in dubio præsumitur electa industria personæ, cùm meritum sacrificii dependeat ab opere operato, non ab opere operantis, ut benè advertit *Merlin. d. decis. 825, numer. 4, & 5.*

Quò verò ad residentiam in Choro, cùm nulla Præposito non residenti legatur injuncta pœna privationis, seu pecuniaria, talis obligatio residendi dici nequit præcisa, & formalis, aut causativa simpliciter, sed potiùs causativa secundùm 3
quid, & proveniens ex voluntate Fundatoris, qui Præposito principaliter imposuit administrationem eleemosynariæ; secundariò quando non est legitimè impeditus, onus inserviendi in Choro, quemadmodum notat *Abb. in cap. fin. num. 4; Jo. And. num. 6, Butr. num. 6, de Cleric. non residen. Bich. dec. 13, num. 7, & Rembold. dec. 239, num. 7*, quibus attentis excluso formali servitio, Beneficium dici nullatenus nequit residentia-
4 le, sed suppleri poterit per substitutum, ut benè declarat *Gonzal. ad reg. 8 Cancell. glos. 5, num. 88, & 89*, ubi docet consimiles Capellanias, quamvis fundatas de licentia Ordinarii, non requirere personalem residentiam, sed posse per substitutum deserviri, sicut reliqua Beneficia simplicia.

Et hoc comprobat antiquissima observantia, dum a sua fundatione per plura sæcula de tali Beneficio plures provisi fuerunt, qui erant Canonici in diversis Ecclesiis, & Civitatibus, ut ex *Summ. Francisci, num. 4, & 5*, & ipsemet Fundator deputavit pro prima vice Clavigerum, seu Parochum ejusdem Cathedralis, ut legere est in ejus fundatione, quæ uti proxima dispositioni, & peracta 5
ab ipso disponente optimè declarat illius voluntatem, ad *Text. in leg. Epistola, ff. ad Trebell. Mantic. de conject. lib. 3, tit. 1, num. 7; Rot. dec. 166, numer. 43, par. 8 rec. & decis. 365, numer. 5, par. 17.*

Sed dictum quoque fuit in hac eadem Causa super declaratoria, 19 Januarii 1703, inter Capitulum, & Præpositum, quod Canonici sub prætextu illius absentiæ intendebant se excusare a non pari-

ritione demandatæ dimissionis, quæ non est hodie incidenter revocanda.

Consentaneè quoque dixerunt Domini Præpositum non teneri per se ipsum administrare, nec redditus inter pauperes distribuere; cùm enim ad istum effectum Arnaldus instituerit in suo Testamento Sacerdotem, qui retineat omnia bona dictæ eleemosynæ donata, & fa-
6 ciat totum servitium, hoc videtur impositum non solùm primo, sed etiam omnibus in d. Beneficio successuris; ideoque non censetur electa industria determinatæ personæ, sed potiùs dicendum est tale ministerium dignitati commissum, ut dixit *Rota*, *coram Dunozett. Jun. decis.* 208, *num.* 60; nec repugnat quin possit illius exercitium alteri committi, ad *Text.*
7 *in cap. fin. de offic. Jud. Ordin. & ibi Gloss. verb. casibus; Hostien. num.* 2; *Jo. And. num.* 3, *& cæteri expositores, & Rot. in d. dec.* 208, *num.* 17; *& in altera, coram Me, in allegata decis. super declaratoria*, § *Non subsistunt*.

Et hanc tandem interpretationem recipiunt verba in fundatione posita, quòd Præpositus inhabitet domos assignatas, & eidem operi relictas; nam ex his non benè infertur, neque ad residentiam,
8 neque ad administrationem personalem, sed potius tale quid Fundatorem voluisse præsumendum est ad majorem Præpositi pro tempore, vel ipsorummet Pauperum commoditatem, ut scilicet isti haberent certum, & determinatum locum, ad quem confugere possent pro reportanda eleemosyna.

Nec iterum recurrendum est ad Statuta, & conventiones anni 1232, ex quibus præcisè imponitur Præposito gubernium, & administratio bonorum, ac distributio reddituum in usus Pauperum sub pœna privationis, quatenus reperiretur in fidelis, & culpabilis; ex quibus infe-
9 rebatur fuisse electam industriam personæ: hìc enim recurrit eadem responsio in altera mea decisione data circa legalitatem dd. Statutorum, quæ donec firmata non remaneant, nullam probationem facere possunt.

Idem quoque dicendum venit de Testamento Guglielmi Gaufridi de anno 1292, confecto, *Summ. Sacristæ, numer.* 4, in quo eadem pœna privationis legitur, quòd vel Testator disposuit cum præsupposita legalitate dd. Statutorum, vel quatenus probationem facere posset, etiam esset sumptum de sumpto, illius dispositio vires tantùm haberet pro illa por-
10 tione bonorum subjugata eidem operi pio, non autem quòd potuerit alterare naturam, seu qualitatem dispositionis præcedenter factæ ab Arnaldo.

Procedendo ad alteram partem dubii, respicientem, an Præpositus teneatur redderet rationem Sacristæ Majori, quæ obligatio cùm promanat a prædictis Statutis, & Testamento Guglielmi, illius determinatio relicta fuit in suspenso, donec in ulterioribus disputationibus firmata remaneat illorum validitas, & legalitas, de qua dubitatum fuit in contemporanea decisione.

Demum superest postrema pars dubii circa ea, quæ pro recta administratione Præpositus teneatur adimplere, & nulla adfuisset difficultas inter Partes, si Sacrista major non petiisset plùra ultra juris dispositionem, & contenta in fundatione, & Testamento ipsius Arnaldi. Verùm quia datæ fuerunt quamplures aliæ ordinationes factæ a Capitulo de anno 1347, & supponuntur etiam confirmatæ a Pio II, ut in ejus *Sum. numer.* 5, ad quarum observantiam prætendebatur teneri Præpositum; contra istas expressè protestatus est d. Præpositus de illarum illegalitate, & non integra transumptatione, *ut in ejus Sum. responsionis, num.* 2, & tamquam fundatas in præsupposito Statuto, & Constitutionibus anni 1232, dicebatur nullam probationem constituere, donec canonizata non remaneat validitas illorum, quæ pro basi ponuntur; & propterea Domini responderunt Præ-
positum teneri in genere ad ea omnia, 11
quæ facere debet quilibet diligens Paterfamilias pro recto gubernio, & administratione sui Patrimonii, & Tutor in bonis Pupilli, quemadmodum etiam præscribitur *in Clement.* 1, § *Quia contingit, de religiosis domibus*, & refert *Gratian. discept.* 395, *num.* 5; *& Rota, coram Coccin. decis.* 625, *num.* 10, cùm difficile admodum sit ad omnia particularia descendere, & omnia præ oculis habere, maximè donec firmatum non remaneat, an sit procedendum cum prædictis Statutis, & aliis Constitutionibus, nec non cum Testamento Guglielmi, seu cum sola fundatione, & Testamento Arnaldi.

Tertium pariter dubium disceptandum proposui Dominis meis super Juramento fidelitatis, & Homagio, an Sacrista major possit exigere a Vassallis eleemosynariæ panis Juramentum fidelitatis, & Homagium, privativè ad Præpositum Capellanum, & iste possit facere arrendamentum, aliaque disponere circa bona, & redditus eleemosynariæ absque consensu d. Sacristæ. At quia isti omnes actus desumebantur a prædictis Conventionibus, de quarum legalitate, & validitate admodum inter Partes disceptatum fuit, nec satis ex Summariis constabat; Ideo Domini resolutionem differre satius duxerunt, donec discussa, & firmata remaneat dd. Jurium validitas.

Et ita utraque, &c.

R.

R. P. D.

FOSCARO.

Leodien. Capellaniarum

Super bono Jure.

Luna, 27 *Februarii* 1719.

ARGUMENTUM.

Capellanias Parochialis Ecclesiæ S. Joannis Baptistæ Leodii non esse perpetuas, sed amovibiles decisum fuit a Sacr. Rota; idque, ultra Juris præsumptionem, pluribus documentis ostenditur, juncta etiam observantia, tum affirmativa, tum negativa.

SUMMARIUM.

1 *Capellani simpliciter ad celebrandas Missas, & Horas Canonicas recitandas assumpti, de Jure præsumuntur amovibiles.*

2 *Idem dicendum de Capellanis, vocatis ad exercendam Animarum Curam, quæ apud Parochum totaliter resideat.*

3 *Capellaniæ merè Sæculares, adinstar aliorum officiorum, præcisivè etiam ab institutione Ordinarii, possunt esse perpetuæ.*

4 *De hoc tamen constare debet, vel ex fundatione, vel ex aliis titulis, a Lege approbatis.*

5 *Statuta, confirmata a Sede Apostolica, dicuntur Pupalia.*

6 *Potest Episcopus, ad rectum Ecclesiæ gubernium, ordinationes facere.*

7 *Ordinariorum decretis, qui de Ecclesiarum suæ Diœcesis Statu, & qualitate informati præsumuntur, plurimum defertur.*

8 *Observantia patefacit, quòd sub antiquitatis obscuritate latet.*

9 *Et est optima interpres cujuscumque Statuti.*

10 *Capellaniæ etiam amovibiles possunt quandoque in perpetuum conferri.*

11 *Propria, & essentialis Capellaniarum perpetuitas ex fundatione ipsa est desumenda.*

12 *Capellaniam in perpetuum retentam fuisse permissivè, atque accidentaliter, declarat observantia subsequuta.*

13 *Super actu ineffectuato nullum fieri potest fundamentum.*

14 *Statuta non legitimè condita, adversus Ecclesiæ constitutiones, & consuetudines non tenent.*

15 *Statutum, quod neglectum fuit, absque ulla executione, inter Ecclesiæ sanctiones connumerari non meretur.*

16 *Non valent Statuta, a Laicis condita, contra antiquas Ecclesiæ Leges, Apostolica, seu Ordinaria auctoritate confirmatas.*

17 *Verba urbana, & officiosa non præsupponunt, sed potiùs excludunt Capellaniarum perpetuitatem.*

18 *Stante præservatione jurisdictionis, antea exercitæ, res in suo primævo statu relicta censetur.*

19 *Sententia, sub falsa credulitate lata, utpote erronea, non est attenenda.*

20 *Sententia afficere non valet non citatum, quando de ejus principali interesse, & præjudicio agitur.*

21 *Actus, licèt unicus, amotionis Capellani, cessante tamen causa speciali ejusdem remotionis, confirmat generalem facultatem removendi.*

22 *In facultativis, per non usum, nullum infertur præjudicium, nisi etiam concurrat impedimentum, cum subsequuta acquiescentia.*

23 *Clavium traditio quid operetur.*

DECISIO III.

Moderni Capellani Parochialis Ecclesiæ Sancti Joannis Baptistæ Leodii, posthabita eorum deputatione a Curia Insignis Hospitalis Sancti Abrahami ejusdem Civitatis, ad merum officium deservitorium, & amovibile reportata, neglectaque etiam ejusdem amovibilitatis recognitione, qualibet die Cinerum exponi solita, mediante clavium restitutione, ordinationibus ejusdem Curiæ patere recusantes, geminas excitarunt prætensiones; alteram circa Capellaniarum perpetuitatem; & alteram, quoad administrationem bonorum, & redditutum earumdem Capellaniarum. Cumque, post varia decreta in partibus lata, Causa tandem ex rescripto Signaturæ Justitiæ integrè ad Sacram Rotam conscenderit, tria subscripsi Dubia, primum super bono Jure -- *An scilicet Capellaniæ, de quibus agitur, essent perpetuæ, vel amovibiles* - secundum super Jure administrandi, nempè -- *An, & cui competeret Jus administrandi bona Capellaniarum* -- & tertium -- *super manutentione* a Capellanis ipsis prætensa in earumdem Capellaniarum possessione, eorumque primis hodie propositis, Domini solidiora censentes Jura favore Curiæ deducta, quoad perpetuitatem, & amovibilitatem, responderunt -- *Capellanias esse amovibiles.*

Ea moti ratione, quia agitur de Capellanis simpliciter ad celebrationem 1
Missarum, & ad recitandas Horas canonicas assumptis a Ministris Hospitalis, absque ullo collationis, aut institutionis

titu-

titulo ab Ordinaria authoritate proce-
dente. Unde, non constito de fundatio-
ne indicante perpetuitatem, de Jure præ-
sumendi erant amovibiles ad nutum eli-
gentium, juxta doctrinam *Text. in cap.*
ad hæc, in fine, de Offic. Archid. & com-
muniter tradunt *Gonzal. ad regul. 8 Can-*
cell. gloss. 5, num. 11, alter Gonzal. in
cap. de nobis, num. 3, de Cleric. Garz. de
benefic. lib. 1, cap. 1, num. 61; Amostaz.
de caus. pits, lib. 3, cap. 11, num. 8, Card.
De Luc. de canon. disc. 18, num. 13; Ro-
ta coram Peutinger. decis. 15, num. 46,
& seq. in recent. decis. 466, num. 19, &
seq. par. 19, & in Augustana Summa Cu-
stodia super secundis literis, 22 Junii 1715,
§ Deficere, & 15 Maji 1716, § Nanat-
tenta, coram R. P. D. meo Falconerio, Al-
mæ Urbis Gubernatore, & in fortioribus ter-
minis, Capellanorum scilicet adscitorum
2 ad exercendam Animarum Curam, quæ
in præsenti totaliter apud Parochum re-
sidebat, plenè firmavit *Rota in Bonnen.*
Parochialis, 6 Maji 1715, § Expedit,
coram Eminentissimo Scotto, confirmat. die
10 Februarii 1716, § Valde etiam, coram
R. P. D. meo Cerro, & die 21 Decem-
bris ejusdem anni, § Hac autem, cor. Me.

Non attenta responsione, quòd præ-
cisivè etiam ab institutione Ordinarii,
Capellaniæ merè sæculares, ad instar
aliorum officiorum, & munerum, adhuc
3 possint esse perpetuæ, ut testantur *Amo-*
staz. de causis pits lib. 3, cap. 2, numer.
1; Gonzalez ad regul. 8 Cancell. gloss.
5, num. 50, Leon. de offic. Capell. qu. 3,
sect. 3, num. 39, Garz. de benefic. par.
1, cap. 2, num. 102; & firmavit *Rota in*
dicta Augustana Summa Custodia, super
secundis literis, 22 Junii 1715, § Neque
refert; & 15 Maji 1716, § Neutiquam,
coram R. P. D. meo Falconerio. Quoniam
licèt Juris censuræ non repugnet simi-
lium Capellaniarum perpetuitas intro-
ducta ex fundatione, aliisve titulis a
4 Lege approbatis; eis tamen minimè ex-
hibitis, & sic Capellaniarum statu ad
dubietatem redacto, præsumptio urget
pro amovibilitate, adeout vel qui de
perpetuitate contendit, illam teneatur
ostendere per probationes concludentes,
vel in pari causa, & in conflictu pro-
bationum pro amovibilitate inclinare de-
beat arbitrium Judicantis, ut, expen-
dendo effectum præsumptionis Juris, ex-
plicant *Innocent. in cap. audistis, num.*
3, de præscript. Card. De Luc. de cred.
disc. 135, num. 15; Rota apud Posth. de
manutent. dec. 64, num. 1, coram Buratt.
dec. 572, num. 14, & in recentior. dec.
429, num. 5, par. 19, & in terminis mo-
nent *Lap. allegat. 67, num. 6; Lotter. de*
re benef. lib. 1, q. 5, num. 58, Corrad.
in prax. benefic. lib. 9, cap. 6, num. 261.
& egregiè *Rota ad ornatum Card. De*
Luc. de benefic. lib. 12, dec. 11, num. 7.

In præsenti autem controversia hanc
probationis speciem Capellani non exhi-
bebant, quinimò invicem collatis documē-
tis hinc inde deductis, adeò efficacia com-
perta fuere ea, Curiæ nomine exhibita,
ut, citra opem juridicæ præsumptionis, cō-
cludenter detecta videretur amovibilitas.
Pro ea enim urgebant primò antiquissi-
ma Ecclesiæ Statuta, ultra explicatio-
nem Capellanorum annalium, & mer-
cenariorum, ac determinationem jura-
menti anno quolibet per ipsos præstan-
di, præcisè, & explicitè omnimodam
Pastori, & Magistris facultatem tribuen-
tia disponendi circa Capellanorum rece-
ptionem, correctionem, & expulsionem
cum interdictione, cujuscumque contra-
dictionis. Cùmque illa confirmata appa-
reant sub anno 1618, a S. Sedis Legato,
constabilita inde remanet amovibilitatis
probatio; nam, superventa confirmatio- 5
ne Apostolica, occlusus remanet aditus
impugnandi amplius dicta Statuta, dato
etiam, quòd secundùm eorum primævam
originem, totalem non promererentur
executionem, ut dixit *Rota coram Coc-*
cin. dec. 1951, num. 29, in Frisingen. Ju-
ris deputandi Curator, 22 Junii 1716, §
Et bene omisso, coram R. P. D. meo Cer-
ro, & in Salisburgen. Vicariæ, 31 Janua-
rii 1714, § Quamobrem, coram R. P. D.
meo Falconerio, confirmata 30 Aprilis
1717, § Veruntamen, coram Me.

Rursus concludebatur amovibilitas ex
diplomate Episcopi Adulphi, & Vale-
riani Præpositi Leodien. *anno* 1331, evul-
gato, & sub citata Apostolica Confirma-
tione comprehenso, in quo sub eadem
præsuppositione qualitatis deservitoriæ,
postque nonnullas ordinationes Divini
Cultus incrementum respicientes, relati-
vè ad fundationes, decernitur, & decla-
ratur, Capellanos ibi futurum annales es-
se debere. Quo stante, eo magis exclu-
sa remanet prætensa perpetuitas, cui ci-
tra dubietatem, resisteret antiquissima
sanctio emissa, causa cognita, & ad re-
ctum Ecclesiæ gubernium, necnon ad
fundationum adimplementum præordina-
ta, quæ nedum in figura Dispositionis 6
novæ sufficiens reputari poterat ad in-
ducendam amovibilitatem, per ea quæ
tradunt *Azor. instit. moral. part. 2, lib.*
3, cap. 47, quæst. 9; Barbos. de offic. &
potest. Episcopi, par. 3, allegat. 93, num.
23, & dixit *Rota in Gerunden. Beneficii,*
28 Junii 1697, § Validitas, in fine, coram
bon. mem. Molines; præsertim postquam
supervenerat confirmatio Apostolica,
juxta authoritates superiùs citatas; sed
insuper in linea saltem declarativa con-
cludentem præsefert amovibilitatis pro-
bationem; cùm credendum non sit, Epi- 7
scopum, & Præpositum in actu adeò
so-

solemni, & relevanti erronee præsuppo-
suisse, ac decrevisse amovibilitatem, abs-
que eo quòd, contra propriam confes-
sionem, de illo priùs sufficientem exce-
perint probationem, juxta firmata per
Felin. in cap. ad aures, num. 15, *de re-
script. Adden. ad Buratt. dec.* 111, *num.*
15; *Rota, coram Pen. dec.* 960, *numer.* 7;
coram Celso, dec. 215, *num.* 8, *in recent.
dec.* 284, *num.* 4, *par.* 14, *dec.* 523, *nu.*
18, *par.* 19; & benè in *Augustana Ca-
nonicatus Provinciæ Moguntinæ*, 26 *Ja-
nuarii* 1711, § *Assumptum comprobant*,
*coram R. P. D. Falconerio Almæ Urbis
Gubernatore*.

Et denique in eumdem sensum colli-
mabat multiplex, & plurium sæculorum
observantia resultans tam ex actibus af-
firmativis, quàm negativis. Capellani
enim semper deputari consueverunt ad
annum; & hanc limitatam deputatio-
nem ipsi quoque acceptarunt, proprio-
que Juramento, ad formam Statutorum,
præstito, confirmarunt, qualiber die ci-
nerum Claves, in signum dimittendi, &
obtinendi de novo officium, consigna-
runt, & reacceptarunt; Curia Hospita-
lis Capellaniarum Bona, & redditus
administravit, eosque inter Capellanos
distribuit, illarum permutationes, abs-
que alicujus Superioris approbatione, ad-
misit; nec unquam constitit, quemquam
ad Sacros Ordines fuisse promotum ad
titulum harum Capellaniatum, quinimò
obtenta per quemdam *Larebbin* a Paro-
chianis deputatione, sub conditione,
quòd fieret Sacerdos ad titulum Capel-
laniæ; deputatio hujusmodi effectu va-
cua remansit, & Capellaniam obtinuit
quidam *Lombart*, de more ad annum de-
putatus. Quare cùm deputationes, cæ-
terique actus consecutivè sint omnes cum
perpetuitate incompatibiles, superlati-
vè exinde probata dicebatur amovibili-
tas, quam, ultra titulos superiùs rela-
tos, in omnem casum concluderet sola
8 observantia, quæ passim in rebus sub an-
tiquitatis obscuritate latentibus, expli-
care solet quidnam fundationes in origi-
ne præsetulissent, ut in specie firmant
Gonzal. dicta gloss. 5, § 6, *n.* 2; *Amo-
staz. de caus. piis, lib.* 3, *cap. primo, sub
num.* 8, latè *Rota, coram Merlin. decis.*
61, *num.* 1, *& seq. coram Peutinger. dec.*
15, *num.* 19, *& seq. & in dicta Bono-
nien. Parochialis*, 6 *Maji* 1715, § *Ob-
servantia, coram Eminentissimo Scotto*; *&*
11 *Decembris* 1716, § *Et quartum deni-
que, coram Me*.

Et hac adeò inveterata, & uniformi
concurrente observantia, quæcumque iri-
dem removebatur suspicio subreptionis,
aut clandestinitatis contra Apostolicam
confirmationem Statutorum oppositæ.
Nam dum tractu temporis deputatio-
nes, juramenta, confirmationes, aliique
omnes actus expleti fuere consentaneè ad
ea, quæ leguntur in eisdem Statutis dis-
posita, exinde sublatus remanet omnis 9
timor, quòd Curiæ Ministri Statutorum
confirmationem clandestinè, aut subrepti-
tiè impetraverint, juxta observata per
Decium, cons. 48, *num.* 12; *Rota dec.* 75,
num. 7, *part.* 18; *in Majoricen. Parochia-
lis*, 12 *Februarii* 1709, § *Idipsum, co-
ram R. P. D. Aldrovando*; *& in Ave-
nionen. Collegii*, 12 *Maji* 1713, § *Cæte-
rum, & § Quod apertiùs, coram Eminen-
tissimo Scotto*.

Pariterque evertebatur objectum con-
tra Episcopale Diploma excitatum, quòd
Episcopus, & Præpositus eo ipso, ac se-
mel in eodem actu approbaverant per-
petuitatem Capellanorum illius tempo-
ris, non valuerint in futurum annuali-
tatem, & amovibilitatem præscribere.
Etenim non omisso, quòd præfati Ca-
pellani effici potuissent perpetui ex jure
speciali, scilicet ex speciali deputatione
ad vitam obtenta, quod incompatibile
non est cum naturali Capellaniarum amo-
vibilitate, cùm Capellaniæ etiam amo- 10
vibiles possint quandoque in perpetuum
conferri, ut firmatum fuit *in dicta Bono-
nien. Parochialis*, 6 *Maji* 1715, *coram
Eminentissimo Scotto*, § *Absque eo, cum se-
quen. &* 11 *Decembris* 1716, § *Atque hinc,
coram Me*; attenta præsertim relatione
in eo habita *ad voluntates, & desideria
Fundatorum*. Unde evidentiùs colligeba-
tur, perpetuam retentionem Capellania-
rum nunc temporis permissam fuisse ex
aliqua peculiari causa ad illosmet Ca- 11
pellanos restricta, non verò ex propria,
& essentiali Capellaniarum perpetuitate
extra fundationem non desumenda; *Garz.
de benefic. part.* 1, *cap.* 8, *num.* 85, *&
seq. Thierrius eodem tract. sect.* 4, *vers.
Sed quid dicendum*; *Amostaz. de caus. piis,
lib.* 3, *cap.* 1, *num.* 59, *Rota, coram Peu-
tinger. dec.* 15, *num.* 24, *&* 25; *& in
sæpecitata Bononien. Parochialis*. Insuper
quælibet cessabat amaritudo, ex sæpedi-
cta subsequuta observantia, quæ juxta
ejus juridicam operationem, optimè de- 12
claravit, quòd de illo tempore Capella-
niæ in perpetuum retinerentur permis-
sivè, ac accidentaliter; *Card. De Luc.
de benefic. disc.* 73, *num.* 380; *Rota post
cum, lib.* 2, *dec.* 11, *num.* 7; *in Senen. Ju-
rium Parochialium*, 3 *Februarii* 1708, §
Fin. coram R. P. D. meo Lancetta, &
latè *in dicta Bononien. Parochialis*, 10
Februarii 1716, § *Minusque, cum seq. cor.
R. P. D. meo Cerro*.

Probata autem exinde amovibilitate,
parum ad adstruendam perpetuitatem
obesse poterant quædam resolutiones,
regulamenta nuncupatæ, editæ ab Uni-
versitate Parochianorum, ad quos pri-

mario Juspatronatus spectare dicitur.
Etenim quidquid dicendum sit de hac
Patronatus pertinentia, an scilicet ea
penes Parochiæ Populum adhuc resideat,
an verò integrè translata fuerit ad Cu-
riam Hospitalis, quocirca Domini nihil
statuere velle decreverunt; perlustratis
dictis regulamentis, nullatenus ex eis
immutata dici poterat Capellaniarum
amovibilitas. Illa namque annorum 1556,
& 1610, nullum habuerunt effectum;
nam licèt in eorum primo dictum fue-
rit, quòd Capellani impostetum non de-
stituerentur a Directorib s; & in altero,
quod, ad effectum remotionis, legitima
causa requireretur; abinde tamen, eis
non obstantibus, Capellani claves de mo-
re reposuerunt, & officia dimiserunt in
manibus Parochi, & Magistrorum, a
quibus novam deputationem obtinue-
runt. Quinimo de anno 1613, ad eo-
rumdem simplicem nutum, exclusus re-
manserat quidam *de Ladin*, absque ul-
13 teriori contradictione. Unde super eis-
dem regulamentis, utpote ineffectuatis,
nullum adstrui poterat fundamentum per-
petuitatis, ut notat *Barbos. in collect.
par. 1 decret. distinct. 4, cap. in istis n.
15, Turricell. de union. cap. 11, numer.
23, & 25; Card. Albit. discept. 2. quæst.
1, num. 19, impress. post Card. De Luc.
de Jurisdict. Rota coram Merlin, dec. 461,
in fine; & in Tarraconen. Juris punctan-
di super negotio principali, 26 Februarii*
1703, § *Minùsque, coram bonæ memoriæ
Omanna*.

Aliud verò regulamentum anni 1682,
per quod Capellaniæ declarantur perpe
tuæ, & confutantur Ecclesiæ Statuta,
& ordinationes, pejori vitio laborat;
nam processit ab adunantia minùs legi-
14 timè, & tumultuariè congregata, &
specificè per Curiæ Ministros contradicta.
Unde quidquid in ea fuerat præscriptum
adversus Ecclesiæ constitutiones, & con
suetudines, nec regulamenti nomen pro-
meretur, ut tradit *Gloss in Cap. 2, verbo
Statutum, de verbor. signific. in 6*, quam
sequuntur *Valenzuel. cons. 122, nu. 25,
& seq. Tondut. quæst. benefic. cap. 115,
num. 8, & 9, Rota ad ornatum Card. De
Luc. lib. 14, decis. 14, num. 2, & seq. &
in Amalphitana Statutorum*, 13 *Maji* 1715,
§ *Primo, coram Me*. Ut etiam exitus com-
probavit, nam licèt in eo quidam Lur-
chin perpetuam reportaverit nominatio-
nem cum conditione ascendendi ad Sa-
cros Ordines ad titulum Capellaniæ, his
tamen effectibus frustratus remansit, cùm
nec potuerit ad Sacros Ordines promo-
veri, nisi ad titulum Patrimonii, &
Capellaniam alius obtinuerit ex deputa-
tione Curiæ, secundùm anteriorem sta-
tum expleta. Et insuper in successivis
solemnibus regulamentis annorum 1688,
& 1691 præscripta, & respectivè confir-
mata extitit forma, juxta quam in futu-
rum gubernari deberet Hospitale, post-
habito, & sub silentio prætermisso dicto
regulamento anni 1682, quod propterea
nec poterat inter Ecclesiæ Sanctiones
connumerari; dum, præter ejus intrin- 15
secas nullitates, nullam obtinuit execu-
tionem, quoad electionem Capellani,
neglectumque fuit in aliis posterioribus
regulamentis, in quibus ad sedanda dis-
sidia inter Curiam, & Parochianos ex-
orta, hoc unico excepto, antiquiora
etiam regulamenta fuerunt ad trutinam
revocata; *Carpan. ad Statut. Mediola-
nen. cap. 341, num. 11, par. 1; Caval-
can. dec. 27, num. 57; Rota in Illerden.
Statuti, 16 Martii 1705, § Motivum,
cor. bo. me. Muto*; & latè *in Avenionen.
Collegii, 12 Martii 1713, § Quando-
quidem, cor. Eminentiss. Card. Scotto*.

Et his eversis regulamentis, quæ præ-
terea nullius essent relevantiæ, utpote
celebrata a laicali cætu Parochianorum,
quibus permissum non erat ex proprio
libito, Curia contradicente, vel inau- 16
dita, & sine justa, & legitima causa,
intervertere antiquissimas Ecclesiæ, sive
Hospitalis Leges, Apostolica, & Ordina-
ria authoritate confirmatas, & per plu-
rium Sæculorum observantiam approba-
tas, juxta firmata per *Fagnan. in cap.
Dilecto, num. 22, de Præbend. Lotter. de
re benefic. lib. primo, quæst. 33, num. 11;
Francesc. de Eccles. Cathed. cap. 14, nu.
172; Barbos. de Jure Ecclesiast. lib. pri-
mo, cap. 32, num. 17, & 18, Pignatt. con-
sult. Canon. 14, num. 2, tom. 10*; & in
fortiori dixit *Rot. in dicta Amalphitana
Statutorum*, 13 *Maji* 1715, § *Primo, &
§ Rursus, coram Me*; prætensa Capella-
niarum perpetuitas frustra elici posse
contendebatur a mox enunciatis regu-
lamentis solemniter celebratis anno 1688,
& 1697. In primo etenim Hospitalis Mi-
nistri eam tantùm exposuerunt declara-
tionem *di voler mantenere, e conservare
tutti li Capellani con onore, benevolenze,
ec. assicurando di più di perpetuarli,
quantum in eis erit* -- quæ quidem verba
ad urbanitatem, & officiositatem dire-
cta, nullatenus decernunt, seu præsuppo-
nunt, sed potiùs excludunt Capellania- 17
rum perpetuitatem, quia ea semel im-
pressa, superfluus de cætero remaneret
quicumque Ministrorum favor oblatus ad
eumdem effectum perpetuitatis, juxta in
specie animadversa per *Rotam in sæpeci-
tata dec. 15, coram Peutinger. num. 19,
& seq. & dec. 11, ad ornatum Card. De
Luc. de Benefic. lib. 12, sub num. 7*. In
postremo verò anni 1691, etsi renovata in
genere, & approbata fuerint regulamen-
ta præterita annorum 1556, & 1610, ne-
dum tamen nihil conclusum apparet de
præ-

prætensa perpetuitate; sed insuper Curiæ explicitè reservatur omnimoda jurisdictio, quoad Personas, & Bona Hospitalis, necnon facultas declarandi amovibilitatem officiorum omnium, & Commissionum ejusdem Hospitalis. Quare, juxta ejusdem regulamenti tenorem in nihilum immutata prætendi valet qualitas manualitatis Capellaniarum, cùm constante generica præservativa omnimodæ jurisdictionis, relativè ad illam, quam per decursum plurium Seculorum, Curia exercuerat, evidens fit, Capellanias re-
18 lictas fuisse in suo primævo statu amovibiles, sub quo Seculis præteritis, Curia ipsa explere consuevetat deputationes, juxta regulam generaliter firmatam *in Burgen. Decimarum de Belloardo, 12 Junii 1716. § Finali, coram Me*.

Multoque minùs vis fieri poterat in asserta Re judicata anni 1702, per quam prætendebatur canonizatam fuisse perpe-
19 tuitatem Capellaniarum. Quoniam, prætermisso, quòd sententia, unde exorta dicebatur Res judicata, non immeritò reputari posset erronea, tamquam lata sub falsa credulitate, quòd manualitas fuerit correpta, & immutata per regulamentum anni 1688, de qua tamen correctione, & immutatione non liquet, juxta tenorem ejusdem regulamenti, & multò minùs juxta continentiam regulamenti anni 1691, ad cujus limites ferenda erat sententia, ut dixit *Rota in Termulen. manutentionis, 3 Julii 1702, § Addito, coram Reverendissimo Domino meo Ansaldo Decano, & in Perusina Fideicommissi, 29 Martii 1715, § Atque hinc, coram R. P. D. meo Lancetta*; ea in omnem casum afficere non valuit Curiam in illo Judicio minimè au-
20 ditam; quæ tamen citanda erat, cùm ageretur de ejus principali interesse, & præjudicio, ex regula *Text. in L. Sæpè, ff. de re judic. De Franch. dec. 523, n. 17, & 18, Rota, coram Bichio, dec. 560, num. 4, in recen. dec. 466, num. 47, par. 19, & in Firmana Primogenituræ super Immissione, 19 Februarii 1712, § Multoque minùs, coram R. P. D. meo Falconerio, Almæ Urbis Gubernatore*.

Et tandem nec relevabat, quòd non doceretur ex parte Curiæ de amotionibus Capellanorum; tum quia contrarium emersit ex superius enunciato actu exclusionis, sequuto anno 1613, qui licèt
21 unicus, cessante tamen causa specialis remotionis, confirmat generalem facultatem removendi, ut in similii dixit *Rota, coram Bichio, dec. 290, num. 31; coram Emerix Jun. dec. 395, num. 17, in recent. dec. 304, num. 12, cum seq. part. 11, dec. 340, num. 21, & 22, part. 15; in Burgen. Juris visitandi de Bribiesca, 21 Januarii 1715, § Sic itaque, coram R. P. D. meo Cerro; & in Militen. Jurisdictionis, prima Aprilis ejusdem anni, § Facillima, coram R. P. D. meo Falconerio Almæ Urbis Gubernatore*; tum etiam quia in facultativis planè recepta est propositio, quòd per non usum nullum inducitur præjudicium, nisi insimul concur- 22
reret impedimentum cum subsequuta acquiescentia, ut in puncto *Pignattell. consult. Canon. 142, num. 31, in fin. tom. 9; Card. De Luc. de Benef. disc. 97, num. 13; Rota, coram Priolo, dec. 104, numer. 33, & seqq. coram Reverendissimo Ansaldo, dec. 12, num. 23, in recentior. decis. 469, num. 2, par. 19; & in Bononien. Parochialis, 11 Decembris, § Fin. 1716, coram Me*.

Exindeque evanidæ, & minùs in Jure fundatæ compertæ fuerunt Capellanorum conquestiones super eo, quòd Curiæ Ministri actu illum reportationis clavium die Cinerum expleri solitum ad quamdam obsequii recognitionem, nimis asperè detorserint ad sensum, quòd Capellaniæ annales essent, & amovibiles, ut ita in omnimoda illarum dispositione sese consoverent nedum in præjudicium Capellanorum, sed quoque in supplantationem Universitatis Parochianorum. Siquidem clavium dimissio, & reconcessio, juncta præsertim primordiali deputatione ad annum restricta, & ad causam manualem, & mercenariam directa, satis superque ex se ipsa, absque ulteriori indagine, ostendit respectum 23
habere non posse, nisi ad amovibilitatem, ad regulam *Textus, in Leg. Clavibus, ff. de contrabend. emptione; Andreol. contr. 381, num. 3*, cum aliis penès *Rotam, coram Emerix Jun. dec. 859, num. 6, & 7*. De reliquis autem solliciti esse non debent Capellani, qui utpote ad merum servitium conducti, quocumque se vertant, nunquam evadere poterunt amovibilitatem, ab ipsis in actu deputationis recognitam, proprioque juramento confirmatam, de qua unicè in præsenti controversia agebatur.

Et ita utraque, &c.

R. P. D.

ROVAULT

De Gamaches.

Tranen. Præeminentiarum super reservatis.

Lunæ, 23 Junii 1719.

ARGUMENTUM.

Capitulo Collegiatæ Ecclesiæ debetur præcedentia in associatione funerum, supra Parochum, uti minus dignum,

etiamsi defuncti sint ejus Parochiani, & in hujusmodi Processione funebri elevanda est ante feretrum propria Crux ejusdem Collegiatæ; præsertim ubi favore istius concurrat etiam observantia immemorabilis.

S U M M A R I U M.

1 *Capitulum Ecclesiæ Collegiatæ præcedere debet Parochum, uti minus dignum, in associatione funerum, etiam ejus Parochianorum.*

2 *Et deferenda est sola Crux ejusdem Cllegiatæ.*

3 *Associatio per viam in funeribus est actus indifferens, & in ea Parochus nullam exercere dicitur jurisdictionem supra Cadaver.*

4 *Associatio est inseparabiliter connexa cum primis, & ultimis actibus, funus perficientibus.*

5 *Qui sint actus Parochiales in funeribus.*

6 *Stola est signum Parochialis jurisdictionis.*

7 *Declara quoad actus Jurisdictionales, & Parochiales, at non respectu associationis Cadaveris, aliorumque actuum indifferentium.*

8 *Sic non prohibetur Parocho ingredi cum Stola Ecclesiam tumulantem Regularium, licèt in ea nullum supra Cadaver Parochiani sui officium peragere queat.*

9 *Centenaria observantia quam vim habeat.*

10 *Testium depositiones, qui in alia causa examinati fuerunt, & non pereuntiunt casum controversiæ, non sunt attendendæ.*

D E C I S I O IV.

Responderunt hodie Domini, *procedendum esse ad legitimam exequutionem* mandati Rotalis de exequendo rem judicatam, tribuentem Capitulo Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ Majoris Oppidi Barolitani præcedentiam supra Rectorem, seu Parochum Ecclesiæ S. Jacobi ejusdem Oppidi in associandis funeribus Sacerdotum, ac Secularium Parochianorum ipsius Ecclesiæ S. Jacobi, cum gestatione Crucis dumtaxat præfatæ Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ. Cùm enim hæc Ecclesia dignior sit, utpote Matrix saltem impropria, atque etiam Insignis Collegiata, ut probant tum *decisiones* iamdudum inter hasce Partes, die 18 *Martii* 1689, & 16 *Januarii* 1690, *a clar. mem. Card. Caccia* editæ, de stylo hic supponendæ, tum aliæ, quæ die 3 *Junii* 1715, *ab Eminentissimo D. Card. Scotto*, & 19 *Novembris* 1717, *a Reverendiss. D. meo Ansaldo Decano* recenter emanarunt, quæque d. mandatum Rotale præcesserunt. Ordo
sanè Ecclesiasticæ Hierarchiæ postulat,
quòd idem Capitulum præcedat Paro- 1
chum Ecclesiæ S. Jacobi minus dignum
in associatione funerum, etiam Parochianorum ejusdem Ecclesiæ, ut ex *text. in cap. statuimus, de major. & obedient. & in l. 1, C. ut dignit. ord. servet. & l. gradatim, ff. de muner.* probant *Lavor. elucubrat. cap. 3, num. 212, tit. 2, tom. 1; Samuel. de Sepult. tract. 1, disput. 3, controv. 2, num. 13. Antonell. de regim. Eccles. lib. 5, cap. 18, § 2, num. 19, Panimol. dec. 1, adnot. 9, num. 14*; & pluries resolvit *Sac. Congregatio Rituum*, ut refert *Barbos. in Sum. Apostolic. dec. collect. 91, num. 38; Pignattell. consult. 52, n. 3, & seqq. tom. 3*; & præsertim *in Prænestina Cavarum, 14 Augusti 1618*;
Quodque incedat sub sola Cruce ejusdem 2
Collegiatæ ante feretrum deferenda,
quia hæc quoque prærogativa ratione præeminentiæ digniori tribuenda est; *Abb. in cap. 1, sub num. 7, ut lit. penden. Ventrigl. de Jurisd. Episc. cap. 17, num. 8; Matthæucc. de Official. Cur. Eccles. cap. 20, num. 9; Rot. in Trojana delationis Crucis super bono Jure, 10 Decembris 1718, § Neque bonum Jus, coram Reverendiss. D. meo Aldrovando.* Et jure quidem, meritòque; quia simplex associatio per viam in funeribus, est actus
indifferens, non constituens essentiam fu-
neris, & in qua Parochus nullam exer- 3
cet Jurisdictionem supra Cadaver, sed illud associare dicitur unà cum aliis, ut probat *Barbos. de offic. & potest. Paroch. cap. 9, num. 11, cum aliis allegatis in præcedentibus decisionibus*; in prima nempe, § *Ratio*; & in secunda, § *Prædictis*, & § *Quoniam*.

Nec obesse potest, quòd associatio sit
inseparabiliter connexa cum primis, &
ultimis actibus perficientibus funus, ad 4
tradita per *Pignattell. consult. 47, num. 1, tom. 7; Card. De Luc. de Regular. disc. 3, sub num. 53*; qui actus dubio procul sunt Parochiales, cùm in illis Parochus
proprium munus exerceat, ut est bene-
dicere Cadaver, illudque de Domo le- 5
vare, designare vias, per quas processio ducenda sit, & illam dirigere ab initio usque ad finem; Antiphonas, & Psalmos intonare, aliaque his similia peragere, usque ad Cadaveris tumulationem; *Barbos. de Paroch. cap. 26, numer. 74; Lezzan. in Sum. Regular. verb. Defunctus, num. 4; Novar. in Lucern. Regul. verb. Defunctus, num. 4; Panimol. decis. 1, adnot. 1, num. 7*; ideoque id ipsum dicendum sit de associatione, maximè
quia in ea solus Parochus Ecclesiæ S.
Jacobi defert Stolam, quæ est signum 6
Parochialis Jurisdictionis; *Pignattell. consult.*

sult. 73, *num.* 21, *tom.* 8; *Gratian. disc. foren. cap.* 298, *num.* 65; *Rot. cor. Zarat. dec.* 45, *num.* 40.

Nam connexio actus processionis cum actibus Parochialibus, non operatur, quòd Processio ipsa ejusdem fit naturæ, & qualitatis Parochialis, quando re ipsa ab illis distinguitur, licèt impropriè etiam pro unico actu ad alium effectum usurpetur a *Pignattell.* & *Card. De Luc. locis super citat.* passim quippe celebrantur funera absque ullo solemni incessu, non tamen sine psalmis, antiphonis, cæterisque functionibus Parochialibus, in quibus substantiatur funus; quo fit, ut associatio sit actus simpliciter indifferens, & per consequens in ea, & in elevatione Crucis ante Cadaver, debeatur Ca-
7 pitulo S. Mariæ, tamquam digniori, præcedentia, non attento quòd Parochus indutus sit Stola, cum illa ad Parochum in funere pertineat quidem in signum jurisdictionis relativè ad actus jurisdictionales, & Parochiales, quos supra Cadaver exercet, at non etiam respectu processionis, aliorumque actuum indifferentium, in quibus ipsius Stolæ usus remaneat quoque actus indifferens, nullam denotans Jurisdictionem, ut monent *Barbos. de offic. & potest. Paroch. cap.* 9, *num.* 11; *Antonell. de Regim. Eccles. lib.* 3, *cap.* 18; *Lavor. elucubr. canonic. tit.* 3, *cap.* 3, *num.* 217, *Rot. in Saonen. Aggregationis*, 15 *Januarii* 1700, § *Atque hinc*, *cor. Reverendiss. Conchen.* exemplo Processionis Sanctissimi Corporis Christi, in qua certè Parochi nullam exercent jurisdictionem, & tamen illam deferunt, ut scilicet discriminentur a simplicibus Presbyteris. Sic etiam non prohibetur
8 Parocho ingredi cum Stola Ecclesiam tumulantem Regularium, licèt in ea supra Cadaver sui Parochiani nullum officium peragere possit; *Pignattell. consult. canonic.* 47, *num.* 45 *tom.* 3.

His accedit immemorabilis observantia, in qua repetitur Capitulum Ecclesiæ S. Mariæ præcedendi in processionibus funerum Parochianorum Ecclesiæ S. Jacobi ejus Rectorem, seu Parochum, & propriam Crucem dumtaxat ante feretrum elevandi, ut refert *Cardin. De Luc. de præeminent. disc.* 43, & deponunt tum decem & septem testes cum requisitis *Glos. in cap.* 1, *verb. memoria, de præscript. in* 6, anno 1685, & 1687, formiter examinati, tum Equites Hierosolymitani Ecclesiæ S. Sepulchri, tum Seniores, & Nobiles Oppidi Barolitani in numero biscentum & ultra, tum demum ipsius Oppidi Magistratus, & Clerus, atque definiunt etiam antiquæ Sententiæ annis 1610, & 1686, hac in re latæ favore dictæ Ecclesiæ S. Mariæ. Observantia autem ista, non solùm attendenda est, uti declarativa juris præcedendi, ut supra competentis d. Eccle-
siæ S. Mariæ, sed tamquam eidem tri- 9
buens facultatem allegandi quemcumque titulum de Mundo meliorem pro hac prærogativa tuenda, *Probat. de effect. immemorab. qu.* 3, *art. ultim. numer.* 162; *Grattan. discept. foren. cap.* 578, *numer.* 11, *& seq. Rot. cor. Emer. Jun. dec.* 1188, *num.* 1; *& in Trojana Delationis Crucis super bono Jure*, 10 *Decembris* 1709, *cor. Reverendiss. D. meo Aldrovando*.

Neque immemorabilem hanc consuetudinem elidunt tetractationes quatuor ex relatis testibus, aut depositiones aliorum quinque testium ab Ecclesia S. Jacobi adductorum; quoniam illis omnibus prævalent alii Testes numero majores, & qualitate præstantiores, qui in suo dicto constantes fuerunt. Non omittendo etiam, quod prædictæ depositiones quinque testium extractæ apparent ex sumpto cujusdam processus crimina- 10
lis, in quo citata non fuit Ecclesia S. Mariæ, nec percutiunt casum præsentis quæstionis cùm loquantur de funeribus simpliciter Defunctorum in Parochiali Ecclesia S. Jacobi, non exprimendo circumstantiam, an videlicet ad illa associanda invitatum fuerit Capitulum Ecclesiæ S. Mariæ, & idcirco nulla de illis ratio habenda est, ut rectè advertunt *præteritæ decisiones*, ad quas Domini in reliquis remissivè se habuerunt.

Et ita utraque, &c. videntibus omnibus Dominis.

R. P. D.

FOSCARO.

Aquilana Capellaniæ.

Lunæ, 3 *Junii* 1720.

ARGUMENTUM.

Agitur pariter in hac decisione de eadem materia, ac in præcedenter impetita, amovibilitatis scilicet Capellani ad nutum electi; concessa secundo Capellano, qui fuerat, cum remotione primi, per Patronum præsentatus, & successive ab Ordinario institutus, manutentione in possessione Capellaniæ.

SUMMARIUM.

1 *Regulariter præferenda est possessio antiquior.*
2 *Limita quando antiquior possessio est ad nutum revocabilis.*
3 *Præcipuus effectus amovibilitatis ad nutum est, ut Patronus nullam tenea-*

neatur assignare rationem hac facultate utendi.

4 *Qui præsentatus, seu electus fuit a Patrono, cum qualitate amovibilitatis, eamque acceptavit, & Beneficium, seu Capellaniam per longum temporis spatium retinuit, non potest amplius ipsam qualitatem impugnare.*

5 *Neque illi permissum est, inconsulto Patrono, & in ejus præjudicium, difformem ab Ordinario institutionem obtinere.*

6 *Conflicto de qualitate amovibilitatis in ipso actu erectionis stabilita, in dubium revocari non potest facultas removendi, etiam absque obligatione exprimendi causam.*

7 *Scriptura recognita, & adminiculis comprobata, imò etiam solis adminiculis fulcita, plenam in Judicio fidem promeretur.*

8 *Relatio, in actu proportionato emissa, & affectum sortita, probat etiam sine relato.*

Præsertim si processerit a Personis informatis, ibid.

9 *Effectuatio statuum subsequentium comprobant enunciativam, seu relationem, in statu antecedenti contentam.*

10 *Vel saltem ex hujusmodi observantia, impressus dicitur status, pro libera, & absoluta amovibilitate.*

11 *Judicium manutentionis de Jure regulandum venit juxta præsentem rerum statum.*

12 *Neque admittuntur exceptiones, altiorem indaginem requirentes, sed ista ad Judicium petitorium rejiciuntur.*

13 *In prædicto Judicio, adeo privilegiato, discutienda non est probatio; quæ ex propria Præsentati acceptatione descendit.*

14 *Quando in dispositione testamentaria non adest clausula* ad nutum, *ad effectum removendi requiritur causa.*

15 *Amovibilitas tamen, a Fundatore simpliciter explicata, per observantiam declaratur.*

16 *Vocata aliqua familia, non veniunt illi de familia extranea, licèt per medium fœminæ cùm illa jungantur.*

DECISIO V.

Contendentibus Blasio Vicentino cui ab anno 1700 collata fuerat controversa Capellania ad præsentationem Patroni, cum expressione amovibilitatis ad nutum ejusdem Patroni, & Justino Cordesco Capellano, cum remotione primi, nuper præsentato, & instituto, circa manutentionem in quasi possessione ejusdem Capellaniæ; Causaque, ex rescripto Signaturæ Justitiæ mihi *ex integro* delegata, dubitatum fuit in præsenti Audientia — *an, & cui danda esset manutentio* — Cumque in hujusmodi conflictu potior dijudicata fuerit possessio Justini, Domini censuerunt ei quoque dandam esse manutentionem.

Non etenim in facto dubium aliquod
emergebat, quòd idem Justinus vigore
præsentationis a legitimo Patrono repor-
tatæ cùm remotione primi Capellani ob-
tinuisset Institutionem controversæ Ca-
pellaniæ, subindeque adeptus fuisset illius
possessionem. Unde certa itidem descen-
debat consequentia, ei debitam fuisse
manutentionem, etiam in concursu Blasii
antiquioris Capellani; nam licèt regu- 1
lariter præferenda sit possessio antiquior,
juxta *Text. in cap. licet causam, de probat.*
Possib. de manutent. obser. 71, nu. 1, &
seqq. Rot. coram Emerix Jun. decis. 1297,
num. 11, & in rec. decis. 223, num. 19,
part. 19. Hæc tamen Juris conclusio lo-
cum sibi vindicare non posset, quando
eadem antiquior possessio fuerit ad nu-
tum revocabilis, cùm in his terminis su-
perventa jam revocatione, ea dicatur
quoad omnes effectus resoluta, & manu-
tentio concedenda sit secundo Possessori,
cui per remotionem Contradictoris libere, 2
& absque ullo obstaculo possessionis Jura
pervenerant, ut firmat *Garz. de benef.*
part. 1, cap. 2, num. 87; Rot. decis. 1,
de restit. spoliat. in antiquis, coram Burat.
decis. 346, numer. 6, & 7; coram Peutin-
ger. decis. 15, numer. 34, & decis. 85,
num. 11, & in Leodien. Capellaniæ super
manutentione, 3 Martii 1719, § Primo,
coram Me; & in Melevitana seu Jannen.
Parochialis, super manutentione, 30 Junii
1719, § Ratio autem, coram R. P. D.
Rovault de Gamaches. Etiam nulla assi-
gnata causa, propter quam Patronus ad
prioris Capellani amotionem devenerit,
nam id est præcipuus effectus amovibi- 3
litatis ad nutum, ut Patronus nullam
assignare teneatur rationem, ex qua hac
uteretur facultate, ut prosequitur *Garz.*
de benef. num. 88; Gonzal. ad regul. 8
Cancell. gloss. 1, § 6, num. 46, Cardin.
De Luc. de benefic. disc. 80, num. 5, &
disc. 97, num. 6; Rot. coram Priolo, de-
cis. 104, num. 12, coram Peutinger. dec.
15, 53, & 83, ferè per tot. cum aliis al-
legatis in dicta Leodien. Capellaniæ, su-
per manutentione, 3 Martii 1719, § Hinc
superfluum, coram Me.

Quòd verò hic ageretur de Capellania manuali, & ad nutum Patroni conferenda, vix poterat, præsertim in præsenti Judicio, in discrimen revocari. Eò quia ipsemet Vicentinus illius collationem ab Ordinario reportaverat, vigore præsentationis de se factæ sub explicita mentione amovibilitatis ad nutum,

ut

ut non obscurè indicabat mandatum Procuræ a Patrono ad præsentandum concessio, & clarius præseferebat præsentatio per Procuratorem coram Ordinario exhibita. Unde planum fit, cum
4 controvertere amplius non posse qualitatem amovibilitatis ad nutum semel ab ipso acceptatam, & postquam ejus vigore per longum temporis spatium Capellaniam retinere professus est, ut post *Text. in l. si quis conductionis, C. locati*; in puncto *Card. De Luc. de benefic. disc.* 80, *num.* 4; *Rot. in rec. decis.* 817, *nu.* 8, *& seq. part.* 18; *in Nullius seu Provinciæ Hispalen. Juris deputandi Vicarium super manutentione*, 2 *Februarii* 1707, § *Certoque certiùs*, *cor. bon. mem. Molines*, *& in ejus confirmatoria*, 12 *Decembris ejusdem anni* § *Alteram*, *coram Reverendissimo D. Aldrovando*.

Haud relevante, quòd in successiva institutione Ordinarius, inhærendo dispositioni Sacrorum Canonum: & Constitutionum Apostolicarum, declaraverit, quod Vicentinus non posset amoveri *absque legitima causa per Episcopalem Curiam recognita*. Quoniam prætermissa intrinseca irrelevantia ejusdem declarationis, Vicentino semper obstiterer acceptatio præcedentis qualificatæ præsentationis, quia nequaquam idem Vicenti-
5 nus valuisset, difformem obtinendo Institutionem, inscio, & inconsulto Patrono, quoquo modo lædere Jura Patronalia, & impugnare præsentationem, ex qua Institutionem impetrabar, ut dixit *Rot. decis.* 26, *num.* 10, *versic. aut saltem*, *impress. post Vivian. de Jur. Patron. dec.* 368, *num.* 10, *coram Bich. & in recen. dec.* 136, *num.* 38, *par.* 19, *tom.* 1.

Ex hoc igitur quòd Vicentinus Capellaniam acceptaverit, & retinuerit sub hac specifica conditione amovibilitatis ad nutum, dimittere illam debuisset ad solum nutum Patroni. Sed nihilominus assumptum eò magis Dominis comprobari visum fuit, ex quo in primæva collatione Capellaniæ secuta de anno 1661, contineretur expressio, quod erectio facta fuerit in titulum *simplicis*, &c. *amovibilis manualis ad nutum*, &c. Unde con stiro de lege, & qualitate in ipso actu erectionis stabilita quælibet sublata dicebatur occasio dubitandi de absoluta Patronorum libertate removendi quandocumque, & ad libitum Capellanos,
6 etiam citra obligationem explicandi causam, ob quam ad remotionem deveniretur, ut signanter advertunt *Paul. Layman. in sum. lib.* 4, *tract.* 2, *de benefic. cap.* 4, *num.* 6, *Barbos. Jur. Ecclesiastic. univers. lib.* 2, *cap.* 5, *num.* 2; *Amostaz. de caus. piis*, *lib.* 3, *cap.* 1, *n.* 8; *& Rot. in Rhegien. Jurispatronatus, seu Capellaniæ, super execut. lit. Apostolicarum*, 28 *Junii* 1706, § *Defectus autem*, *cor. clar. me. Card. Priolo*.

Absque eo quòd adversus d. probationem urgeret duplex exceptio; altera nempe quòd resultaret ex scriptura, quæ aliquod passa fuerit detrimentum; altera verò quòd resolveretur in simplicem enunciativam, & relationem, quæ sine relato non probet. Primam etenim exceptionem plane substulit solemne Testimonium duorum Notariorum Curiæ Episcopalis Aquilanæ, qui d. Scripturam ex pluribus signis, & argumentis recognoverunt pro scriptura legitima, & extrata a Paulo Gualterio ejusdem Curiæ Actuario, de anno 1661. Referentes ulterius eam fuisse in aliqua parte a muribus corrosam ob temporis vetustatem, & ex parum diligenti Patronorum custodia, quamobrem cùm de reliquo probaretur exequutioni demandata, eò quia Capellaniam de facto possedit is, qui ibidem legebatur institutus; hinc non attenta d. cta accidentali, & fortuita corrosione, ea plenam fidem in Judicio promerebatur, juxta ea, quæ in similibus de scriptura recognita, & ex adminiculis comprobata firmarunt *Bald. cons.* 123, *num.* 20, *& seq. Surd. cons.* 263, *num.* 26. *Rot. dec.* 113, *num.* 11, *part.* 1, *divers. coram Rembold. dec.* 584, *num.* 9; & in fortioribus terminis scripturæ ex adminiculis comprobatæ, *Rot. in Essen. dien. Præpositure*, 6 *Feb.* 1719, § *Quod verò*, *coram R. P. D. Cerro*. 7

Quo verò ad secundum, Dominis arrisit responsio, quòd cùm datum non fuerit exhibere formalem Beneficii, seu Capellaniæ erectionem forsan casu deperditam, & ageretur de relatione emissa in actu proportionato, & continente respectu amovibilitatis totam substantiam relati, qualitas inde ejus amovibilitatis satis superque probata dicebatur ex 8
dicta prima collatione, supplente vices erectionis signanter ob id, quòd fuerit effectum sortita ex traditis per *Urceol. de transact. quæst.* 61, *num.* 6, 9, *&* 18, *de Angel. de confess. lib.* 2, *q.* 5, *num.* 1; *Rota*, *coram Merlin. dec* 652, *num.* 6, *&* 7; *cor. Bich. dec.* 55, *numer.* 15; *coram Celso dec.* 389, *num.* 20; *& coram bon. mem. Ansaldo dec.* 4, *num.* 5; *& in Faventina Jurium Parochialium*, 28 *Junii* 1697, § *Nihilominus*, *coram eodem*; nec non ex quo processerit a Personis informatis, & præcipuè ab ipsomet Ordinario, qui erectionem confirmavit, ad firmata per *Card. De Luc. de Jurepatron. disc.* 42, *num.* 4, *in fin. Rot. in Mediolanen. Jurispat.* 21 *Feb.* 1707, § *Intelligentiam*, *coram Eminentissimo Scotto*, *& in Lunen. Sarzanen. Jurispatronatus*, 9 *Martii* 1716, § *Ultra*, *&* § *Nihilque*, *coram bo. mem. Ansaldo*, & in puncto amo-

amovibilitatis bene advertit *eadem Rot.*
in Leodien. Capellaniarum, *super bono ju-*
re, 27 *Febr.* 1719, § *Rursus*, *vers. præ-*
sertim, *coram Me*.

Præmissis accedebat constans, & nun-
quam interrupta observantia, efforma-
ta ex tribus uniformibus præsentationi-
bus a die erectionis exhibitis Curiæ Epi-
scopali, & per eamdem Curiam appro-
batis sub expressa conditione amovibi-
litatis ad nutum, unde omnis circa eam-
dem amovibilitatem cessaverat difficul-
tas, nam dum omnes Beneficii status sim-
plicem amovibilitatem indicabant ad
merum placitum Patronorum, vel inde
9 validissimum eruebatur argumentum com-
probativum prædictæ enunciativæ, &
relationis, ex traditis per *Rot. in*
Florentina Canonicatuum, 8 *Maji* 1705, §
Etenim, *cor. Reverendiss. D. meo Lancet-*
ta Decano, *in Theatina Jurisdictionis*, 14
Maji 1708, § *Et licèt*, *cor. Eminentissi-*
mo Scotto; *& in dicta Essentien. Præpo-*
situræ, 6 *Feb.* 1719, § *Verum enim*, *co-*
ram R. P. D. meo Cerro, vel saltem præ-
cisivè etiam a lege erectionis, impres-
10 sus legitimè dicebatur status pro libera,
& absoluta amovibilitate; & in pun-
cto firmant *Gonzal. ad regul.* 8 *Can-*
cell. Gloss. 5, § 6, *num.* 2; *Amostaz. de*
Caus. piis, *lib.* 3, *disput.* 1, *punct.* 5, *nu.*
20, *Monet. de Commut. ult. volunt. cap.*
12, *num.* 38, *& cap.* 11, *num.* 102, *Ton-*
dut. quæst. benefic. par. 2, *cap.* 1, § 6,
num. 24, *Rot. coram Merlin. dec.* 61, *sub*
num. 3, *vers. nec cum etiam*, *coram Peu-*
tinger. decis. 15, *num.* 19, *& seq. in Bo-*
nonien. Parochialis, 6 *Maji* 1715, § *Ob-*
servantia, *cor. Eminentissimo Scotto*; *&*
11 *Decembris* 1716, § *Et quartum deni-*
que, *cor. Me*.

Contra id, quod resultabat ab ere-
ctione Capellaniæ, hoc præcisè respectu
per observantiam confirmata, & contra
id, quod ipsemet Vicentinus proprio
facto comprobaverat, non improbabili-
ter sustineri poterat, quòd parum, aut
nihil relevaret contraria Fundatoris dis-
positio, quatenus ea cum præmisso amo-
vibilitatis statu non conveniret; nam in
11 Judicio manutentionis, juxta præsentem
rerum statum de jure regulando, juxta
familiarem propositionem, de qua *Ro-*
ta in Romana Communantiarum, *& Fon-*
tanilis, 3 *Martii* 1698, § *Nec extensio*,
cor. clar. mem. Card. Priolo, *in Burgen.*
Panis, 10 *Martii* 1698, § *Absque eo*
quòd, *coram bo. mem. Pio*, *& in Tibur-*
tina Bonorum, *super manutentione*, 26 *Feb.*
1706, § *Primo*, *cor. bo. mem. Molines*, ad-
mittendæ non essent exceptiones altio-
rem indaginem requirentes, donec, &
12 quousque in Judicio plenario revocare-
tur præsens Capellaniæ status, Ordinarii
authoritate legitimè introductus, & suc-
cessivè pacificè observatus per ea, quæ
per Text. in cap. quærelam, *de elect.* *&*
cap. consultationibus de jurepatr. firma-
vit *Rot. in Salisburgen. Vicariæ*, 6 *Jan.*
Anni proximè præteriti, *coram R. P. D.*
meo Falconerio Almæ Urbis Gubernatore;
& in puncto præcisè advertit *Rot. in d.*
Melevitana, *seu Januen. Parochialis*, *su-*
per manutentione, 30 *Junii* 1719, § *Mul-*
to autem minus, *coram R. P. D. Rovault*
de Gamaches.

Sed opus non fuerat hanc aggredi ar-
duam quæstionem, & quia differentia Ju-
dicii admodum privilegiati non patie-
batur revolvi, inter cæteras, eam pro-
bationem, quæ ex propria Vicentini ac- 13
ceptatione, descendebat, ut in termi-
nis, præter authoritates supra conge-
stas in § *Quò verò*, bene firmat *Rot. in*
d. Melevitana; *seu Januen. Parochialis*,
super manutentione, 30 *Junii* 1719, § *Mul-*
to autem minus, *cor. R. P. D. de Gama-*
ches; & fortiùs quia Franciscus Nanni-
celli Fundator, in ejus Testamento decla-
ravit, fundare voluisse *un Beneficio*, *seu*
Capellania amovibile — quare ejus dispo-
sitio difformis dici nequit a subsecuta
erectione similiter præservante amovi-
bilitatem; & licèt in terminis disposi-
tionis Testamentariæ, ubi non adest clau- 14
sula *ad nutum* — pro effectu remotionis
requisita, dici valeat causa, ut præ ce-
teris advertit *Nicol. in Floscul. verb.*
Capellanus, *vers. amot. num.* 6; *Corrad. in*
prax. benef. lib. 1, *cap.* 6, *a num.* 23,
usque ad 37. *Amostaz. de Caus. piis*, *lib.*
3, *cap.* 1, *num.* 3, *a num.* 33, *usque ad*
38; nihilominus cùm amovibilitas simpli-
citer explicata tenderet ad utrumque
modum removendi, scilicet cum causa,
vel sine, & ad nutum; subsecuta hinc 15
executio, & observantia optimè valuit
declarare quonam modo Fundator re-
motionem permiserit, ut generaliter ad-
vertit *Rota in Mediolanen. Capellaniæ*, 23
Martii 1703, § *Quæ interpretatio*, *coram*
bon. mem. Molines; *& in Mediolanen. Be-*
neficii, 18 *Junii* 1708, § *Potissimè*, *co-*
ram bon. mem. Omanna; & in puncto di-
ctum fuit *in citata Leodien. Capellania-*
rum, *super bono Jure*, 27 *Feb.* 1719, §
Et denique, *coram Me*.

Et hac eversa principaliori difficulta-
te, nil penitus urgebat, quòd inter Vi-
centinum, & Familiam Nannicellam
Sanguinis conjunctio intercederet, inde
inferendo ad prælationem, quasi ea fuis-
set a Testatore favore Consanguineorum
præservata. Quoniam Fundator præla-
tionem concessit Sacerdotibus, aut Cle-
ricis *della Famiglia de' Nannicelli* — Un- 16
de sub ea includendus non erat Vicen-
tinus de Familia extranea, licèt per me-
dium fœminæ cum illa jungeretur; ad
Text. in l. Familiæ 169, *ff. de verbor. si-*
gnif.

gnific. Bald. in l. prima, num. 7, & 8, C. quando non peten. part. Torr. de Primogen. Ital. par. prima, cap. 38, num. 266, & seqq & in puncto *Card. De Luc. de Jurepatr. disc. 26, num. 8; & Rot. cor. Ubago, dec. 24, num. 6, & 7; & in Nullius Nonantulana Jurispatronatus, 3 Julii 1719, § Nec pariter, & in confirmatoria, 4 Decembris ejusdem anni, § Quod autem attinet, coram R. P. D. Falconerio Almæ Urbis Gubernatore.*

Et ita, neglecta tamquam penitus superflua, indagine Causæ, quæ ad exuberantiam, & pro majori remotionis firmitate deducebatur etiam nomine Patroni ad Causam admissi, conclusum fuit, utraque, &c.

R. P. D.

C O R I O.

Pistorien. Beneficii.

Ven. 6 Februarii 1722.

ARGUMENTUM.

In hac Decisione firmatur, non sustineri transactionem, super Jurepatronatus hæreditario, inter Compatronos initam, extra limen fundationis, & ex intervallo, quòd voces ad præsentandum pro futuris vacationibus cedi in extraneos non valeant, quodque præsentari debeant personæ de genere Compatronorum, absque Beneplacito Apostolico, excepto tamen casu redotationis Beneficii.

SUMMARIUM.

1 *Juspatronatus in dubio præsumitur hæreditarium.*

2 *Sententia, declarans Juspatronatus esse hæreditarium, jus facere dicitur, & statum quoad omnes Compatronos.*

3 *Institutio semper concedenda est Præsentato a majori parte Patronorum.*

4 *Conventiones, per quas Compatroni arctantur ad sese invicem præsentandum, tamquam de simonia ut plurimum suspectæ, reprobantur.*

5 *Adjectio Jurispatronatus passivi, extra limen fundationis, & ex intervallo a Compatronis facta, non sustinetur, absque Beneplacito Apostolico.*

6 *Et stante nullitate, valent Patroni ab hujusmodi conventione resilire, ac de Jurepatronatus, ut priùs, disponere.*

7 *Ratione redotationis Beneficii de Jure permittitur nova qualitatis adjectio.*

8 *Vocabulum Presbyteri, & Sacerdotis, a Persona ignara prolatum, juxta communem usum loquendi qualitatem actualis Sacerdotii designat.*

9 *Pro firmando statu Beneficii actu Sacerdotalis, plurimum valet sententia, per quam id declaratum fuit, juncta præsertim successiva observantia.*

10 *Præsentatio contra legem fundationis minimè est attendenda.*

11 *Sed Juspatronatus pro illa vice consolidatum remanet in Patronis, qui consentaneè ad fundationem præsentarunt.*

12 *Antiqua enunciativa Instrumenti, cum subsequuta observantia, plenam constituit probationem.*

DECISIO VI.

VAcante de anno 1714, per obitum Presbyteri Joannis Mariæ de Baptistinis, Beneficio simplici sub invocatione S. Antonii Abbatis in Ecclesia Parochiali S. Petri de Casale Guidi Pistoriensis Diæcesis de Jurepatronatus Laicali, inter Jo. Franciscum de Augustinis, & Dominicum de Garginis a diversis Patronis præsentatos, judicialis exarsit contentio, quæ licèt coram Vicario Generali Pistorien. & deinde in secunda Instantia per Rev. D. Antonium Fiani per Breve Apostolicum delegatum, de voto trium Assessorum definita fuerit per Sententiam, concedentem institutionem Jo. Francisco; delata tamen in gradu ulterioris appellationis cognitione ad Rotam, cùm hodie Dominos de more requisiverim — *An, & cui sit danda Institutio* — in contumaciam dicti Jo. Francisci, comparere detrectantis, eam dandam esse Dominico existimarum fuit cum consueto responso — *Pro informante.*

Quandoquidem præmisso, quòd res modò sit de Jurepatronatus hæreditario,
nedum quia in dubio ita de Jure præsu- 1
mitur ex censura *Text. in Clementina Plures, de Jurepatr. Card. De Luc. de Jurepatr. disc. 20, num. 8; Rot. dec. 233, num. 2, par. 19; & in Romana Capellaniæ S. Nicolai, 28 Junii 1709, § Quatenus, cor. bon. mem. Ansaldo; & in Imolen. Jurispatronatus, 27 Januarii 1710, § Satis enim, cor. Reverendissimo D. meo Decano*; sed inhæsitanter quia id ipsum stabilitum legitur per Sententiam Ordinarii Pistorien. latam anno 1603, in qua expressè definitum legitur, Juspatronatus esse hæreditarium, illudque divisum in quinque voces in totidem familias distributas, nempè Gorettam, Barghinam, Goram, Moreilam, & Carlam,
quæ quidem Sententia jus facere dici- 2
tur, & statum quoad omnes Compatronos; *Vivian. de Jurepat. lib. 14, cap. 4, num.*

num. 4; *Rot. cor. Pen. dec.* 165, *numer.*
8, *in rec. dec.* 139, *num.* 10, *par.* 17; *&*
in Tyburtina Capellaniæ, 16 *Martii* 1711,
§ *De qualitate*, *cor. cl. mem. Card. Prio-*
lo, utique consequebatur, quòd Domi-
nico præsentato nedum a quampluribus
Compatronis, verùm etiam a Fratribus
de Garginis, habentibus cessiones vocum
a personis, majorem partem componen-
tibus cujuslibet ex quatuor dd. familiis,
ut con'at ex *Sum. num.* 8, *& plur. seqq.*
juncta arbore ad partes distributa, præ-
lativè ad Jo. Franciscum ab illis de Fa-
milia Barghina unicam vocem efforman-
3 tibus præsentatum debita institutio,
quæ semper conceditur præsentato a ma-
jori parte Patronorum, juxta *Text. in*
cap. Quoniam de Jurepatr. Card De Luc.
de Jurepatr. disc. 42, *num.* 3; *Rot. cor.*
Gregor. dec. 452, *num.* 3; *& in Comen.*
Capellaniæ, 3 *Junii* 1720, § *Resolutionis*,
confirmata 25 *Novemb. ejusdem anni*, §
Cùm enim, *cor. Me.*

Neque verò vocum pluralitati, ut su-
pra probatæ, officere poterat Instrumen-
tum transactionis ann. 1685, inter Com-
patronos celebratæ, in qua dum con-
ventum apparet, quòd voces ad præ-
sentandum pro futuris vacationibus in
extraneos cedi non possent, quodque
semper præsentari deberet aliquis ex
Compatronis, seu ab iis descendens, in-
screbatur, quòd nulla haberi possit ra-
tio de præsentationibus in personam Do-
minici, utpote quæ erant a d. transa-
ctione omnino difformes, tum quia fa-
ctæ fuerunt a Garginis extraneis vigore
prohibitæ cessionis vocum, tum quia
idem Dominicus non est de genere Pa-
tronorum, aut ab eis descendens.

Quemadmodum enim asserta transa-
ctio, quæ tum in spiritu, tum in litera
aliò non tendebat, quàm ad arctandos
Compatronos ad sese invicem præsen-
tandum, invalida prorsus, & nulla opor-
tuit dijudicari, vel quia pactiones hujus-
4 modi, simoniacæ ut plurimum suspicio-
ni obnoxiæ, omninò proscribantur ex
animadversis per *Piringh. in Jus Canon.*
lib. 5, *tit.* 4, *sect.* 4, *num.* 72; *Azor. Inst.*
Moral. tom. 3, *lib.* 2, *cap.* 7, *in fin. Do-*
nat. quæst. regul. par. 3, *tract.* 1, *quæst.*
22, *num.* 6; *Suarez, de relig. tom.* 1, *cap.*
57, *num.* 37; *Armill. in verb. excommu-*
nicatio, *num.* 59; *Rodrig. quæst. regular.*
tom. 1, *quæst.* 42, *artic.* 13; *Murg. de*
Benef. quæst. 3, *num.* 119, *&* 1114. Vel
quia saltem adjectio extra limen funda-
tionis, & ex intervallo facta Jurispatro-
5 natus passivi, per quod Beneficium ad
certum personarum genus coarctatur,
nequaquam sustinetur sine Apostolico Be-
neplacito, ut communiter tradunt *Lam-*
bertin. de Jurepatron. lib. 2, *par.* 3, *quæst.*
3, *artic.* 4, *num.* 10, *Vivian. eod. tract.*
par. 1, *lib.* 2, *cap.* 8, *numer.* 4; optimè
Rot. cor. Duran. dec. 56, *num.* 3; *& in*
Neapolitana, *seu Salernitana Jurispatro-*
natus, 23 *Junii* 1704, § *Haud refragan-*
te, *cor. bo. mem. Omanna.* Ita & d. nul-
litate inspecta, ligare non valuit Patro-
nos, qui a promissione in ea contenta
resilire jure optimo valuerunt, ac de Ju- 6
repatronatus, ut priùs, disponere, ut
connotant *Marescot. var. resolut. lib.* 1,
cap. 14, *num.* 1; *Amayd. de styl. dat. lib.*
1, *cap.* 15, § 8, *num.* 31, *&* 33; *Card.*
De Luc. de benefic. disc. 51, *num.* 5, *&*
disc. 79, *num.* 4; *Rot. in rec. dec.* 755,
num. 2, *par.* 2; *& in d. Neapolitana*,
seu Salernitana Jurispatronatus, § *Secun-*
da, *ad med. cor. bo. mem. Omanna*; *& in*
Auximana Jurispatronatus, 27 *Junii* 1718,
§ *Secunda*, *& seqq. cor. R. P. D. meo Ga-*
maches, *confirmatoria* 8 *Martii* 1720, §
Quidquam, *in fin. cor. bon. memor. Ma-*
rymon.

Hoc igitur manere debet in causa,
quòd verè Patronorum voces pro majo-
ri parte in præsentatione Dominici coa-
luerint. Ast ubi etiam Patronorum nu-
merus defecisset, deneganda tamen ne-
que fuisset institutio eidem Dominico,
qui veluti pollens qualitate actualis Sa-
cerdotis, juxta legem pro hoc Beneficio
constabilitam, ut habetur ex instrumen-
to anni 1445, in quo, cùm actum fue-
rit de redotatione ejusdem Beneficii, cu- 7
jus causa adjectio novæ qualitatis de Ju-
re permittitur ex firmatis apud *Lamber-*
tin. de Jurepat. lib. 1, *par.* 2, *quæst.* 4,
artic. 5, *nu.* 2; *Vivian. dicto tract. par.*
1, *lib.* 2, *cap.* 5, *num.* 11, *& seqq.* cum
aliis *in Sulmonen. Beneficii*, 2 *Maji* 1718,
§ *Neutra*, *cor. Reverendiss. D. meo De-*
cano confirmata 20 *Januarii* 1719, § *Urget*,
cor. Me, expressum habetur, quòd Re-
ctor eligendus ad Beneficium, sit Presby-
ter, & Sacerdos; ex qua geminatione
vocabuli *Prete*, *e Sacerdote*, signanter 8
expressi a persona rustica, & se accommo-
dante communi usui loquendi, Sacerdo-
tium non in potentia, sed in actu voli-
tum fuisse firmant *Ciarlin. controv.* 211,
num. 48; *Rocc. disput. jur. select. capit.*
190, *num.* 4, *&* 10; *Amostaz. de caus.*
piis, *lib.* 3, *cap.* 5, *num.* 31; *Rot. cor. Se-*
raph. dec. 861, *num.* 1; & contrariis de-
claratis *in Brictinorien. Beneficii*, 20 *Ja-*
nuarii 1717, § *Adstipulatur*, *coram Me*,
confirmata 7 *Februarii* 1718, § *Absque*
eo quod, *cor. Reverendissimo Decano*; &
exuberanter declaratum extitit per sen-
tentiam arbitramentalem anno 1482, a
Vicario Generali prolatam, & exequu- 9
tioni mandatam in exclusionem simplicis
Clerici, juncta etiam successiva extraju-
diciali observantia, juxta quam præsen-
tati semper apparent actu Sacerdotes,
ut pro firmando Statu Beneficii actu Sa-
cer-

cerdotalis promiscue observant *Abb. in cap. cum in cunctis, § inferiora, numer. 12, in fin. de Elect. Lotter. de re benefic. lib. 2, qu. 47, num. 31; Rot. cor. Emer. Jun. dec. 248, num. 2; & dec. 263, num. 10; & dec. 278, num. 7;* optime *in d. Brictinorien. Beneficii, 20 Januarii 1717, § Verùm, & § Id quod, cor. Me, & in ejus confirmatoria, § Absque eo quod, & § Maximè, cor. Reverendiss. Decano.*

Meritò præferendus esset Joanni Fran-
cisco simplici Clerico, etiamsi iste re-
portasset a majori parte Patronorum præ-
10 sentationem, quæ utpote contra legem
fundationis in nihilo foret attendenda;
Rot. apud Garz. de Benef. par. 7, cap. 4,
num. 113; cor. Buratt. dec. 680, num. 1;
cor. Emer. Jun. dec. 263, num. 4, in rec.
dec. 404, num. 2, par. 12, sed Juspatro-
natus pro hac vice integrè consolidatum
11 diceretur in Patronis, qui consentaneè
ad fundationem Dominicum præsenta-
runt, ut firmatum fuit in *Compostellana*
Parochialis, 7 Junii 1696, § Eoque fa-
cilius, cor. bon. mem. Molines, in Tarra-
conen. Benefici., 29 Januarii 1712, §
Prout etiam, cor. Reverendissimo Decano;
& in d. Brictinorien. Beneficii, § Consli-
tit enim, cor. Me. Parum attento, quod
Instrumentum redotationis, sive augmen-
ti Dotis non exhibeatur; cùm enim il-
lius substantia integrè referatur in d.
sententia anni 1482, & in successivo In-
strumento Investituræ, dubitari non po-
12 test, quin ex hac antiquissima enuncia-
tiva, roborata etiam a subsequenti ob-
servantia, plena oriatur probatio, præ-
cisivè etiam ab instrumento relato, ut
benè advertunt *Bald. in l. 1, numer. 5,*
C. de Episc. & Cler. Boer. dec. 171, n.
5; Rot. cor. Seraph. dec. 1083, numer. 3,
& seq. cor. Cels. dec. 389, num. 2, in rec.
dec. 317, num. 18, & seq. par. 11; & in
Inter amnen. Legati. 10 Decembris 1712,
§ Absque eo quod, cor. R. P. D. meo Fal-
conerio; & in Burgen. Jurisdictionis, su-
per visitatione, 19 Januarii 1714, § Quia,
cor. bo. mem. Barbadigo.

Et ita unica, &c.

R. P. D.

B U S S I O.

Burgen. Jurisdictionis S. Joannis

Super Territorio Separato.

Lun. 28 Martii 1735.

A R G U M E N T U M.

Firmatur in hac Decisione, non constare de Territorio separato vero, ac proprio, favore Abbatis S. Joannis extra Muros Ordinis S. Benedicti Civitatis Burgi, neque etiam respectu Monasterii, & Ecclesiæ Parochialis S. Adelelmi, ac Personarum, ibidem existentium, & inservientium; prout alioquin Sac. Rot. cor. Emin. Cincio, cum præd. restrictione definierat, moderando judicata, ad favorem Archiepiscopi Burgensis, præcedenter emanata.

S U M M A R I U M.

1 *Ob defectum justitiæ sententiarum, non constituitur ex eis res judicata.*

2 *Episcopo, seu Archiepiscopo competit, ex dispositione Juris, ordinaria jurisdictio in locis suæ Diœcesis.*

3 *Ea tamen cessat, quando vigore Apostolici Privilegii, vel Consuetudinis immemorabilis, legitimè probatæ, constat, favore Prælati inferioris, de Territorio separato vero, & proprio.*

4 *Jurisdictio criminalis Prælatis inferioribus sublata fuit a Sac. Conc. Tridentino.*

5 *De substantia jurisdictionis non est habere Territorium proprium, & separatum.*

6 *Omnes Prælati tam Sæculares, quàm Regulares, habentes qualitatem nullius, cum Territorio separato, cognoscere possunt causas criminales Subditorum suorum, adinstar Episcopi.*

7 *Sententiæ rotales, juxta Constitutiones Apostolicas, intelligendæ sunt ad formam præcedentium decisionum.*

8 *Ex unione etiam subjectiva inferri non valet ad competentiam Territorii separate.*

9 *Non repugnat, quod certus Locus, & certæ Personæ, ibidem degentes, sint exemptæ ad omnimoda jurisdictione Ordinarii: & quòd adhuc idem Locus, & Personæ in ejus Diœcesi, & jurisdictione habituali permanere dicantur.*

10 *Ad constituendum Territorium, verè, ac propriè separatum, requiritur jurisdictio universalis in omnibus causis, in omnibus Personis, & in toto Territorio.*

11 *Neque sufficit facultas cognoscendi causas civiles, & criminales, sed requiritur etiam extensio ad Forum Pœnitentiale, & ad omnia alia, concernentia Sacramentorum administrationem.*

12 *Universitas Populi non constituitur ex certis determinatis Personis, servitio alicujus Monasterii, seu Parochiæ addictis, sed ex universitate Familiarum, Personarumque pluralitate.*

Fundamentum jurisdictionis quasi Episco-

scopalis cum Territorio separato consistit in universali jurisdictione in omnes Personas utriusque sexus, ibidem.

13 *Territorium componitur ex pluralitate Locorum, in quibus Jus dicitur.*

14 *Qualitas constitutiva Territorii separati consistit etiam in generali jurisdictione in omnibus Locis absque ulla limitatione.*

15 *Jus instituendi, & destituendi non est aptum inducere ad favorem Prælati inferioris Territorium separatum, & quare.*

16 *Concessio jurisdictionis quoad actus particulares, Prælato inferiori facta, privativè ad Episcopum, non valet in illum transferre jurisdictionem universalem cum Territorio separato, quæ semper apud ipsum Episcopum remanet.*

17 *Etiamsi prætenderetur Territorium separatum respectu tantum certi Loci, certarumque Personarum, nisi ostendatur Privilegium Apostolicum, cum verbis importantibus qualitatem nullius, & aliam interpretationem non recipientibus.*

18 *Consideratur absurdum, quod oriretur, si sola Ecclesia Parochialis esset verum, & proprium Territorium alicujus Prælati inferioris.*

19 *Quando præservata remaneat Ordinaria, & nativa jurisdictio Episcopi, non obstantibus actibus, per Prælatum inferiorem gestis.*

DECISIO VII.

DElatis ad S. Rotam acerrimis jurisdictionalibus controversiis, inter Reverendissimum Archiepiscopum Burgensem, ac Abbatem Ven. Monasterii S. Joannis extra Muros dictæ Civitatis Ordinis Benedictini, præcæteris, coram bo. mem. Ansaldo definitum fuit, jus committendi Curam Animarum in Ecclesia Parochiali S. Adelelmi, eidem Monasterio plenariè, & subjectivè unita, competiisse, & competere d. Reverendissimo Abbati habenti in ea, veluti de proprio Territorio, omnimodam jurisdictionem quodammodo tamquam quasi Episcopalem. At in gradu appellationis assumpto formali examine super competentia dicti Territorii separati, geminæ in hac parte promulgatæ fuerunt Sententiæ præcedentis revocatoriæ, altera *bon. mem. Lancetta*, & altera *cl. mem. Cardinalis Falconerii*, in quibus declaratum fuit dicto Reverendissimo Abbati haud competere dictam Jurisdictionem quasi Episcopalem cum Territorio separato, & quamvis hæ duo uniformes Sententiæ ad provocationem Abbatis revocatæ fuerint, coram *bon. mem. Gamachee*, in contumaciam Archiepiscopi, attamen ex post per aliam Sententiam Rotalem confirmari meruerunt, coram *bon. mem. Cerro*, & subinde etiam cum Decreto taxationis expensarum, coram Reverendissimo *Domino Ratto*.

Adversus hæc quatuor judicata conformia, non adhuc acquiescente Reverendissimo Abbate, devoluta Causa ad R. P. D. meum Millinum cum clausula *Alteri, qui ad legitimam*, & deinde ob turni mutationem ad Eminentissimum Cincium, censuit Sac. Tribunal præfatas Sententias esse moderandas favore Abbatis, *easque non esse extendendas* ad Monasterium, & ad d. Ecclesiam Parochialem S. Adelelmi, neque ad personas in illis existentes, ibique quomodolibet inservientes, quorum respectu declaravit constare de Jurisdictione Abbatis cum 1
Territorio separato proprio, & non abusivo. Verùm ab hac modificatione reclamante Archiepiscopo, & ex rescripto Signaturæ Justitiæ commissa mihi causa cum clausula *constito de tribus*, consului DD. sub congruo dubio -- *An constet de tribus*, & responsum retuli *Negativè*.

Libratis enim fundamentis Decisionum, & Sententiarum hinc inde prolatarum, sicuti potiora comperta fuerunt illa favore Archiepiscopi, ita exinde remanebant insubsistentia illa exposita in Decisionibus editis favore Abbatis; & ob 1
defectum Justitiæ nequibat ex dictis tri- 3
bus sententiis res judicata constitui; *Constantin. ad Stat. Urb. annot. 52, art. 1, sect. 6, num. 272, ad 282; Rot. coram Seraphin. dec. 988, num. 6; coram Cavaler. dec. 270, num. 5; coram Bichio. dec. 162, num. 23, coram Lancetta, dec. 980, num. 1, & cor. Falconer. dec. 5, num. 4, tit. de decimis.*

Hinc assumendo examen super injustitia dd. trium Sententiarum, se obtulit fa- 2
vore Archiepiscopi dispositio Juris eidem concedens ordinariam Jurisdictionem in locis suæ Diœcesis, *ad Text. in cap. conquerente, & cap. constituitur, de offic. Ordinarii; Abbas in cap. cùm contingat, nu. 17, & seqq. de for. compet. Cardin. De Luc. de Jurisdict. disc. 1, num. 14. Rot. cor. Carillo, dec. 126, num. 3, & 4, coram Priol. dec. 338, num. 10, & 11, in recen. dec. 483, num. 3, par. 14, & coram Molines, dec. 197, num. 1, & 2; & dec. 599, num. 2;* & bene observant decisiones in causa editæ, & præsertim *dec. 619, n. 16, & 26, cor. bon. mem. Lancetta, & illa diei 10 Decembris 1725, § Potissima, & § Præterea, cor. bo. me. Cerro.*

Et quamvis ordinaria Archiepiscopi jurisdictio elidi possit, quando vigore Apostolici Privilegii, vel immemorabilis consuetudinis, ad tramites Juris proba-

tæ,

tæ, constat de separatione Territorii ab
Ordinaria Jurisdictione Archiepiscopi,
3 cum translatione omnimoda Jurisdictio-
nis in Prælatum inferiorem constituendo
Territorium separatum proprium, & ri-
gorosum, non autem improprium, &
abusivum, ut firmant *Pignattell. consult.
canonic. 26, num. 18, cum seqq. tom. 2;
Rot. cor. Emerix Jun. dec. 411, num. 4;
coram Falconer. dec. 11, num. 1, tit. 23,
de offic. Ordinarii, & Territorii sepa-
ratione, tom. 2; Rot. in Leodien. Jurisdi-
ctionis, 15 Martii 1700, § Minusque,
coram clar. mem. Card. Scotto*; & per vim
legis universalis præscriptum fuit in de-
creto Congregationis particularis a san.
mem Clemente XI deputatæ, & ab
eodem Summo Pontifice approbato, ut
videre est penès *Eminentissimum Petram
ad Constit. Apostol. tom. 5, fol. 164, &
165, & refert dec. Reverendissimi Rat-
to, diei 9 Januarii 1728, § Quæ pro-
fecto.*

Attamen ista rigorosa probatio a Re-
verendissimo Abbate non ampliùs inde-
finitè allegata, sed circumscriptivè de-
ducta ad formam Sententiæ Eminentis-
simi Cincii, intra septa Monasterii, &
Ecclesiæ Parochialis S. Adelelmi, & quo-
ad Personas ibidem degentes, & quomo-
dolibet inservientes, nullo pacto visa
fuit posse deduci ex antiqua re judicata
rotali, & executorialibus in ejus seque-
lam expeditis de anno 1598, coram Ora-
no. Perlecto namque tenore dictarum
executorialium, ac timaris Decisionibus
desuper editis, stetit incomperto, quòd
lis tunc temporis agitata non versaba-
tur super Territorio separato, sed super
Jurisdictione criminali exercenda in Cle-
4 ricos dictæ Ecclesiæ Parochialis S. Ade-
lelmi, quam Jurisdictionem impugnabat
Archiepiscopus, allegando, fuisse Abba-
ti sublatam a S. Concilio Tridentino, *sess.
24, cap. 20, § Ad hæc, de Reformat. ut
in dec. 34, & 44, post Tambur. de Jur.
Abb. & dec. 717, part. 4, diversf.*

Idque pro certo fuit habitum, ponde-
rando, quòd S. Rota, die 4 Decembris
1595, coram Orano in examine dubii —
*An constaret de Territorio proprio, &
separato Abbatis, respondit negativè*, re-
cedendo a supposita in præcedentibus
Decisionibus pertinentia ad Abbatem di-
cti Territorii separati; quinimmo in suc-
cessivis causæ propositionibus semper se
protestata fuit, quòd nihil intererat, an
Abbas S. Joannis haberet Territorium,
5 vel non, cùm de substantia Jurisdictio-
nis non esset habere Territorium pro-
prium, & separatum, ut in *Decisione
edita, die 6 Novembris 1596, coram eo-
dem Orano, in ordine la 43, post Tambur.
de Jur. Abbat.* ac insuper declaravit, quòd
omnia in Decisionibus exposita circa di-
ctum Territorium separatum, dicta fue-
rant ex abundanti, ut in altera *dec. diei
6 Martii 1595, sub num. 6, impressa si-
militer inter dec. post Tambur. de Jur. Ab-
bat. in ordine la 44.*

Et sanè res aliter esse non poterat,
nam si S. Rota in dd. Decisionibus fuis-
set in sensu, quòd Abbati competeret
verum, & proprium Territorium sepa-
ratum, inutiliter disseruisset tam de pri-
vilegio Jurisdictionis a Sixto IV, con-
cesso Abbati S. Joannis in Clericos dictæ
Parochialis S. Adelelmi, quàm de distin-
ctione inter Prælatos Sæculares, & Re-
gulares circa illorum comprehensionem
sub dispositione Conc. Trid. cùm indistin-
ctè omnes Prælati tam Sæculares, quàm
Regulares habentes qualitatem *Nullius* 6
cum Territorio separato Causas Crimi-
nales suorum subditorum ad instar Epi-
scopi cognoscere possint, & valeant; *Bar-
bos. ad Concil. Trid. sess. 24, cap. 20, n.
51, & 55; Farnan. in cap. cum contingat,
num. 28, in fin. de for. competenti; Emi-
nentissimus Petra ad Constitut. Apostol.
tom. 2, fol. 147, num. 5, & tom. 5, fol.
509, num. 37; Rot. coram Emerix Jun.
dec. 958, num. 6*, & advertunt præteritæ
decisiones, nempè *decisio 619, num. 6,
& seq. coram Lancetta, decisio diei 21
Junii 1726, § Et hoc itaque, coram bon.
mem. Cerro, & decisio diei 9 Januarii
1728, § Fundamenta, & seq. coram Re-
verendissimo Ratto.*

Hinc propterea si juxta Apostolicas
Constitutiones Sententiæ Rotales sunt in-
telligendæ ad formam præcedentium
Decisionum, & si superiùs relatæ De-
cisiones, coram Orano, non solùm non 7
concedunt, sed expressè negant Abba-
ti Territorium separatum, profectò est
impossibile, quòd id erui valeat ex Sen-
tentia, & executorialibus in sequelam
Decisionum successivè expeditis, ut ra-
tiocinantur, *dec. 619, num. 9, & 10, co-
ram Lancetta, decis. diei 10 Decembris
1725, § Accedente, & 21 Junii 1726, §
Quæstione, & § Hoc itaque, coram bon.
mem. Cerro, & 9 Januarii 1728, § Cum
itaque, coram Reverendiss. Ratto.*

Territorium itaque separatum, quod
ex substantia Sententiæ, comprehendi non
poterat, incassum elici prætendebatur
ex verbis ipsius Sententiæ, cum quibus
declaratur — *Parochialem Ecclesiam S.
Adelelmi fore, & esse pleno Jure tam in
spiritualibus, quàm temporalibus subje-
ctam Monasterio S. Joannis*. Siquidem ex
dd. verbis benè desumi valet, quòd Ec-
clesia S. Adelelmi sit subjectivè, & ple-
no Jure unita dicto Monasterio ad quos-
cumque Juris effectus, sed non inde li-
cet inferre, quòd dicta Ecclesia sit ve-
rum, & proprium Territorium Abba-
tis distinctum, & separatum a Territo-

rio

rio Archiepiscopi, cùm ex unione etiam subjectiva argui non valeat ad competentiam Territorii separati ad firmata per *Tondut. quæst. Benefic. part. 2, c. 1, § 5, num. 12, Murg. de Benefic. quæst. 2, fol. 139, num. 49; Rot. dec. 93, nu. 12, par. 16 rec. dec. 858, num. 3; coram Cerr. dec. 770, num. 18; coram Molines, dec. 10, num. 13, de offic. Ordinar. cor. Falconer.* & benè explicant Decisiones editæ favore Archiepiscopi, nempè *decis. 382, num. 8, penès Posth. de manut. dec. 343, sub num. 51 coram Reverendissimo Crispo, dec. 6, num. 8, tit. de offic. Ordinarii; coram Falconer. & dec. diei 9 Januarii 1728, § Et sanè, & seqq. cor. Reverendissimo Ratto.*

Minusque urgent alia sequentia verba, quæ decernunt — *Dictum Monasterium unà cum Parochiali Ecclesia, & Clericos tam Sæculares, quàm Regulares, & quascumque alias Personas ibidem degentes, & illis quomodolibet inservientes, fuisse, & esse exemptum, liberum, & immune, atque exemptas, liberas, & immunes ab omni, & quacumque jurisdictione, atque superioritate prædicti D. Archiepiscopi.* Hæc siquidem verba importantia exemptionem merè passivam, licèt de per se amplissima, & effrænata, non sunt tamen apta ad constituendum Territorium separatum favore Abbatis cum plenaria Jurisdictione quasi Episcopali,
9 & cum qualitate *Nullius*. Nulla enim adest repugnantia, quòd certus locus, & certæ Personæ ibidem degentes sint exemptæ ab omni Jurisdictione actuali Archiepiscopi, & quòd adhuc dictus locus, & præfatæ Personæ permaneant in ejus Diæcesi, & sub ejus Jurisdictione habituali, juxta *Text. expressum in cap. per exemptionem, de privileg. in 6; Fagnan. in cap. cùm Capella, num. 11, de privileg. Card. De Luc. de Jurisdict. disc. 10, num. 9; Eminentissimus Petra ad Constitut. Apostolic. tom. 6, fol. 136, numer. 42, & seq. Rot. coram Carill. dec. 181, num. 11, in recen. dec. 324, num. 6, par. 1; coram Molines dec. 770, numer. 3; & coram Falconer. dec. 10, num. 8, tit. de Offic. Ordinar.*

Reliqua rursus verba dictæ Sententiæ, in quibus determinatur — *Omnimodam Jurisdictionem criminalem, & civilem in Clericos, & personas prædictæ Parochialis Ecclesiæ, atque jus recipiendi computa, omnimodè disponendi de præd. Ecclesia Parochiale, atque in illa instituendi, & destituendi spectasse, & spectare ad D. Abbatem prædicti Monasterii privativè, quoad Archiepiscopum, & illius Provisores*: utpotè restricta, & limitata ad certas causas, ad certas Personas, & ad certum locum, non sunt tanti ponderis, & efficaciæ, ut efformare valeant Territo-
rium verè & propriè separatum, ad 10
quem effectum requiritur Jurisdictio universalis in omnibus Causis, in omnibus personis, & in toto Territorio; *Rot. dec. 70, num. 28, & seq. par. 13; dec. 640, num. 21, par. 19, tom. 2 rec. dec. 9, sub num. 8, & 17; & dec. 10, sub num. 9, & 13, tit. 23, de Offic. Ordinar. ac de Territorio separato; coram Falconerio decis. 619, num. 7, & 8, coram Lancetta, dec. diei 10 Decembris 1723, § Et si, & 21 Junii 1720, § In pronunciando, cor. bon. mem. Cerro, & 9 Januarii 1727, § Justitia, coram Reverendissimo Ratto.*

Quodque dicta verba non transtulerint in Abbatem omnimodam Jurisdictionem quoad omnes generaliter causas, satis apertè desumptum fuit ex restricta, & limitata facultate concessa pro cognitio-
ne causarum spectantium ad solam ma- 11
teriam *civilem, & criminalem*, absque ulla dilatatione ad Forum Pœnitentiale, & ad omnia alia spectantia ad Sacramentorum administrationem, quæ sanè dilatatio, & extensio esset omnino necessaria pro efformanda Diæcesi, & constituendo Territorio separato; *Fagnan. in cap. significasti, de Offic. Archidiaconi, sub num. 17, versic. illud tamen, & num. 19, cum aliis allegatis in dec. diei 10 Decembris 1725, § Quo verò, coram bon. mem. Cerro.*

Insuper deficientia universalis Jurisdictionis in omnibus personis effulsit ex illius restrictione *ad Clericos, & personas Parochialis Ecclesiæ*; & tamen regula est, quòd universitas Populi non
constituitur ex certis determinatis Per- 12
sonis addictis servitio Monasterii, & Parochiæ, sed ex universitate Familiarum, & pluralitate personarum; unde cùm dicta Sententia nullam faciat mentionem de reliquo Populo utriusque sexus in circumdario Parochiæ habitante, non est allegabilis ex defectu necessariæ amplitudinis, illa omnimoda universalis Jurisdictio in omnibus personis, in qua consistit alterum fundamentum Jurisdictionis quasi Episcopalis cum Territorio separato, ut advertunt *Lotter. de re benefic. lib. 1, quæst. 24, num 113; Rot. decis. 9, sub num. 17, § Facillimum, tit. 23, de Offic. Ordinar. ac de Territor. separat. coram Falconer. cum aliis in dec. diei 10 Decembris 1725, § Prout quoque, cor. bon. mem. Cerro, & in dec. diei 9 Januarii 1728, § Rursus, coram Reverendissimo Ratto.*

Defectus denique Jurisdictionis in Universo Territorio apparuit ex restrictione dictæ Jurisdictionis *ad Ecclesiam Parochialem S. Adelelmi*, & intra illius se-
pta absque extensione ad universum Ter- 13
ritorium compositum ex pluralitate Locorum, in quibus Jus dicitur, ad *Text. in*

l. Pu-

l. Pupillus, § *Territorium*, *ff de verbor. significat.* de quo in *dec. in causa edita*
super Territorio separato, *cor. bon. mem.*
Orano, *die 4 Decembris* 1595; qua stante Jurisdictione restricta ad certam determinatam Ecclesiam, corruit quoque al-
14 tera qualitas constitutiva Territorii separati, consistens in illimitata, & generali Jurisdictione in toto, & universo
Territotio, ut benè tradunt *Felin. in cap. conquæstus*, *num.* 1, *de for. compet.*
Eminentissimus Petra ad Constit. Apostol. tom. 2, *fol.* 130, *num.* 11; *Rot. in recent. dec.* 97, *num.* 10, *& seqq. par.* 13, *recen. coram Molin. dec.* 770, *num.* 17, *in Leodien. Jurisdictionis*, 17 *Aprilis* 1705, § *Quinimò*, *cor. bon. me. Ansaldo*; *& in dec. diei* 9 *Januarii* 1728, § *Deficit*, *cor. Reverendissimo Ratto*.

Haud relevante, quòd in dictis executorialibus non solùm concessum fuerit Abbati *Jus instituendi*, *& destituendi in d. Parochiali Ecclesia S. Adelelmi*, sed eidem quoque fuerit tributa omnimoda Jurisdictio *privativè quoad Archiepiscopum*: inde inferendo, quòd Jurisdictio tali modo abdicata a Reverendissimo Archiepiscopo, & in Abbatem privativè translata, pernecessè importare debeat Territorium verè, & propriè separatum; siquidem loquendo de Jure instituendi, & destituendi, in Abbatem translato, etiam si istud esset intelligendum non de Institutione collativa, sed de institutione auctorizabili, non est de per se
15 capax ad inducendum favore Abbatis Territorium separatum, cùm etiam sine qualitate *Nullius*, Prælatus inferior Vicario, nomine Episcopi, possit concedere hujusmodi institutiones, ut tradit *Eminentissimus Petra ad Constit. Apostolic. tom.* 5, *fol.* 134, *num.* 29, *& seqq.* & in subjecto casu favore Abbatis firmavit *Rot. dec.* 341, *num.* 5, 8, 16, *&* 17, *coram Reverendissimo Crispo*; *& dec.* 13, *num.* 4, *in Miscellan. cor. Falconerio*.

Prout loquendo de concessione Jurisdictionis *privativè ad Archiepiscopum*, cùm ista ex superiùs animadversis non sit universalis, & indefinita, sed restricta ad certos particulares actus, benè potuit impedire Archiepiscopo exercitium suæ Jurisdictionis, quoad dictos speciales actus privativè Abbati conces-
16 sos; at non valuit in eumdem transferre universalem Jurisdictionem cum Territorio separato, quæ semper remansit penès Archiepiscopum, etiamsi Jurisdictio quoad aliquos particulares actus fuerit in Abbatem privativè translata; *Abb. in cap. cùm contingat*, *num.* 18, *&* 19, *de for. compet. Jo. Andreas in cap. cùm Episcopus*, *de Offic. Ordinar. in* 6, *Eminentissimus Petra ad Constit. Apostolic. fol.* 95, *num.* 14; *& benè explicat Rot. decis.* 9, *num.* 34, *de Offic. Ordinar. cor. Falconer.*

Minus quoque refragante, quòd hæc omnia procedant in casu, quo Abbas insisteret in plenaria Jurisdictione in universo Territorio. Secus autem quando instantia restringitur ad certum locum, & ad certas Personas, nempe intra septa Monasterii, & Ecclesiæ Parochialis, & ad Personas ibidem degentes, & quomodolibet inservientes. Quoniam ponderarunt DD. quòd hæc species Territorii restricta ad certam determinatam Ecclesiam, est nimis incongrua, & exorbitans, quodque nonnisi rarissimè concedatur, taliter, ut ad hujusmodi effectum
sit necessarium speciale Apostolicum Privilegium cum verbis expressis præsefe- 17
rentibus qualitatem *Nullius*, & aliam Interpretationem non patientibus: quod sanè Privilegium cùm a Reverendissimo Abbate nec allegari, nec afferri valeat, vanum propterea erat insistere in Territorio separato, etiam cum præfata Jurisdictione circumscripta, & limitata ad dictam certam Ecclesiam, & ad dd. certas Personas, ut generaliter firmant *Fagnan. in cap. Grave*, *num.* 10, *de Offic. Ordinar. Cochier. de Jurisdict. in exempt. par.* 1, *quæst.* 9, *numer.* 3; *Rot. post Tambur. de jur. Abbat. decis.* 50, *num.* 1, *in recent. dec.* 304, *num.* 8, *part.* 11, *dec.* 60, *num.* 29, *&* 30, *par.* 13, *decis.* 340, *num.* 16, *&* 17, *par.* 15, *dec.* 511, *part.* 19, *coram Emerix Jun. decis.* 395, *num.* 12, *& dec.* 840, *num.* 5, *cor. Caprar. dec.* 29, *num.* 12, *coram Falconer. dec.* 10, *num.* 17, *de Offic. Ordinar. & in Leodien. Jurisdictionis super bono Jure*, 29 *Aprilis* 1701, § *Vindicata*, *coram cl. mem. Card. Priolo*; & in specie de Territorio separato restricto ad certam Ecclesiam *Card. De Luc. in annot. post disc.* 17, *de jurisdict. Eminentissimus Petra ad Constit. Apostol. tom.* 2, *fol.* 128, *numer.* 7, *&* 8.

Potissimum quia in casu, de quo agitur, si sola præfata Ecclesia Parochialis S. Adelelmi esset verum, & proprium Territorium Abbatis, oriretur notabile absurdum, & inconveniens, quòd nempè universus Populus inhabitans intra septa Parochiæ esset subjectus plenariæ
Jurisdictioni Archiepiscopi, & è conver- 18
so Parochus istius Populi non cognosceret in Superiorem, & Dominum, nisi ipsum Abbatem, taliter ut Archiepiscopus non posset inquirere, an Parochus rectè nec ne suum munus adimpleat in erudiendo Populo, & in administratione Sacramentorum; quod sanè absurdum ad evitandum eò faciliùs erat inclinandum pro exclusione dicti Territorii separati, etiam restrictivè ad dictam Ecclesiam Parochialem.

Re-

Rejectis, & non consideratis actibus Jurisdictionalibus per Abbatem gestis in dicta Ecclesia Parochiali S. Adelelmi, ex quo isti habent contra se alios innumeros actus ab Archiepiscopo exercitos, tam in concessione licentiæ Abbati, & Prioribus Monasterii administrandi Sacramentum Baptismatis, & assistendi Matrimoniis, quàm in visitando præfatam Ecclesiam, in promovendo Beneficiatos ad Sacros Ordines, & eisdem concedendo facultatem celebrandi, & exercendi Curam Animarum, cum aliis relatis in *dec. 619, num. 22, coram Lancetta, & in decis. diei 10 Decemb. 1725, § Neque majorem, coram bon. mem. Cerro*. Per quos
19 actus juncto decreto Card. Millini tunc Hispaniarum Nuncii, de anno 1655, prohibitivo Abbati, ne adhiberet titulum *Nullius*, & uteretur Jurisdictione quasi Episcopali in d. Ecclesia S. Adelelmi, de quo in *dec. diei 21 Junii 1726, § Aut verò, cor. bon. mem. Cerro*, præservata remansit quæcumque ordinaria, & nativa Jurisdictio Archiepiscopi. *Innocent. in cap. Auditis, num. 4, de præscript. Rot. cor. Zarat. dec. 13, num. 27; cor. Priol. dec. 328, num. 18; cor. Molin. dec. 549, num. 19, & 20; & in Leodien. Jurisdictionis, 15 Jun. 1700, § Hinc evanescunt, cor. clar. me. Card. Scotto.*

Et ita utraque, &c.

R. P. D.

N U N E Z

Gerunden. Accensionis Candelarum.

Lunæ, 17 Martii 1732.

A R G U M E N T U M.

Revocatur Sententia contumacialis, qua absolutus fuerat Canonicus a mulcta, per Vicarium Generalem eidem inflicta, ob discessum a Choro, non petita licentia, ob contemptum jussionis Abbatis, necnon etiam ob perturbationem Divinorum Officiorum cum scandalo Adstantium, & Populi: & respectivè condemnatus fuerat Promotor Fiscalis, ad cujus instantiam confectus fuit Processus Criminalis, ad reficiendas expensas, & damna.

S U M M A R I U M.

1 *Omnia honestè, & juxta ordinem fieri debent.*

2 *In Officiis Matutinis, ac Vespertinis, servanda est recta, ac decora psallendi methodus.*

3 *Restitutio in integrum faciliùs conceditur contra sententiam, quæ, ob non interpositam intra legitima tempora appellationem, transitum fecit in rem judicatam, quàm contra rem judicatam, efformatam a tribus sententiis conformibus, prævia matura causæ discussione, & Partium contradictione emanatis.*

4 *Sententia injusta non meretur nomen sententiæ.*

5 *Nec unquam facit transitum in rem judicatam.*

6 *Sed beneficio restitutionis in integrum reparari debet læsio, ex injustitia sententiæ resultans.*

7 *Delinquens, ob recessum a Choro non petita venia a Digniore, & similia, puniri valet, & debet.*

8 *Et potest Episcopus, seu ejus Curia contra delinquentes in Choro in figura Judicii procedere, & debitam pœnam illis infligere.*

9 *Legem, in Divinis Officiis persolvendis præscriptam non servans, meritò punitur.*

10 *In Divinarum laudum recitatione, standum est ritui, & moribus Ecclesiæ, cui per Clericos actualiter inservitur.*

11 *In Divinis Officiis, Cæremoniæ, quæ non sunt a Jure præscriptæ, a consuetudine regulam sumunt.*

12 *Secundæ Vesperæ, primis Vesperis, atque Horis Matutinis omnino respondere debent.*

13 *Divina Officia, non contentionibus, sed humiliter, ac contrito corde tractanda sunt.*

14 *Et sicuti devotionem, ac pietatem excitant in Populo, si debita cum reverentia persolvuntur: ita è converso contemptum pariunt, si irreverenter, & cum scandalo exerceantur, & numer. 15.*

16 *In punitione Subditorum, omnis præsumptio militat pro Episcopo, quòd circa modum non excesserit, & quare.*

17 *Qui ob suam contumaciam mulctam passus est, sibimetipsi omne damnum imputare debet.*

18 *Capitularium depositiones, circa consuetudinem propriæ Ecclesiæ probant, non obstante defectu citationis.*

19 *Et concurrente etiam deponentium interesse.*

20 *Cessante dolo, aut calumnia in querelante, non intrat condemnatio ad refectionem damnorum, & interesse, & quare.*

21 *Limita in accusatore voluntario, qui, non probato exposito delicto, dicitur esse in præsumpta calumnia.*

22 *Distributiones, quas amittunt Ecclesiæ actualiter non inservientes, ipso Jure accrescunt aliis præsentibus, & inservientibus.*

23 Quan-

23 *Quando impedimentum dicatur potiùs voluntarium, quàm necessarium, ad effectum amittendi distributiones quotidianas.*

DECISIO VIII.

UT omnia honestè, & secundùm Ordinem fiant, juxta monitum *Divi* 1 *Pauli Apostoli, Epistol. prima ad Corinthios*, & recta, insimulque decora psallendi methodus in Matutinis, ac Vesper- 2 tinis Officiis servetur, prout præscriptum legitur *in Can. primo Concilii Bracharensis, anni* 565, invaluit in Ecclesia Collegiata S. Felicis Gerundæ consuetudo, speciali etiam conventione inita anno 1657, inter Canonicos, & Sacristam Minorem, ejusdem Ecclesiæ roborata, accendendi quatuor Candelas cum Sacra peragitur Psalmodia sub ritu duplici; si verò Officium persolvitur sub ritu semiduplici, licèt id eveniat in die, cæteroquin festivo de Præcepto, non accenduntur quàm duæ Candelæ. Cùm itaque ad preces Catholici Hispaniarum Regis vigore Decreti *editi die* 11 *Januarii* 1727, à san. mem. Benedicto XIII, demandatum fuerit, ut in omnibus Hispaniarum Regnis celebraretur de Præcepto Festum S. Isidori Agricolæ, cujus prima festivitas recurrebat *die* 15 *Maji*, qua die, quia nondum advenerat Decretum S. Sedis circa recitationem Officii prædicti Sancti, ideo nedum in eadem Ecclesia Sancti Felicis, sed etiam in ipsamet Cathedrali, cæterisque Ecclesiis Gerunden. persolutum fuit Officium Sancti Torquati Episcopi, & Martyris, quod cùm esset juxta formam in Tabella legitimè præscriptam in ritu semiduplici, hinc optimè se gessit Sacrista minor accendendo non minùs in primis Vesperis, quàm etiam in quibuslibet horis Matutinis duas tantùm Candelas.

Uniformem hanc luminum accensionem servatam ab eodem Sacrista in secundis Vesperis ægrè ferens Canonicus Jacobus Galter, tunc Hebdomadarius, sub inani prætextu, quòd ratione recurrentis Festivitatis Sancti Isidori, accendendæ essent quatuor Candelæ, renuit Vesperis præcinere, & in hac sua repugnantia adeò constans fuit, ut persundata charitativa monitione Canonici Dalmau Senioris, necnon etiam oraculo Abbatis, qui mandavit, ut in secundis Vesperis idem servaretur, quod jam in primis, atque in horis Matutinis servatum fuerat, & quatenus Canonicus Galter nollet Vesperas intonare, id præstaret Canonicus Dalmau Senior, qui statim ac, mediante pervicacia, & inobedientia Canonici Galter, ex mandato Abbatis, Vesperas incepit, illico idem Canonicus discessit e Choro, non sine gravi omnium Capitularium perturbatione, & maximo totius Populi adstantis scandalo.

Scandalum hoc, quod in Ecclesia Dei, & tempore, quo Divina persolvebantur Officia, Clero, & Populo attulerat Canonicus Galter, sui muneris esse censuit Promotor Fiscalis Curiæ Episcopalis denunciare Vicario Generali; qui audita pro informatione Curiæ depositione quinque Testium, mandavit per Decretum provisionale eumdem Galter propriam Domum habere debere loco Carceris sub pœna librarum 200, salvis tamen ejus Juribus. Verùm quia id demandatum extiterat potiùs ad paternam correctionem, quàm ad pœnam, Idcircò Reverendissimus de Copons tunc Episcopus Gerunden. summa ejus humanitate, & mansuetudine insinuari curavit, ut quatenus debito obsequio se subjecisset proprio Pastori, statim eum liberasset. At lenitas ista Episcopalis cessit in irritum, quia Canonicus Galter loco libentissime acceptandi oblatam illam conditionem, eam pervicaciter recusavit, respondendo se velle expectare Sententiam, ad quem effectum exhibuit sexaginta, & ultra articulos. Quapropter ne dignitas Episcopalis vilesceret, compilatus fuit processus, emanavitque Sententia Vicarii Generalis, qua prælictus Canonicus condemnatus fuit *ad solvendum expensas in Causa factas, istas und cum arresto, seu detentione per ipsum Domi suæ passâ per spatium trium mensium compensando; & habendo loco pœnæ, pro delicto per eum commisso infligendæ* — prout latiùs constat ex verbis dictæ Sententiæ.

Verùm interposita per Galter appellatione, expeditisque in nostro Tribunali solitis literis inhibitorialibus, disputatum fuit, *die* 13 *Januarii* 1730. coram bon. mem. de Valentibus dubium — *An mulcta substineatur, seu potiùs sint reficienda Damna* — quod in contumacia Reverendissimi Copons, eo tempore translati ad Archiepiscopatum Tarraconensem, resolutum extitit — *Negativè quoad primam partem, affirmativè quoad secundam*, ut patet ex decisione eadem die promulgata, ad cujus tramites ab R. P. D. meo Millino subrogato in locum d. bon. mem. de Valentibus, lata fuit Sententia pariter contumacialis, quæ cùm ob non interpositam appellationem intra decendium, transitum fecerit in rem judicatam; hinc a Reverendissimo Bastero noviter assumpto ad Gerundensis Ecclesiæ regimen, assumpta fuit Causæ defensio, ideoque instante ejus Promotore Fiscali, necnon Capitularibus S. Felicis, adita fuit Signatura Justitiæ, a qua delegata mihi causæ cognitione in gradu restitu-

tionis in integrum, ad ejus tramites subscripsi dubium -- *An constet de re judicata, seu potiùs de Causis restitutionis in integrum* -- illudque proposui DD. meis, qui responderunt -- *Negativè quoad primam partem, affirmativè quoad secundam.*

Agitur utiquidem de unica tantùm Sen-
tentia contumaciali revocatoria alterius
in prima instantia latæ, quæ ob non in-
terpositam infra legitima tempora appel-
lationem, transitum fecit in rem judica-
5 tam; minimè verò de re judicata effor-
mata a tribus Sententiis conformibus,
prævia matura causæ discussione, & u-
triusque Partis contradictione emanatis,
in quibus circumstantiis faciliùs indulge-
tur beneficium restitutionis in integrum,
ut unum ab altero casu distinguendo no-
tant *Card. De Luc. de Judic. disc.* 38,
num. 19, *&* 20; *Rot. coram Cerr. decis.*
93, *num.* 2, *&* 3; *Asten. Beneficii*, 17
Januarii 1716, § *Sententiarum*, *coram*
bon. mem. Cerro; *& in Salamantina Be-*
neficii, 5 *Decembris* 1729, § *Agitur*,
coram Me; indubitantius quando con-
4 currit dictæ contumacialis Sententiæ in-
justitia, quæ sicuti efficit, ut Sententiæ
nomen minimè mereatur, juxta *Text. in*
cap. inter cæteras, de Senten. & re judic.
& in leg. 4, § *Condemnatum*, *ff. de re ju-*
dicat. ita impedit illius transitum in au-
ctoritatem rei judicatæ, ad *Text. in leg.*
5 *Si expressim*, *ff. de appellat. Rot. decis.*
121, *num.* 2, *coram Caprar. & dec.* 3, *n.*
4, *coram Eminentissimo Falcon. sub tit. de*
appellat. ad effectum remedio restitutio-
6 nis in integrum reparandi læsionem ex
injustitia dictæ Sententiæ resultantem,
sicuti prosequitur *Rot. in decis.* 1237, *n.*
2, *coram Emerix Jun. in Majoricen. Bene-*
ficii, 11 *Januarii* 1726, § *Injustitia*, *co-*
ram bo. mem. Cornelio; *& in d. Salaman-*
tina Beneficii, *citato* § *Agitur*, *cor. Me.*

Porrò dictæ contumacialis Sententiæ injustitia in prima parte, in qua infirmando judicatum de partibus, pronunciavit mulctam non substineri, illamque malè, & perperam impositam fuisse, nequibat esse magis clara. Quandoquidem resultabat ex facto, quod Canonicus Galter, ad quem uti Hebdomadarium pertinebat Officium inchoare, *sub die* 15 *Maji* 1727, cùm tempus adesset canendi Vespertinos Psalmos, omnesque Capitulares Vestibus Choralibus induti ad id peragendum jam convenissent, obstinatè, & pertinaciter recusaverit intonare Vespertinam Psalmodiam; quinimo licèt semel, atque iterum a Canonico Seniore admonitus, & ab Abbate jussus, adhuc in sua pertinaci voluntate perstiterit, &, quod gravius est, nulla petita venia, e Choro discesserit in Dei, superiorumque contemptum, & in maximum Populi scandalum, profectò in his terminis protervia, & contumacia D. Galter major esse non poterat, quia defecit in Officio, tum ratione loci, nempè in Ecclesia, & Choro destinato ad Divinas Laudes, non autem ad controversias; item ratione temporis, postquam scilicet Canonici habitis Choralibus induti, prompti, & parati erant ad Sacram Psalmodiam peragendam; & denique ratione modi, quia statim audito superiore, non acquievit; quinimo, post retardatam Vesperarum recitationem, non brevi temporis spatio, e Choro discessit, inceptis jam Vesperis, & nulla petita li-
centia: ideoque cùm ejus culpa, & qui-
dem multiplex, sit inexcusabilis, & con-
sequenter debita pœna plectenda, ut hæc 7
omnia delicta recensendo notant *Mar-*
chin. de Sacram. ord. par. 3, *tract.* 3,
cap. 12, *dissert.* 5; *Gavant. Thesaur. Sac.*
Rit. de hor. Can. cap. primo cum seqq. Coc-
ceper. lucubr. Canon. lib. 2, *tit.* 5, *num.*
5, *ibique Scarfanton. n.* 16; *Pignattell.*
consult. Can. 27, *num* 3, *&* 4, *tom.* 4;
& sancivit Sac. Episcoporum, & Regu-
larium Congregatio in una Thearina, re-
lata a *Barbos. de Canon. & Dignitat. c.*
34, *num.* 17; & in alia Aprutina, relat.
per *Monacell. formul. leg. tom.* 1, *tit.* 2, *for-*
mul. 4, *num.* 2, merito poterat, & de-
bebat Reverendissimus Episcopus, sive
ejus Curia, adhibita rei cognitione, in fi- 8
gura Judicis Supremi corripere gravem,
& scandalosum excessum dicti Canonici,
pro modo pœnæ in ejus Sententia con-
tentæ, sicuti probant *Gonzalez, cap. pri-*
mo, *num.* 4 *& in cap. cum satis n. primo*
cum seq. de Offic. Archidiacon. Bero. cons.
23, *num.* 25, *vol. primo*; *Lotter. de re*
Benefic. lib. prim. quæst. 16, *num.* 69; *Rot.*
in recent. dec. 20, *n* 3, *part. prima*; *& in*
Derthusen. Jurisdictionis, super gravibus,
4 *Maji* 1697, § *Quod ipsum*, *in fin. co-*
ram bon. mem. Pio, *& in Ilerden. Juris*
Mulctandi, *super negocio principali*, 23
Januarii 1702, § *Et præscindendo*, *cor. bo.*
me. Muto.

Nec Judicium Episcopi de ulla redargui potest injustitia, ex eo quòd Canonicus Galter rationabiliter institerit pro accensione quatuor Candelarum ea die, qua Solemnitas Sancti Isidori celebrabatur; cùm igitur ista luminum accensio juxta consuetudinem, & morem Ecclesiæ, servata minimè fuerit, justè proinde idem Canonicus ex laudabili zelo motus, servandi nimirum Ecclesiæ ritum, & consuetudinem, potuerit se ab exercitio proprii muneris abstinere. Quandoquidem major, vel minor accensio luminum respectum habet ad majorem, vel minorem Chori celebritatem; taliter ut si Officium persolvitur sub ritu duplici, quatuor accendendæ sint Candelæ, si verò sub ritu semiduplici duæ tantùm sufficiant

ciant Candelæ, prout hanc esse incon-
cussam Ecclesiæ consuetudinem testantur
plures Canonici relati in *Summario Promo-
toris*, *num.* 4. Si igitur, *die* 15 *Maji*,
qua recurrebat Festivitas Sancti Isidori,
celebratum fuit Officium Sancti Torqua-
ti Episcopi & Martyris sub ritu semi-
duplici, juxta Tabellam in tota Diœcesi
Gerunden. præfinitam, sicuti fidem fa-
ciunt iidem Canonici, cum quibus con-
cordat etiam Magister Cæremoniarum,
dicto Summario, *n.* 3, sequitur injustam
fuisse dicti Canonici insistentiam circa
accensionem quatuor Candelarum, &
9 consecutivam illius recusationem munus
suum adimplendi, dignaque idcirco pœ-
na coercitam, ad firmata per *Rot. in
Leodien. reintegrationis ad ingressum Ca-
pituli*, 12 *Maji* 1727, § *Quamvis*, *co-
ram R. P. D. meo Corio*. In Divinatum
quippe laudum persolutione standum est
10 ritui, & mori ejus Ecclesiæ, cui per
Clericos actualiter obsequia præstantur,
ut sequendo monitum *Divi Augustini in
Epistola ad Januarium*, *cap.* 12, *notant
Van-Espen. in dissert. de hor. Can. part.
prima*, *cap.* 4, § 3; *Thomasin. in veter.
& nov. Eccles. disciplin. part. prima*, *lib.*
2, *cap.* 73, *num.* 18.
Minimè attenta replicatione, quòd
dicta die 15 *Maji* 1727, fuerat jam pro-
mulgatum Festum Sancti Isidori de præ-
cepto per omnia Regna Hispaniarum, &
subsequenti Anno 1728 fuerit recita-
tum in Ecclesia S. Felicis Officium S.
Isidori sub ritu duplici cum accensione
quatuor candelarum. Nam licèt promul-
gatio Festivitatis Sancti Isidori præcessis-
set diem illam 15 *Maji*, adhuc in tali
promulgatione nulla penitus habita fuit
mentio de recitando Officio ejusdem San-
cti, quia nondum pervenerat decretum,
minusque illud publicatum extiterat in
Civitate, & Diœcesi Gerunden. ut pa-
tet ex Epistolis Reverendissimi Episcopi
illius temporis, directis ejus Agenti hic
in Urbe, & relatis in *Summar. num.* 12,
& 13, & ex fide jurata Magistri Cære-
moniarum Cathedralis Gerunden. *dicto
Summar. num.* 3, proindeque per univer-
sam Diœcesim Gerunden. continuata
fuit recitatio Officii Sancti Torquati. In
tantùm verò Anno subsequenti recita-
tum fuit Officium Sancti Isidori sub Ri-
tu duplici, cum accensione quatuor can-
delarum, quia supervenerat decretum
celebrationis Officii proprii ejusdem San-
cti sub Ritu duplici; unde semper ma-
gis magisque patet, quòd sola Festivitas
de præcepto satis non erat ad hoc, ut
accendi deberent quatuor candelæ; sed
11 accensio luminum regulanda erat a Ri-
tu, & qualitate Officii, quod persolve-
batur, prout fieri debet in omnibus Cæ-
remoniis, quæ non sunt a Jure præscri-
ptæ, sed normam a consuetudine desu-
munt, ut probant *Garz. de Benefic.
par.* 3, *cap.* 2, § 1, *num.* 191; *Pignat-
tell. consult.* 26, *num.* 26, *tom.* 4; *Pani-
moll. dec.* 1, *adnotat.* 11, *num.* 39, *Rot.
decis.* 198, *num.* 3, *coram Dunozet. Sen.
in Pampilonen. Præeminentiarum*, 3 *Fe-
bruarii* 1700, § *Sed dicto*; *&* 7 *Majè*
1701, § *Nec præadducta*, *coram bo. me.
dell' Olmo*.
At ex duplici æquè valido fundamen-
to inexcusabilis reddebatur insistentia Ca-
nonici Galter pro accensione quatuor
candelarum; tum quia primæ Vesperæ, &
horæ matutinæ, & laudes ejusdem diei,
15 *Maji*, de communi placito omnium
Capitularium, & ipsomet Canonico Gal-
ter patiente, ac intonante, celebratæ fue-
runt sub ritu semiduplici de Sancto Tor-
quato, cum accensione duarum tantum-
modo candelarum, & consequenter nul-
lo modo erat amplius locus immutatio-
ni Ritus, ne turbatus remaneret rectus
ordo Psalmodiæ; cùm certum sit secun-
das Vesperas unius, ejusdemque Festi 12
omninò correspondere debere primis Ve-
speris, atque horis matutinis, ut erudi-
tè probant *Duran. ration. Div. Offic.
lib.* 5, *de Vesper. cap.* 11, *num.* 2; *Ga-
vant. Thesaur. sac. rit. sect.* 1, *cap.* 5, *de
defect. in Offic. Divin. contingen. tit.* 2,
de mutat. Offic. Divin. num. 8; *Van-Es-
pen. in dissert. Can. Histor. de hor. Ca-
non. part.* 2, *cap.* 3, § 2; tum etiam
quia quoties supervenerat mandatum
Abbatis, ut nempè Vesperæ inchoari de-
berent per Hebdomadarium, & in illius
repugnantia per Canonicum Seniorem,
partes Canonici Galter erant acquiescere
hujusmodi legitimæ determinationi, non
autem magis obfirmato animo, obtestari
se neque inchoaturum Vesperas, neque
permissurum, ut ab aliis inchoarentur;
& postquam Vesperæ captæ fuerant a Ca-
nonico Sen. illico nulla petita venia e
Choro discedere, deserendo suum munus,
divinumque servitium, ac publicè scan-
dalum ingerendo; nam Sacra obsequia 13
Deo debita non sunt contentionibus per-
miscenda, sed humiliter, contritoque
corde tractanda, juxta animadversa per
Guisbarch. in opusc. italicè inscripto, *leg.
Ecclesiast. in Chor. ta prin. Filliuc. Mo-
ral. tract.* 23, *cap.* 6, *num.* 190; *Gavant.
Thesaur. Sacr. Rit. de hor. Can. cap.* 1,
*cum pluribus seqq. Ceccoper. lucubr. Canon.
lib.* 2, *tit.* 2, *num.* 10, *& seqq. Bonacc.
de hor. Can. quæst.* 1, *cum seqq. Molan.
de Canon. lib.* 1, *cap.* 19; & quemadmo-
dum devotionem, & pietatem excitant 14
in populo, si debita cum reverentia per-
solvuntur; *Card. Turrecrem. cap.* 6, *di-
stinct.* 5, *num.* 4; *Enriquez in Summ. c.*
11, *num.* 4, ita irrisionem, & contem-
ptum pariunt, quatenus indecorè, irre- 15

ve-

verenter, & cum scandalo exerceantur; *Divus Antoninus in Summ. part. 2, tit. 9, cap. 12; Less. de justit. & jur. cap. 45, disput. 3, num. 17.*

Minusque de ulla excessivitate notari potest arrestum in propria Domo spatio trium mensium, factum a Curia Episcopali. Nam ultra quàm quòd omnis præsumptio in hujusmodi rebus militat pro
16 Episcopo, qui sanè oves suas benè noscit, & scit, quibus remediis earum morbi curandi sunt; *Rot. in Pampilonen. Exemptionis, 6 Decembris 1706, § Quin effundum, cum seqq. coram bon. mem. Ansaldo.* Animadversum fuit, quòd detentio trium mensium non processit a Judice, qui in decreto nullum præfixit certum tempus, sed specialiter præservavit ejus Jura, sed processit a solita contumacia, & pervicacia Canonici Galter, qui paucis diebus post arrestum requisitus pro parte Reverendissimi Episcopi, ut peteret veniam, quia statim eum liberasset, abutens superlativa humanitate Episcopi, non veniam, sed satisfactionem petiit, ut referunt Testes relati *in Summario Promotoris, num. 4,* cum quibus concordat Epistola scripta ab Episcopo ejus Angenti, *dicto Summario, num. 8,* unde talis detentio, quæ ab initio nil aliud fuit, quàm modica coercitio, & verè paterna correctio, si postmodum continuavit per tres menses, tribuenda non est Judici; qui quasi a sua Majestate declinans, ultro liberationem obtulit, sed obdurato animo, & pertinaciæ Canonici in non subjiciendò semetipsum
17 mitissimæ conditioni ab Episcopo propositæ & consequenter sibi tantummodò omne damnum imputare debet, ut in specie respondit *Rot. in Barchinonen. Mulctæ, coram Eminentissimo Falconerio, inter ejus impress. dec. 22, num. 16, tit. de Officio Ordinarii.*

Nullo numero habitis exceptionibus propositis contra Testes adductos a Promotore Fiscali ad probandam consuetudinem, quòd nempè examinati fuerint lite pendente in Rota absque citatione partis, quodque omnes, utpotè Capitulares S. Felicis interesse habentes in causa, sint a Testimonio ferendo repellendi; quoniam eorumdem depositio adducta fuit adminicularivè tantùm, dum probatio consuetudinis accendendi quatuor candelas, quando recitatur Officium sub Ritu duplici, & duæ tantùm quando persolvitur sub Ritu semiduplici, deducebatur ex depositione Sacristæ minoris, pluribus exemplis roborata; & ex Testibus examinatis ad petitionem Promotoris Fiscalis longè ante contestationem litis in Rota. Unde cùm omnes sint in Dignitate Ecclesiastica constituti; & deponant de consuetudine propriæ Ecclesiæ, nulli melius, quàm ipsis Capitularibus perspecta, omnimoda fides præstanda venit, non obstante defectu 18
citationis, & concurrente etiam interesse deponentis, ut de prima propositione, *Rot. in Romana Pecuniaria, 2 Decembris 1701, § 2, coram bon. mem. Muto; & in Visen. Juris sedendi in Choro, 26 Junii 1705, § Nec obstat, coram eodem;* 19
& de secunda, *eadem Rot. 380, num. 5, coram Emerix Jun. & dec. 16, numer. 6, de Cens. coram Eminentissimo Falconerio; & in Romana Juris tumulandi, 5 Martii 1703, § Agnoverunt, coram clar. mem. Cardinali Priolo.*

Constabilita ex his validitate, & justitia mulctæ, illicò comperitur injusta Sententia in ea parte, in qua condemnat Promotorem Fiscalem ad refectionem expensarum, damnorum, & Interesse; nam cùm ipse querelam porrexerit ratione proprii Officii, & in hac querela processerit non dolo, neque calumnia, neque per sordes, sed bona fide, & per simplicem narrativam facti, a pluribus Testibus Sacerdotibus comprobatam, nullo Jure condemnari potest ad refectionem damnorum, & interesse, ne formidine 20
talis condemnationis jura Fisci indefensa remaneant, ut firmiter edocent *Gaill. observat. 90, numer. 5, lib. 1, Grattian. disceptat. forens. cap. 33, numer. 40, ad seq. Bonfin. in Bannim. gener. cap. 12, num. 17; Boer. dec. 324, in princ. Coriad. dec. 23, a num. 25; Rot. dec. 190, num. 2, cum seqq. coram Coccin.* contrariis auctoritatibus procedentibus in Accusatore voluntario, qui non probato exposito delicto dicitur esse in præsumpta
calumnia; at in Promotore Fiscali, cui 21
ratione Officii assistit præsumptio exclusiva cujuslibet calumniæ, & doli, satis non est delictum non fuisse probatum, ut inde sequatur condemnatio in expensis; sed omnino requiritur calumnia vera, & notoriè manifesta, ut optimè contrarios declarando firmant *Mascard. de probat. concl. 254, num. 34; Grattian. discept. forensi cap. 33, num. 41; Clar. in praxi Criminali lib. 5, § Fin. quæst. 62; Bonfin. in Bannim. General. cap. 12, n. 17; & Rot. in dicta decis. 1190, num. 1, & 2, & per tot. coram Coccin.*

Et demum injusta quoque apparet Sententia in ea parte, in qua Capitulares fuerunt condemnati ad restitutionem omnium fructuum, & distributionum perceptarum, durante arresto prædicti Canonici Galter. Quia cùm distributiones debeantur præsentibus tantùm in Choro, & ratione servitii actualis, eo ipso, quòd dictus Galter non fuit præsens, minusque actu Ecclesiæ inservivit, illas lucrari non potuit, sed ipso Jure accreve- 22
runt cæteris Capitularibus præsentibus,

&

& inservientibus; *Anton. Maceraten. var. resolut. lib. 1, cap. 102, num. 24; Pellizar. Manual. regular. titul. 5, cap. 8, section. 3, num. 139, & seqq. tom. 1; Card. De Luc. de Canon. disc. 16, num. 3.*

Haud relevante, quòd cùm dicti Canonici detentio Domi, loco Carceris, fuerit injusta, vel saltem excessiva, privari proinde nequeat distributionibus quotidianis; quia ex supra firmatis satis superque constabat de justitia hujus detentionis ab initio unicè demandatæ per modum paternæ correctionis; quæ postmodum si protracta fuit ad tres menses, id processit ex prava Canonici contumacia, & voluntate, qui oblatam ab Episcopo veniam pervicaciter recusavit; in quibus terminis, cùm impedimentum
23 fuerit potiùs voluntarium, quàm necessarium, dici nequit legitimè impeditus ad effectum lucrandi distributiones quotidianas, ad firmata in durioribus terminis injustè excommunicati negligentis petere absolutionem per *Barbos. in collect. Rector. in cap. pastoralis 53, de appellat. num. 15, Ricciull. de jur. personar. lib. 4, cap. 14, num. 36; Barbos. de irregularitat. tit. qui sint excommunicationis effectus, num. 17; Sayr. de Censur. lib. 2, cap. 5, num. 25; Garzia de Benefic. part. 7, cap. 13, num. 123, Cardinalis De Luca, de Canon. disc. 40. nu. 3.*

Et ita utraque parte jura sua viriliter deducente resolutum fuit, &c.

R. P. D.

R E Z Z O N I C O

Syracusana Præpositura.

Ven. 28 Martii 1732.

A R G U M E N T U M.

Quoties Capitulum, seu Universitas convocata fuit ab habente jus convocandi, sustinetur electio, seu præsentatio facta ab iis, qui intervenerunt, neglectis aliis, intervenire recusantibus. Et quando talis electio, seu præsentatio valida sit, non obstante quòd ab Electoribus abbreviatus fuerit terminus, a Jure datus ad præsentandum.

S U M M A R I U M.

1 *Quando facultas convocandi Collegium residet penès ipsum Collegium, ea reposita dicitur in duabus ex tribus partibus, & num. 9.*

2 *Secus quando hujusmodi facultas residet apud unum ex Collegio, ratione dignitatis, quo casu totum jus consolidatum, remanet in illis, qui ad dignioris convocationem capitulariter intervenerunt, & num. 10.*

3 *Et sic electio, seu nominatio, per illos facta, valida est, neglectis aliis, qui interesse recusarunt, etiamsi constituant majorem partem, respectu totius Collegii.*

4 *Ex convocatione legitimè facta, negligentes, vel recusantes intervenire, in contumacia positi dicuntur.*

5 *Et videntur juri suo renunciasse, atque ex facto proprio ab illo actu extraneos, & alienos se fecisse.*

6 *Si tres Canonici Capitulo interveniant, cæteris absentibus, adhuc possunt illi tres negotia Capitularia validè expedire.*

7 *Habens facultatem convocandi Collegium, facultatem non habet restringendi terminum Juris, datum ad præsentandum.*

8 *De Jure, quando Collegium, seu Universitas habet caput, quod non ratione antiquitatis, seu senioris ætatis, sed ratione Dignitatis præest, illis competit facultas Collegium, seu Universitatem convocandi.*

11 *In hac materia consuetudo antiqua est omnino attendenda.*

12 *Testes consanguinei nullam in Judicio probationem constituunt.*

13 *Testium depositiones ex documentis, & publicorum Officialium attestationibus, conquassatæ remanent.*

14 *In actibus facultativis, non usus non præjudicat, nisi simul etiam probetur, quòd quis facultate, quam habet, uti voluerit, & prohibitus fuerit, cum subsequuta acquiescentia.*

15 *Actus dubii, & æquivoci nullum probationis gradum constituunt.*

16 *Electores legitimè convocati, dum non imminet tempus, a Lege præfixum, si nolunt illud abbreviare, possunt abbreviationem, & electionem differre ad aliam diem.*

17 *At si volunt d. terminum abbreviare, & ad electionem procedere, non dicitur coactiva abbreviatio, per Convocantem facta, sed effectus liberæ voluntatis Convocatorum, qui poterant ad libitum eligere, & non eligere.*

18 *Concessio termini ad eligendum, & præsentandum, sicuti non impedit, quin Electores in quacumque parte termini possint eligere, ac nominare, & terminum ipsum abbreviare.*

19 *Ita etiam nullum præstat impedimentum, quòd Præses in quacumque parte termini possit convocare.*

20 *Neque in actu sequutæ abbreviationis termini Juris ad eligendum, sive præsentandum de Jure competentis, requiritur, quòd interveniant* dua

duæ ex tribus partibus, habito respectu ad totum Collegium, sive Universitatem, quando jus convocandi ad digniorem spectat; sed Interessentes possunt omni Jure terminum coarctandi, actum electionis expedire, licèt secus sit, ubi jus convocandi residcat apud ipsum Collegium.

21 *Quo casu possunt Interessentes, non consideratis aliis, qui accedere recusarunt, terminum coarctare, & actum electionis expedire.*

22 *Concurrente maximè specifica observantia.*

23 *Nullibi in Jure cautum reperitur, quòd in una adunantia abbreviari debeat ab Electoribus terminus, in altera verò fieri electio; sed in oppositum, ex receptiori Doctorum calculo, potest utrumque expleri ab Interveniéntibus in eodem actu collegiali, licèt ipsi minorem partem Collegii constituant.*

24 *Distingue, aut habens facultatem convocandi Collegium, illud convocat ad præcisum effectum faciendi electionem, & tunc Intervenientes possunt eligere, etiam abbreviando terminum. Aut vocat eligentes, ad statuendam diem, in qua fieri debeat electio; & tunc potest quidem statui certa dies pro facienda electione, non autem ad effectivam electionem devenire, & num. 25.*

DECISIO IX.

SUB novo accurato examine validam denuò, ac subsistentem esse, putarunt Domini electionem, sivè præsentationem, quam ad vacantem Præposituram Insignis Collegiatæ Ecclesiæ S. Juliani Civitatis Caluruyeronis; prævia convocatione facta per Patritium, reportaverat Antonius Morso a Magistratu dictæ Civitatis, jus præsentandi habente; & proinde non attentis literis per Columnam impetratis sub motivo juris devoluti, ac prætensæ nullitatis præsentationis, approbandam censuerunt *postremam resolutionem*, revocatis aliis præcedentis instantiæ, *editam coram Me, sub die 3 Decembris anni præteriti*, pro executione literarum, quas *pro præsentato* magis opportunè obtinuerat idem Antonius, respondendo - *In decisis*.

Validitas siquidem, & subsistentia præsentationis, ut supra, expletæ favore Antonii Morso, undique certè apparuit ex solemni actu electionis, sive nominationis, servatis servandis, expleto per Magistratum dictæ Civitatis. Quamvis enim in actu dictæ electionis non intervenerint Patritius, & quinque Jurati constituentes integrum Magistratum Civitatis,
sed tantùm duo ex illis unà cum dicto
Patritio, attamen dubitari non potuit,
electionem, & nominationem fuisse legitimè consummatam. Quidquid enim
contrarium esset dicendum, quando non
adest persona, cui de Jure, vel consuetudine competat facultas convocandi,
sed Universitas per se congregatur, & 1
Jus convocandi resider penès Collegium,
ex quo potentia Capitularis, sive Universitatis tali casu, reposita dicatur in
duabus ex tribus partibus, juxta terminos *Text. in Leg. nulli, leg. planè, & ibi Gloss. vers. duæ partes, ff. quòd cujusque Univers. nomine Leg. nominationem, 45, Cod. de decur. lib. 10; Hostien. in cap. cum nobis, num. 13, de elect. Lotter. de re benef. lib. 4, quæst. 17, num. 7*; certè ubi, prout in præsenti, corpus Universitatis, vel Senatus fuit legitimè congregatum a Patritio, ratione dignitatis,
jus convocandi habente, receptissimi juris est, quòd Collegium, nullatenus nu- 2
meratis Senatoribus, qui intervenire recusarunt, ritè, ac rectè dicatur constitutum per illos, qui post dictam digniorìs convocationem capitulariter intervenerint, & totum Jus in illis remanet
consolidatum, ut distinguendo unum casum ab alio, communiter tradunt Canonistæ, & signanter *Abb. in cap. in causis 30, num. 9, de elect. & cap. cum omnes 6 num. 13, de constit. Joannes Andr. dicto cap. in causis, num. 22; Ancuran. ibidem. num. 4, Innoc. in cap. 1, de major. & obed. num. 2, erga fin. & cap. ex injuncto, sub num. 2, de nov. oper. nunc.* cum aliis *in Placentina Parochialis, super grata si neutri, 27 Januarii 1727, § Relevare, coram bon. mem. Cornelio*; & sic
electio, sive nominatio facta per eos
tamquam legitimè repræsentantes po- 3
tentiam totius Universitatis, & Collegii, omnem obtinet firmitatem; *Abb. in dicto cap. cum in causis, sub num. 9, vers. pro hoc, de elect. Felin. in cap. cum omnes, sub num. 34, vers. prima est, de constit. Fagnan. in cap. cum ex injuncto, nu. 49, de nov. oper. nunc. Tamburin. de Jur. Abb. tom. 1, disput. 5, quæst. 3, num. 26, Passerin. de elect. cap. 14, quæst. 2, numer. 12, & 21, Rot. coram Put. dec. 283, n. 3, lib. 3,* cum aliis *in dec. quæ confirmatur, 3 Decembris 1731, § Et electio, coram Me.*

Eaque occurrit principalis ratio disparitatis inter unum, & alterum casum;
quoties enim Vocales non fuerunt intimati ab habente facultatem convocandi, constituti admodum dici possunt in
bona fide, quòd deficiente hujusmodi legitima convocatione, dari sine eis non
possit valida Universitatis repræsentan- 4
tia, dum, est in congregando regulariter,
ut dictum est, reposita, in duabus ex

tri-

tribus partibus Vocalium. E converso
autem, si Vocales intimati, & convo-
3 cati sunt ab habente, ratione dignita-
tis, potestatem convocandi, qui, præ-
stitura die negligunt, vel recusant in-
tervenire, etiamsi constituant majorem
partem, respectu totius Collegii, non sunt
amplius habendi in consideratione, nam
ex ipsa convocatione legitimè facta, di-
4 cuntur positi in contumacia, ut expli-
cando dispositionem *Text. in dicta leg.*
nulli, leg. planè, leg. nominationem, bene
advertunt *Abb. in cap. in causis. numer.*
9, in fin. de elect. cap. cum omnes, num.
13, de constit. Gratian. discept. 933, nu.
7, & 8; Rot. in Majoricen. Beneficii, 21
Februarii 1724, § Quin ulteriùs, coram
bon. mem. Cerro. Et ex tali contumacia
per ipsos contracta post hanc legitimam
5 Præsidis convocationem, renunciasse vi-
dentur Juri suo, & ex proprio facto se
fecisse extraneos, & alienos ab illo actu,
ut per *Text.* expressum *in cap. cum no-*
bis, de elect. optimè ratiocinatur idem
Abb. in cap. in causis, num. 9, de elect.
Fagnan. in cap. ex injuncto, num. 99, de
nov. oper. nunc. Cresp. de Valdaur. obser.
dec. 112, num. 5; Tamburin. de Jur. Ab-
bat. tom. 1, disput. 5, quæst. 3, numer.
23, & 26, Analect. in Jus Canonic. tom.
1, tit. 6. § 8, num. 202, in fin. Ceccoper.
lucubr. Canonic. lib. 4, tit. 2, numer. 10,
cum plur. seqq. ubi *num. 17*; quòd si tres
6 Canonici interveniant, cæteris absenti-
bus, adhuc possunt illi tres, negocia
capitularia validè expedire, idemque
tenet *Scarfanton. ibidem. numer. 40*, &
consonant tradita per *Rot. in Melevita*
na præminentiæ Consiliaratus, coram bo.
me. Molines, inter ejus nuper impress. de-
cis. 565, num. 2, cum aliis *in decis. quæ*
confirmatur 3 Decembris 1731, § Et ele-
ctio, coram Me.

Frustraque ad elidendam vim præfatæ
distinctionis, & ad sustinendam respecti-
vè nullitatem nominationis, sive præ-
sentationis expletæ a Patritio, & binis
Juratis, denuò proponebantur aliàs re-
jectæ exceptiones, nimirum quòd idem
Patritius non polleat facultate convo-
candi Senatum, quodque, ea etiam præ-
supposita, saltem non habuerit Jus indi-
cendi electionem, sive nominationem,
facta abbreviatione termini de Jure da-
ti ad præsentandum, ex regula, quòd
7 habens facultatem convocandi Senatum,
non habeat facultatem restringendi ter-
minum Juris, de qua *Abb. in cap. cum*
nobis, num. 9, de elect. Piringh. in Jus Ca-
nonic. lib. 2, tit. 6, sect. 3, § 2, sub nu.
133; Laimar. de elect. prælat. cap. 4, sub
num. 41, cum aliis latè cumulatis *in De-*
cisionibus præcedentis Instantiæ, 11 De-
cembris 1730, § Animadversum, & 27
Aprilis 1731, § Quidquid, coram R. P.
D. meo Corio.

Distinctè siquidem per Dominos rear-
sumpta discussione utriusque objectionis,
quòd attinet ad facultatem convocandi
Senatum, retento, quòd Patritius Civi-
tatis Calatayeronis, juxta ejus primævam
aggregationem ad corpus Juratorum, se-
cutam de anno 1612, non solùm cum Se-
natoribus constituat corpus Civitatis, sed
etiam ex aperta, & literali expressione
ibidem facta sit caput inter eos, ibi -- *Ab-*
bia di più, che sia capo di essi Giurati --
certum undique apparuit, quòd ipse,
tam inspecta Juris dispositione, quàm li-
brata ipsius Senatus consuetudine, verè
Jus habuerit convocandi Senatum. De
Jure siquidem, quando Collegium, vel
Universitas habet caput, quod non ra- 8
tione prætensæ antiquioritatis, vel Se-
nioris ætatis, sed ratione dignitatis præ-
est, illi debita est facultas convocandi di-
ctum Collegium, vel Universitatem, ut
per *Text. in cap. 1, de major. & obed.*
notat Butr. in cap. cum nobis 19, numer.
33. de elect. Card. Tusch. lit. T, concl.
256, num. 3; Lambertin. de Jur. patron.
par. 2, princ. art. 19, tom. 2, pag. 146;
Piton. discept. Eccles. 100, num. 2, tom.
3; & in Gerunden. Jurisdictionis super
Jure convocandi Capitulum, 14 Junii 1702,
§ Talis autem, coram clar. mem. Cardin.
Priolo. Quod indistinctè locum sibi vin-
dicat, sive agatur de Collegio Ecclesia-
stico, sive de Universitate, vel Collegio
Sæculari; quia licèt deficiente persona,
quæ in eis præsideat ratione dignitatis,
Jus convocandi, tamquam existens pe- 9
nes ipsam Universitatem, exigat duas
ex tribus partibus, & in eis potiùs resi-
dere dicatur ex traditis per *Felin. in c.*
cum omnes, de constit. sub num. 35; Lam-
bertin. de Jur. patronat. par. 2, lib. 2, art.
22, quæst. 2, vers. restringe hanc declara-
tionem; Vivian. de Jur. patronat. par. 2,
lib. 8, cap. 3, num. 6. Attamen quando
Collegium Ecclesiasticum, vel Sæculare
habet caput, ad ipsum semper absolutè 10
pertinet Jus convocandi Senatum, ut
probant *Auctoritates superiùs recensitæ*,
& in specie loquendo de Patritio Cala-
tayeronis, firmat *Piton. discept. Eccles.*
13, num. 31.

Inspecta verò observantia, & antiqua
particulari consuetudine Senatus dictæ
Civitatis, pari modò recognitum fuit,
hanc assistere favore Patritii, & compro-
batam undique remanere ex pluribus a-
ctibus Electionum, seu præsentationum
factarum, prævia convocatione, per Pa-
tritium pro tempore indicta, cum expres-
sa enunciativa, ad ipsum pertinere Jus
convocandi Senatores; Ex testimonio
publici Secretarii dicti Senatus; ex de-
positione aliorum publicorum Officialium;
ex fide ipsorum Juratorum, ad quos per-
tinet Civitatis Gubernium; ex unisona
depo-

depositione aliorum plurium Nobilium
ejusdem Civitatis; & demum ex Episto-
la per ipsum Senatum scripta de anno
1698 Episcopo Syracusano, in qua Se-
natores sincerè fassi sunt, ibi — *Così a
V. S. Illustrissima dobbiamo sincerare, che
il Patrizio gode le prerogative medeme,
che il Pretore di Palermo, con ampla con-
cessione, ec. onde nelle funzioni di rilie-
vo, egli solo tiene il Jus, non che di pro-
porre a Colleghi, ma di chiamarli alla
Casa Senatorea* — Unde tot attentis do-
cumentis, in quæstionem vix revocari po-
terat, Patritium verè pollere dicta qua-
litate convocandi Senatum, juxta di-
11 ctam antiquam, & individualem con-
suetudinem in hac materia omninò at-
tendendam; *Innoc. in cap. 1, num. 1, de
major. & obed. Rota coram Merlin. de-
cis. 779, num. 2; coram Bich. decis. 566,
num. 29, in recen. dec. 781, num. 5, par.
18; in Ilerden. Juris Præsidendi in ex-
tractione Priorum, 27 Junii 1704, § Præ-
sertim, coram clar. mem. Card. Scotto*; &
latè comprobat *decisio, quæ confirmatur
§ Sed certiùs.*

Rejectis Testibus, & actibus electio-
num, sive præsentationum per Colu-
mnam in oppositum adductis, etenim
contra depositiones dictorum Testium,
ex quibus justificari prætendebatur, Jus
convocandi Senatum residere penès Ju-
ratos, resistebant actus per ipsosmet ex-
pleti de tempore, quo, Patritii, vel Ju-
ratorum munere fungebantur, & qui-
dem specificè occasione similium electio-
num factarum prævia convocatione per
Patritium indicta, sub ea narrativa, — *cui
competit Jus convocandi Senatum* — & re-
sistebat insuper, quòd dicti Testes sunt vin-
12 culo Consanguinitatis adstricti cum ipso
Columna, & propterea nullam in Judi-
cio probationem poterant continere; *Ma-
scard. de probat. conclus. 1357, num. 43,
Rot. coram Ansald. dec. 40, num. 8, co-
ram Eminentissimo Falconerio in Miscell.
decis. 44, sub num. 15, vers. mole sua*; &
fortiùs, dum ultra Juris dispositionem
in oppositum militantem, eorum depo-
13 sitio conquassatur etiam ex recensitis do-
cumentis, & ex solemni attestatione pu-
blicorum Officialium deponentium de di-
cta prærogativa Patritio competente; *Fa-
rinac. de Test. quæst. 65, num. 130; Rot.
coram Emerix Jun. dec. 1167; num. 14,
& in Tranen. Præeminentiarum, super Re-
servatis, 19 Novembris 1713, § Quo ve-
rò, cor. bo. me. Ansaldo.*

Actus autem electionum, ut præten-
ditur, factarum, prævia convocatione
quatuor Juratorum, qui in substantia
reducebantur ad tres præsentationes, &
electiones anni 1678, 1698, & 1707,
pari facilitate non excludere compertum
fuit, Jus convocandi pertinere ad Patri-
tium; nam cùm actus convocationis sit
mere facultativus, etiamsi convocatio ali-
quando facta fuerit a Juratis, non inde 14
exclusum dici potest Jus dicto Patritio
competens, nisi certa sit etiam proba-
tio, quòd ipse voluerit convocare, sed
fuerit prohibitus, cum subsequuta ac-
quiescentia, ad firmata per *Rot. coram
Zaratt. decis. 74, num. 4, in recen. 218,
num. 11, par. 16, decis. 96, num. 17, &
seq. parte 17, coram bon. mem. Molines,
inter decis. nuper impressas 619, num. 8,
tom. 2; & in Hildesimen. Comitiorum, 13
Maji 1716, § Neque, & § Minusque,
coram R. P. D. meo de Gamaches*; &
ponderat *decisio, quæ confirmatur, § Con-
vocationes.*

Potissimè quia ad examen revocatis
dictis contrariis actibus in oppositum al-
legatis per Columnam, in facto consti-
tit, ex primo anni 1678, nullatenus re-
sultare, quòd Senatus fuerat convoca-
tus a quatuor Juratis exclusivè ad Pa-
tritium; sed solùm quòd præsentatio
expleta fuerit a quatuor Juratis, ex quo
Patritius cum eis congregatus noluerit
eligere; In aliis verò actibus electionum
factarum de annis 1698, & 1707, eate-
nus illos gestos fuisse, prævia convoca-
tione quatuor Juratorum, quatenus Pa-
tritius renuerat Senatum convocare, &
cum aliis convenire. Quapropter actus
hujusmodi referibiles ad justam convoca- 15
tionis causam, vel a Patritio, vel a Ju-
ratis, ob irrationabilem ipsius Patritii re-
luctantiam, nullatenus dici poterant ef-
ficaces, ad excludendam necessariò per-
tinentiam Juris convocandi, tot documen-
tis favore Patritii constabilitam, ad *Text.
in Leg. neque natales, Cod. de probat.
Leg. non hoc, Cod. unde liberi; Rocc.
disp. Jun. select. cap. 111, num. 48; Rot.
coram Ludovis. dec. 353, num. 2; coram
Emerix Jun. dec. 104, num. 7; & in Vi-
cen. Juris admittendi Presbyteros, 14 Ju-
nii 1728, § Spretis, coram bon. mem. Cor-
nelio.*

Descendendo autem ad impugnatam
electionis subsistentiam, ex quo, superex-
tante adhuc trimestre, Patritius non pos-
set, convocando Senatum abbreviare
terminum a Jure datum ad præsentan-
dum. Argumenta per Columnam cumu-
lata, iterum corruere visa sunt ex ipsa
contrarii suppositi erroneitate, quòd Pa-
tritius convocato Senatu pro facienda
electione sub certa præfinita die coacti-
vè abbreviaverit terminum Juris; nam
revera aliter res se habet, quia Patri-
tius, deducendo ad actum, facultatem
sibi competentem convocandi Senatum
ad effectum faciendi electionem, prout
infra quadrimestre ei permissum erat in
quacumque die sibi benevisa, obligavit
quidem vocatos ad accedendum sta-

tuta

tuta die sub pœna contumaciæ, sed illos minime obstrinxit ad abbreviandum terminum Juris, sive ad eligendum. Ex-
16 ploratissiquidem Juris est, quòd si venientes legitimè convocati, dum non imminet tempus a Lege præfixum, nolunt dictum terminum abbreviare, vel eligere, utique ad libitum possunt abbreviationem, ac electionem differre ad aliam diem, ut benè explicat *Passerin. de elect. cap. 9, num. 103; Pirringh. in Jus Canon. lib. primo, tit. 6, sect. 3, § 2, sub num. 33; Leuren. in for. benef. par. 2, sect. 331, sub num. 2, vers. unde convocare potest Præses*; & probat postrema Decisio, § *Hæc tamen*.

Atque hinc, si post convocatum a Patritio Senatum, ad effectum peragendæ electionis, Interessentibus placuit, abbreviare terminum Juris, procedendo etiam ad complendum actum indictæ electionis, palam emergit, quod talis subsequuta electio, non dicitur effectus pro-
17 veniens a coactiva abbreviatione termini Juris, facta per Convocantem, quæ non adfuit, sed a libera voluntate venientium, qui legitimè repræsentando potentiam Senatus, poterant ad libitum eligere, & non eligere, ex traditis per *Lambertin. de Jurepatron. lib. 2, part. 2, quæst. princip. art. 19, numer. 5, vers. Tu circa, Passerin. de elect. cap. 11, n. 97, & seq. Leuren. in for. benef. sect. 2, cap. 2, dict. quæst. 331, sub. numer. 2, vers. unde convocare, & seq.* Et proinde non minùs validitas convocationis, quàm electionis, & ipsius consummatæ abbreviationis termini, malè apparuit in quæstionem revocata, postquam Electores processerant prævia intimatione ipsis facta ab habente facultatem convocandi; terminus enim de Jure concessus ad eligendum, & præsentandum, tamquam propriè datus negligentiæ, ne ex-
18 tra illum electio differatur, sicuti non impedit, quin Electores in quacumque parte termini possint eligere, ac nominare, & ipsum terminum Juris abbreviare, ut notat *Passerin. de elect. cap. 13, num. 33; Rot. in Recentior. dec. 388, num. 2, dec. 467, num. 38, & seq. part. 19 coram Ubag. dec. 70, a num. primo; & coram Caprara, dec. 60, num. 14, & 15*; ita nullum præstat impedimentum, quòd Præses in quacumque parte termi-
19 ni possit convocare; sequutaque, prout in casu, effectiva electione, & abbreviatione termini, ex quo interessentibus ritè in Senatu convocatis, ita placuit, uterque actus abbreviationis, & electionis legitime dicendus est expletus ad tramites indubitati Juris penès eos consolidati, ut probat dicta *postrema Decisio Causæ*. § *Neque in isto casu*.

Nec in his terminis valet opponi, quòd in actu sequutæ abbreviationis termini, de Jure Senatoribus competentis ad eligendum, sive præsentandum, non intervenerint duæ ex tribus partibus, habito respectu ad totum Collegium, sive Senatum. Quoniam hæc inspectio, ut superiùs dictum est, locum vindicare pos- 20
set, quoties Jus convocandi Senatum, non resedisset penès Patritium, sed penès ipsum Senatum; in hoc quippe casu, quemadmodum Senatores nonnisi per duas ex tribus partibus convocari potuissent, ita istis deficientibus, potestas Collegii dici non potuisset completa ad effectum abbreviandi terminum Juris. At diversimodè res procedit in præsenti facti specie, in qua Jus convocandi Senatum, plenè constitit, pertinere ad Patritium, quia post legitimam Senatorum convocationem, sicuti ex firmatis, potestas Collegii tota resedit penès venientes; ita intuitu ipsius consolidatæ potestatis, non attentis ratione contumaciæ Electoribus, 21
qui accedere recusarunt, omni Jure potuerunt Interessentes terminum coarctare, actum electionis expediendo, etsi duas ex tribus partibus respectu totius Collegii non constituerent, ut optimè prosequitur *Cucch. instit. major. lib. 4, tit. primo, num. 176*, & expendit *Decisio, quæ confirmatur 3 Decembris 1731*, § *Neque in isto, coram Me*.

Demum ejusdem inefficaciæ apparuit subalterna iterata oppositio, juxta quam per Columnam sustineri prætendebatur; quòd licèt Jurati in præambulo Capitulo legitimè congregari convenissent circa abbreviationem termini Juris, attamen in una eademque coadunatione non potuerint Juris terminum abbreviare, & una simul electionem ipsam perficere, sed potius, præfinita certa die, debuissent actum electionis ad illam differre, ex doctrina *Lambert. de Jure Patron. lib. 2, quæst. 2, princ. num. 7, vers. sed adverte*.

Ultra quòd enim huic excitatæ prætentioni, satis adversabatur, in præteritum, semper in Senatu Calatayeronis adhibitam fuisse unicam intimationem ad accedendum in Aulam Senatoriam, & ad eligendum cum subsequuta electione, seu nominatione, quamvis non instaret finis termini a Jure dati ad præsentandum, ac nominandum, & non præcessisset alia coadunatio pro arctatione dicti termini, 22
quæ specifica observantia sine dubio maximè stringit, ex animadversis per *Rot. in recen. decis. 165, num. 16 par. 10; decis. 350, num. 18, par. 16; & coram bo. mem. Molines, dec. 672, num. 39, tom. 3*, in radice submoveri visa fuit quælibet difficultas advertendo, in Jure nullibi cautum reperiri, quòd pro indictæ electionis validitate, ubi non instat finis ter-

termini, duæ necessariò concurrere de-
beant adunantiæ Capitulares, in qua-
rum prima abbreviatus remaneat termi-
23 nus Juris, in secunda verò fiat electio,
sed potiùs oppositum ex receptiori Do-
ctorum calculo dignoscitur admissum,
quod scilicet Electores legitimè ad eli-
gendum convocati, ab habente faculta-
tem convocandi, etiamsi minorem Colle-
gii partem constituant, possint in con-
tumaciam intervenire recusantium, non
solùm abbreviare terminum Juris, sed
etiam ad effectivum electionis actum de-
venire, *ex auctoritatibus superiùs alle-
gatis*.

Doctrinam verò *Lambertini* in opposi-
tum allegatam, denuò censuerunt Do-
mini, obicem non præbere, sed esse in-
telligendam, prævia distinctione bini ca-
24 sus; alterius, ubi habens facultatem con-
vocandi Collegium, illud convocat ad
præcisum effectum faciendi electionem;
& alterius, ubi habens dictam facultatem,
vocat Eligentes ad effectum statuendi
diem, in qua fieri debeat electio, & no-
minatio; nam ut recognitum fuit, sup-
posita hac distinctione, *Lambertinus* in
primo casu, quia attenta contumacia ac-
cedere recusantium penes venientes, to-
ta Capituli, sive Collegii potestas fuit
legitimè consolidata, ideò non obscurè
admittit, quòd intervenientes, licèt ab-
brevient terminum Juris, possint etiam
eligere, ex quo ad id vocati sunt, ut
ibidem *num. 4, & 5, vers. Tu circa præ-
dict.* In secundo verò casu, quia Ele-
ctores fuerunt simpliciter vocati ad sta-
tuendam diem pro facienda electione,
idem *Lambertinus* sentit, quòd sicuti il-
li, qui non accesserunt, dici non pos-
sunt contumaces, quoad actum electio-
nis, pro qua non fuerunt intimati, ita
intervenientes possint quidem abbrevia-
re terminum Juris, & statuere certam
diem, ad quod fuerunt vocati, sed non
possint actum electionis consummare,
ad quod non fuerunt vocati, ut ibidem
num. 5, & ex verbis lariùs *in decisione*,
quæ confirmatur, recensitis. Nec discor-
dant per eum postea firmata *sub Articu-
lo* 22, § *Ex quibus restringe modo*, *il* 2,
quia idem Auctor ibi loquitur etiam in
casu, quo vocatio restricta fuisset ad ab-
breviationem termini, non verò ubi Ele-
ctores vocati fuerunt ad eligendum, &
post generalem conclusionem se refert *ad
articul.* 19. Ex quibus satis colligi de-
bet, juxta dictos casus, verè versari opi-
nionem *Lambertini*, quæ propterea nul-
latenus dissona, sed potiùs conformis
dicenda erat, *cum aliis authoritatibus* su-
periùs pro validitate electionis, & ab-
breviationis termini *recensitis*.

Qua de re, cùm in casu præsenti nul-
la occurrat in facto controversia, quòd
Patritius Jus habens convocandi Sena-
tum, illum convocaverit ad præcisum,
& individuum effectum eligendi, ibi --
*Ad effetto di conferirsi domane, correndo
li 9 del presente Gennaro ad ore sedici di
detto giorno nella Loggia, e Casa Sena-
toria per fare l' elezzione, seu presenta-
zione della Prepositura dell' Insigne Col-
legiata di San Giuliano, che al presente
vaca* -- utique sub hac specifica convo-
catione ad eligendum certa præfinita die,
ambigendum non erat, Patritium, & bi-
nos Juratos, qui intervenerunt, non
attenta levi excusatione aliorum, qui 25
accedere recusarunt, benè potuisse sub
unico actu, & congregatione, terminum
Juris abbreviare, & ipsam indictam ele-
ctionem perficere, *ex allegatis*, & præ
cæteris optimè concludunt *Cucch. instit.
major. lib. 4, tit. 1, num. 174, & seq.
Passerin. de elect. cap. 11, num. 79, Lem-
ren. in for. benefic. sect. 2, cap. 2, quæst.
331, num. 2, vers. unde convocare; &
concordat Rot. coram Millin. dec. 410,
num. 2, in recen. dec. 36, num. 4, part.
6; & in dicta Placentina Parochialis su-
per gratia si neutri, 27 Januarii 1727, §
Nec relevare, in fine, coram bon. memor.
Cornelio.*

Consultò omissis aliis, quæ inutiliter,
denuo excitata sunt, vel quia Patritius
unà cum aliis duobus Juratis, qui no-
minarunt Antonium Morso, non consti-
tuant majorem, vel saniorem partem,
prout Pontifici fuerat expressum in lite-
ris *pro præsentato* ab eo reportatis; vel
quia inter suffragia præstita in actu ele-
ctionis numerari non debeat illud Jose-
phi Rizzari, unius ex Juratis, qui votum
exposuit per medium Procuratoris ex-
tranei; vel demum quia electio, sive
præsentatio infecta dici possit ob labem
Simoniæ. Hæc enim, quæ cæteroquin
leviora apparuerunt, abundè sublata vi-
sa sunt ex firmatis in *dicta postrema De-
cisione*, *quæ confirmatur* a § *Constabilitis*,
ad finem, ad quam proinde Domini sese
in omnibus relative habuerunt.

Et ita conclusum fuit utraque, &c.

R. P. D.

O M A N A.

*Novarien. Interventus in Pontificalibus
super Manutentione.*

Veneris, 27 Junii 1704.

A R G U M E N T U M.

In hac Decisione resolutum fuit, dan-
dam esse manutentionem Canonicis
Ecclesiæ Collegiatæ S. Gaudenrii in
quasi possessione interveniendi functio-
ni-

nibus; Episcopo ibidem Pontificaliter celebrante, adversus Canonicos Cathedralis, qui opponebant eorum antiquam quasi possessionem assistendi dd. Pontificalibus, absque interventu Canonicorum Collegiatæ.

SUMMARIUM.

1 *Manutentio concedenda est habenti possessionem, seu quasi.*
2 *Et ad hunc effectum sufficit etiam unicus actus.*
3 *Quando disputatur de modo, supponenda est substantia, cùm qualitas non detur sine ente.*
4 *Non attenditur anterior possessio, ubi illa redditur incerta, & æquivoca.*
5 *Manutentio conceditur ad statum, in quo quis ultimo loco reperitur.*
6 *Præsertim quando posterior possessio roborata reperitur juris assistentia.*

DECISIO X.

CONtendente Capitulo Majoris Ecclesiæ Novarien. reperiri in antiqua quasi possessione accedendi in festis diebus S. Gaudentii ad Collegiatam Ecclesiam ejusdem Sancti, & celebrante etiam Episcopo assistendi functionibus absque interventu Canonicorum dictæ Collegiatæ; e converso autem opponentibus istis eorum quasi possessionem assistendi Pontificalibus, quæ in dictis diebus per Episcopum geri contigerit, utrumque Capitulum ad invicem manutentionem in hodierna audientia expostulabat; sed quemadmodum Ordinarius judicavit manutenendos esse Canonicos Collegiatæ, ita ipsis eamdem manutentionem dandam esse resolutum fuit.

Illorum enim quasi possessio resultat ex actu incontroverso anni 1697, in quo accedente Episcopo ad dictam Collegiatam, ibique Pontificaliter celebrante, Canonici S. Gaudentii unà cum aliis Ecclesiæ Cathedralis eidem functioni inter-
1 venerunt. Attenta autem hujusmodi quasi possessione, manutentio eidem concedenda est, ad vulg. *Text. in* § *Retinendæ, de interdict.* cum aliis in *Tarraconen. Jurisdictionis, super editis*, 28 *Junii* 1700, § *Non quidem, coram Illustrissimo D. Magno Cancellario Mediolani*; non obstan-
2 te, quòd ea probetur ex unico actu, cùm etiam iste ad manutentionem obtinendam sufficiens reputari soleat ex adductis per *Posth. de manutent. observ.* 310, *num.* 77; *Rot. decis.* 247, *num.* 2, *coram Buratt.* & *in Cremonen. Feudi*, 4 *Februarii* 1692, § *Quia ultima, coram Reverendiss. Turonen.*

Neque obstat, quòd dictus actus fuerit a Canonicis Cathedralis contradictus, & protestatus, quoniam protestationes, & contradictiones non fuerunt directæ ad impediendam assistentiam in Pontificalibus, sed potius ad excludendam prætensionem Thurificationis, & osculi Pacis, quam Canonici Collegiatæ promovebant; eo autem ipso, quòd altercatio tetigit modum, & formam talis interessentiæ Capituli Collegiatæ, dici debet quòd interessentia ipsa fuerit præsupposita, cùm disputari nequeat de modo, nisi supposita substantia, & qualitas sine ente non datur; ad *text. in l. decem*, *ff. de verbor. obligation. Cyriac. controvers.* 26, *num.* 5; *Add. n. resol.* 19, *num.* 13, *Rot. coram Emerix jun. dec.* 982, *in fine*. 3

Prout nec relevat anterior contraria possessio Capituli, Cathedralis interveniendi in Pontificalibus absque assistentia Canonicorum Collegiatæ. Tum quia illorum abstinentia referri potest ad causam prætensionis Capituli non dandi ipsis osculum pacis, eosque minimè thurificandi; unde quælibet possessio, quæ exinde ex illorum non interventu deduci potest, remaneret ad modum incerta, & æquivoca, ex animadversis in alia mea hodierna Decisione, § *Finali*. Tum etiam quia in Judicio manutentionis non attenduntur actus anteriores prætensæ possessionis, sed is obtinet, qui magis proximus est tempori motæ litis, cùm manutentio concedatur ad statum, in quo quis ultimo loco reperitur; *ad Text. in cap. cum Ecclesia Sutrina de, caus. possess. & propriet. Posth. de manutent. obser.* 71, *num.* 51; *Rota apud ipsum, dec.* 194, *num.* 40; & *in rec. part.* 12, *dec.* 270, *num.* 1; & *in d. Cremonen. Feudi*, 4 *Februarii* 1692, *coram Reverendissimo Turonen.* 4 5

Addito præsertim, quòd posterior quasi possessio Canonicorum Collegiatæ roborata est juris assistentia, de qua in d. alia mea hodierna decisione; unde in conflictu anterioris quasi possessionis allegatæ per Capitulum Cathedralis, hæc dubio procul præferenda est, faciliusque venit manutenenda, ex notatis *per Innoc. in cap. auditis, sub num.* 4, *vers. sed contrarium videtur, de præscript. Solorzan. de Jur. Indiar. lib.* 3, *cap.* 14, *num.* 65; *Gratian. discept. forens. cap.* 402, *num.* 1; *Ciroccb. discept.* 78, *num.* 26; *Rot. coram san. mem. Alex. VIII, dec.* 167, *num.* 3; & *in Tarraconen. Jurisdictionis*, 10 *Maji* 1700, § *Fin. coram Illustriss. D. Magno Cancellario Mediolani*; & *in Tarraconen. Juris punctandi, super manutentione*, 26 *Februarii* 1703, § *Eo fortius, coram Me.* 6

Et ita utraque, &c.

R. P. D.

R. P. D.

R E Z Z O N I C O.

Valentina Funerum.

7 Decembris 1731.

ARGUMENTUM.

Parochis permissum non est, in associatione Cadaverum, Ecclesias Regularium ingredi cum Stola, & Cruce elevata, neque funebres functiones inibi peragere; & declaratur, recessum fuisse a quadam transactione, inita per Rectorem, & Beneficiatos Ecclesiæ Parochialis Villæ Liriæ, Valentinæ Diœcesis, cum Patribus discalceatis S. Francisci Strictioris Observantiæ d. Loci. Agitur etiam de exemptione Seraphici Ordinis S. Francisci a solutione quartæ funeralis; & quando locus sit exhumationi, & restitutioni Cadaveris.

SUMMARIUM.

1 *Parochus pro exercitio juris Parochialis, intra limites propriæ Parochiæ, fundatam habet intentionem, ac Juris assistentiam, privativè quo ad alios.*

2 *Quando tamen agitur de Cadaveribus sepeliendis in Ecclesiis Regularium, non potest Parochus cum Stola, & Cruce dd. Ecclesias ingredi, vel ibi exequias Ecclesiasticò ritu celebrare, aut alios quoscumque actus, ab Officio, & potestate Parochiali dependentes exercere, nisi jus quæsitum habeat ex immemorabili consuetudine, vel alio quovis legitimo titulo.*

3 *Sed terminare debet preces associatorias ante januam Ecclesiæ, ibique benedicere, & dare ultimum vale.*

4 *Hoc per viam Legis, ubique Locorum servandæ, statuerunt favore Seraphicæ Religionis S. Francisci Summi Pontifices Alexander VII, & Clemens X.*

5 *Transactioni contraveniens privatur omni actione, & emolumento, ab illa provemente.*

6 *Quæ sit virtus, & efficacia pacti resolutivi, in contractu appositi.*

7 *Stante pacto resolutivo, si una Pars non adimpleat, resoluta remanet Transactio, & in pristinum statum redigatur jura alterius Partis.*

8 *Generalis dispositio nullum patitur restrictionem, seu limitationem.*

9 *In stipulationibus nullum verbum otiosè appositum censeri debet.*

10 *Facta in dispositione alicujus rei speciali mentione, dubitari nequit de illius inclusione, ex verborum proprietate.*

11 *Pactum resolutivum operatur, ut etiamsi inadimplementum Transactionis versetur circa unicum capitulum, quantumvis minimum, altera Pars compelli amplius nequeat ad illam servandam.*

12 *Post legitimam Collegii coadunationem, quod statuitur a majori parte, factum dicitur ab omnibus: & quælibet resolutio, capitulariter facta, valida est, etiamsi minor pars actui consensum non præstiterit.*

13 *Recessus a Transactione impugnari nequit, si in eo appareant adhibitæ eædem solemnitates, ac in ipsa Transactione.*

14 *Unusquisque debet contra se admittere legem, cujus beneficio præveniens usus fuit.*

15 *Simplex enunciativa, impugnativè emissa, neque confessionem aliam, neque probationem constituere valet.*

16 *Testium examen, factum coram Judice incompetenti, nullum est, cum aliis inde sequutis.*

17 *Quæ sint requisita necessaria ad probandam Immemorabilem, remissivè.*

18 *Quibus deficientibus, non relevant Testium depositiones super illa.*

19 *Ad hunc effectum principaliter requiritur, quòd Testes deponant de visu, & propria scientia per annos quadraginta.*

20 *Testium depositiones, vel aliæ similes probationes super Immemorabili, in materia facultativa, sunt inefficaces, nisi concludant Partis contradictionem, ejusque successivam acquiescentiam.*

21 *Seraphicus Ordo S. Francisci, ex Constitutionibus Apostolicis, & privilegiis Summorum Pontificum, exemptus est a qualibet solutione Quartæ funeralis.*

22 *Juris censura favore Parochorum, quo ad solutionem quartæ funeralis, cessat, concurrente contrario privilegio.*

23 *Liberum cuique est, Ecclesiasticam sepulturam eligere, etiam extra Parochialem Ecclesiam.*

24 *Parochus, in propria Ecclesia sepeliens Defunctum, qui alibi sepulturam elegerat, compellendus est ad restitutionem Cadaveris, indebitè sepulti.*

25 *Ad vitandam Cinerum vexationem, quandoque Judices, dimisso Juris rigore*

gere, restitutionem suspendere valent.

26 Vel illam penitus denegare.

27 Declaratur, in quibus casibus prædicta procedant.

DECISIO XI.

Diem clausit extremum Anno 1728 Victoria Mas de Villa Liriæ, Valentinæ Diœcesis, electa sibi in ejus ultimis tabulis Sepultura in Ecclesia PP. Discalceatorum S. Franc. Strictioris Observantiæ dicti Loci; unde Rector, & Beneficiati Ecclesiæ Parochialis, debito pastoralis Officii, quo fungebantur, defunctæ Domum cum Cruce, & Stola adiverunt, ejusque Cadaver ad Ecclesiam rumulantem, consueta pompa transferre curarunt. Sed opponentibus dictis PP. quòd eis non liceret cum Stola, & Cruce ingredi in eorum Ecclesiam, ibique funebres Functiones peragere sine licentia P. Guardiani; dicti Beneficiati hujusmodi licentiam petere renuentes ab Ecclesiæ Janua, quam vix attigerant, unà cum Cadavere illico recesserunt, illudque in propria Parochiali Ecclesia, loco depositi, tumularunt.

Occurrentes autem præjudiciis, ex hujusmodi tentato ingressu, aliisque Beneficiatorum jactationibus, quomodolibet inferendis, PP. prædicti, emissa priùs judiciali protestatione super restitutione Cadaveris, expedire non destiterunt in Tribunali A. C. Monitorium super observatione, & executione Decretorum Sacrarum Congregationum, necnon Constitutionum Apostolicarum, eoque dicto Rectori, & Beneficiatis præsentato, assumptum fuit judiciale certamen; & auditis plenè juribus hinc inde deductis, definitum fuit, non licere eidem Rectori, & Beneficiatis Ecclesiæ Parochialis Villæ de Liria in associatione Cadaverum Ingredi cum Stola, & Cruce elevata in Ecclesiam PP. Ordinis S. Francisci Strictioris Observantiæ dicti Loci, ibique functiones funebres peragere, invitis PP. prædictis, minusque exigere Quartam Funeralem pro Cadaveribus sepeliendis in dicta Ecclesia, & denique dd. Presbyteros teneri ad restitutionem Cadaveris d. Victoriæ unà cum emolumentis perceptis. Impetrata verò a Rectore, & Communitate dictorum Beneficiatorum adversùs hanc Sententiam appellationis commissione mihi directa cum clausula -- *de appellatione* -- in hodierna audientia proposui dubium, excitatas controversias complectens -- *An Parocho, & Beneficiatis liceat ingredi cum Cruce, & Stola in Ecclesiam Conventus S. Francisci, & in ea functiones funebres peragere, ac Quartam Funeralem exigere, & an sit locus restitutioni Cadaveris, in casu, &c.* -- cui Domini responderunt -- *negativè quoad primam partem, affirmativè quoad secundam* --

Facilem enim, & expeditam hanc resolutioni viam sternere visa sunt amplissima privilegia, quibus universus Regularium Ordinum cætus, & præsertim Sacra Divi Francisci Familia a Summis Pontificibus condecorata est; quod siquidem attinet ad primam dubii partem concernentem prætensum jus ingrediendi Ecclesiam PP. S. Francisci, celebrandique ibidem Exequias Cadaveribus Parochianorum, licèt Parochus pro exercitio Juris Parochialis intra limites propriæ Parochiæ fundatam habeat Intentionem, ac juris assistentiam privativè quoad alios; 1
ad *Text. in cap. primo de sepult. & in Clement. dudum. § Verùm, eodem tit. Barbos. de Offic. Paroch. part. 3, cap 26. n. 66. Rot. in Rec. dec. 355. num. primo, par. prima, dec. 552. num. 17, part. 5, decis. 391, num. 6, & 7, part. 8, decis. 124, n. 1, par. 12.*

Attamen ubi, prout hic, agitur de Cadaveribus tumulandis in Ecclesia Regularium, ratione exemptionis, qua isti ferè omnes peculiari Sedis Apostolicæ beneficio, fruuntur in suis Ecclesiis, & Monasteriis, quamvis intra limites Parochiæ positis, Rector pastorali Jurisdictione, & Præeminentia, tam actu, quàm habitu, adeo est destitutus, ut si velit 2
in associatione Cadaverum cum Stola, & Cruce per dd. Ecclesias incedere, vel Exequias Ecclesiastico Ritu celebrare, vel alios quoscumque actus ab Officio, & Potestate Parochiali simili modo dependentes ibidem exercere, positivam juris resistentiam potiùs habere dicatur, sitque omninò excludendus, nisi vel ex immemorabili consuetudine, vel alio quovis legitimo, & justo titulo, tale jus quæsitum appareat, ut communiter tradunt *Barbos. de Offic. Paroch. par. 3, c. 26, num. 80 & seq. & in Collect. decis. Apost. collect. in. 245, num. 9, & 12; Tamburin. de Jur. Abbat. tom. primo, disput. 15, quæst. 11, num. 21; Ramaguer. ad Constit. Synodal. Gerunden. lib. 3, tit. 9, cap. 3, num. 20; Card. De Luc. de Præemin. disc. 22, num. 5; Panimoll. dec. prima, annot. 10, num. 18, & dec. 169, num. 2; Rot. coram Zerat. dec. 45, numer. 3.* Et consentaneè ad hujusmodi juris censuram adhæserunt etiam Sac. Congregationes Concilii, Regularium, ac Rituum, decernentes, quòd in Ecclesiis Regularium, occasione tumulationis Cadaverum, nullum jus, Parochi, nullamque Jurisdictionem valeant exercere, sed teneantur 3
terminare preces associatorias ante Januam Ecclesiæ, ibique benedicere, & da-

re

re ultimum vale, ut ex innumeris resolutionibus, quas passim referunt *Novarius, in Summ. Bullar. Comment. 91, num. 1, & alii relati in locis mox citatis*. Idemque demum per viam legis ubique locorum, & quovis tempore obser-
4 vandæ, præciso, & speciali favore Seraphicæ Religionis S. Francisci, statuerunt Summi Pontifices *Alex. VII, in Constit. 93, § Primo, Bullar. Roman. tom. 6, & Clement. X, constit. 57, § 2, eodem tom. 6.*

In hypothesi autem nullius momenti esse putarunt Domini ea, quæ ad evitandam hanc univocam Canonistarum, Sacrarum Congregationum, & Apostolicarum Constitutionum, Censuram, favore Presbyterorum deducebant, *vel* ex asserta consuetudine immemorabili, *vel* ex quadam transactione inita de anno 1676, inter Parochum, sive Presbyteros Ecclesiæ Parochialis de Liria, & PP. Sancti Francisci occasione consim lis controversiæ inter ipsos tunc pendentis coram Judice Locali.

Assumpto enim examine transactionis, in qua potissimè per Rectorem, & Presbyteros Parochialis Ecclesiæ insistebatur, facilè constitit, de illa nullam esse habendam rationem, quia dato etiam quòd vigore conventionis inibi contentæ, quæsitum Presbyteris videri posset jus celebrandi Exequias, aliasque functiones peragendi in Ecclesia PP. Sancti Francisci, non obstantibus eorum privilegiis, & exemptionibus. Cum tamen de an. 1727, ipsimet Presbyteri convocato Capitulo solemniter declaraverint a dicta transactione recedere, eamque irritam facere, intimando hanc Capitularem resolutionem ipsis PP. & directè contraveniendo dispositis in illa, utique videntur a quolibet ipsius transactionis jure,
5 & emolumento cecidisse, tam inspecta juris dispositione in *leg. Si quis major. Cod. de Transact. ibique Gloss. verb. privatus*; quàm inspecto pacto resolutivo concordi Partium transigentium voluntate literaliter adjecto ibi -- *Quod quæcumque ex dd. Communitatibus, quæ contravenies hisce Capitulis, subjiceat, ut altera Pars possit uti suis juribus* -- Virtus enim, & efficacia pacti resolutivi est,
6 contractum sequuta contraventione dissolvere, perinde ac si celebratus nunquam fuisset; *leg. in voluntate, ff. quib. mod. pign. & hypot. solu. Bald. in leg. Ea lege, num. 13, vers.* Ego dico, *Cod. de condit. ob Caus. Menoch. cons. 26, num. 4, lib. primo; Grattian. discept. 307, n. 3, & 4; Magon. dec. Florent. 49, numer. primo; Rot. cor. Veral. decis. 315, num. 2, par. 3; coram Cels. dec. 131, num. 6; in rec. dec. 390. num. 11, par. 6, decis. 64, num. 6, par. 19.*

Qua de re non erant redarguendi PP. S. Francisci, ex quo propriis Privilegiis inhærentes, in his circumstantiis renuant Presbyteros cum Stola, & Cruce intra Ecclesiam admittere, eisdemque Parochialis jurisdictionibus exercitium constanter denegent, neglecta penitus transactione. Sicuti enim stante inadimplemento, & recessu capitulariter declarato per Rectores, sive Presbyteros, viribus destituta remansit transactio ob dictum pactum resolutivum, quo munita
erat, ita ob illius resolutionem in pristi- 7
num statum restituta fuerunt antiqua Jura, & Privilegia Patrum Franciscanorum, ut probant tradita per *Jason. in leg. Quamvis, num. 4, de transact. Marescot. var. resol. lib. 1, cap. 90; Cyriac. contr. 230, n. 24; Grattian. dicta discept. 307, num. 3, & 4, Const. de retrotract. cap. 8, cas. 1, num. primo, & seq. Rot. post Urceol. de Transact. dec. 33, num. prim; in Rec. dec. 107, num. 3, par. 12, dec. 396, num. 6, par. 13.*

Absque eo, quòd Presbyteris Ecclesiæ Parochialis prodesse visum fuerit, quòd antedicta eorum Capitularis declaratio processerit ex dissidiis ortis cum dd. PP. Sancti Francisci circa Confraternitatem, seu Societatem, quæ ab initio Fundationis Conventus inita fuerat; unde, vel non sit extendenda ad revocationem alicujus concordiæ cum PP. initæ, vel comprehendat tantùm Concordiam celebratam de Anno 1645, in qua confirmata, & certis legibus stabilita fuerat dicta Societas; non autem illam celebratam Anno 1676, quæ non tangit controversias dictæ Societatis.

Quandoquidem ad objecti remotionem urgere primo loco visa sunt verba ipsa recessus Capitularis, ibi -- *Decretò, e determinò la maggior parte di detto Capitolo, è Congregatione annullare la Concordia, e Fratellanza, e perciò nel presente Capitolo si annullò, e decretò, e discolse in tutto detta Fratellanza, e che la Concordia non sia più di veruna forza, o valore* -- Si enim dispositio hujusmodi generaliter directa dignoscitur ad omnimodam revocationem, & rescissionem, tam antiquæ Fraternitatis, quàm
Concordiæ, utique non erat facienda re- 8
strictio ad solam tantùm Fraternitatem, ad firmata per *Rot. dec. 524, num. 12, & seq. part. 18; dec. 295, num. 21, & seq. par. 19 Rec.* In stipulationibus enim
nullum verbum censeri debet appositum, 9
sine virtute operandi; *Altograd. cons. 12, num. 14, & cons. 100, num. 39, lib. 2; Grattian. discept. 995, num. 9; Rot. coram Caveler. dec. 147, num. 5*; præcipuè quia, tam de Fraternitate, quàm de Concordia facta fuit specialis, & geminata mentio; quo casu, juxta verborum proprietatem,

tatem, magis stringit utriusque inclusio
10 sine limitatione, ut ponderat *Rot. coram Eminentissimo Falconerio, dec. 10, n. 2, tit. 20, de Legat. & Fideic. particul.*

Sed quidquid sit de vera Causa antiquorum dissidiorum, quæ motivum dedit dictæ Transactioni, certior etiam apparuit insubsistentia dictæ prætensionis, quòd Presbyteri revocare tantùm intellexerint concordiam, quam vocant Fraternitatis, celebratam de anno 1645, non verò transactionem super jure funerandi initam de anno 1676; cùm enim posterior hæc transactio, etsi principaliter facta ad extinguendam litem tunc pendentem, super jure funerandi, pluribus composita fuerit Capitulis, quorum alterum continebat specialem, & explicitam conformationem, ac relationem ad antiquam Confraternitatem de an. 1645 stipulatam ibi; .. *Item circa Societatem initam inter Rev. Clerum, & prædictam Communitatem Seraphici P. S. Francisci, de modo se habendi utramque Communitatem in Funeribus tam Presbyterorum, quàm Religiosorum, observari debeat antiqua consuetudo, juxta concordiam initam de anno 1645*, utique necessariò dicendum videbatur, quòd dato Presbyterorum recessu ab antiqua Fraternitate, & Concordia anni 1645, posterior quoque transactio primæ in aliquibus relativa, ac dependens, ex facto ipsorum Presbyterorum contravenientium eva-
11 nuerit, adeout ad illius implementum PP. S. Francisci vigore dicti pacti resolutivi nequeant amplius compelli, etiamsi unicum Capitulum, quamtumvis minimum, ejusdem Transactionis remaneat inobservatum; *Cagnol. in l. Si quis major num. 196, Cod. de transact. Urceol. de transact. quæst. 99, numer. 6; Rota post eumdem, decis. 33, num. 9, coram Pœnsa, decis. 348, num. 3, coram Verall. decis. 316, par. 3; & in rec. decis. 428, num. 7, par. 1.*

Paritque modo prodesse non potuit exceptio, quòd dicta Capitularis determinatio generaliter decernens recessum a transactione, fuerit inefficax, & invalida, ob non interventum omnium Beneficiatorum. Quamvis enim non intervenerint omnes Presbyteri, in facto tamen non fuit impugnatum, majorem ipsorum Partem unà cum Rectore, seu Vicario perpetuo Ecclesiæ Parochialis, ad hunc actum celebrandum, convenisse, quod sufficit, quia post legitimam Collegii coadunationem, rectè fieri di-
12 citur ab omnibus, quidquid a majori parte statuitur, adeout quælibet resolutio Capitulariter capta, valida sit, etiamsi minor pars consensum non præstiterit, juxta *Text. in cap. 1, de biis quæ fiunt a majori parte, cap. Felin. in cap. cum omnes, num. 22, vers. 4, nota de constit. Surd. cons. 65, num. 21; Gratian. discept. 721, num. 18; adden. ad Buratt. decis. 573, num. 5; Rota post Scarfanton. ad Ceccoper. dec. 28, num. 4; & coram Bich. dec. 261, num. 14;* attento præsertim quòd dicta posterior Transactio anni 1676, ut pandit litera Instrumenti, celebrata pariter fuit non ab omnibus de Clero, sed a majori tantùm parte; si enim Presbyteri validam, ac legitimam esse contendunt dictam transactionem, 13
eò minus impugnare debent d. recessum sub iisdem solemnitatibus capitulariter constabilitum, ut in simili ponderat *Gonzal. ad regul. 8 Cancell. gloss. 9, § 1, in annot. num. 73, & gloss. 30, num. 35; Caputaquen. dec. 184, numer. 4;* & confert regula de qua *Rota, in Me- 14
levitana Bajulivatus, 11 Martii 1718. § Absque eo quod, in fin. coram Reverendissimo Crispo inter suas impress. dec. 475, sub num. 18.*

Rejecta autem ex his efficacia d. Transactionis, cujus vigore a Presbyteris quæsitum prætendebatur jus funerandi in Ecclesia PP. S. Francisci, pari irrelevantia, derecta fuit asserta immemorabilis consuetudo desumpta, vel ex confessione ipsorum PP. emissa in narrativa præcitatæ Transactionis, vel ex depositionibus Testium pro Parocho, & Presbyteris examinatorum de anno 1676, coram Judice Locali, cum successiva relaxatione mandati de manutenendo in quasi possessione ingrediendi Ecclesiam dd. PP. ibique explendi functiones funebres sine licentia P. Guardiani. Etenim allegatam PP. confessionem, in rei veritate nil aliud continere compertum fuit, quàm simplicem narrationem litis præexistentis, quæ Causam dederat transactioni cum dd. PP. qui de facto, nec acquieverunt, nec manutentionem Presbyteris concessam approbarunt, quinimò integra, & illæsa sibi ipsis jura reservarunt ad litem prosequendam, sive in casu, quo transactio non fuisset observata, juxta pactum supra narratum; sive in casu, quo Pater Provincialis, cujus consensus erat exquirendus, eam approbare noluisset. Et propterea in his terminis simplex erat enunciativa impugnative prolata, quæ neque 15
confessionem, neque probationem ullam valet constituere ex traditis per *Felin. in cap. Per tuas, num. 12, de probat. Decian. cons. 10, num. 9, lib. 3, Alex. cons. 136, num. 11, lib. 1; Palm. sen. consult. 48, num. 9; Rot. coram Bich. decis. 381, num. 12 in rec. dec. 273, num. 4, par. 5.*

Testes verò circa assertam immemorabilem consuetudinem inducti de anno 1676, attendi non meruerunt. Ultraquod enim eorum examen cum aliis in- 16
desequutis, tamquam factum coram Judice

dice laico; & incompetenti insanabili subjacet nullitati, ex traditis per *Butr. in cap. 1, num. 2, de Test. cog. Bald. & DD. in leg. final. Cod. de Testam. Corn. consf. 274, num. 3; Ruin. cons. 149, nu. 25, lib. 5; Grattan. discept. 674, numer. 16, Rota cor. Eminentissimo Falcon. dec. 19, num. 2, dec. 20, num. 1, de Offic. Ordin. tom. 2*; animadversum fuit, ipsos non leves pari exceptiones personales,
17 imo destituros reperiri necessariis requisitis *glossæ in cap. 1, verb. memoria, de*
18 *præscript. in 6.* Unde eorum Depositiones penitus ineptæ remanebant ad fundandam assertæ immemorabilis consuetudinis probationem. *Rocc. disput. jur. cap. 167, num. 21; coram Emerix Jun. decis. 158, num. 3; & in Trojanen. delationis Crucis*, 10 *Decembris* 1708, *per tot. coram Reverendissimo P. D. Aldrovando Decano*; spectata præsertim eorumdem Testium minus apta ætate; qua retenta,
19 nec etiam deponere poterant de visu, & propria scientia per annos quadraginta, prout ad hujusmodi effectum principaliter requiritur, ad firmata per *Rot. coram Bich. dec. 328, num. 10; coram Ludovis. dec. 195, num. 1; & ibi adden. litt. A, coram Emerix Jun. dec. 1279, num. 13; cor. Celso, dec. 370, num. 1, in rec. dec. 76, num. 3; dec. 445, numer. 1, part. 1; dec. 248, sub num. 3, par. 2; decis. 226, num. 18, par. 7, decis. 109, numer. 11, par. 18.*

Ulterius, licèt prædicti Testes asserant, vidisse Parochum, & Presbyteros exercentes funebre officium tumulationis Cadaverum in Ecclesia PP. S. Francisci, nemo tamen ex eis affirmavit, quòd etiam renuente Patre Guardiano, Parochus hujusmodi functiones peregerit, & quòd his actibus successivè PP. acquieverint; & propterea non excludunt licentiam, & permissionem ipsorum PP. qui justa ratione ducti, potuerunt aliquando illam
20 impartiri. Non exclusa verò hujusmodi licentia, quæ contrariam consuetudinem destruit, inefficaces semper dici debent Testium depositiones, vel similes probationes, ex traditis per *Piton. discept. Eccles. quæst. 79, num. 8; Rebuff. de decim. quæst. 13, num. 94; Rota, coram Seraphino, decis. 813, num. 5; coram Ansald. decis. 78, num. 70; cor. Coccin. dec. 1392, num. 4, & 5; in rec. decis. 350, num. 10, part. 12; decis. 319, num. 9, & seq. par. 17; & in Ruben. Juris tumulandi, 27 Aprilis currentis anni, § Neque ex his cum seq. coram Me.*

His autem ita constabilitis, pro exclusione asserti juris peragendi functiones Ecclesiasticas cum Stola, & Cruce in Ecclesia Sancti Francisci in irritum quoque cessit alia per Parochum, & Presbyteros ejusdem Ecclesiæ Parochialis excitata prætensio super jure exigendi quar- 21
tam funeralem, quoniam attentis Apostolicis Constitutionibus, & privilegiis diversorum Summorum Pontificum, quibus Seraphicus Ordo Sancti Francisci exemptus reperitur a qualibet solutione quartæ funeralis cum explicita derogatione *Clementinæ dudum, de Sepult.* ut videre est apud *Anaclet. in Jus Canonic. lib. 3, tit. 28, § 2, num. 55, Lavor. var. lucubr. tit. 2, cap. 3, sub num. 183; Pignattell. consult. 70, num. 2, tom. 7, & consult. 145, num. 1, & seq. Rot. in rec. dec. 263, per tot. part. 15*; dubitari apud Dominos non potuit, dd. PP. S. Francisci non teneri ad petitam præstationem, sed esse, quoad illam, plenè absolvendos a qualibet Parochorum prætensione, fun- 22
data in censura Juris communis, quæ satis cessat ex concursu contrarij privilegii, ut in specie advertit *Gratian. discept. 925, num. 1, & 2; Barbos. de Offic. Paroch. part. 3, cap. 25, num. 27, de jur. Eccles. lib. 3, cap. 24, num. 7; Pignattell. dicta consult. 70, num. 2, tom. 7; Lezan. oper. moral. tom. 2, vers. Quarta funeralis; & in Calaguritana quartæ funeralis, 2 Julii 1728. § In præsenti, coram R. P. D. meo Rezzo.*

Tandem quoad postremam dubii partem juri, & æquitati undique consonum apud Dominos visum fuit restituendos esse Ecclesiæ S. Francisci Cineres Victoriæ Mas, nunc existentes in Ecclesia Parochiali de Lyria, quia cùm liberum 23
cuique sit, quam sibi velit, Ecclesiasticam Sepulturam eligere, posthabita etiam Ecclesia Parochiali, *cap. cum liberum 6, de Sepult. Bellet. disquis. Cleric. part. 1, tit. de Cler. deb. § 3, num. 13; Barbos. de Offic. Paroch. part. 3, cap. 26, num. 20*; postquam dicta Mulier pietatis, & religionis studio legitimam Sepulturam sibi vivens elegerat in Ecclesia PP. S. Francisci, non licebat Parocho, & Presbyteris, neglecta hac pia destinatione, illius Cadaver alio transferre, & in propria Ecclesia privata authoritate tumulare; & proinde ad exhumationem, 24
& restitutionem Cadaveris indebitè sepulti meritò erant compellendi, ut ex *Text. in cap. 1, de Sepult. in 6*, probant relati per *Barbos. de Offic. Paroch. part. 3, cap. 26, num. 27; Gob. consult. 118, num. 2, & consult. 119, num. 22; Gratian. discept. 817, num. 1; ibique De Luca, num. 10; Panimoll. dec. 5, annot. 2, num. 5*; idemque sæpe approbavit Sacra Congregatio Episcoporum, & Regularium, ut præter *Lezana oper. moral. to. 2, fol. 1181, num. 8*, restantur novissimæ ejus resolutiones in *Compsana*, 18 *Febr.* 1707, *confirmata* 27 *Aprilis* 1708, *& in Auximana restitutionis Cadaveris*, 31 *Augusti* 1708, quibus astipulatur etiam pra-

praxis inconcussa S. Congregationis Rituum, ut videre est in *Spoletana Funerum*, *19 Julii* 1710, & Sacr. Congregationis Concilii, ut in *Romana Juris Sepeliendi*, *17 Augusti 1697*, *& in Æsina Juris sepeliendi*, 15 *Decembris* 1703.

Neque obstare potuit exaggerata Cinerum vexatio, cujus vitandæ causa quandoque Judices, dimisso juris rigore
25 restitutionem valent suspendere, ex æquitate, *Text. in leg. ne corpora, leg. divi fratres, leg. sunt personæ, ff. de relig. & sumpt. funer. de qua Innoc. in cap. Cùm liberum de sepult. Felin. in cap. Sicut Judæi, col. 1, vers. Item nota de Jud. Rotæ in rec. decis. 76, num. 4, & 7, part.*
26 *11, & decis.* 429, *num.* 3. *part.* 18; vel eam penitus denegare, ut ex *decis.* 41, *num.* 4, *apud Novar. in Summ. Bullar.* & inter decret. S. Congr. Concilii *in d. Romana Juris Sepeliendi*, 17 *Augusti* 1697, *apud Antonell. de jur. Cler. fol.* 20, *& in dicta Æsina*, 15 *Decembris* 1703. Animadversum namque fuit mox allegatas auctoritates tunc locum vindicare posse, sive quoties difficillima est sparsorum Cinerum Congregatio, sive ubi
27 petita restitutio facienda est per viam simplicis purgationis attentatorum, hoc est, sub incerto litis eventu, cùm verè in his casibus inutiliter perturbari, & vexari Cineres dicantur, ut explicant præcitatæ auctoritates, & notat *Rota coram Bich. decis.* 439, *num.* 10, *& in dicta decis.* 41, *numer.* 7, *& 8, penès Novar.*

At in casu præsenti de attentatis non est quæstio, nec lis est super possessorio; difficultatem verò repetendi Cineres, satis substulerunt ipsi Presbyteri, qui, ut constitit, Cadaver in arca lignea per modum depositi condiderunt, illudque in eadem Arca dispositum, & ab aliis segregatum adhuc derinent. Quapropter cùm nec Cinerum dispersio, nec commixtio timeri possit, cessat exhumandi Cadaveris vexatio, adeout retardanda nullatenus visa fuerit illius restitutio ad normam dispositionis *Text. in cap.* 1, *de Sepultur.*

Et ita utraque, &c.

R. P. D.

C I N C I O

Salamantina Juris recipiendi Servitium super bono Jure.

Veneris, 13 *Junii* 1732.

A R G U M E N T U M.

1 Juxta piam, ac laudabilem, in omnibus Hispaniarum Ecclesiis, vetustissimam consuetudinem deferendi propriis humeris Sacerdotum, super eminenti Tabernaculo, in solemni Processione Sanctissimi Corporis Christi, Sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum, cogi possunt Sacerdotes, qui hujusmodi servitium præstare consueverunt, ad illud continuandum etiam in futurum; & alia ad materiam.

S U M M A R I U M.

1 *In omnibus Ecclesiis Hispaniarum, adest vetustissima, & immemorabilis consuetudo, quòd in Processione Sanctissimi Corporis Christi, illud deferatur per Sacerdotes propriis humeris.*

2 *Quæ pia, ac laudabilis consuetudo, tamquam Lex, servari debet ab iis, qui tale servitium præstiterunt.*

3 *Stante hac immemorabili consuetudine in genere, necessaria non est, quoad Sacerdotes in specie, qui ad id teneantur, similis probatio immemorabilis; sed sufficiunt etiam pauci actus, & affertur ratio, & num. 4.*

5 *Præsertim, ubi alii Sacerdotes ex eodem Clero prædictum munus obire non recusant.*

6 *Actus facultativi, ac voluntarii inducere non valent obligationem, & observantiam coactivam.*

7 *Limita in actibus, gestis in executionem, & sequelam obligationis, & tituli præambuli.*

8 *Et pariter in materia concernente Causam Piam, cultumque Divinum.*

9 *Ad quem effectum, satis est, quòd concurrat lapsus decem annorum.*

10 *In materia, quæ versatur circa Causam Piam, & Cultum Divinum, ad hoc ut consuetudo ex actibus facultativis sit obligatoria, quando requiratur aliqua causa correspectiva, & recompensativa, & num. 11.*

12 *In Primitiis, utpote quæ Deo immediatè offeruntur, nulla requiritur correspectivitas, sed exuberat consuetudo decennalis.*

13 *Quod similiter procedit in oblationibus, quæ Deo immediatè præstantur.*

14 *Et in accessu quoque ad Processiones.*

15 *In actibus, qui immediatè respiciunt Cultum Divinum, semper adest causa correspectiva, & recompensativa, cùm Deus ipse nobis merces sit.*

16 *Reclamationes in hac materia magis confirmant malum jus reclamantium, quando in Judicio postea succubuerunt.*

17 *Actus, qui dederunt causam liti, infringere non valent obligationem, ex aliis pacificis actibus jam inductam.*

DECISIO XII.

Antiquissimam, ac laudabilem Consuetudinem, vigentem in Hispaniarum Ecclesiis, deferendi in solemni Processione Sanctissimi Corporis Christi Sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum supereminenti Solio, seu Tabernaculo propriis Sacerdorum humeris, Sacris Vestibus indutorum, intervertere satagentes in Cathedrali Ecclesia Civitatis Salamantinæ Sacerdotes Congregationum Beatæ Mariæ de Pace, ac SS. Petri, & Pauli d. Civitatis, excitarunt prætensionem cogi non posse ad delationem Tabernaculi; unde introducto Judicio per Capitulum d. Cathedralis Salamantinæ coram Ordinario, ejus favore emanavit anno 1705 decretum super manutentione in possessione, seu quasi Juris recipiendi servitium delationis Sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti; & licet ab hujusmodi Judicato Sacerdotes dictarum Congregationum succumbentes interposuerint appellationem in devolutivo tantùm admissam, neglecta tamen illius prosecutione, ac obtemperando Executorialibus, anno 1707 expeditis, continuarunt præstare controversum servitium.

Verum quia anno 1724 dd. Sacerdotes antiquam renovando prætensionem, in ipso actu Processionis, non sine Populi scandalo, relicto Tabernaculo, quod deferebant, fugæ se dederunt; ideirco Capitulum præfatæ Ecclesiæ Salamantinæ promovit instantiam coram Ordinario, ad hoc ut dd. Sacerdotes declararentur incursi in pœnas in casu inobedientiæ comminatas in mandato de manutenendo relaxato de anno 1706, & in Executorialibus successivè expeditis; sed cùm idem Ordinarius immunes declaraverit Reos conventos ab incursu pœnarum, salvis tamen Juribus competentibus Capitulo super servitio ab illis præstando; idque pariter decreverit Reverendissimus Hispaniarum Nuncius in secunda instantia, post examinatos formiter viginti Testes, dictam immemorabilem consuetudinem concludentes, reclamante proinde Capitulo ad nostrum Sac. Tribunal, præviis duabus Decisionibus editis sub diebus 2 Decembris 1729, & 7 Maji 1731, coram R. P. D. meo de Gamaches, prodiit sententia, declarans competere Capitulo Jus recipiendi dictum servitium, adversus quam ad provocationem dd. Sacerdotum delegata mihi cognitione Causæ in gradu ulterioris appellationis, subjeci in hodierna audientia DD. examini Dubium - *An Sententia Rotalis sit confirmanda, vel infirmanda* -- responsumque retuli -- *Sententiam Rotalem esse confirmandam* -- ita suadentibus illius validitate, & Justitia, quarum prima resultabat ex actis, altera verò emergere visa est ex fundamentis amplexis in Decisionibus Causæ, juxta animadversa per *Rot. dec. 658, n. 3, par. 19 rec. in Fanen. Emphyteusis prima Aprilis 1726, § Primo, coram R. P. D. meo Nunez; & in Ferrarien. Successionis, 23 Januarii 1728, § Justitia verò, coram Me.*

Posito enim, quòd in omnibus Hispaniarum Ecclesiis, ex vetustissima, & immemorabili Consuetudine in Processione 1
Sanctissimi Corporis Christi Sacerdotes propriis humeris deferre soleant Sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum supereminenti, ac pretioso Tabernaculo, eademque Consuetudo non solùm approbata fuerit a Sacra Congregatione Rituum de anno 1636, prævia revocatione decreti clar. mem. Cardinalis Millini, tunc Hispaniarum Nuncii, injungentis Sanctissimum Sacramentum a Celebrante propriis manibus esse deferendum, sed etiam canonizata extiterit a nostro Auditorio in Causa *Hispalen. Processionis super secundo dubio, 26 Junii 1750, coram bon. mem. Ansaldo* edita adversus Archiepiscopum Hispalen. qui Sanctissimum Sacramentum propriis manibus aliquando gestare exoptabat, & impressa penes *Scarfanton. in animadversionibus ad lucubrationes Canonicas Ceccoper. part. prima dec. 41*, ab hujusmodi proinde pia, ac laudabili consuetudine, ad cujus formam dd. Sacerdotes Congregationum B. Mariæ de Pace, ac SS. Petri, & Pauli, aliique Sacerdotes Civitatis Salamantinæ servitium, de quo agitur, præstarunt, recedi non debet, sed tamquam 2
lex venit servanda, *L. Vetustissima C. de Jur. dom. impetran. Garz. de Benef. par. 2, cap. 2, num. 434; Rot. dec. 859, num. 3, par. 17; Rec. decis. 1083, num. 2, coram Emerix Jun. & in Gerunden. Servitutum, super bono Jure 23 Februarii 1731, § Nihilominus, coram Me.*

Quin releves, quòd immemorabilis Consuetudo a Sac. Congregatione Rituum approbata respiciat solùm in genere delationem Tabernaculi humeris Sacerdotum faciendam; sed ex ea non resultet, qui Sacerdotes in specie hoc munus obire debeant, ideoque nisi probetur, quòd Sacerdotes dd. Congregationum ab immemorabili tempore gestaverint Tabernaculum, obligari non possint ad illius delationem imposterum. Quoniam ubi constat de immemorabili Consuetudine deferendi Sanctissimum Sacramentum humeris Sacerdotum, individuatio Personarum, sive Sacerdotum, qui ad id teneantur, uti respiciens observantiam interpretativam Consuetudinis ge- 3
neralis, non exigit probationem imme-

mo-

memorabilis, sed sufficit verificare etiam
paucos actus, *Cap. Cum dilectus* 8, *de*
Consuetud. Rot. dec. 118, *num.* 15, *par.*
19, *Rec. in Melevitana Bajulatus* 11 *Maji*
1718, § *Finali, coram Reverendissimo*
Crispo, & firmatum fuit in secunda De-
cisione Causæ præcedentis instantiæ 7 *Maji*
1731, § *Quandoquidem, coram R. P. D.*
meo Gamaches. Ac propterea cùm dd.
Sacerdotes Congregationum B. Mariæ
de Pace, & SS. Petri, & Pauli tam an-
te resolutionem Sac. Congregationis Ri-
tuum, approbativam generalis Consue-
tudinis, quàm ex post per diuturnum
tempus detulerint Tabernaculum, ex hac
observantia declaratum remanet ipsos
esse de numero illorum Sacerdotum, qui
4 servitutem præstiterunt, adeout cogi de-
beant ad illam præstandam in futurum,
etiamsi non remaneat probata legitima
præscriptio, ut firmant authoritates mox
relatæ, quibus addi possunt *Rot. decis.*
312, *num.* 14, *coram Caprar. & dec.* 11,
num. 20, *tit.* 46; *de Statut. exclusiv. Fœ-*
minar. coram Eminentissimo D. Cardinali
Falconerio. Potissimùm quia omnes alii
Sacerdotes, qui cum Reis conventis Cle-
rum Salamantinum componunt, propriam
obligationem agnoscendo, nunquam im-
pugnarunt, nec impugnant deferre Ta-
5 bernaculum; quod plurimum attendi de-
bet ad inducendam etiam obligationem
dd. Sacerdotum renuentium *Rot. decis.*
389, *num.* 9, *versic. Et hac consuetudo*,
par. 5, *tom. primo Rec.* & animadvertit
Decisio Causæ, 7 *Maji* 1731, § *Quan-*
doquidem, coram R. P. D. Gamaches.

Prout nec quidem urget, quòd actus de-
lationis Tabernaculi tamquam facultati-
vi, & voluntarii, ac contradicti per
6 Sacerdotes dd. Congregationum non sint
apti ad inducendam obligationem, &
constituendam observantiam coactivam
imposterum, *Rot. decis.* 254, *n.* 2, *part.*
10, *Rec. dec.* 393 *num.* 10, *coram Cels.*
& in Burgen. Juris visitandi de Bibriesca
22 *Januarii* 1714, § *Cætera, coram Card.*
Scotto. Nam qualitas facultativa, & vo-
luntaria in memoratis actibus non solùm
excluditur ex præcedenti generali, &
immemorabili Consuetudine deferendi
Sanctissimum Sacramentum humeris Sa-
cerdotum a Sac. Congregatione Rituum
canonizata, in modum, ut in executio-
7 nem, & sequelam istius generalis obli-
gationis, & præambuli tituli, subsequen-
tes actus delationis Solii, sive Taberna-
culi dici debeant expleti, *ad tradita per*
Rot. dec. 128, *num.* 8, *coram Coccin. de-*
cis. 740, *num.* 3, *&* 4, *coram Emerix*
Jun. & in Nullius, seu Vicen. Processio-
num, 12 *Maji* 1690, § *Finali, coram*
clar. mem. Card. Caccia, sed penitus In-
super submovetur, quia versamur in ma-
8 teria concernente Causam piam, & Di-
vinum Cultum, in qua actus quamvis
a principio potuerint habere causam vo-
luntariam, brevi temporis intervallo, si
fuerint continuati, transeunt in Consue-
tudinem necessariam, *Cap. ad Apostolicam*
num. 3; *de Simon. Gutierrez Canon. quæst.*
lib. 2, *cap.* 22, *num.* 15; *Rot. dec.* 702,
num. 3, *par.* 4, *tom.* 2, *rec. & in Iller-*
den. Statuti, 16 *Martii* 1705, § *Potissi-*
mum, coram bon. mem. Muto; quodque
ex actibus merè facultativis, & volun-
tariis stabilita remaneat Consuetudo obli-
gatoria, & coactiva favore piæ Causæ, 9
aut Divini Cultus, ubi concurrat lapsus
decem annorum notant *Felin. in d. cap.*
Ad Apostolicam num. 3, *de Simon. Covar-*
ruv var. resolut. lib. 1. *cap.* 17, *numer.*
3, *versic. imò*; *Rocc. disput. Jur. select.*
cap. 167, *num.* 50; *Rot. dec.* 383, *num.*
8, *par.* 5, *tom.* 1, *& dec.* 186, *num.* 17,
par. 11, *rec. dec.* 543, *num.* 7, *coram*
Bich. dec. 125, *num.* 4, *coram Benincas.*
& in Decisione Causæ, 7 *Maji* 1731, §
Quibus positis, coram R. P. D. meo Ga-
maches.

Minime attenta responsione, quòd con-
suetudo inductiva obligationis ex actibus
facultativis favore piæ causæ, & Divi-
ni Cultus habeat locum, quando agitur
de actibus expletis ex aliqua causa cor-
respectiva & recompensativa, non au-
tem si deficiat correspectivitas, & recom-
pensatio. Etenim quoties actus pietatis 10
directè tendunt, prout in hypothesi, in
augmentum Divini Cultus, & sic imme-
diatè respiciunt ipsum Deum, nulla re-
quiritur causa correspectiva, vel recom-
pensatio, prout observant *Anton. de Bu-*
tr. in d. cap. Ad Apostolicam num. 5; *de*
Simon. Amostaz. de Caus. piis, lib. 2, *c.*
11, *num.* 31, *in fin. Pax-Jordan. lucubr.*
Canonic. lib. 10, *tit.* 13, *num.* 41, ad dif-
ferentiam actuum concernentium Cau-
sam piam, qui non fiunt immediatè ipsi
Deo, sed hominibus, & in illorum uti- 11
litatem propter Deum, de quibus lo-
quuntur authoritates in contrarium alle-
gari solitæ, & signanter *Lagunez. de*
fruct. par. prima cap. 33, *num.* 121, id-
que confirmatur pluribus exemplis. Si-
quidem in Primitiis, quæ sunt primi fru-
ctus Terræ immediatè oblati Deo ad eum
recognoscendum in muneribus suis, nul-
la requiritur correspectivitas, sed exube- 12
rat Consuetudo decennalis; *Eminentiss.*
Petra in Commentar. ad Constit. 4 *Mar-*
tini V, sect. unica, num. 7, *versic. qua-*
re, tom. 4, *pag.* 427; *Monacell. formular.*
practic. tom. 2, *tit.* 14, *in annot. ad for-*
mul. primam, num. 15, *versic. Nam licèt*;
Rot. decis. 230, *num.* 6, *&* 7, *part.* 17,
Recent. Quod similiter procedit tam in 13
oblationibus, quæ Deo immediatè præ-
stantur, *Covarruv. var. resol. lib.* 1, *cap.*
17, *num.* 3, *versic. quòd si Clerici*, *Sua-*

rez. de Relig. tom. 1, lib. 1, cap. 5, num. 20; Anaclet. in Jus Canonic. lib. 3, tit. 30, § 9; de Primit. & oblat. Eminentissimus Petra in Commentar. ad Constitut. primam Anast. IV, sect. 2, numer. 59, § Porro, tom. 2, pag. 32; quam in accessu
14 ad Processiones, *Rot. in Nullius, seu Montis Cassinen. Manutentionis, seu Processionum, 27 Junii 1714, § Quin obstet, coram bon. mem. Lancetta, & dictum fuit in Decisione praecedentis instantiae, 7 Maji 1731, § Absque eo quod, cum duobus seqq. coram R. P. D. meo de Gamaches.* Quod si adhuc in hisce actibus immediatè respicientibus Cultum Divinum esset necessaria causa correspectiva, & recompensativa, ea non deficeret, dum ipse Deus
15 Optimus Maximus, quem colimus, nobis merces est, ut inquit *S. Augustinus enarr. in Psalm. 118, serm. 11, num. 5, circa finem, tom. 4,* & ponderat Decisio Causae, *7 Maji 1731, § Ultraquam quòd.*

Nec denique fundamentum constitui valet in contradictionibus, quibus Sacerdotes dd. Congregationum effugere tentarunt delationem Tabernaculi; quia
16 reclamationes anni 1706, magis confirmant eorum malum Jus, eo ipso, quòd succubuerunt in Judicio manutentionis per Ordinarium concessae favore Capituli, *Rot. in Nullius, seu Calagurritana Juris ingrediendi Chorum super manutentione, 10 Maji 1723, § Respectu versic. quòd imò, coram bon. mem. Cerro.* Successivae vero contradictiones post paritionem mandato de manutenendo usque ad annum 1724, nullam merentur
17 animadversionem ad instigendam dd. Sacerdotum obligationem ex tot pacificis praecedentibus actibus resultantem, cùm dederint causam liti, *Rot. decis. 4, num. 2, coram Ludovis. dec. 354, num. 6, coram Dunozett. Jun. & in Gerunden. Eleemosinae pauis, super Jure nominandi, 26 Junii 1713, § Neque hoic, coram clar. me. Card. Scotto.*

Et ita cum suffragio Quinti, & sexti audito Capitulo Cathedralis Salamantinae, altera vero Parte comparere non curante resolutum fuit.

R. P. D. CINCIO

Gerunden. Servitutum.

Super bono Jure.

Veneris, 23 Februarii 1731.

ARGUMENTUM.

Consuetudinem, in Ecclesia Cathedrali Gerundensi introductam, quòd nempe Canonici, & Beneficiati gratuitam ad invicem praestarent assistentiam, processionaliter incedendo, tam occasione deferendi ipsis Canonicis, & respectivè Beneficiatis infirmis Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum, quam etiam occasione eorum funerum, censuit Sac. Rota servandam esse, juxta modum in hac Decisione expressum.

SUMMARIUM.

1 *Beneficiati, seu Capellani obedientiam praestare tenentur Capitulo in omnibus iis, quae concernunt Ecclesiasticas, & Capitulares functiones.*

2 *Non obstante, quòd ipsi Beneficiati, seu Capellani constituant Collegium, & Communitatem, distinctam a Capitulo, & quare, & num. 3.*

4 *Vetusta consuetudo, inter Canonicos, & Beneficiatos introducta, gratuitam assistentiam ad invicem sibi praestandi, tam occasione deferendi Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum Canonicis, & respectivè Beneficiatis infirmis, quàm etiam eorum funeribus, tamquam pia, & laudabilis, est omnino servanda.*

5 *Observantia facultativa non inducit consuetudinem obligatoriam, & libertatis restrictivam.*

6 *Limita, quando talis observantia introducta reperitur cum continuata actuum multiplicitate per spatium longi temporis.*

7 *Praesertim ubi agitur de actibus, qui concernunt Cultum Divinum, & opera pietatis.*

8 *Actus, a principio voluntarii, facilè transeunt in consuetudinem necessariam.*

9 *Libri Capitulares contra Capitulum, & Canonicos plenè probant.*

DECISIO XIII.

Renuentibus Beneficiatis Cathedralis Ecclesiae Gerunden. intervenire Processionibus solemniter fieri consuetis, tam in deferendo Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum per modum Viatici alicui ex Dignitatibus, vel Canonicis dictae Cathedralis, quàm in associandis Cadaveribus eorumdem Canonicorum, & Dignitatum, illorumque funeri interesse, ad instantiam Capituli, & Canonicor. imperrata fuit Commissio jact. jact. super manutentione in possessione habendi assistentiam Beneficiatorum in dictis functionibus cum inhibitione nostro Sac. Tribunali directa; cujus praesentatione non obstante, cùm dicti Beneficiati recusaverint associare Cadaver Joannis de Ciurana Praecentoris Majoris d. Cathedra-

dralis de mense Aprilis 1729 defuncti,
etiamsi ad interessendum specialiter mo-
niti, hinc sub die prima Julii 1729 dis-
putato dubio coram me -- *An constet de
attentatis, itaut veniant purganda, &
quomodo* --, emanavit resolutio -- *Affir-
mativè per viam nullitatis*; & post de-
cretam Causæ expeditionem pro effectu
purgationis attentatorum, relaxatum fuit
favore Capituli, & Canonicorum Man-
datum de manutenendo in possessione,
seu quasi habendi assistentiam Beneficia-
torum in dictis Processionibus.

Adversus hujusmodi Judicatum Suc-
cumbentes habuerunt recursum ad Si-
gnaturam Justitiæ, petendo signari com-
missionem appellationis cum clausula
suspensiva; verùm quia denegata exti-
tit appellatio etiam in devolutivo, me-
diante rescripto *Nihil*, idcircò assumere
curarunt disputationem super Bono Ju-
re, respiciente pariter interventum Ca-
nonicorum in associatione Sanctissimi Via-
tici deferendi Beneficiatis, eorumque
funeribus, ac consultis in hodierna Au-
dientia DD. -- *An Canonici, & Benefi-
ciati teneantur ad invicem intervenire
Processionibus super associatione Sanctiss.
Viatici, & respectivè funeribus eorumdem
Canonicorum, & Beneficiatorum*, respon-
sum retuli *Affirmativè in omnibus juxta
modum inferius exprimendum*.

Siquidem licèt Canonici obligationem
Beneficiatorum interveniendi Processio-
nibus, quæ sub Cruce Capituli fiunt in
associatione Sanctissimi Viatici, & fune-
ribus eorumdem Canonicorum desume-
re prætenderent, nedum ex consuetudi-
ne in eorum Cathedrali Ecclesia vigen-
te, sed etiam ex dispositione Juris, juxta
1 quam Beneficiari in omnibus iis, quæ
concernunt Ecclesiasticas, & Capitulares
functiones tamquam mancipati servitio
Ecclesiæ tenentur Capitulo obedientiam
præstare, & per consequens accedere
una simul cum Canonicis ad dictas Pro-
cessiones, quas Capitulum cum assisten-
tia Vicarii Generalis Reverendissimi Epi-
scopi fieri mandat, ut ex *Gloss. in cap.
penult. verb. Assiso*r *de Clerie. non re-
sid.* firmant *Barbos. de Canonic. & di-
gnit. cap. 4, num. 33; Pignattell. consult.
Canon. 118, num. 2, tom. 9, Card. De
Luc. de Canonic. disc. 32, num. 11; Rot.
dec. 183, num. 1, part. 3, & decis. 73,
num. 8, par. 17, rec. dec. 57, numer. 8,
coram Carill. & dec. 167, num. 3, coram
Bich.* & quidem non obstante quòd Be-
neficiati juxta Sententias Rotales consti-
tuant Collegium, & Communitatem, &
2 possint pro eorum communibus negociis
collegialiter se congregare eo modo, quo
declaravit *Rot. dec. 483, cor. Emerix Jun.*
dum constitutio Collegii Beneficiatorum
distinctè a Canonicis concernit solùm il-
lorum coadunationem, & congregatio-
nem in propriis negociis tractandis in-
dependenter a Capitulo, non autem o- 3
mnimodam constitutionem diversi Cor-
poris, & totalem independentiam ab
eodem Capitulo, ne detur biceps Cor-
pus distinctum Canonicorum, & Bene-
ficiatorum in eadem Ecclesia, & sic sal-
vis actibus in quibus habent justum ritu-
lum se coadunandi, in reliquis obtempe-
rare debeant Capitulo, juxta *consil. 5,
Calderin. de his quæ fiunt a Prælat. Pi-
gnattell. consult. 50, num. 6, & 7, tom.
3; Rot. dec. 214, num. 9, & 10, par. 4,
rec. in Urgellen. Servitutum, 13 Junii
1698, § Final, cor. bon. mem. Ursino, &
in Romana Praecedentiæ, 5 Maji 1710, §
Prout quoque, cum duob. seqq. cor. Reve-
rendiss. Crispo.*

Nihilominus quidquid sit de hoc po-
steriori fundamento, exuberare visa fuit
consuetudo, ne quidem controversa in-
ter Partes, & resultans ex ipsis libris
Capitularibus Cathedralis Gerunden. ex
quibus cùm habeatur Canonicos, & Be-
neficiatos ad invicem gratuitam assisten-
tiam præstitisse processionaliter inceden-
do, tam ubi defertur Sanctissimum Eu- 4
charistiæ Sacramentum Canonicis, & re-
spectivè Beneficiatis infirmis, quàm ubi
contingat eorum obitus occasione fune-
ris, ab ista consuetudine in augmentum
divini cultus, & ad exercenda charita-
tis, ac pietatis opera tam laudabiliter in-
troducta, nullatenus venit recedendum,
sed tamquam lex est servanda, *l. Vetustis-
sima C. d. de Jur. Dom. impetran. Socin.
cons. 94, num. 15, lib. 1; Garz. de Bene-
fic. part. 3, cap. 2, num. 434; Rot. dec.
32, num. 15, par. 7, & dec. 259, numer.
3, par. 17, rec. & cor. Emer. Jun. decis.
1083, num. 2.*

Quin urgeat quòd nisi probetur inter-
ventum in dictis Processionibus fuisse
redactum ad necessitatem perpetuam, &
obligationem coactivam observantia re- 5
putari debeat facultativa, quæ non in-
ducit consuetudinem obligatoriam, &
restrictivam libertatis *Rot. cor. Cels. dec.
393, num. 10, in rec. dec. 254, num. 2,
par. 10, & dec. 105, num. 21, par. 14,
& in Burgen. Juris visitandi de Bibrie-
sca, 22 Januarii 1714, § Cætera, cor. cl.
me. Card. Scotto.* Quoniam ipsa consue-
tudo, quæ reperitur introducta cum con-
tinuata actuum multiplicitate per spa- 6
tium temporis longævi præsumere facit
eos gestos fuisse ex necessitate; *Postb. de
Manut. observ. 53, num. 20; Tondut. re-
sol. civil. 169, num. 8, & 9; Rocc. dis-
put. Jur. select. cap. 163, num. 47, & 48;
Rot. cor. Bich. dec. 543, num. 1, & in
Illerden. Statuti super Manutentione, 16
Martii 1705 § Etenim, cor. bon. mem.
Muto*; præsertim quia agitur de actibus
con-

7 concernentibus Cultum Divinum, & pietatis opera, quorum favore laudabiles consuetudines observari præcipit *Text. in cap. ad Apostolicam, 24 de Simon.* & actus a principio voluntarii facilè tran-
8 seunt in consuetudinem necessariam, *Felin. in d. cap. Ad Apostolicam, numer. 3, de Simon. Gutier. Canonic. quæst. lib. 2, cap. 22, num. 15; Rot. dec. 365, numer. 6, par. 2, & dec. 702, num. 3, part. 4, tom. 3, rec. in Urgellen. Servitutum, 15 Martii 1697, § Minusque, cor. bo. me. Ursino, & in d. Illerden. Statuti, 16 Maji 1705, § Potissimè, cor. bo. me. Muto.*

Nullatenus relevante, quòd Canonici cogi non possint ad interessendum Processioni Sanctissimi Viatici, & funeribus Beneficiatorum, nisi porrecta per illos de Collegio Beneficiatorum supplicatione in scriptis Capitulo, & Canonicis pro eorum interventu, & assistentia, prout hactenus fuisse observatum contendebant. Nam cùm hujusmodi consuetudo potrigendi Supplicationem in scriptis Capitulo minimè remaneat verificata, solùmque constet Vicarium Generalem in Capitulo notificasse instantias Beneficiatorum, ad hoc, ut Canonici intervenirent in dictis functionibus, ac mandarent pulsari Campanas, & destinari horam in dictis functionibus; ideo censuerunt DD. per Beneficiatos esse solummodo porrigendas preces verbales Vicario Generali, ut Canonici interesse dignentur Processionibus, tam in associatione Sanctissimi Viatici, quàm in funeribus Beneficiatorum, ita servando solitum, & consuetum desumptum ex ipsis Libris
9 Capitularibus, qui contra Capitulum, & Canonicos, dubium non est, quin plenè probent *Rot. decis. 12, num. 11, post Card. De Luc. de Jurisdict. dec. 55, num. 30, post Scarf. anim. ad Ceccoper. lib. 1, & in Ferrarien. simulationis Contractus super fructibus, 27 Junii 1725, § Verùm, cor. R. P. D. meo de Gamaches.*

Et juxta hunc modum resolutum fuit utraque, &c.

R. P. D.

C R E S C E N T I O

Nullius Putiniani Præeminentiarum.

Veneris, 7 Decembris 1731.

A R G U M E N T U M.

Requisita veræ, ac propriæ Matricitatis quæ sint. Refelluntur argumenta, pro Ecclesia, quæ hujusmodi qualitatem se habere contendebat, adducta; ex quibus aliud non evinci hìc firmatur, quàm simplicem prærogativam, in linea præeminentiali, unius Ecclesiæ supra aliam. Et e converso alia adducuntur argumenta, qualitatem rigorosæ Matricitatis excludentia. Agitur etiam, quando permitti possit in pluribus Ecclesiis ejusdem Festivitatis celebratio.

S U M M A R I U M.

1 *Ad hoc, ut Ecclesia aliqua dici possit filialis alterius, requiritur, quòd ab illa, tamquam de sinu Matris, processerit, & in ejus adjutorium posteriori tempore nata fuerit, ac ædificata.*

2 *Præscindendo ab hac qualitate originaria, matricitas, & respectivè subjectio aliis quoque signis, & argumentis probatur.*

3 *Quæ tamen debent esse adeo clara, & univoca, ut alium sensum recipere non valeant, nec ad aliam causam referri.*

4 *Simplex denominatio Matricis non concludit propriam, ac veram Matricitatem, cùm ea convenire possit etiam Ecclesiæ Parochialis, respectu alterius Ecclesiæ, quæ non habeat Curam Animarum.*

5 *Jus pulsandi priùs Campanas in die Sabbathi Sancti, & similia, quæ hìc enumerantur, simplicem dumtaxat prærogativam important supra alias Ecclesias.*

6 *Recensentur signa, & argumenta, ex quibus excluditur vera subjectio, & omnimoda dependentia unius Ecclesiæ ab altera.*

7 *Ad evincendam alicujus Ecclesiæ libertatem, valde confert sententia, super actibus particularibus ab ea reportata contra alteram Ecclesiam, quæ se Matricem esse prætendat.*

8 *Ecclesia, quæ consuevit aliquod Festum celebrare, debet in quasi possessione manuteneri, privativè quoad alias Ecclesias, non constito de illius subjectione, ac dependentia.*

9 *In materia publicarum Festivitatum, ad obviandum æmulationi, ac tollendas contentiones, Judicis officio providendum est, ut qui Festum celebrare posteriùs incæpit, cedat alteri, qui illum prævenit.*

10 *Testibus formiter examinatis deferendum potius est, quàm simplici, & extrajudiciali aliorum attestationi.*

11 *Actus gesti pendente lite non sunt in consideratione habendi.*

12 *Confraternitas, sub titulo, & invocatione alicujus Sancti erecta, in illius festivitate celebranda, alteri præferri debet, cæteris paribus, & re integra.*

13 Se-

13 *Secus autem concurrente spiritu æmulationis, & in præjudicium juris alieni, ex longæva possessione jam quæsite.*

14 *Celebratio contemporanea ejusdem Festivitatis permitti solet in pluribus Ecclesiis Magnæ Civitatis, & quare.*

15 *Ea verò deneganda est in parvo Loco, ne sequatur Populi diversio.*

DECISIO XIV.

QUÆ nuper exarsit judicialis contentio inter Ecclesias Sancti Petri, & Sanctæ Mariæ *la Greca*, Terræ Putiniani, super celebratione solemnitatis Beatæ Mariæ Virginis Septem Dolorum, alias quoque excitavit controversias, ad opportunitatem primi assumpti promotas a Capitulo Sancti Petri super observatione decretorum Sacræ Congregationis Concilii, nec non super matricitate, & obsequiis fillabus sibi debitis ab Ecclesia S. Mariæ. Quorum omnium delata cognitione ad Tribunal A. C. seu Judicem ab eo deputatum, prodiit sententia declarans, Ecclesiam Sancti Petri non solùm esse unicam Parochialem totius Territorii Putiniani, sed etiam Jure matricitatis gaudere, eique debitas esse omnes prærogativas, & obsequia competentia Ecclesiæ Matrici, & unicæ Parochiali, reservato particulari examini articulo super Jure celebrandi festum B. Mariæ Virginis Septem Dolorum.

Causa postmodum commissa fuit R. P. D. Caballino, qui Ecclesiæ Sanctæ Mariæ *la Greca* manutentionem concessit in quasi possessione privativè celebrandi solemnitatem prædictam feria sexta post Dominicam Passionis. Ecclesiam verò Sancti Petri declaravit quidem esse unicam Parochialem in Terra, ac Territorio Putiniani, eique deberi omnia, & singula Jura, & præeminentias, quibus gaudere solet Ecclesia Parochialis; sed nequaquam constare de illius matricitate, ac superioritate, respectu Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, ideoque nullum Jus, Priori, & Capitulo Sancti Petri competere exigendi ab ista obsequia filialia, nullamque facultatem celebrandi eadem die festum B. Mariæ Virginis Septem Dolorum, & Ecclesiam S. Mariæ *la Greca* processionaliter ingrediendi, vel alias Ecclesiasticas functiones sibi benè visas in ea peragendi; firma tamen remanente consuetudine, ac possessione, in qua Capitulum S. Petri reperitur exercendi nonnullos actus præeminentiales expressos in tertio Capite dictæ Sententiæ.

In hoc Judiciorum conflictu fuit per Commissionem mihi directam, delegata ulterior Causæ cognitio Sacræ Rotæ, ubi posterius judicatum Justitiæ contonum undequaque compertum, confirmari hodie promeruit, Consulti enim DD. sub congruo dubio — *An, & de cujus bono Jure constet etiam ad effectum manutentionis*; responderunt — *Constare de bono Jurè utriusque juxta modum*; hoc est ad formam sententiæ R. P. D. Caballini.

Et sanè, quod attinet ad qualitatem unicæ Parochialis in toto districtu Putiniani, constabat de bono Jure Ecclesiæ Sancti Petri etiam ad effectum manutentionis in quasi possessione exigendi ab altera S. Mariæ *la Greca* omnia obsequia debita Ecclesiæ Parochiali, absque eo quòd immorandum diutiùs esset circa rationum momenta, a quibus in hac parte bonum Jus Ecclesiæ prædictæ desumebatur: cùm adessent decreta Sacræ Congregationis Concilii, quæ anno 1631, atque iterum anno 1650 declaravit, curam animarum unicè residere penès Ecclesiam Sancti Petri, & nullam fuisse, nec denuò esse faciendam erectionem novæ Parochialis in Ecclesia Sanctæ Mariæ *la Greca*, cujus Capitulum, & Clerus ingenue idipsum fatebatur, ac admittebat.

Non sic autem constare dici poterat de illius bono Jure, quoad matricitatem, præsertim sumptam in sua vera, & propria significatione, atque ad effectum exigendi ab Ecclesia, & Clero S. Mariæ omnia, & singula obsequia filialia. Nonenim docebatur, quòd ista, de cujus subjectione agitur, ab Ecclesia S. Petri, 1
veluti de sinu matris processerit, atque in ejus adjutorium posteriori tempore nata fuerit, ac ædificata, quemadmodum ad hunc effectum requiri tradunt per *Text. in cap. ad Audientiam, de Eccles. ædific. Abb. in Cap. cùm contingat, num. 8, de Decim. Rebuff. de Decim. quæ 6, num. 71, Barbos. de Jure Eccles. lib. 2, cap. 1, num. 21; Franc. de Eccles. Cathedral. cap. 15, num. 167, & seqq. Suarez, de Relig. lib. 1, cap. 24, numer. 2; Rot. decis. 607, num. 3, par. 4, tom. 1; decis. 7, num. 7, & 8, part. 18 recent. & dec. 324, num. 3, & 4, coram Cardinal. Caprara; & in Perusina præeminentiarum, 2 Decembris 1711, § Quod autem, coram bon. mem. Ansaldo.*

Et quamvis deficiente hujusmodi originariæ qualitatis documento, probari quoque valeat matricitas, & respectivè 2
subjectio Ecclesiarum ab aliis signis, & argumentis; *Rota decis. 105, per tot. coram Seraphin. dec. 252, numer. 10, cor. Priolo; dec. 404, num. 52, & seq. part. 19; & in Bisinianen. præeminentiarum, 10 Februarii 1710, § Et sanè, coram Ansaldo.* Attamen cùm agatur de servitute, cui omnis resistit juridica præsumptio, adeò clara, & univoca esse oportet

ter signa, & argumenta prædicta, ut
nec alium sensum, aut interpretationem
3 recipere, nec ad aliam causam referri
omnino possint; *Rota in Firmana Juris-
dictionis, 20 Martii 1702, § 11, & seqq.
coram Molines; & in Civitatis Plebis Ju-
rium Parochialium, 3 Julii 1705, § In
præsenti, coram eodem.*

Hunc autem probationis gradum, ne-
quaquam attingere visa sunt, quæ in
hypothesi afferebantur. Quòd enim Ec-
clesia Sancti Petri in actibus feriis, &
proportionatis, sæpe sæpiùs tum a Visi-
tatoribus Apostolicis, tum ab ipsomet
Clero S. Mariæ denominata fuerit *ma-
trix*, minimè concludit propriam, & ve-
ram matricitatem. Deficiente siquidem
originario titulo dismembrationis unius
4 ab altera Ecclesia, denominatio ishæc
refertur ad speciem matricitatis impro-
priæ, & latè sumptæ, quæ convenit e-
tiam Ecclesiæ Parochiali, respectu alte-
rius non habentis curam animarum, du-
cta scilicet significatione a vocabulo *ma-
tris*, quæ sicuti naturaliter generat fi-
lios, ita Ecclesia Parochialis in spiritu
regenerat per Baptismatis Sacramentum,
ut benè ait *Gloss. in Clement. prima ver-
bo matricem, de sent. excommunicat. Ab-
bas in Cap. Venerabili, num. 2, de ver-
bor. Signification. Lap. alleg. 66; Fer-
rett. consil. 36, Card. De Luc. de præ-
minent. disc. 42, num. 12; & de Paroch.
disc. 27, num. 10. Piton. discept. Eccles.
106, num. 10, & 20, tom. 4; Scarfanton.
ad Ceccoper. tom. 2, lib. 4, tit. 10, num.
10. Rota post eumdem, dec. 9, num. 5, in
recent. dec. 272, num. 2, par. prima; &
dec. 7, num. 7, part. 18; & in Cassanen.
Jurium Parochialium, 6 Junii 1707, § Et
licèt, coram Caffarello.*

Cætera verò, quæ dicebantur de Ju-
re, quod habet Ecclesia Sancti Petri
prius pulsandi Campanas in die Sabba-
thi Sancti, quòd ab ea Sacræ Visitatio-
nes, & publicæ supplicationes incipiant,
quòd ibi a Visitatoribus Apostolicis Pon-
tificalia exercentur, atque ad eam Cle-
rus Sanctæ Mariæ *la Greca* accedere te-
neatur pro habendis congressibus circa
negocia communia, probant quidem bo-
num Jus Ecclesiæ Sancti Petri, quoad
actus prædictos, & alios similes, in quo-
rum pacifica possessione reperitur, abs-
que eo tamen, quòd referri debeant ad
causam universalem veræ, ac rigorosæ
5 matricitatis, cùm revera actus, & Ju-
ra prædicta non aliud evincant, quam
simplicem prærogativam ejusdem Eccle-
siæ in linea præeminentiali, ac remotæ
matricitatis, citra tamen veram, ac pro-
priam subjectionem, & omnimodam de-
pendentiam unius ab altera Ecclesiæ,
prout de his actibus promiscuè tradunt
*Pignattell. consult. 109, num. 6, tom. 9;
Cardinal. De Luc. de præeminent. dis-
curs. 42, sub num. 13, & 14; Piton. di-
sceptat. Eccles. 160, num. 4, tom. 4, & sub
num. 10; Rota coram Priolo, dec. 365, n.
3, & seqq. & num. 19.*

Quinimmo tantùm abest, quòd Ec-
clesia S. Petri ex his omnibus fundatam
haberet suam intentionem in ordine ad
matricitatem, & respectivè subjectionem
alterius Ecclesiæ S. Mariæ, ut, pro ejus-
dem qualitatis exclusione, validiora con-
currerent argumenta ex iis deducta, quæ
in facto docebantur pro parte Ecclesiæ
S. Mariæ. In Congressibus enim, qui fie- 6
ri solent a Clero utriusque Ecclesiæ ad
communia pertractanda negocia, Sacer-
dotes S. Mariæ promiscuè sedent cum a-
liis Sacerdotibus S. Petri in loco suæ re-
ceptionis, & juxta ordinem antianita-
tis, idemque servatur in publicis Pro-
cessionibus, quamvis uterque Clerus in-
cedat sub unica Cruce Ecclesiæ majoris
S. Petri. Insuper Clerus S. Mariæ extra
propriam Ecclesiam nec inservire, nec
ministrare tenetur Priori, & Capitulo S.
Petri, nec aliis interesse Processionibus,
quàm designatis in decreto Visitationis
ann. 1612. Suas habet leges, & statuta
particularia, proprios redditus liberè ad-
ministrat; novos recipit Clericos, atque,
Presbyteros etiam de gremio Ecclesiæ S.
Petri, Functiones Ecclesiasticas, ac duas
certis diebus peragit Processiones sub
propria Cruce; & hæc omnia, cum ex-
pleat absque interventu, ullaque depen-
dentia a Priore, & Capitulo S. Petri,
ab ea prætensam matricitatem certò cer-
tius excludunt, & mirificè comprobant
libertatem Ecclesiæ S. Mariæ, juxta fir-
mata per *Card. De Luc. de Præeminent.
disc. 42, num. 13; Rot. in Civitatis Ple-
bis Jurium Parochialium, 3 Julii 1705,
§ Non solùm, coram bon. memor. Mo-
lines.*

Accedente præsertim Sententia lata
usque ab anno 1586, ab Archiepiscopo
Baren. per S. Sed. in specialiter Delega-
to. Orta siquidem tunc controversia in-
ter easdem Ecclesias, super eo, quòd
Clerus S. Mariæ interesse deberet diebus
festivis celebrationi Officiorum in Eccle-
sia Parochiali, neque illi liceret quasdam
ducere Processiones per Terram Putinia-
ni, succubuit Ecclesia S. Petri per sen-
tentiam absolutoriam alterius S. Mariæ
ab interventu prædicto, data insuper ei-
dem facultate celebrandi sub propria
Cruce Processiones in duabus festivitati-
bus S. Stephani, & Sanctissimi Rosarii. 7
Quæ sanè Sententia licèt præcisè non
emanaverit super hodierna controversia
matricitatis, sed restrictivè ad actus par-
ticulares, de quibus tunc agebatur, non
leve tamen præstat argumentum ad ex-
cludendam eamdem matricitatem, ac e-
vin-

evincendam Ecclesiæ S. Mariæ liberta-
tem, quæ hujusmodi rei judicatæ maxi-
mum fomentum præbere potuit, ut aliàs
animadvertit *Rota in Gnesnen. Decima-
rum*, 16 *Junii* 1715, § *Adhuc tamen*,
*cor. Eminentissimo Domino Cardinali Al-
bano*; *& in Toletana Decimarum*, 16
Januarii 1723, § *Ita etiam*, *coram bon.
mem. Cerro*, *confirmata* 30 *Junii* 1724,
*coram Eminentissimo Domino Cardinali
Falconerio*.

Transitum nunc faciendo ad alteram
resolutionis partem, respicientem festum
B. Mariæ Virginis Septem Dolorum, Jus
illud privativè celebrandi feria sexta post
Dominicam Passionis, competere visum
est Ecclesiæ S. Mariæ *la Greca*; ita qui-
dem, ut Ecclesiæ S. Petri licitum nequa-
quam sit eamdem solemnitatem dicta die
peragere, multoque minùs processionem
ducere, ac Processionaliter ingredi Ec-
clesiam S. Mariæ, quemadmodum in
præcedenti Instantia judicatum fuerat a
R. P. D. Caballino. Cùm enim non a-
gatur de Jure aliquo Parochiali, in o-
mnibus præservato favore dictæ Ecclesiæ
S. Petri, ejusque Prioris, nec constet
de tali matricitate, ac superioritate ejus-
dem Ecclesiæ, propter quam altera S.
Mariæ legem ab illa recipere teneatur,
8 omnis profectò ratio suadebat, Eccle-
siam præfatam S. Mariæ, ubi quadragin-
ta circiter ab hinc annis celebrari con-
suevit dicta solemnitas, non solùm ma-
nutenendam esse in dicta quasi possessio-
ne privativa quoad Ecclesiam S. Petri,
quæ novissimè tantùm idem Festum per-
agere cœpit, publicam quoque ducendo
Processionem per Terram Putinianicum
Simulacro B. M. V. juxta passim firmata
per *Rot.* & signanter *coram Bichio*, *dec.*
486, *num.* 23; *coram Emerix Jun. decis.*
1258, *num.* 1; *in Tarraconen. Insignium
super manutentione*, 3 *Julii* 1702, § *Fi-
nali*, *coram bon. mem. Caffarello*; *in Ce-
senaten. manutentionis*, 10 *Februarii* 1719,
§ *Postremò*, *coram Reverendissimo Crispo*;
& in simili casu dixit *Rota in Calarita-
na manutentionis*, 16 *Januarii* 1722, §
De possessione, *coram bon. mem. de Her-
vera*, *inter ejus novissimè impressas*, *dec.*
191 *num.* 1, *& seqq.*

Sed insuper illius favore esse decla-
randam assistentiam boni Juris, ad effe-
ctum privativè celebrandi solemnitatem
prædictam. Cùm in hac publicæ festivi-
tatis materia, ad æmulationis spirituum
compescendum, avertendumque pericu-
lum contentionum, ac mutuæ perturba-
tionis, quæ a contemporanea celebratio-
9 ne in duplici Ecclesia exoriri facilè pos-
sunt, sic Judicis Officio, & authoritate
provideri oporteat, ut qui posterius so-
lemnitatem, ac festum peragere cœpit,
cedere debeat alteri, qui priùs id ipsum
facere consuevit, ut per *Text. in L. opus*,
ff. de oper. publ. firmat *Spada*, *consil.* 223,
num. 5, *tom.* 3; *Pignattell. consult. Ca-
non.* 69, *num.* 3, *tom.* 2; *Nicol. in Floscul.
verbo Festum*, *num.* 3, & 5; *Eminentissi-
mus Petra ad Constitution. Calixti III*,
num. 23, *& seqq. tom.* 2; *& in Dertho-
nen. Commemorationis Defunctor.* 14 *Ju-
nii* 1728, § *Præterea*, *coram Reveren-
dissimo P. D. meo Aldrovando Decano*,
& in ejus Confirmatoria, 7 *Februarii*
1729, § *Cæterum*, *& seqq. cor. eodem*.

Constitit autem de antiquiori hujus-
modi possessione Ecclesiæ Sanctæ Mariæ
ex vigintiquinque Testibus, qui uno ore
deponunt ab annis quadraginta circiter
non alibi celebratam fuisse Solemnita-
tem, quàm in Ecclesia S. Mariæ. Et
quamvis alii non deessent, qui de simi-
li antiqua possessione Testimonium per-
hiberent favore Parochialis Ecclesiæ S.
Petri; Attamen ultra quòd eorum depo-
sitio nimis affectata apparebat, & veri-
ficari poterat de festivitate, qua feria
sexta prædicta, Ecclesia Universalis me-
moriam recolit illius dolorosi gladii, qui
dulcissimam B. M. V. animam pertransi-
vit; non autem de ea majori solemnita-
te, ac pompa, quam nuper, etiam cum
publica Processione introduxit Ecclesia S.
Petri; prompta insuper occurrebat re-
sponsio, quòd Testibus pro parte Ecclesiæ 10
S. Mariæ inductis, ac formiter sub in-
terrogatoriis examinatis deferendum po-
tiùs erat, quàm simplici, & extrajudi-
ciali attestationi aliorum, juxta vulgatam 11
regulam, de qua *Rota*, *coram Pamphil. de-
cis.* 352, *num.* 6; *coram Bich. decis.* 580,
num. 14; *coram Dunozet. Jun. decis.* 244,
num. 6; *coram Emerix Jun. dec.* 31 *num.*
3; *in Sorana Distributionis*, 18 *April.* 1712,
§ *Perperam*, *cum seq. coram bon. mem. Lan-
cetta*, *& in ejus confirmatoria*, 23 *Junii*
1713, § *Quin pro*, *coram Reverendissimo
Crispo*.

Ac demum quemadmodum nulla ra-
tio habenda erat de actibus possessoriis
novissimè expletis per Clerum S. Petri,
qui occasione dictæ festivitatis processio-
naliter ingressus fuit Ecclesiam S. Ma- 13
riæ, atque ibidem honorificè receptus,
cum id solummodò acciderit pro prima
vice, anno 1726, & causam dederit præ-
senti liti monitorium anno sequenti ex-
peditum pro parte Ecclesiæ S. Mariæ,
quæ ampliùs non admisit ingressum hujus-
modi Processionis; cæteri autem actus
celebratæ solemnitatis gesti fuerint pen-
dente lite, nullum exinde præjudicium 11
irrogatum dici potest Ecclesiæ S. Mariæ
ex passim notatis per *Rot. in Illerden. Ju-
ris mulctandi*, *super manutentione*, 27 *Ja-
nuarii* 1702, § *Alii verò*, *coram Muto*;
in Cæsenaten. manutentionis, 10 *Februar.*
1716, § *Finali*, *coram Reverendissimo Cri-*

po, & in puncto prosequitur *in citata Calaritana manutentionis*, 16 *Januarii* 1722. § *Nulla*, *cor. bo. me. Herrera*.

Ita pariter ad effectum de quo agitur, Ecclesiæ S. Petri suffragari non posse visum est, quòd in ea proprium adsit Altare B. V. septem Dolorum cum Insigni ejusdem simulacro, quòdque ibidem erecta repetiatur Societas ejusdem Beatissimæ Virginis, jam aucta in conspicuum numerum Confratrum; unde inferebatur, vel magis congruam in ea fore celebrationem privativam hujusmodi festivitatis, vel saltem denegari eidem non posse facultatem contemporaneè agendi controversam solemnitatem, quæ propriè spectat ad ejus institutum, & maximè confert ad Religionis, ac Divini Cultus augmentum.

Etenim cùm Ecclesia S. Mariæ pariter habeat Altare, & Simulacrum ejusdem Beatissimæ V. septem Dolorum, unica præponderans circumstantia Societatis in Ecclesia S. Petri nuper erectæ, apta quidem fuisset cæteris paribus, ar-
12 que re integra, illi tribuere Jus aliquod prælationis in celebranda festivitate ad proprium institutum spectante. Secus autem ubi, prout in casu, nova isthæc Confraternitatis erectio, non prius approbata, quàm anno 1726, fomentum recepisse videri poterat non solùm a causa pietatis, & Religionis, sed etiam a spiritu æmulationis, atque in præjudicium Juris alieni, jam pridem a lon-
13 gæva possessione quæsiti favore Ecclesiæ S. Mariæ, quemadmodum in terminis alterius Confraternitatis de novo erectæ, seu aggregatæ ad effectum exercendi functiones priùs ab alia celebratas, optimè ratiocinatur *Rota in dicta Derthonen. Commemorat. Defunctorum* 14 *Junii* 1728, & 7 *Februarii* 1729, *ferè per tot. coram Reverendissimo P. D. meo Aldrovando Decano*.

Maximè quia res non versatur in magna Civitate, in qua cessante mutui impedimenti, ac perturbationis periculo, ob distantiam Ecclesiarum, & Populi fre-
14 quentiam, permitti solet contemporanea celebratio ejusdem festivitatis in pluribus Ecclesiis, juxta distinctionem, de qua *Eminentissimus Petra in Comment. ad Constit. Apost. tom. 2, Constit.* 1, *Celestini III*, *sect. unic. num.* 24, sed quæstio est in Terra Putiniani, cujus devotioni, ac pietati satisfacere congrue potest Ecclesia S. Mariæ; ideoque nulla urget necessitas alibi permittendi simultaneam ejusdem festi celebrationem, neque ex motivo pietatis, religionis, & Cultus Divini, cujus aliquale incrementum etiam si exinde sperari posset, illud profectò contingeret ex proportionali subtractione concursus ab Ecclesia S. Mariæ. Quapropter semper eumdem præseferret spiritum æmulationis turbativum alieni Juris, cui arbitrium Judi-
cis indulgere minimè debet, prout ad 15
similem effectum evitandi Populi diversionem, benè observat, aliis adductis, *Rot. in Bononien. Benedictionis super bono Jure*, 9 *Martii* 1722, § *Rursus*, & *seqq. coram R. P. D. meo Calcagnino*; & *in dicta Derthonen. Commemorationis Defunctorum*, 14 *Junii* 1728, § *Atque hinc*, *cum seqq.* & 7 *Februarii* 1729, § *Atque hinc*, *coram Reverendissimo P. D. meo Aldrovando Decano*.

Et ita utraque, &c.

R. P. D.

ROVAULT

De Gamaches.

Balneoregien. Canonicatuum.

Veneris, 1 *Martii* 1720.

ARGUMENTUM.

In præsenti Decisione ostenditur, validam esse transactionem initam inter Canonicos antiquos Cathedralis Balneoregiensis, & Canonicos noviter erectos, circa æqualem participationem de redditibus, a Fundatore novorum Canonicatuum relictis, qui, facta assignatione Præbendarum pro novis Canonicis, supererant, ad mentem ejusdem Fundatoris.

SUMMARIUM.

1 *Transactio, seu concordia inita ex justa, & rationabili causa, obligat nedum suos Auctores, sed etiam eorum Successores, & est prorsus exequenda.*

2 *Ad sustinendam Transactionem, necesse non est, quòd præcesserint controversiæ judiciales, sed sufficiunt etiam extrajudiciales.*

3 *Quando Præbendæ esse debent æquales, verificari debet æqualitas vera, & substantialis in ipso limine erectionis.*

4 *Et de soli æqualitate, non autem de materiali, præsumitur Fundator intellexisse.*

5 *Verisimile non est, quòd Fundator minùs dilexerit novos Canonicos, a se creatos, quàm Canonicos antiquos.*

6 *A valore Beneficii detrahi non solent onera Missarum.*

7 *Oppositum tenent nonnulli, & in quibus casibus.*

8 In

8 *In eodem Testamento non datur prius, nec posterius.*

9 *Corruit Beneplacitum Apostolicum, quòd ex falsa causa utilitatis concessum fuit.*

10 *Sine utilitate Beneplacitum Apostolicum non conceditur.*

11 *Stante admissione novorum Canonicorum, facta ab antiquis Canonicis in eodem Capitulo, absque ulla reservatione, non est inter eos facienda distinctio, tam circa implementum onerum, quàm emolumentorum perceptionem, accedente præsertim observantia.*

12 *Emolumenta, provenientia ex Cura actuali, Canonicis, illam exercentibus, privativè quoad alios, debentur.*

DECISIO XV.

BOnaventura Brunellus in suo cum quo decessit Testamento, condito anno 1624, hæredem universalem instituit Ecclesiam Collegiatam Sancti Nicolai Civitatis Balneoregiensis, modò Cathedralem, eâ lege, quòd in eadem Ecclesia duo erigerentur Canonicatus annui redditus æqualis aliis Præbendis Canonicalibus ibidem existentibus, quatenus tamen fructus suæ hæreditatis sufficientes reperirentur; sin minùs, quòd erigeretur unus tantùm Canonicatus. Cuilibet autem ex his novis Canonicatibus imposuit onus trium Missarum singulis hebdomadis pro sua Anima celebrandarum, & residuum hæreditatis, quod superesset, voluit fore repartiendum inter Priorem, & Canonicos antiquos, dummodo æquales his essent novi Canonici, in emolumentis, oneribus, & honoribus. Et denique in Codicillis reservavit Hieronymo de Victoriis, ejusque filiis, & descendentibus Juspatronatus dictorum Canonicatuum.

Acceptata ab Ecclesia Sancti Nicolai, seu a Capitulo, hac pia dispositione; & comperto valorem assis hæreditarii Brunelli disponentis ascendere ad scuta 18162, exuberantia pro erectione duorum Canonicatuum, ortum fuit in limine erectionis dubium cum Patronis, num scilicet, in constitutione Præbendarum habenda foret ratio dicti oneris trium Missarum, ita quidem, ut novis Canonicis præterea dandum esse nec ne, ex Fundatoris hæreditate, emolumentum eidem oneri æquivalens. Super quo consultis Canonicis antiquis capitulariter congregatis, resolutum fuit, quòd assignarentur pro novis Canonicis Præbendæ in bonis stabilibus correspondentibus valori Præbendarum antiquorum Canonicorum, & residuum hæreditatis poneretur in communi massa dictorum antiquorum Canonicorum, deque ea æqualiter participare deberent Canonici novi, & antiqui, & viceversa, omnes promiscue adimplere tenerentur tam onus prædictarum Missarum, quàm omnia alia onera, quæ Canonicis antiquis incumbebant.

Quamvis verò ad formam ejusmodi resolutionis ab Ordinario approbatæ facta fuerit intet Patronos, & Capitulum concordia, sivè erectio novorum Canonicatuum, quæ a Sacra Congregatione Concilii deinde fuit confirmata per medium Apostolici Delegati Episcopi Bobiensis, tunc temporis Superintendentis Ecclesiæ Balneoregienti, a quo exequutioni commissa fuit, diuque pacificè observata extitit. Nihilominus successores Canonici antiquæ erectionis, illam impugnare satagerunt; sed frustra, quippe R. P. D. de Gentilibus A. C. Locumtenens, ad quem contentio primò delata fuit, concessit mandatum de manutenendo Canonicis novis, seu adjunctis in quasi possessione satisfaciendi oneri celebrationis dictarum sex Missarum insimul cum Canonicis antiquis, ac etiam participandi de omnibus emolumentis provenientibus ex antiqua Massa Capitulari, & ulteriùs fruendi omnibus, & singulis prærogativis, quibus hactenus potiti fuerunt, & successivè sententiam protulit in petitorio pro exequutione, & observatione memoratæ concordiæ, & erectionis. Nec dissimile fuit Sac. Rotæ judicium. Cùm enim commissio appellationis ab iisdem antiquis Canonicis interpositæ mihi directa fuerit, & hodie a Dominis quæsiverim: *An concordia, seu erectio Canonicatuum, de quibus agitur, sit exequenda, & respectivè An, & quæ onera, & emolumenta spectent ad Canonicos Adjunctos*, responsum accepi: *Concordiam esse exequendam; & onera, & emolumenta spectare ad Canonicos Adjunctos unitim cum Canonicis antiquis.*

Quod enim attinet ad concordiam, cùm ea celebrata fuerit a Capitulo, justa, & rationabili Causa, evitandi nempè litem, & controversiam cum Patronis novorum Canonicatuum super illorum æqualitate cum antiquis Præbendis a Fundatore exop ata, & confirmata reperiatur, ut supra dictum est, tum auctoritate Ordinarii, tum Apostolico Beneplacito, non solùm obligavit Canonicos antiquos ad illam observandam, verùm etiam modò afficit Canonicos eorum Successores, & per consequens exequenda prorsùs est; ad *Text. in cap. Veniens, de transact. Turricell. de reb. Eccles. non alienan. cap. 9, num. 15; Urceol. de transact. quæst. 23, num. 35; Rot. coram Dunozett. Jun. dec. 382, num. 6; cor.*

Emerix Jun. dec. 1028, numer. 2; & in
rec. dec. 221, num. 29, par. 7.

Nec est cur objiciatur Apostolicom
Beneplacitum pro approbatione dictæ
Concordiæ, & erectiouis Canonicatuum
novorum, fuisse obreptitiè extortum ab
eorumdem Patronis, eo sub falso præ-
textu, quòd ageretur de Concordia ini-
ta pro dirimendis controversiis inter Pa-
tronos Canonicatuum erigendorum, &
Capitulum exortis; quando non erat
nisi simplex actus Capitularis præseferens
simplicem consensum antiquorum Ca-
nonicorum super novorum Canonicatuum
erectione, & modo illam faciendi, mi-
nusque ulla præcesserat controversia.
Etenim non omittendo, quòd instantia
pro obtinendo a Sacr. Congregatione
Concilii dicto Apostolico Beneplacito fa-
cta fuit a Patronis insimul cum Capitu-
lo, ut legitur in folio Causarum confe-
cto a clar. mem. Cardinali Nuptio, tunc
temporis a Secretis eidem Sacræ Con-
gregationi, penitus insuper excluditur ass.
obreptio, ea sub animadversione, quòd
dicta resolutio Capitularis, Concordiæ
nomen verè meretur, cùm per eam sub-
lata remanserit prætensio in linea dubii
a Patronis novorum Canonicatuum ex-
citata, quòd ex causa oneris sex Missa-
rum, illis a Fundatore impositi, assi-
gnandum esset emolumentum æquiva-
lens, ut novæ Præbendæ fierent æquales
Præbendis antiquorum Canonicorum,
prout Testator ipse mandaverat; quæ
sanè prætensio, satis quoque est pro ve-
rificanda expressione controversiarum ver-
tentium inter Capitulum, & Patronos
prædictos, ad effectum sustinendi succes-
sivam resolutionem, & concordiam,
2 quia minimè requirebatur, quòd præ-
cesserint controversiæ judiciales, sed suf-
ficit eas fuisse extrajudiciales, ad tradi-
ta per *Urceol. de transact. quæst. 2, nu.*
34, & 37, Rot. coram Emerix Junior. dec.
601, num. 5, & dec. 1187, num. 9; in re-
cent. dec. 540, num. 13, & dec. 553, n.
13, par. 19, & in Firmana Primogeni-
turæ, super transactione, 20 Junii 1713,
§ Accedit, coram R. P. D. meo Crispo.

Certius, quia ambigi nequit, quo mi-
nùs dicta controversia a Patronis promo-
ta fuerit valdè rationabilis; licet enim
Fundator celebrationem dd. Missarum
novis Canonicis dumtaxat demandave-
rit, nihilominus cùm illorum Præben-
das omninò æquales antiquis esse vo-
luerit; ibi — *Per formare due Prebende*
d' ugual frutto dell' altre & rursùs —
le due Prebende uguali all' altre — & ali-
bi — *uguagliare le Prebende*. Inde se-
quitur, ut pro adimplenda hac Funda-
toris voluntate, & servanda æqualita-
te ab eo adeò enixè volita, assignari
debuisset novis Canonicis, ultra Præben-
das similes antiquis, emolumentum cor-
respectivum dicto oneri Missarum; quo
casu pro antiquis Canonicis minor quan-
titas Bonorum hæreditariorum superfuis-
set illa, quæ iisdem ex Hæreditate Bru-
neill Fundatoris fuit applicata, vel sal-
tem etiam antiqui Canonici ferre debe-
bant onus prædictum, novosque Cano-
nicos admittere ad participationem Mas-
sæ Capitularis, uti concordatum fuit;
alioquin enim Præbendæ erigendæ, non
considerato d. onere Missarum, numquam
æquales fuissent antiquis Præbendis, 3
æqualitate vera, & substantiali, ut in
ipso limine erectionis Juris ratio expo-
scit, *Abb. in cap. cum M. Ferrarien. n.*
2, & 7, de Constit. Card. De Luc. de
Canon. & cap. disc. 34. num. 8; & de
qua, non verò de sola æqualitate ma-
teriali Fundatorem intellexisse præsumi- 4
tur; *Rot. cor. Coccin. dec. 1788, numer.*
29, & in rec. dec. 4, num. 10, part. 8.
Idque confirmatur etiam ex eo, quòd pa-
trimonium a Fundatore relictum ascen-
debat ad sc. 18162, & tamen dubitavit,
an sufficiens foret pro dote duorum Ca-
nonicatuum, dum ordinavit, quòd tali
casu erigendus esset unicus Canonicatus,
quo fit, ut respectum non habuerit ad
æqualitatem extrinsecam antiquarum
Præbendarum non excedentium sc. 700,
sed etiam ad onera Missarum novis Ca-
nonicis imposita, quæ earumdem Præ-
bendarum redditum ferè in totum ab-
sorberent; itaut deductis dictis oneribus,
aliud non remaneret pro substentatione
novorum Canonicatuum, quàm tenuis
quantitas sc. 570, & ex opposito Cano-
nici antiqui majorem partem d. Patri-
monii liberè consequerentur contra ipsius
Fundatoris mentem, & exoptatam æqua-
litatem; & denique contra omnem ve-
risimilitudinem, quòd Canonicos novos 5
a se creatos, longe minùs dilexerit Ca-
nonicis antiquis, ut adnotavit *Pignat-*
tell. consult. Canon. 48, num. 14, tom. 6.

Quæ cùm ita sint, nullius momenti est, 6
quòd de jure onera Missarum detrahi non
soleant a valore Beneficii; *Garz. de Be-*
nefic. par. 5, cap. 3, num. 169, Card. De
Luc. de donat. disc. 11, num. 8, Rot. co-
ram Benincasa, decis. 300, num. 11; & in
Pampilonen. Beneficii, 11 Junii 1703, §
Haud refragante, cor. Muto. Quidquid
enim sit de hac propositione ad effectus
prorsùs diversos, verificationis valoris
Beneficiorum, vel reservationis pensio- 7
nis, in qua neque Doctores benè con-
veniunt, cùm plerique tueantur onus
Missarum esse semper detrahendum, quan-
do est magnum, & excessivum ex nota-
tis *per Monacell. tom. 3, Formul. numer.*
28, in fin. fol. 228, æquè verum in præ-
senti recipit limitationem, inspecta vo-
luntate ipsius Fundatoris. Si namque vo-
luit

fuit erectionem duorum Canonicatuum
comparativè ad valorem æqualem, tam
in Capitali, quàm in fructu antiquis Præ-
bendis, hæc ejus Vota adimpleri nequi-
rent, nisi haberetur respectus ad onera
Missarum Præbendis erigendis infixa, ut
superiùs probatum fuit. Parvipensa re-
sponsione, quòd idem Testator juxta or-
dinem Scripturæ, demandaverit priùs con-
stitutionem duarum Præbendarum, &
postea illis adjecerit onus sex Missarum;
quia non exinde inferri potest, quòd
habenda non sit ratio de hoc onere, dum
8 eodem tempore, & in eodem testamen-
to, in quo non datur prius, & poste-
rius, novos Canonicos pares esse voluit
cum Canonicis antiquis, ex congestis per
Merlin. de Pignor. lib. 4, quæst. 41, n.
75; *Rot. in rec. dec. 232, num. 7, part.*
10; *dec. 215, num. 2, part. 18; & decis.*
506, *num. 9, par. 19.*

Ut etiam non subsistit, quòd ex di-
cta Concordia Canonici antiqui nullam
receperint utilitatem; ex quo si in Ju-
dicio succubuissent, majus præjudicium
9 pati non potuissent. Ideoque corruat be-
neplacitum Apostolicum tamquam con
cessum ex falsa causa utilitatis Capituli;
Lotter. de re Benefic. lib. 2, quæst. 48,
num. 293; Rot. in Castellana aperitionis
oris, 19 Novembris 1703, § Incipiendo,
coram bon. mem. Molines; & in Forols-
vien. Jurium Parochialium, 7 Decembris
1716. *§ Atque eo quòd, coram Reve-*
rendissimo D. meo Lancetta Decano. Si-
quidem in hypothesi eorum succumben-
tiæ in lite, detrahendus fuisset ex hære-
ditate Fundatoris in novarum Præbenda-
rum constitutione, annuus redditus sc.
62. 40, quanti æstimabatur onus sex Mis-
sarum singulis hebdomadis celebranda-
rum ad rationem juliorum duorum pro
qualibet Missa, de quo reddito Canoni-
ci antiqui non participassent, tantoque
minus habuissent ex hæreditate dicti
Fundatoris; quando modò beneficio di-
5 ctæ concordiæ de illo participes fiunt
pro quinque ex septem partibus, & id-
circo utilitas Capituli est certa, sine
qua; nec Episcopus, nec Delegatus Apo-
stolicus dictam Concordiam confirmas-
sent, multoque minùs Sac. Congregatio
Concilii facultatem illam approbandi ei-
dem Delegato Apostolico tribuisset, sed
10 petitum beneplacitum, & confirmatio-
nem absolutè denegasset; *Venturin. consil.*
3, *sub num. 57; Caren. resolut. 204, nu.*
7; *Rot. in rec. decis. 736, num. 13, par.*
18; *& in Romana, seu Ferrarien. Trans-*
actionis, 11 Maji 1711, § Eoque valen-
dius, coram bon. mem. Molines.

Ex his verò deveniendo ad secundam
Dubii partem, Domini censuerunt one-
8 ra, & emolumenta omnia pertinentia
ad Canonicos antiquæ erectionis spectan-
tes,

te unitim cum illis ad Canonicos novos
seu adjunctos; nam cùm isti virtute di-
ctæ concordiæ sint de eodem Capitulo,
& in eo recepti fuerint absque ulla re- 11
servatione, distinguendi profectò non
sunt in adimplementum onerum, nec in
perceptione emolumentorum ab antiquis
Canonicis, ut ab anno 1694, quo sequu-
ta fuit concordia, seu erectio novorum
Canonicatuum, & deinceps observatum
fuit; & docuerunt *Abb. in cap. cum M.*
Ferrariensis, a num. 29 ad 31, de constit.
ibique etiam *Barbos. num. 16; Faguan. in*
Cap. Dilectus, sub num. 21, & 24, de Præ-
ben. lib. 3; Rot. coram Buratt. dec. 193,
a num. 1, & per tot. in recent. dec. 354,
num. 10, & 15, par. 18; & in Novarien.
Aggregationis, 20 Junii 1681, & 12 Ju-
nii 1682, coram Ursino. Quòd procedit,
quamvis duo ex Canonicis antiquis exer-
ceant Curam Animarum, & alii duo
certis anni solemnitatibus teneantur au-
dire Confessiones Sacramentales Fidelium,
a quo onere novi Canonici ex Decreto
Sacræ Congregationis Concilii, edito die
23 Junii 1714, immunes sunt. Quoniam
novi Canonici solùm petunt emolumen-
ta Massæ communis, quæ a Canonicis
antiquis, qui nec confessiones audiunt,
nec exercitium Curæ habent, percipiun-
tur jure Canoniæ, & Curæ habitualis
penès totum Capitulum residentis, non
autem illa emolumenta provenientia ex 12
Cura actuali, quæ eam exercentibus, pri-
vativè quoad alios, debentur, ut dixit
Rot. in rec. dec. 391, num. 5, par. 4; &
in Sutrina Præcedentiæ, 19 Februarii
1714, *§ Et de facto, coram R. P. D. meo*
Crispo.

Et ita utraque, &c.

R. P. D.

M I L L I N O.

Valentina Mulctæ.

Veneris, 5 Junii 1733.

A R G U M E N T U M.

Recursu habito per unum ex Beneficia-
tis Parochialis Ecclesiæ SS. Petri Mar-
tyris, & Nicolai Civitatis Valentiæ
ad Archiepiscopum ejusdem Loci, oc-
casione mulctæ, quam ille injustè se
passum exposuerat a Vice-Rectore, seu
Vicario ejusdem Ecclesiæ, facultatem
habente, vigore Statuti, auctoritate
Pontificia confirmati, Beneficiatos mul-
ctandi, ubi circa servitium Chori, &
Ecclesiæ Statuta delinquerent; & op-
ponentibus e converso Vice-Rectore,
ac Beneficiatis incompetentiam juris-
di-

dictionis, Sac. Rota super tali controversia favore Archiepiscopi respondit.

S U M M A R I U M.

1 *Episcopus, seu Archiepiscopus jurisdictionem universalem habet in omnes Ecclesias, Loca Pia, Capitula, & Personas Ecclesiasticas, in sua Diœcesi existentes, & num. 2.*

3 *Signanter circa cognitionem gravaminum.*

4 *A correctione, & reformatione non datur appellatio.*

5 *Declara quoad effectum suspensivum tantùm.*

6 *Per specialem delegationem, censetur Judicis Ordinarii jurisdictioni derogatum.*

7 *Inter Judicem delegatum, & Judicem Ordinarium, quando locus sit præventioni.*

8 *Verùm* possit *magis conveniat facultati cumulativæ, quàm privativæ.*

9 *Capitulum non potest aliquid statuere, quod in minimam partem imminuat jura Episcopi, seu Archiepiscopi.*

10 *Confirmationis vis, & natura est, corroborare actum confirmatum, non ampliare.*

11 *Etiamsi confirmatio munita sit clausula* sublata, *cum decreto irritanti, & quare.*

12 *Jurisdictio, in gratiam particularis Personæ concessa, censeri debet privativa.*

13 *Statutum circa concessionem jurisdictionis, a Papa confirmatum, non extenditur ad jurisdictionem privativam, in præjudicium Ordinarii, cui nec litera, nec potestas Statuentium accommodatur.*

14 *Pro jurisdictione cumulativa est in dubio respondendum.*

15 *Inter Judices, cumulativè procedentes, datur præventio.*

DECISIO XVI.

FAcultatem notandi, & mulctandi Beneficiatos Parochialis Ecclesiæ SS. Petri Martyris, & Nicolai Civitatis Valentinæ, servitium Chori negligentes, bonosque, ac integros mores, & Ecclesiæ Statuta non servantes, Vice-Rectori, seu Vicario ejusdem Ecclesiæ in annos singulos eligendo concessam per Statutum confirmatum literis san. mem. Sixti V, in forma *Rationi congruit*, expeditis Kal. Maji, anni 1584, irrationabiliter, & injustè fuisse exercitam prætendens Jo: Baptista Allegria Beneficiatus dictæ Ecclesiæ, cùm ob recusatam celebrationem Missæ die 26 Augusti 1730, per id temporis Vice-Rectorem contra consuetum Turni ordinem in dicta Ecclesia vigentem, sibi indictam, passus est ab eo irrogationem Mulctæ, reclamavit ad Reverendissimum Archiepiscopum Valentinum, cujus Judicium declinare licèt d. Vice-Rector, & Beneficiati, Capitulum dictæ Ecclesiæ constituentes, tentaverint, proponendo exceptionem incompetentiæ Jurisdictionis, fuerunt duplici Vicarii Generalis decreto rejecti; primò eandem exceptionem respuente, altero refutatorio appellationis a priori interpositæ. Rebus ita se habentibus curarunt ipsi controversiam hujus Jurisdictionis examinandam Sacro Tribunali delegari, mox à me Ponente designato subscribi dubium — *An, & de cujus bono Jure constet ad effectum de quo agitur* — quod in hodierna Audientia propositum, habuit responsum — *Constare de bono Jure Joannis Baptistæ, & Promotoris Fiscalis.*

Manabat bonum Jus utriusque ex irriguo fonte nativæ, & universalis Juris-
dictionis, qua Reverendissimus Archie-
piscopus est præditus, quoad omnes Ec- 1
clesias, Loca Pia, Capitula, & Perso-
nas Ecclesiasticas in sua Diœcesi existen-
tes, juxta Juris apertam dispositionem
in cap. 1, & cap. congnerente 10, de Offic. Ordin. cap. cum Venerabilis, & cap. cum dilectus, de Religios. Domib. cap. Cum Personæ, de Privilegiis in 6; Can. omnes Basilicæ 16, quæst. 7; cui consonat *Sac. Conc. Trid. sess. 24, cap. 20, de reform.* & dixit *Rot. coram Emerix Jun. dec. 881, num. 1, & in Vicent. Jurisdictionis, 7 Decembris 1731, § Perpulit, coram* [illegible]

Enim verò e conspectu hujusce Juris-
dictionis universalis, admitti minimè po-
terit exceptio declinatoria per Vice-Re-
ctorem, & Capitulum Beneficiatorum,
ut supra proposita ad effugiendum Judi-
cium Archiepiscopi pro Mulctæ revoca-
tione à Joanne Baptista imploratum, 2
quando ipsi nullo Exemptionis Privilegio
instructi, illi omnimodam subjectionem
profiteri coguntur, cùm generaliter in
quacumque materia res eorum, & per-
sonas spectantes ad tradita per *Barbos.
de Offic. & Potest. Episcop. par. 3, alleg.
127, num. 28, & seqq. Lotter. de re be-
nefic. lib. 1, quæst. 21, num. 4, & seqq.
Card. De Luc. in Miscellan. Eccles. disc.
34, num. 6; Rot. coram Priolo, dec. 295,
& 338, utrobique num. 3; coram Molines,
dec. 751, num. 1; & in eadem Jurisdi-
ctionis 7 Decembris 1726, § Militat,
coram R. P. D. meo Cincio;* tum specia-
tim in subjecta recursus adversus grava-
men, quod sibi per Mulctæ irrogationem
illatum fuisse queritur idem Jo. Bapti- 3
sta; hujus namque gravaminis cognitio

de-

defluit a Jurisdictione præfata, per *Text. in cap. 1, de Offic. Ordinar. in 6; cap. Romana § Ab Archidiaconis, de appellat. in 6; Abb. in cap. cùm contingat, numer. 19, verf. item poterit, de Offic. Ordinar. Rot. in Baren. seu Juvenacen. Jurisdictionis, 20 Martii superioris anni, § Quidquam, coram Me.*

Neque ejusdem Jurisdictionis exercitio impedimentum afferre posse videbatur consideratio, quòd cum mulcta Jo. Baptistæ fuerit indicta per viam domesticæ castigationis, ac privatæ correctionis, juxta facultatem Vice-Rectori a Statuto, Pontificia confirmatione munito attributam, non debeat adversùs illam ad-
4 mitti appellatio ad Archiepiscopum, ne secus contingat correctionis, & reformationis officium liberè expediri non posse contra monitum; *Text. in cap. irrefragabilis 13, de Offic. Ordinar. cap. ad nostram 3, de appellation.* Quidquid enim sit de admittenda appellatione in suspensivo in hujusmodi privatis correctionibus, de qua loquuntur *Textus* in
5 objecto relati, certè quidem eam ab Episcopo aliove Judice superiore admitti debere ad reparandum gravamen appellanti illatum, expresse sancitur *in cap. licèt 12, de Offic. Judic. Ordinar.* & notant *Abb. in cap. ad nostram, num. 1, eodem tit. Fagn. ibidem, num. 5, & seqq. Gonzalez in d. cap. irrefragabili, de Offic. Jud. Ordinar.* eamque prætcrea ipsum admittit apertè Statutum Capituli simulatque cognitionem mulctæ Beneficiatis inflictæ transferr ad Congregationem ejusdem Capituli.

Per hanc autem facultatem cognoscendi de justitia, vel Injustitia mulctæ, seu notæ Congregationi mandatam, minùs rectè Vice-Rector, & Capitulum inferre nitebantur, fuisse exclusam Jurisdi ctionem Archiepiscopi, eam assignando
6 rationem, quòd cùm Papa, qui Statutum Capituli confirmando, in forma specifica suum fecisse videtur. certum pro eadem cognitione, ac specialem dederit Judicem, Congregationem præfatam, censeatur Judicis Ordinarii jurisdictioni derogare voluisse, itaut illam is non posset ampliùs ad se revocare, per *Text. in cap. Statuiſti il. 2, de offic. legat.* & notata per *Zabarel. ibid. num. 1; Fagnan. pariter num. 1; Tondut. de prævent. par. 2, cap. 7, num. 9.*

Nam eadem facultas tamquam indefinitè respiciens Causas certi generis, nimirum correctionis, & animadversionis in excessus Beneficiatorum per Statutum
7 designatos, non autem certam causam, aut negocium particulare, intelligenda est cumulativè concessa cum ordinaria Archiepiscopi Jurisdictione, ut sit locus præventioni non privativè, juxta dispositionem *Text. in l. fin. Cod. de Offic. Præfecti Urbis*, & communiter distinguendo, & contrarias explicando Authoritates, tradunt *Bart. in l. 1, Cod. eodem; Felin. in cap. Pastoralis, num. 2, & seqq. de Offic. Ordinar. Fagnan. in cap. ut Privilegia, num. 39, de Privileg. Bursatt. consil. 391, num. 15; Surd. consil. 56, n. 19, & seqq. Gratian. discept. 154, num. 35; Oliv. de Foro Ecclesiæ, par. 3, quæst. 13, num. 2, & seqq. Piton. de controv. Patron. allegat. 41, num. 33, Rot. dec. 457, num. 15, & 16, & dec. 618, num. 27, par. 5 rec.* inter recollectas per *Adden. ad Ceccoper. dec. 44, numer. 39, & seqq. & in Tarraconen. Jurisdictionis, 19 Maji 1700, coram dell' Olmo.*

Accedente potissimum in confirmationem hujus intelligentiæ ponderatione illa, quòd Statutum non patitur extensionem ad Jurisdictionem privativam, tum quia cognitionem mulctæ per Vice-Rectorem inflictæ, defert Capitulo per verbum *possit*, quòd tamquam demon- 8
strativum simplicis facultatis, magis convenit cumulativæ, quam privativæ, ut post *Aretin. cons. 102. num. 1*, dixit *Rota, coram Pentinger. dec. 46, num. 5;* & inter recollectas per *Adden. ad Ceccoper. dec. 44, num. 40, tom. 1;* tum, & fortius, quia admitti nullo modo debet, quòd Statuentes voluerint sibi arrogare Jurisdictionem privativam in præjudi- 9
cium Archiepiscopi, cujus Jura fas eis non erat in minimam partem imminuere, ex notatis per *Gl ss. in cap. 2, verb. Statutum, de verb. significat. in 6; Abb. in cap. cùm accessissent, n. 4,* ibique *Dec. num. 9, de Constitut. Fermosin. de Capitul. tract. 3. quæst. 4, num. 2, Frances de Eccles. Cathedral. cap. 14, num. 172; Rot. coram Coccin. decis. 283, & 307, per tot. coram Ubag. dec. 34, num. 22, & 23; & coram Eminentissimo Domino meo Card. Falconerio in Miscellan. decis. 86, num. 4.*

Atque hinc nullum habuit momentum confirmatio Pontificia dicto Statuto superaddita. Si enim illud aptum per se non erat tribuere Capitulo Jurisdictionem privativam, pari ratione nec illam 10
inducere poterat confirmatio, cujus virtus est corroborare actum confirmatum, non ampliare; per *Text. in l. Aurelius, § Testamento, ff. de liberat. legat. Bald. in l. Adversùs, num. 3, Cod. si adversùs rem Judicat. Alexand. cons. 122, numer. 21, tom. 6; Rot. coram Ottbobon. dec. 149, num. 13; coram Molines dec. 737, num. 12, & decis. 1015, num. 9.* Non obstante, quòd illi fuerit adjecta clausula *sublata*, cum decreto irritante; ea enim, 11
uti apposita ad fulcimentum confirmationis, & ab ea dependens, illius ingenium imitatur, non egrediens terminos

Sta-

Statuti confirmati, ad tradita per *Gabriel. de clausul. concl.* 3, *num.* 82; *Rot. coram Emerix Jun. decis.* 1029, *numer.* 15, *& in recen. dec.* 247, *num.* 9, *par.* 11.

Parvi etiam referre Domini putaverunt, quòd confirmatio Apostolica prodierit ad supplicationem Capituli, & in gratiam Personarum illud constituen-
12 tium, ideoque tribuat Jurisdictionem privativam, ex *Felin. in cap. Pastoralis, num.* 2, *in fin. de Offic. Ordinar. Menoch. præsumpt.* 18, *num.* 23, *lib.* 2; *Rot. coram Gregor. dec.* 4, *num.* 6, *& seqq. in rec. decis.* 37, *par.* 1. Non enim res versatur in terminis Jurisdictionis in particularem personam per speciale Privilegium a Principe collatæ, in quibus procedunt authoritates proximè adductæ, sed in longe diversis terminis Statuti a Papa confirmati, quòd utcumque fuerit
13 confirmatum, non est extendendum ad creationem privativæ Jurisdictionis favore Capituli in diminutionem Jurisdictionis Ordinariæ Archiepiscopo competentis, cui quemadmodum nec litera, nec potestas Statuentium accomodatur, ut superiùs fuit demonstratum, sic confirmatio nequit convenire ad *Text. in cap. ad aures, de rescript. cap. super eo, de Offic. Judic. delegat. Rot. coram Duran. dec.* 5, *num.* 6.

Minusque profuit recurrere ad qualitatem subjectæ materiæ, perinde acsi ea respueret cumulativam inter Archiepiscopum, & Capitulum; quia cùm non agatur de irrogatione mulctæ, sed tantummodò de reparatione gravaminis per eam illati in gradu recursus, nihil deperit qualitati subjectæ materiæ per hoc, quòd detur cumulativa favore utriusque,
14 pro qua de cætero, utpote tendente ad conservationem Jurisdictionis Ordinariæ, omni favore dignæ in quacumque dubitatione esset respondendum; ad *Text. in cap. Per hoc, de Hæretic. in* 6, *l. final. Cod. de Jurisdict. omn. Judic. Roman. cons.* 393, *a num.* 1, *ad* 9; *Spad. cons.* 133, *num.* 10, *tom.* 3; *de Marta. resolut.* 213, *numer.* 2, *& seqq. tom.* 1; *Menoch. præsumpt.* 18, *num.* 26, *lib.* 2; *Mart. de Jurisdict. par.* 4, *cas.* 147, *numer.* 5, *& seqq. Fontanell. dec.* 463, *num.* 10.

Ex cumulativa per hæc constabilita consequebatur non licuisse Vice-Rectori, & Capitulo opponere exceptionem declinatoriam Fori, cum per recursum, apud Archiepiscopum interpositum a Joanne Baptista, ejus Jurisdictio effecta fuerit indeclinabilis Jure præventionis,
15 quòd locum sibi vindicare inter Judices cumulativè procedentes non ambigitur, & perspicuè sancitur *in cap. cum plures* 8, *de Offic. Delegat. Abb. in cap. prudentiam, n.* 10, *in fin. eodem tit. Tondut. de prævent. par.* 2, *cap.* 45, *num.* 1; *Piton. Discept. Ecclesiast.* 60, *num.* 1; *Rota coram Molines, dec.* 966, *num.* 32, *& in Valentina Electionis Administratoris, super bono Jure,* 1 *Julii* 1729, § *Hoc unum, coram Reverendissimo Domino Episcopo Corduben.*

Et ita utraque, &c.

R. P. D.

DE HERRERA

Pampilonen. Beneficii de Trun.

Lunæ, 19 Junii 1719.

ARGUMENTUM.

Reprobatur in præsenti Decisione electio, facta per sortes a majori eligentium parte, tam ex Juris Communis censura, quàm ex lege, in electione facienda ab Universitate præscripta; non curata electione, in eamdem personam posterius facta ab ipsis Electoribus, qui facultate sibi concessa primò male usi fuerant.

SUMMARIUM.

1 *Electione a majori parte eligentium nulliter facta, tota eligendi facultas in minori parte pro illa vice consolidata remanet.*
2 *Et consequenter favore electi a minori parte Beneficium adjudicandum est.*
3 *In præsentatione, seu electione licitum non est judicium sortis adhibere.*
4 *Quod communiter reputatur cæcum, fallax, & erroneum.*
5 *Ubi sors unicè operatur, locus non remanet actum consummandi, juxta dictamen rationis, & propriæ conscientiæ.*
6 *Procurator debet diligenter custodiare, & servare formam, in mandato sibi præscriptam.*
7 *Nominatio, sive electio, quæ fit viva voce, in nihilo discrepat ab illa, quæ in scriptis expletur.*
8 *Sors merita personarum non discernit, & mores; sed super parùm idoneos sæpe cadit, minùsque habiles magis idoneis præfert.*
9 *Paritas meritorum inter eos, quorum prælectio sorti commissa est, non verificatur, ubi inæqualis est votorum numerus.*
10 *Consuetudinem Loci non præsumitur Ordinarium ignorare.*
11 *Ex unico actu, præsertim si subreptitiè, & clandestinè gestus fuerit, non*

non inducitur observantia.
12 *Ignorantia non excusat in iis, quæ ex Juris dispositione descendant.*
13 *Ignorantia verisimilis non est in illo, qui pro alio aliquid agit, vigore specialis mandati, & adducitur ratio.*
14 *Stante contraria protestatione, sea interpellatione, allegabilis non est ignorantia, sea bona fides.*
15 *Nulliter eligeas propria culpa, & mala fide, pro ea vice facultatem eligeadi amittit.*
16 *Istaque consolidatur in aliis, qui ad electionem ritè, & rectè devenerunt.*
17 *Dec. 459, par. 19 recen. examinatur, & num. 19.*
18 *In electione ad simplicem Capellaniam laicalem, vetitum non est judicio sortis uti.*
20 *Bona fides, & justa credulitas validitatis actus excusat a Jure devoluto favore Ordinarii.*
21 *Consolidatio juris eligendi, seu præsentandi majoris partis Patronorum in altera minori parte, locum non habet in casu, quando electio, seu præsentatio facta non fuerit jure particulari; sed jure Collegii, seu Universitatis.*
22 *Contrarium verius.*
23 *Si electio fuerit nulla, non ex vitio Personæ, sed quia actus contra Juris dispositionem expletus fuerit, potest ad novam electionem procedi.*
24 *Declara, quando omnes Electores peccaverunt in forma, & unica tantùm facta fuit electio. Secus autem ubi duæ contemporaneæ expletæ fuerunt electiones, altera nulliter per majorem Vocalium partem, altera verò validè per minorem, & affertur ratio.*
25 *Nullitas primi actus influit etiam in secundum, ia adhæsionem; & approbationem illius gestam.*
26 *Secundus actus, posita nullitate actus præcedentis, dicitur primus, ac si nullus alius præcessisset.*

DECISIO XVII.

Sententia Rotalis a R. P. D. meo
Lancetta, prævia decisione, diei 23
Januarii proximè præteriti lata, & de-
cernens institutionem ad Beneficium con-
troversum concedendam esse Josepho Ar-
belaiz, posthabita nominatione Lazari
Tompes, licèt a quinque ex novem Vo-
calibus expleta, cùm valida & justa ap-
paruerit, ideo confirmatione digna per
Dominos coram me fuit habita.

Validitate siquidem inter Partes non
controversa, justitia ex eo comprobata
apparebat, quia, etsi favore Josephi
quatuor solummodo ex novem Vocalibus
nominationem expleverint, adhuc ta-
men cùm Lazarus a quinque ex dictis
Vocalibus nulliter fuerit præsentatus,
ideo nominatio per Josephum a quatuor 1
tantùm reportata perinde habetur, ac
si ab omnibus expleta fuisset; cùm in
eis tota eligendi facultas pro dicta vice
consolidata remansisset; *ad Textum, in
Cap. Gratum, de postul. Prælat. ibique
Gloss. verb. pauciores; Lavor. de elect.
cap. 21, num. 47; Passerin. de elect. cap.
31, num. 3, & seqq. Rota in Majoricen.
Beneficii, 29 Martii 1700, § Ac propter-
ea, cor. bo. me. Muto; in Volaterrana
Beneficii, 4 Decemb. 1708, § Nulla si-
quidem, coram R. P. D. meo Crispo; &
in Tarraconen. Beneficii, 29 Januarii
1712, § Prout etiam, coram R. P. D.
meo Lancetta, probatque decisio antece-
dentis instantiæ, § Licèt enim.* Et con-
sequenter adjudicatio controversi Bene-
ficii favore ejusdem Josephi omni jure 2
demandata fuit, *ad Text in cap. Quo-
niam, de jurepatr. Rota in Tuden. Parro-
chialis, de Berdunedo, 20 Junii 1701, §
Consist. & § Finali, coram Eminentissi-
mo D. Card. Scotto; & in Bononien. Be-
neficiorum de Castello, 9 Junii 1713, §
Ex hac ipsa, coram Reverendissimo P. D.
Ansaldo Decano.*

Præsentationem porrò favore jam di-
cti Lazari expletam nullitatis vitio fuis-
se infectam ex eo probatum remanebat,
quia ad illam non aliter deventum fuit, 3
quàm per sortem, cujus judicium in ta-
li præsentatione adhibere nedum veti-
tum erat ex nota juris Pontificii san-
ctione, *in cap. Final. de Sortileg.* optimè
procedente etiam in nominationibus,
seu præsentationibus ad Beneficia de ju-
repatronatus, ut respondit *Rota in Ma-
joricen. Beneficii, 15 Junii 1697, coram
Reverendissimo P. D. meo Ansaldo Deca-
no, confirmata 29 Martii 1700, cor. bon.
mem. Muto; & in Albaracinen. Canoni-
catus, 10 Maji ejusdem anni, § Minusque
refert, coram bon. mem. Molines.* Ve-
rùm etiam ex lege, quam Universitas
Oppidi de Yrun hujusce Beneficii Pa-
trona indixit novem illis Personis, seu
Officialibus, in quos electionis, seu no-
minationis transtulit exercitium, ita per
eos mediantibus suffragiis explendum;
*ut in Rectorem, seu Beneficiatum eligant
personam, seu personas, quas in Domino
& juxta dictamen propriæ conscientiæ
habiles, & idoneas esse censerent.* De-
mandata enim electio per suffragia, &
juxta dictamen propriæ conscientiæ, ad
hoc ut illa caderet in personas habiles
& idoneas, nullo modo compatitur cum 4
electione per sortem, cùm ejus judicium
apud omnes cæcum, fallax, & erro-

neum communiter reputetur, *ad Text. in cap. fin. de purgat. vulgar. Joann. Andr. in cap. fin. num. 6, de fortileg. ubi Gonzal. num. 8, necnon Barbos. numer. 3; Rota decis. 95, num. 14, coram Reverendissimo P. D. meo Ansaldo Decano*. Indubitatumque sit, quòd ubi sors unicè operatur, nullus remanet locus dictami-
5 ni rationis, seu applicationi illius scientiæ, qua quis operando juxta propriæ conscientiæ dictamen, ad actus consummationem conducitur, ut docent *D. Thom. prima 2, qu. 19, art. 5, sub num. 40; Azzor. institut. moral. tom. 1, lib. 2, quæst. 8; Castropal. Oper. Moral. par. prima, tract. primo, disp. 1, num. 1; Donat. in prax. quæst. regul. tom. 2, tract. 4, de elect. q. 24, num. 9, & seqq.*

Parvipensa responsione, quòd dictis Officialibus nulla inesset necessitas sectandi in nominationibus formam, quæ ab Universitate Loci de Yrun, ut supra præstituta allegabatur, cùm ipsi non fuerint constituti simplices Procuratores ad præsentandum, seu nominandum; sed designati extiterint veri, & absoluti Patroni, quibus idcirco, sicuti vetitum non erat nominationem quocumque modo, & potissimum viva voce explere; ita nec etiam prohibitum censeri debeat illam facere per sortes, maximè attenta nedum paritate meritorum in concurrentibus ad Beneficium: verum etiam consuetudine non tam generali in Regnis Hispaniæ, quàm particulari eorumdemmet Officialium deveniendi ad similem nominationem per sortes. Etenim, quòd dicti Officiales per Communitatem constituti fuerint Patroni absoluti, evidenter excludebatur, ex quo Universitas ad tollendas dissensiones, & jurgia, quæ in hisce nominationibus inter ipsius Homines oriebantur, facultatem nominandi in prædictos Officiales, tamquam ipsius Universitatis procuratores transtulit, ibi: *facultatem impartiebantur, prout impartiti fuerunt dictis nomen Votantibus, ut modo præmisso procederent ad præsentationem*. Quo circa, dum eadem Universitas in tali delegatione modum faciendæ nominationis eisdem Officialibus præscripserat, juxtaque illum, nominandi facultatem eis largi-
6 ta fuerat, utique forma, seu modus ita præscriptus nulla in parte transgredi, seu negligi poterat devenienda per sortem ad nominationem illam, quam per vota, & juxta propriæ conscientiæ dictamen explendam fuerat præscriptum, juxta *Text. in leg. si Procurator, Cod. de Procurat. & in leg. si diligenter, C. mandati*. Non obstante, quòd eisdem Officialibus nequaquam vetitum esset ad dictam nominationem viva voce procede-
7 re; quia præsentatio, quæ fit viva voce, in nihilo discrepat a nominatione, seu electione in scriptis expleta, ut ponderat *Passerin. de election. cap. 18, qu. 5, num. 8, in fin.* Dum utroque modo electio, seu nominatio fiat, semper verificatum remanet illam proprio Eligentis, seu Nominantis judicio expleri, quod utique non verificatur in nominatione judicio sortis commissa; cùm tunc non proprio judicio, & juxta propriæ conscientiæ dictamen electio sequatur, sed judicio alieno, hoc est sortis, quæ sicuti merita, & mores personarum non dis- 8
cernit, ita ad parum idoneos persæpè deerrat, minusque habiles magis idoneis antefert, ut cum *Tacit. lib. 13 Annal. & lib. 4; Histor. advertit Rota decis. 95, num. 14, cor. Reverendissimo P. D. Ansaldo Decano, & notat decisio antecedentis instantiæ, § Ad ostendendum, in fin.*

Paritas verò meritorum tam Lazari, quàm Gabrielis Beraun, nec non observantia sive generalis, sive particularis, nullum præstabant præsidium pro sustinenda dicta nominatione per sortes; quia respectu ad meritorum paritatem, ultra quòd non constabat illa considerata, seu discussa fuisse in tali nominatione judicio sortis, ut supra, committenda; cessabat etiam objectum ex eo, quia Gabriel ab uno tantùm ex dictis quinque Vocalibus fuerat nominatus, ita ut nullo modo posset considerari par in meritis cum Lazaro Tompes, utpote a quatuor Vocalibus nominato; in quo licèt par esset Joseph Arbelaiz, a simili Vocalium numero præelectus, adhuc tamen a dicto sortis experimento fuit pror- 9
sus exclusus. Unde adducta meritorum paritas inter eos, quorum præelectio sorti commissa fuit, nec etiam verificari dignoscebatur, ut spectato inæquali votorum numero, advertunt *Antun. de Castrogallega, alleg. 17, num. 20; Suarez de Relig. tom. 1, lib. 2, cap. 12, n. 6, Rota dec. 95, num. 18, coram Reverendissimo P. D. meo Ansaldo Decano*; notatque *decis. antecedentis instantiæ, § Absque eo quòd*.

Allegata demum observantia nullum profectò præsidium præstare poterat; quia respectu illius, quæ generalis dicebatur in Regnis Hispaniæ, ea nullo modo probata apparebat. Respectu verò alterius, quæ præcisa, & particularis compellebatur, malè ea deduci contendebatur ex duobus actibus annorum 1638, & 1713; quia respectu primi, ultra quòd non cadebat super aliquo ex Beneficiis Oppidi de Yrun, quorum nominatio dictis novem Officialibus commissa reperitur; ille potiùs retorquebatur, dum facta per quatuor ex decem Officialibus Magistratus Fuenterraviæ, nominatione favo-

favore Ludovici de Abbadia; & reliquis sex convenientibus, ut nominatio committeretur sorti, quæ effectivè postmodum cecidit super Martino de Aduna, pro illius exclusione, & respectivè pro institutione Abbadiæ pronunciavit, nedum Ordinarius Pampilonensis, verùm etiam Reverendissimus Nuncius
9 Apostolicus cum successiva judicati executione; quod sanè non evenisset, si supposita Diœcesis, aut Regni consue-
10 tudo subsisteret, cùm de illa tam Ordinarium, quàm Nuncium Apostolicum ignaros fuisse non præsumatur ex animadversis per *Rotam in Barchinonen. Beneficii*, 22 *Februarii* 1704, § *Posita*, *coram bon. mem. Caffarello*; *in Burgen. Jurium Parochialium*, 10 *Maji* 1717, § *Sed cur*, *coram R. P. D. meo Falconerio Almæ Urbis Gubernatore*; & *in Salisburgen. Jurium Parochialium*, 30 *Januarii* 1717, § *Certius*, *coram R. P. D. meo Gamachet*.

Respectu verò alterius actus anni 1713, licèt ex nonnullorum Testium depositione habeatur præsentationem per sortem tunc expletam fuisse; adhuc tamen ex eis quoque apparebat taliter nominato institutionem ab Ordinario ideo tributam fuisse, quia in præsentationis Instrumento nulla mentio de sortis experimento facta fuit, idque consultò advertentibus iisdem Officialibus, tamquam optimè callentibus, quòd tali mentione facta in actu præsentationis, Ordinarius eam
11 non fuisset admissurus. Unde ex tali actu in se unico, & subreptitiè, ac clandestinè insuper expleto nulla observantiæ probatio deduci poterat, ad satis vulgata jura, de quibus *Rota in Salamantina Juris conferendi*, 3 *Decembris* 1703, § *Abeque eo quòd*, *coram bon. mem. Molines*; *in Salisburgen. seu Chimen. Testimonialium*, 20 *Junii* 1704, § *Animadvertentes*, *coram Eminentissimo Domino Cardin. Scotto*; & *in Senogallien. Immissionis*, 30 *Martii* 1716, *sub* § *Præterea*, *coram Reverendiss. P. D. meo Ansaldo Decano*.

Profligata ex his quoque remanente dictorum Præsentantium bona fide, & ignorantia, per quam nominatio prædicta judicio sortis expleta a nullitatis vi-
12 tio salvari contendebatur. Quoniam ultra, quòd talis excusatio ex capite ignorantiæ non admittitur in iis, quæ a juris dispositione descendunt, ex notis juribus cumulatis *in Leodien. seu Aquisgranen. Decanatus*, 10 *Martii* 1701, § *Scientia autem*, *coram claræ memoriæ Cardin. Caprara*. Nec verisimilis videtur in illo, qui jus alienum exercet vigore specialis mandati, a quo sicuti universæ suæ facultates descendunt, ita il-
13 lius legem, & formam haud inspexisse non præsumitur, juxta notata per *Gemian. cons.* 96, *num.* 4; *Rota in Giennen. Adjunctorum*, 27 *Martii* 1705, § *Hinc propterea*, *coram bon. mem. Molines*; omnis subtrovebatur difficultas ex positiva interpellatione, seu contradictione aliorum quatuor Vocalium, qui mordicus se opposuerunt electioni per sortes ab aliis quinque jam decretæ, explicitè etiam protestando de nullitate actus. In his quippè terminis vana prorsus vi-
debatur quæcumque allegatio ignoran- 14
tiæ, seu bonæ fidei, utporè per contrariam protestationem, seu interpellationem omninò sublatæ, ex notatis per *Hostiens. in cap. Quia propter*, *num.* 59, *de elect. Rota*, *coram Pen. dec.* 123, *numer.* 12, *cum sequentibus*; *in recent. decis.* 89, *num.* 9, *par.* 17; *dec.* 435, *num.* 20, *par.* 28; & *dec.* 231, *num.* 4, & 5, *part.* 29, *advertitque decisio antecedentis instantiæ*, § *Ex his*.

Præsidium, quod a priori ista nominatione Lazarum sibi quærere non posse ex præmissis comperiebatur, æquè insubsistenter illud reponere visum fuit in altera posteriori per dictos Officiales, expleta sub die 6 Januarii anni subsequentis 1716. Quoniam cùm dicti Officiales in prima nominatione nimis apertè peccassent, tam contra dispositionem juris expressè prohibentis electionem, seu nominationem per sortes, quàm contra formam ipsis in mandato præscriptam, spreta etiam aliorum Vocalium interpellatione, & nominatione super hujusce nominationis nullitate, utique tamquam in culpa, & mala fide constituti, potestatem eligendi pro ea vice amiserunt; eaque consolidata fuit in aliis, qui ad nominationem, servato juris ordine, ac lege in mandato præscripta
devenerunt, ut de prima propositione 15
advertit *Panormitan. in cap. Causam quæ*, *numer.* 10, § *Secundo*, *de elect. Tondut. quæst. benefic. par.* 1, *cap.* 118, *num.* 32; *Lotter. de re benef. lib.* 2, *quæst.* 18, *num.*
6, Et de secunda notant per *Text. in* 16
cap. Gratum, *de postul. Prælat. Passerin. de elect. cap.* 31, *num.* 3, *cum sequentibus*; *Rota in dicta Majoricen. Beneficii*, *coram Reverendissimo Ansaldo*, *inter suas in ordine decis.* 93, *num.* 3, & 4, *confirmata* 29 *Martii* 1700, § *Ac propterea*, *coram bon. mem. Muto*; & *in Regien. Jurispatronatus* 16 *Januarii* 1708, § *Tantum*, *coram bon. mem. Molines*; *probatque decisio antecedentis instantia*, § *Neque*.

Minimè attenta *decis.* 459, *part.* 19 *recent.* ubi Rota admisit secundam præsentationem expletam a Patronis, qui per sortes primò præsentaverant. Quoniam
nimis patens est diversitas casus dictæ de- 17
cisionis a circumstantiis præsentis controversiæ. In dicto quippe casu omnes Pa-

troni, nullo penitus dissentiente, ad imbussolationem, sortisque experimentum bona fide devenerunt; in casu vero præsenti quinque tantùm Vocales sortis judicio usi sunt; iique in manifesta mala fide constituti fuerunt ob reclamationem, & protestationem nullitatis ab aliis emissam, qua non obstante adhuc pertinaciter per sortes eligere voluerunt. Rursus in casu dictæ decisionis omnes Patroni convenerant imbussolare tantùm illos, qui in votorum paritate prælecti fuerant, ibi — *E non si metteranno in bussola, se non quelli, che averanno ottenuta la metà de' voti* — In subjecta verò hypothesi imbussolati fuerunt Lazarus a quatuor Vocalibus electus, & Gabriel ab uno tantùm ex eisdem Vocalibus nominatus. Et demum in casu prælaudatæ decisionis agebatur de electione facta non ad Beneficium institutionem canonicam, ut in præsenti, requirens, sed ad simplicem Capellaniam laicalem non adhuc Ordinarii authoritate in titulum Beneficii erectam, respectu cujus
18 locum non habere dispositionem *Text. in cap. fin. de Sortileg. probat Panormit. in eodem cap. fin. num.* 3. Ut ponderatis hisce circumstantiis unum casum ab altero diversificantibus pro responsione ad firmata in prædicta decisione advertit *Reverendissimus P. D. meus Ansaldus Decanus in annot. ad suam decis.* 95, *numer.* 28.

Ruente ponderatione, quod etsi in casu dictæ decisionis alius non adesset Patronus, cui Jus præsentandi accresceret, adhuc tamen locus erat devolutioni favore Ordinarii, in cujus exclusionem admissa fuit nova nominatio ab
19 eisdem Patronis expleta. Quoniam, ut testatur dicta decisio *num.* 27, & 28, in eo casu Patroni versati fuerunt in bona fide, & ignorantia undique justa, & probabili; dum prima præsentatio per sortes facta fuit de omnium Patronorum consensu ante spiritualizationem Capellaniæ tunc merè laicalis, & amovibilis; quæ bona fides, & justa credulitas ultra dictarum circumstantiarum diversitatem, in præsenti prorsùs deficere apparebat ex interpellatione, seu denunciatione nullitatis actus specificè facta per Vocales, qui Josephum præsentarunt. Unde in dictis circumstantiis mirùm non est, si Rota pronunciando favore noviter Nominati, excluserit Institutum per Ordinarium Jure devoluto, a quo excusavit bona fides, & justa cre-
20 dulitas validitatis actus, donec scientia illius nullitatis supervenisset, juxta notata in his terminis per *Lambertin. de Jurepatronat. lib.* 2, *part.* 2, *quæst.* 1, *Artic.* 24, *num.* 63, *vers. Sed non obstante*; *Passerin. de Elect. cap.* 13, *num.* 41; *Rota in Bononien. Patrochialis*, 16 *Januarii* 1715, § *Firmata, coram bon. mem. Cafarello*.

Minùs etiam refragante altera oppositione, quod consolidatio facultatis majoris partis Patronorum in alteram partem minorem, nequaquam locum habere valuerit in casu, cùm nominatio fa-
cta non fuerit Jure particulari, sed Ju- 21
re Collegii, vel Universitatis, quæ cùm a majori tantùm parte repræsentetur, ideò nominatio per minorem partem expleta, nullius prorsùs sit efficaciæ, juxta firmata per *Rotam in Rosent. dec.* 568, *num.* 2, *par.* 2, *impressa penes Dunozett. Senior. dec.* 58, *num.* 3. Hujusmodi enim discursui, etsi Rota adhæsis-
se videatur in supradicta decisione, il- 22
lius tamen insubsistentiam successivè agnovisse apparet, dum posteriùs in *decisione* 75, *num.* 4, & 5, *coram eodem Dunozett. Junior.* validam dixit nominationem factam a minori parte, in quam ob electionem nulliter a majori parte expletam, universa facultas consolidata remanserat ad terminos *Text. in cap. Dudum il primo, de Elect.* per quem ita firmant *Lambertin. de Jurepatronat. lib.* 2, *par.* 3, *Artic.* 9, *quæst.* 4, *num.* 11, *Passerin. de elect. cap.* 18, *num.* 39; idque solemniter firmatum fuit *in sæpedicta Majoricen. Beneficii, coram Reverendissimo Decano, quæ est inter suas decis.* 95, *numer.* 3, *& seqq. confirmata* 29 *Martii* 1700, § *Ac propterea, coram bon. mem. Muto, & in Volaterrana Beneficii*, 7 *Decembris* 1708, § *Nulla siquidem, coram R. P. D. meo Crispo*.

Pariformiter non refragante, quod cùm Electio, seu nominatio in casu non sit nulla ex vitio Personæ, sed ex vitio, & insubsistentia actus contra Juris dispo-
sitionem expleti, ideò ad novam Electi 23
nominationem procedi possit, juxta *Textum in cap. super eo* 12, *de Elect.* Quoniam dicti Textus dispositio locum sibi vindicaret, quando omnes Eligentes peccassent in forma, & unica tantùm facta fuisset electio. Secus autem ubi duæ contemporaneæ expletæ fuerunt electiones, alia nulliter per majorem Vocalium partem, alia verò validè per minorem;
hoc enim casu cùm totum Jus Eligen- 24
tium consolidatum remaneat in illa minori parte Eligentium, qui electionem, seu nominationem validè expleverunt, ideò ad novam electionem deveniri non poterat in præjudicium ipsorum, & ab illis Nominati, cui Jus ex tali præsentatione quæsitum remansit; *Hostiens. in cap. quia propter, num.* 59, *de Elect. cap.* 18, *num.* 39; *Sperell. dec.* 180, *numer.* 21, & 22; *Rota in Regien. Jurispatronatus*, 16 *Januarii* 1708, § *Tantum, coram bon. mem. Molines*.

Verum-

Verumtamen quando etiam procedi debuisset cum supposito, quòd Officiales, qui rem Judicio sortis definiendam commiserant, ad novam electionem devenire potuissent, posthabita illa, quam cæteri Officiales in forma valida favore Josephi jam expleverant, adhuc tamen nullum præsidium in exclusionem dicti Josephi ex tali nominatione Lazarus sibi poterat arrogare, attenta pariformi secundæ hujus nominationis nullitate ex eo proficiscente, quia Officiales, seu Deputati prædicti ad novum hunc actum non devenerunt independenter a priori, eoque improbato, cassato, & abolito, sed illum denuò refricando eidem positivè inhærere professi sunt; ibi -- *Quamvis de cætero plenè instructi sint eidem quinque Patroni, quòd dicta præsentatio facta prævio sortis experimento est valida, nihilominùs ad evitandas lites expediens esse, quòd ratificaretur, & approbaretur factum dictæ præsentationis ad favorem dicti Don Lazari Tompes*; & inferiùs -- *Ratificabant, & approbabant; casu verò quo aliqua opponi posset exceptio, eligebant, & præsentabant, quatenus opus sit, dictum Lazarum* -- Unde sicuti ex his patet actum
25 prædictum non fuisse novum, & independentem a primo, sed illi in omnibus, & per omnia adhæsivum, ratihabitivum, & approbativum, ideò nullitas primi influit etiam in secundum, juxta *Text. in cap. Bonæ 4, de postul. Prælat. ibique*; *Zabarell. § Verùm, erga finem; Innocent. num. 8, & Hostiens. sub num. 19*, & generaliter notant *Gratian. discept. forens. cap. 734, num. 3; Barbos. Vot. decis. 17, num. 178; Card. De Luca de Donat. disc. 32, sub num. 18; Rota in recent. dec. 63, num. 18, par. 8, decis. 239, num. 26, par. 12; dec. 558, num. 4, par. 19; & in Firmana Commendæ, 3 Julii 1713, § Cæterum, coram Reverend. Patre Domino meo Ansaldo.*

Novitatem dicti actus excludentibus etiam ejus intrinsecis qualitatibus, seu circumstantiis. Siquidem ad dictam electionem Officiales præfati non devenerunt, positis ad Suffragia omnibus Concurrentibus, ut juxta dictamen propriæ conscientiæ, ac prævia Juramenti præstatione, ad Dignioris electionem devenirent. Sed nullo alio ex Concurrentibus cumulato, nullis suffragiis adhibitis, nulloque etiam præstito Juramento, noviter confirmarunt quem Judicio sortis antea præelegerant. Unde inevitabile dilemma descendere videbatur, quòd, vel actus hic ratihabitivus prioris, illique in omnibus inhærens dicendus erat, & recurrebant superius firmata circa ejusdem actus insubsistentiam, & nullitatem; aut verò ille pro actu novo, & omninò independenti erat dijudicandus; & cùm expletus appareret, non servata forma præscripta in Mandato eisdem Officialibus per Universitatem dato; ideò ob Mandati formam non servatam, idem actus vitio nullitatis infectus indubiè remanserat, ut benè per hoc dilemma concludit *decisio antecedentis Instantiæ, § Tum demum*. Non obstante, quòd dictum Juramentum, utpote jam emissum in præcedenti nominatione per sortes, haud necessarium esset denuò repetere in hac posteriori, quia dum secundus actus, juxta prætensionem ipsius Lazari fuit nova electio ex integro; ideò sicuti illa debebat esse a prima prorsùs independens, ita & Juramentum noviter erat adhibendum, cùm secundus actus posita nulli- 26
tate præcedentis dicatur primus, ac si nullus alius præcessisset; *Fagnan. in cap. Cum autem, n. 11, de Jurepatronat. Lambertin. de Jurepatronat. lib. 2, part. 2, quæst. 7, Art. 21, sub num. 6, Rota decis. 52, num. 7, coram Reverendissimo Patre Domino meo Ansaldo Decano.*

Et ita pro confirmatione Sententiæ Rotalis responsum fuit utraque, &c.

R. P. D.

F O S C A R O.

Castellaneten. Portionis.

Lunæ, 3 Junii 1720.

A R G U M E N T U M.

Portionem, de qua agitur, non esse verum, ac proprium Beneficium Ecclesiasticum hic firmatur: sed simplicem, ac meram admissionem, atque Presbyteri assumptionem ad participandum de Massa communi, & ad vocem in Capitulo, itaut non intrent reservationes Apostolicæ.

S U M M A R I U M.

1 *Literæ Apostolicæ non justificatæ executionem non merentur.*

2 *Reservationibus Apostolicis non subjacent Portiones, consistentes in emolumentis, ex solo intuitu servitii assignari solitis ex Massa communi, absque titulo collativo.*

3 *Hujusmodi Portiones naturam non habent veri Beneficii Ecclesiastici, sed sunt meræ, ac simplices Participationes, quæ jure famulatus assignantur, & num. 12.*

4 *Portiones, quæ dantur absque institutione, connumerari non possunt inter Beneficia Ecclesiastica, quæ statum collativum pernecesse supponunt.*

5 Ne-

5 *Nemo sine causa spoliandus est jure, jam semel perfectè quæsito.*
6 *Similes Participationes recensendæ non sunt inter Beneficia Ecclesiastica, quamvis forent perpetuæ, & ad earum titulum permittatur ascensus ad Ordines Sacros.*
7 *Neque pariter ex eo, quòd Participantes Ecclesiæ munera obeant, & cum Canonicis in emolumentis conveniant, atque inde etiam Portiones obtineant, & quare.*
8 *Vel quòd inter Capitulares admittantur, & denominentur Beneficiati.*
Jus ferendi suffragium in Capitulo, præcisivè etiam a jure Consortiali, & Capitulari, competere potest ex particulari Ecclesiæ consuetudine, ibidem.
9 *Probatio ratione incertitudinis non relevat.*
10 *Denominatio rei substantiam non mutat.*
11 *Verba quandoque impropriandæ sunt, & rebus, quibus serviunt, accommodanda.*
13 *Pro exclusione tituli collativi in his Portionibus, valde confert observantia.*
14 *Non potest Inferior contra Legem Superioris aliquid statuere.*
15 *Limita, accedente observantia centenaria, per quam præsumitur sequuta Superioris approbatio, seu confirmatio.*
16 *Non sustinetur Statutum, sive explicitè, sive implicitè disponens, quòd Beneficia de cætero reservationibus Apostolicis subjecta, sint ab illis immunia.*
17 *Secus autem quando, præsupposita qualitate, seu natura, a veri Beneficii aliena, a Statuto solùm præscribitur modus providendi.*
18 *In reservationibus Apostolicis, mens Summi Pontificis non est statum Beneficiorum alterare.*
19 *Ad exclusionem reservationum Apostolicarum, satis est rem esse dubiam.*

DECISIO XVIII.

PRoviso a Sancta Sede de Canonicatu Ecclesiæ Cathedralis Castellaneten. Laurentio Tersusi, priùs inter Portionarios Participantes ejusdem Ecclesiæ recepto, Capitulum, prævio examine antianitatis, & servitii præcedenter præstiti, inter eosdem Portionarios de more recensuit Hyacinthum Meledandri; sed, hac non obstante Capitulari dispositione, Vitus Antonius Colizzo dictam Portionem a Dataria impetravit, eo sub fundamento, quòd illa utpote vacans per dimissionem, subjecta pro hac vice extitisset reservationi indictæ in *Extravag. Execrabilis, de Præbend.* & renovatæ in *Regula prima Cancell.* Quare instructo Judicio circa exequutionem Literarum Apostolicarum, propositoque hodie congruo dubio — *An Literæ Apostolicæ essent exequendæ* — Domini mei censentes eas non fuisse justificatas in eo principaliori Gratiæ fundamento, quòd
nempè controversa Portio subesset reservationibus Apostolicis, *negativè* respondendum esse authumarunt, juxta claram 1
dispositionem *Text. in cap. si Capitulo, ibique Gloss. v. exequatur, de concess. Præbend. in 6*, de qua communiter Scribentes relati per *Lotter. de re benefic. lib. 2, quæst. 44, num. 2; Rota coram Emerix jun. dec. 1352, num. 2, coram bon. mem. Ansaldo, dec. 38, num. 1; in Augustana Canonicatus super literis Ludovici, 6 Martii 1713, § Et præcipuè, coram R. P. D. Crispo; & in Urcellem. Beneficii, seu Canonicatus, 22 Junii 1716, § Et quidem, coram R. P. D. Herrera.*

Quòd vero literæ non fuissent justificatæ quoad reservationem Summo Pontifici expositam ab Impetrante, ex eo planè deductum fuit, quòd hic non agebatur de vero, & proprio Beneficio Ec- 2
clesiastico, cui congruere possent Apostolicæ reservationes, sed tamen de simplici, & mera admissione, & assumptione Presbyteri ad participationem Massæ communis, carente nedum titulo, &
substantia Beneficii, sed etiam titulo col- 2
lativo. Unde in ea locum habere non poterant reservationes, quæ utpote directæ ad Beneficia Ecclesiastica, comprehendere nequeunt hujusmodi Participationes emolumentorum ex solo intuitu servitii, & famulatus assignari solitas, ut generaliter advertit *Geminian. cons. 85, num. 20, versic. sed appellatione*, cum aliis apud *Monet. de distribut. quotidian. par. 1, quæst. 2, num.* 12; & punctualiter loquendo de similibus admissionibus fieri solitis in Regno Neapolitano, *Card. De Luca de Canonic. disc. 19, sub num. 4, & disc. 20, sub num. 5, vers. Dicebam; & de Benefic. disc. 97, num. 20.*

Absque eo quòd in dubium revocari posset prædicta Portionis qualitas diversa a Beneficio Ecclesiastico, & exclusiva tituli collativi; nam ea undique probata apparuit, animadverso in facto, quòd adsunt in Cathedrali Castellaneten. Participantes, seu Portionarii, qui juxta antiquissimum Ecclesiæ Statutum, longissima etiam, immò immemorabili observantia admitti solent per Capitulum, prævia secreta meritorum discussione de illis Presbyteris Civitatis Castellaneten. qui sub spe istiusmodi emolumenti Ecclesiæ servitia de præterito præstitissent,
&

& hanc admissionem ipsummet Capitu-
lum perficit per simplicem aggregatio-
nem in fratrem, qua secuta deinceps ad-
missus participat de Massa communi, &
haber vocem in Capitulo. His enim in-
spectis facti circumstantiis, clarum red-
ditur prædictas Portiones non præsefer-
3 re naturam verii Beneficii Ecclesiastici,
quia in primis liquet, eas utpote pro
patrimonialibus in præmium laboris de
præterito in Ecclesiæ servitio impensi,
ac pro mercede servitii imposterum præ-
standi destinatas, esse meras, & simpli-
ces Participationes jure famulatus assi-
gnari solitas, ut præ cæteris advertit
*Card. De Luc. de Canonic. & Capitul.
disc. 20, sub num. 5, versic. & consequen-
ter, & de Benefic. d. disc. 97, n. 2.*

Et rursùs deprehenditur, eas non es-
se collativas, quia constito exinde, quòd
admissiones fiunc per Capitulum per mo-
dum subrogandi novum Participantem
in locum antiquioris, qui Portionem di-
miserit, absque eo quòd ulteriùs ei in-
stitutionem concedat, adeout Presbyteri
fiant Participantes, statim ac fuissent per
Capitulum approbati, clarum efficitur,
hasce Portiones non esse ullo modo col-
4 lativas. Proindeque connumerari non
posse inter Beneficia Ecclesiastica, quæ
statum collativum pernecessè supponunt,
ut ponderant ad propositum *Gonzal. ad
regul. 8 Cancellar. gloss. 5, §. 11, num.
5, & 10, cum seqq. Cokier ad d. regul.
8 Cancellar. gloss. 1, num. 24; Æneas
de Falcon. de reservat. quæst. 3, numer.
25; & Rota in Vercen. Beneficii, 17 Fe-
bruarii 1713, § Hæc autem, coram, Re-
verendiss. Aldrovando.*

Nec naturam Beneficii Ecclesiastici de-
sumere poterant, vel ex quo essent per-
petuæ, vel quia haberent annexam spi-
ritualitatem, & jus interessendi in Cho-
ro, & Capitulo, & participandi de
Massa communi pro Capitularibus reser-
vata; vel demum, quia quandoque in
ipsomet Statuto nuncupati fuerint Bene-
ficiati. Quoniam perpetuitas nil confert
ad præsentem quæstionem, cùm in his
terminis ea descendere non dicatur ex
qualitate Beneficii Ecclesiastici, sed po-
5 tius derivet, ex quo nemo sine justa
causa spoliandus est jure jam semel per-
fectè quæsito, ex traditis per *Rossental.
de feudis, concl. 19, num. 20; & Mans.
consult. 252, num. 11;* & in terminis,
quòd similes participationes recensendæ
non sint inter Beneficia Ecclesiastica,
6 quamvis forent perpetuæ, & ad earum
titulum permittatur ascensus ad Ordines
Sacros, præter authoritates superiùs re-
latas, optimè advertit *Rota in Pampilo-
nen. dimidii Beneficii de Legaria 27 No-
vembris 1719, § Ejusdemque irrelevan-
tia, coram R. P. D. de Marymon.*

Quòd autem Participantes obeant Ec-
clesiæ munera, & cum Canonicis in
emolumentis conveniant, nil pariter ad
intentum concludunt, cùm nulla adsit
necessitas elevandi Portiones ad statum
Beneficii, ex quo Participantes Ecclesia-
sticas functiones expleant, & inde ob-
tineant etiam Portiones; quia ea, quæ 7
servitium concernunt, ut supra dictum
est, citra præsuppositionem Beneficii, re-
feribilia sunt ad quamdam speciem fa-
mulatus, quem postea rependere conve-
nit, mediante assignatione Portionis,
cujus medio compensatum remaneat tam
præsens Ecclesiæ servitium, quàm etiam
præteritum sub talii spe deveniendi tan-
dem ad participationem præstitum, ex
firmatis per *Card. De Luca, d. disc. 19 sub
num. 4, de Canonic. & d. disc. 20, n. 4,
eod. tit.*

Et de cætero admissio inter Capitu-
lares, necnon denominatio Beneficiato-
rum reputata fuerunt argumenta admo-
dum levia, quia in similibus circumstan- 8
tiis facultas ferendi suffragium in Capi-
tulo, præcisivè etiam a Jure Consortii,
& Capitulari, competere poterat ex
particulari Ecclesiæ Consuetudine, ut in
puncto *Geminian. in cap. fin. num. 5, ver-
sic. in dubio, de Præben. in 6; Lotter. de
re benef. lib. 1, cap. 15, num. 23; Genuen.
in Prax. cap. 69, num. 20, & 21; Card.
De Luca de Canonic. & Capitul. disc. 19,
& disc. 20, utrobique num. 7; Adden. ad
decis. 27, num. 51, par. 3; Rota coram
Merlin. dec. 35, num. 8; & coram Bich.
decis. 167, num. 14; & sub num. 17, versi.
non obstat, coram Coccin. dec. 1595, nu.
6; & in rec. dec. 459, num. 8, par. 5.* De-
nominatio verò explicata in Statuto, con-
cepta fuit per alternativam, ibi — *Bene-
ficiati, seu Portionarii, vulgò Partecì-
panti.* — Unde ratione incertitudinis præ-
seferre nequit indicium, quòd Partici- 9
pantes haberent titulum Beneficii, ad
*Text. in l. neque Natales 10, ubi Gloss.
verb. Cum nihil, C. de probat. & l. nam
hoc, ubi etiam Gloss. verb. quærenda Cod.
unde legitimi,* cum aliis cumulatis per
*Maraut. Episc. respons. 53, num. 21, par.
4; Rot. coram Seraphin. decis. 1171, nu.
1, & alibi passim.* Et nihilominus, quan-
do etiam dicta Denominatio fuisset uni-
voca, adhuc inepta ad eumdem effectum
redderetur; quia constito aliunde, quòd
Portiones constitutæ sint ex mero facto
aggregationis titulum nullatenus tribuen-
re, contraria denominatio, quæ rei sub-
stantiam non immutat, ad tradita per 10
*Bart. in l. 2, C. commodati, dec. consil.
164, num. 3; Surd. decis. 198, numer. 3;
Mans. consult. 280, num. 101; Rot. coram
Seraphin. dec. 313, & dec. 272, utrobi-
que num. 3,* referenda est ad qualitatem
Beneficii impropalii, ratione scilicet emo-
lu-

lumenti, quod aggregati percipiunt, ad
Text. in Can. Sedulo 38, *dist. glost. in
Extravag. quarumdem verb. convertens,
de verbor. signific. Mans. consult.* 376, *n.*
3, & 28; *Natta, cons.* 94, *numer.* 3; *Ce-
phal. cons.* 329, *num.* 7, *lib.* 2; & *Casa-
natt. consil.* 45, *num.* 104.

Hinc funditùs eliminata a controver-
sis Portionibus qualitate Beneficii Eccle-
siastici, nulla ratione sustineri poterat
Viti Antonii impetratio obtenta in sup-
positione, quòd illæ essent Beneficia Ec-
clesiastica, ut ad differentiam Portionum
12 Ecclesiarum Hispaniæ, de quibus loque-
bantur Authoritates congestæ ab Infor-
mantibus pro Vito Antonio; præcisè lo-
quendo de Portionibus Ecclesiarum Re-
gni Neapolis, firmat *Cardinal. De Luca
de Canonic. disc.* 20, *num.* 5, sed nihilo-
minus Domini ad exuberantiam etiam
ponderabant, quòd a tempore immemo-
rabili hujusmodi Portiones assignari so-
lent a Capitulo, inspecta antianitatis, &
meritorum præpondetantia, absque eo
quòd unquam collatæ fuissent neque a
Papa, neque ab Episcopo. Quinimmò,
contendente nuper Promotore Fiscali
perturbare pacificam quasi possessionem
Capituli, hoc manutentionem priùs in
Judicio possessorio, & deinde sententiam
in petitorio a Tribunali A. C. reporta-
vit. Unde, si sæpedictæ Portiones num-
quam fuerunt in Titulum collatæ, nec
in eis locum habent Reservationes, eo
magis, magisque comprobatum remane-
bat assumptum, quòd in præsenti facti
13 specie non ageretur de Beneficio Eccle-
siastico, sed de mera, & simplici Emo-
lumentorum participatione, cui con-
gruere nequeant reservationes, ducto ar-
gumento ab observantia, quam in his
terminis expendit *Rot. decis.* 661, *num.*
15, *par.* 19, *tom.* 2 *recen. in Parmen.
Beneficii*, 16 *Januarii* 1702, § *Fin. coram
bon. mem. Ansaldo*; *in ejus confirmatoria*
27 *Junii* 1703, § *Fin. cor. bon. mem. Mo-
lines*; *in Tarraconen. Beneficii*, 11 *Apri-
lis* 1702, § *Cæterum, coram Reverendis-
simo Lancetta Decano*; & *in Gerunden.
Eleemosinæ Panis, quoad Jus nominandi su-
per reservatis*, 26 *Junii* 1713, § *Et de-
mum, coram Eminentissimo Scotto*.

Non attento reflexu, quòd observan-
tia originem traxerit a Statuto, quòd
sustineri nequeat sine specifica confirma-
tione Summi Pontificis in eo, quod ad-
14 versabatur reservationibus Apostolicis, ad
*Text. in cap. cum omnes, de Constit. cap.
cum inferior, de major. & obed. Rota de-
cis.* 319, *num.* 29; & *decis.* 333, *numer.*
25, & *seq. par.* 11 *recen. in Leodien. seu
Aquisgranen. Canonicatus*, 6 *Maji* 1707,
§ *Præsertim*, & § *Nec obstante, coram
Reverendiss. Decano*, & *in Augustana
Canonicatus super fructibus*, 30 *Junii* 1709,
§ *Nec pro deflectendo, coram R. P. D.
Cerro*, non enim immerito sustineri pos-
set, quòd Statutum omnimodam prome-
15 reretur exequutionem, cùm ex vi, &
operatione observantiæ plusquam cen-
tenariæ approbatum dici valeret per Se-
dem Apostolicam in forma specifica, ut
tradit post alios *Carol. Anton. De Luca,
de Apostolic. Regioque assensu, quæst.* 200,
num. 6, *versic. nisi benè*; & *Rot. in Leo-
dien. seu Aquisgranen. Canonicatus*, 22
Januarii 1703, § *Agnoverunt, coram bo.
mem. Molines*; sed objectum penitus in-
subsistens evincebatur, quia Statutum
ipsum non adversatur præcisè Reserva-
tionibus, prout diceretur, quatenus sive
16 explicitè, sive implicitè contineret dispo-
sitionem, quod Beneficia subjecta de cæ-
tero Reservationibus, conferri deberent
a solo Capitulo, in quibus sanè termi-
nis illud diceretur exorbitans, & subla-
tum censeretur a Derogationibus con-
tentis in Regulis Cancellariæ, ex traditis
per *Rotam, coram Manzaned. dec.* 617,
num. 2, & *dec.* 635, *num.* 1, & *seq. coram
Coccino, decis.* 704, *ex num.* 7; *coram Bi-
chio, dec.* 672, *num.* 18, & 19; & *in rec.
decis.* 140, *num.* 10, *par.* 10. At dicti Sta-
tuti tenor nil horum determinat; sed
præsupposita natura Portionum consisten-
tium in nuda, & mera participatione
reddituum, absque qualitate Beneficii
tantummodò explicat modum, quo Ca-
pitulum deberet aggregate Participan-
ter. Unde neque observantia nullam pa-
17 teretur resistentiam a Regulis Cancella-
riæ, nisi probaretur, quòd dictæ portio-
nes præcedenter fuissent Beneficia Eccle-
siastica, Apostolicis reservationibus sub-
jecta, quæ deinde ex dispositione Statu-
taria a tali subjectione subtracta fuerint
ex firmatis per *Garz. de benefic. par.* 1,
cap. 2, *num.* 102, & *seq. Rota decis.* 1[illegible]3,
num. 9, *par.* 6 *rec.* & *in Vicen. Benefi-
cii*, 17 *Februarii* 1713, § *Non obstante,
cum seqq. coram Reverendissimo Aldro-
vando*.

Hæc penitùs removebant fundamen-
tum reservationis. Verùm, quatenus
aliqua inesset dubietas, hoc unum con-
tra Impetrantem exuberabat, quòd præ-
sens Portionum Status vigebat contra
Statum collativum, & contra reserva-
tiones; Proindeque locus non erat Re-
18 servationi, tum quia Summus Pontifex
alterare non intelligit Statum Beneficio-
rum, ex traditis per *Rotam, coram Rem-
bold. dec.* 376, *num.* 20, *decis.* 87, *num.*
15, *coram Merlin.* & *in recen. dec.* 234,
num. 23, & 24, *par.* 16; & *in Comen.
Canonicatus*, 11 *Februarii* 1704, § *Non
attento, coram Eminentiss. Scotto*, tum
quia ad exclusionem Impetrantis satis est,
19 rem esse dubiam, ut interea substineri
debeat provisio de more celebrata, ex
tra-

traditis per *Garz. de Benefic. par.* 6, *cap.* 3, *num.* 10, *& seqq. Gonzal. ad Reg. 8 Cancellar.* § *Proœmiali, nu.* 216; *Rota in Cremonen. Beneficii* 3 *Decembris* 1706, § *Præmisso enim, cor. Reverendiss. Decano; in d. Vicen. Beneficii* 17 *Februarii* 1713, § *Ex quibus negari, cor. Reverendiss. Aldrovando; & in Augustana Canonicatus super literis Ludovici,* 6 *Martii ejusdem anni,* § *Pluribus, coram R. P. D. Crispo.*

Et ita utraque, &c.

R. P. D.

DE MARYMON.

Imolen. Beneficii.

Veneris 14 *Junii* 1720.

ARGUMENTUM.

Juspatronatus, Massario, ac Syndicis alicujus Confraternitatis relictum, quando judicandum sit laicale, ad exclusionem reservationum Apostolicarum.

SUMMARIUM.

1 *Literæ Apostolicæ, undique justificatæ, celerem executionem merentur.*

2 *E converso exequendæ non sunt subreptitiè, & obreptitiè obtentæ, licèt essent in data anteriores.*

3 *Valor justificatur per similem expressionem, factam a contradictore.*

4 *Quando agitur de Literis, expeditis in forma gratiosa, idoneitas justificata præsumitur in Dataria.*

5 *Summus Pontifex facultatem babet providendi etiam de Beneficiis Jurispatronatus laicorum, Patronis invitis, & reluctantibus.*

6 *Resignationes tamen hujusmodi Beneficiorum admittere non solet, nisi cum clausula* accedente Patronorum consensu.

7 *Gratia obtenta, absque mentione Jurispatronatus Laicorum, est subreptitia, & ipso Jure nulla.*

8 *Juspatronatus, reservatum Massario, & Syndicis alicujus Confraternitatis, non dicitur Ecclesiasticum, sed merè laicale, solo intuitu earumdem Personarum laicalium reservatum censeatur.*

9 *Massarius, & Syndici stare non possunt sine Confraternitate, benè tamen stare potest Confraternitas sine Massario, & Syndicis; & eo casu magis dignus præsidet loco Rectoris.*

10 *Quando Massarius, & Syndici Confraternitatis, juxtà legem fundationis, sine illa, jus præsentandi habent, Juspatronatus reservatum dicitur, intuitu Personarum, præsentare debentium, non autem Confraternitatis, seu Ecclesiæ.*

11 *Ecclesiasticum dicitur Juspatronatus, si Beneficium fundatum fuerit ex bonis Ecclesiæ relictis.*

12 *Bona, Confraternitati laicali relicta, censeri debent laicalia, & non ecclesiastica, etiamsi aliquod opus pium annexum habeant.*

13 *Confraternitas laicalis, ex bonis sibi relictis, sicuti potest erigere Capellaniam manualem, non subjectam reservationibus, & affectionibus Apostolicis: ita pariter potest illa convertere in erectionem Beneficii Ecclesiastici, & jus præsentandi reservare favore Massarii, & Syndicorum, modo, & forma laicali, exclusis reservationibus.*

14 *Approbatio Ordinarii, in reservatione Jurispatronatus favore Personarum laicalium, præsumere facit Beneficium fuisse fundatum ex bonis laicalibus, non autem Ecclesiasticis, & quare.*

15 *Juspatronatus est quid diversum a Jure præsentandi, & quomodo.*

16 *Non repugnat, quòd Juspatronatus, respectu dominii, & pertinentiæ, dicatur Ecclesiasticum; respectu verò modi, & exercitii juris præsentandi, sit laicale.*

17 *Qualitas Ecclesiastica superveniens Societati, reddere non valet Ecclesiasticum jus præsentandi, reservatum particularibus Personis laicis, privativè ad ipsam Societatem, & independenter ab ea.*

18 *Potius attendi debet id, quod observatum fuit, quàm illud, quod fuit in fundatione cautum.*

19 *Observantia declarat fundationis legem, cum qualitate laicali, ad exclusionem reservationum, & affectionum Apostolicarum.*

20 *Accedente præsertim etiam observantia negativa, dum nulla exhibetur Provisio Apostolica tamquam de reservato.*

21 *In Judicio executivo Literarum Apostolicarum, attenditur ultimus status, & factum possessionis adversus reservationes Apostolicas.*

22 *In dubio potius judicari debet pro exclusione reservationum, & qualitatis Ecclesiasticæ.*

I DE-

DECISIO XIX.

SImplex perpetuum Beneficium Eccle-
siasticum sub invocatione Beatæ Ma-
riæ Virginis Assumptæ erectum in Pa-
rochiali Ecclesia S. Eustachii Terræ Mor-
dani, Imolen. Diœcesis, quod liberè resi-
gnaverat in manibus Sanctissimi Domi-
ni Nostri Franciscus, illius ultimus ob-
tentor, sibi conferri curavit Baptista
ejusdem Resignantis ex Fratre Nepos,
sub narrativa, quòd Juspatronatus, &
præsentandi spectaret ad Massarium, &
duos Procuratores Confraternitatis ejus-
dem Beatæ Mariæ Virginis in dicta Ec-
clesia canonicè erectæ, cessantibus ta-
men reservationibus,& affectionibus Apo-
stolicis. Cùm autem institerit coram Vi-
cario Generali Imolen. pro executione
suarum literarum Apostolicarum, sese
opposuerunt Prior, & Homines Con-
fraternitatis prædictæ, liteque desuper
instructa, idem Vicarius decrevit superse-
dendum esse in executione literarum Ba-
ptistæ, donec ipse obtineret a S. Sede
earumdem literarum revalidatoriam,
exprimendo qualitatem laicalem Juris-
patronatus, ad quem effectum præfixit
ei terminum unius mensis.

In hoc rerum statu, Geminianus re-
cursum habuit ad Sanctam Sedem, a
qua obtinuit sibi de eodem Beneficio
provideri sub narrativa, quòd Baptista
nulla facta mentione Jurispatronatus
Laicalis, ac nullo reportato Patrono-
rum consensu, provisionem dicti Benefi-
cii e manibus Papæ ad sui favorem ex-
torserit; expeditisque Literis Apostoli-
cis, cùm ex decreto R. P. D. Auditoris
Signaturæ devoluta fuerit causa ad no-
strum Auditorium, in hodierna Audien-
tia discutiendum exposui dubium -- *An,
& quæ literæ forent exequendæ* -- & Do-
mini mei responsum dederunt -- *Lite-
ras Apostolicas Geminiani esse exequen-
das.*

Sicuti namque Literæ Apostolicæ a
Geminiano obtentæ dignoscebantur un-
1 dique justificatæ, ita omnis Juris ratio
exposcebat, ut celeri demandarentur
executioni ad exclusionem illarum, quas
Baptista subreptitiè, & obreptitiè ex-
torserat, licèt essent anteriores in data,
ut in terminis primæ propositionis ex
vulgato *Textu in cap. si Capitulo; ibique
gloss. verbo exequatur, de concess. Præ-
ben. in 6*, monuerunt *Rota coram Eme-
rix Jun. decis. 1287, num. 1; in Mo-
nasterien. Canonicatus 5 Junii 1716, § Ar-
bitrio; & 7 Decembris ejusdem anni in
principio, coram R. P. de Gamacher; &
in Hidruntina Beneficii 6 Februar. 1719,
§ Quantumvis, coram R. P. D. meo Cer-
ro; & in Auximana Jurispatronatus* 8
*Martii præteriti, § Nulla namque, coram
me*; & in proposito secundæ per alium 2
Textum in cap. 2 de Rescript. advertit
*Rota in Urgellen. Beneficii, seu Canoni-
catus 22 Junii 1716, § Et quidem, coram
R. P. D. meo de Herrera; in Romana Ca-
pellaniæ 18 Martii 1718, § Non dispa-
ri, coram R. P. D. meo Cerro; & in dicta
Auximana Jurispatronatus 8 Martii præ-
teriti, § finali coram Me.*

De justificatione autem literarum,
quas reportaverat Geminianus, dubitari
non poterat. Valor enim narratus, per
non excessum verificatus remanebat ex 3
simili expressione facta per Baptistam in
suis literis, ut dixit *Rota, decis. 175, num.
4; & decis. 254, num. 2, cor. Emerix Jun.*
Item qualitas Jurispatronatus Laicalis
plenè evincebatur ex inferius dicendis; 4
ac demum circa habilitatem Geminiani,
cùm ageretur de literis expeditis in for-
ma gratiosa, justificatio facta præsume-
batur in Dataria, ex animadversis per
*Rotam in Calaritana Canonicatus, 4 De-
cembris 1697, § Non enim, coram b. m.
Ansaldo; & in Seguntina Archidiacona-
tus, 12 Febr. 1703, § Narrata, coram
Eminentissimo D. Card. Scotto.*

Quòd verò Literæ per Baptistam ex-
torræ, subreptionis, & obreptionis vitio
infectæ remanerent, resultare videbatur
ex eo, quòd ipse reticuit in eisdem lite-
ris, controversum Beneficium esse de
Jurepatronatus Laicorum; quæ mentio-
nis omissio dubio procul induxit nulli-
tatem gratiæ; quia licèt Summus Pon-
tifex absolutam habeat in Beneficiali-
bus potestatem, exercibilem etiam quo- 5
ad provisionem Beneficiorum Jurispa-
tronatus Laicorum, invitis, & reluctan-
tibus Patronis, ut per celebrem *Glossam
in Clementina secunda, verbo Apostolicis,
de Præbendis*; observant *Lotter. de re
benefic. lib. 2, quæst. 8, num. 5; Tondut.
quæst. benefic. lib. 1, part. 2, cap. 4, § 9,
num. 33; Paris. de Resignat. Benef. lib. 2,
quæst. 4, num. 32, & 34; Amayden. de stil.
Datar. lib. pr. cap. 15, num. 39, vers. Unde.*
Nunquam tamen solet admittere resigna-
tiones hujusmodi Beneficiorum Jurispa-
tronatus Laicalis, nisi cum clausula --
Accedente Patronorum consensu -- quem- 6
admodum, relato stylo Dataræ, desum-
pto *ex regul. 42 Cancellariæ*, probant
*Lotter. de re benefic. quæst. 8, num. 93,
lib. 2; Paris. de resign. lib. 2, qu. 4, ex
num. 4 ad 5, & num. 26; Rota decis. 725,
num. primo, part. 18 Recentior. & post
Antonell. de Jur. & Oner. Cler. decis. 44,
num. 6.*

Indèque fit, quòd in Literis semper
est facienda mentio Jurispatronatus Lai-
corum; cui si contingat derogari per Pa-
pam, hæc derogatio debet esse explicita,
& non subintellecta, nec conditionalis;
alias

aliàs nunquam censetur per Summum
Pontificem derogatum; unde cùm Bapti-
sta exposuerit, quòd Beneficium subja-
7 cebat reservationibus, & affectionibus
Apostolicis, quodque illis tantùm ces-
santibus, nominatio, seu præsentatio spe-
ctaret ad Priorem, seu Massarium, &
duos Procuratores Confraternitatis, gra-
tia remansit nulla, & subreptitia ipso
Jure, ut liquet ex contextu ejusdem *Re-
gulæ 42 Cancellariæ*; & latè explicant
*Lotter. de re Benefic. lib. 2, quæst. 8, nu.
93; & quæst. 10, n. 77, & seqq. Rot. dec.
108, num. 47, par. 10; decis. 372, num. 4,
& seqq. par. 17, decis. 159, nu. 2, & seqq.
& decis. 725, num. 1, & seqq. par. 18
Rec. d. decis, 44, num. 10, post Antonell.
de Jur. & Oner. Cler. & in Cremonen. Be-
neficii 14 Maji 1706, § Absque eo quòd,
in fine, cor. bo. me. Kaunitz.*

His Indubitatis principiis præmissis,
tota difficultas in præsenti hypothesi ver-
sabatur circa qualitatem, & naturam
Jurispatronatus, de quo agitur; An sci-
licet illud esset Laicale, vel Ecclesiasti-
cum, in qua quidem quæstione authu-
marunt Domini præfatum Juspatronatus
8 esse Laicale, quia cùm illud non fuerit
reservatum Confraternitati, sed tantùm
Massario, & Syndicis ipsius Confrater-
nitatis, qui sunt merè Laici, dici debet re-
servatum solo intuitu earumdemmet Per-
sonarum Laicalium Massarii, & Syndico-
rum; & consequenter numquam dici po-
tuit Ecclesiasticum, sed merè Laicale ju-
dicari debebit ad ea, quæ advertit *Garz.
de Benefic. p. 5, cap. 1, nu. 608; Lotter. de
re Benefic. lib. 2, quæst. 10, num. 58; Bar-
bos. de Jur. Ecclesiast. univers. lib. 3, cap.
12, num. 15; Francesc. de Eccles. Cathed.
cap. 25, num. 182; Card. de Luca de Jure-
patr. discurs. 59, num. 18; Adden. ad Pam-
phil. decis. 189, num. 15; Rota coram Du-
rano, decis. 130 per tot. coram Merlin.
decis. 407, num. 2; coram Cerro, decis. 732,
num. 3; & in Recen. decis. 661, num. 6, &
seqq. p. 19, tom. 2; & in Barchinonen. Be-
neficii 8 Junii 1685, § Minus relevat; &
16 Jan. 1686, § Non enim; & 17 Junii
ejusdem anni, § Neque obstare, cor. cl. m.
Card. Matthejo.*

Ea præsertim adstipulante ratione,
quòd Massarius, & Syndici nullam ha-
bent inseparabilem connexionem cum
9 Confraternitate, vel Ecclesia. Licèt enim
ipsi stare non possint sinè Confraternita-
te, benè tamen stare potest Confrater-
nitas sinè Massario, & Syndicis, cùm
isto casu magis dignus præsideat loco
Rectoris, ad tradita per *Innocent. in cap.
cùm non ignores, verb, Unius, de Præben-
dis; Abb. in cap. 1, num. 6, vers. Porrò
videtur, de elect. Ricciul. elucubr. Eccle-
siast. lib. 4, cap. 8, num. 1.* Unde cùm
Massarius, & Syndici non repræsen-
tent neque locum, neque Confraternita-
tem, & sinè illa, juxta claram fundatio-
nis literam, facere debeant, & faciant 10
præsentationem ad Beneficium; in his
terminis Juspatronatus prædictum du-
bioprocul censeri debet reservatum in-
tuitu dumtaxat earumdem personarum
præsentare debentium, non autem Con-
fraternitatis, & Ecclesiæ, juxtà origi-
nalem Theoricam *Baldi, in leg. si quis ad
declinandum, § In omnibus, Cod. de Epi-
scopis, & Clericis*; cum qua procedit *Ro-
ta, decis. 130, num. 3, coram Duran. & de-
cis. 661, num. 7, part. 19, tom. 2 Recent.*

Haud subsistente, quòd Beneficium
controversum, fuerit auctoritate Ordina-
rii fundatum, ac dotatum ex nonnullis
Prædiis relictis Capellæ Beatæ Mariæ
Assumptionis pro amore Dei, & pro
Animarum salute, vigore plurium Lega- 11
torum, & ultimarum voluntatum, ut
proinde Juspatronatus, uti ex bonis Ec-
clesiæ erectum, Ecclesiasticum etiam sit
judicandum. Quoniam ex Instrumento
fundationis evincebatur, quòd bona as-
signata in dotem ab Hominibus Societa-
tis, non poterant esse bona relicta Ca-
pellæ, quam adhuc non habebant dicti
Homines, dum volebant illam acquire-
re ex causa dotationis -- ibi -- *Qui Ho-
mines Societatis, &c. optantes pro ipsorum
devotione habere Capellam unitam in Ec-
clesia, &c. cujus Capellæ perpetuò sint,
& efficiantur Patroni.* Si itaque Bona
non fuerant relicta Capellæ, sed ipsi-
met Societati, tunc temporis indubitan-
ter Laicali, -- ibi -- *Ad dictos Homines,
& Societatem quomodolibet spectantibus,
&c. vigore quorumcumque Legatorum, &
dispositionum dictæ eorum Societati, &c.
usque in præsentem diem factorum* -- palam
inde fit, quòd eadem bona, tanquam re-
licta eidem Confraternitati per Laicos, 12
erant merè laicalia, etiamsi forrassè ha-
berent annexum aliquod onus pium, de
quo non constat pro Anima illorum,
qui prædicta bona eidem Societati reli-
querant; quia hoc non obstante, adhuc
bona Confraternitati Laicali relicta cen-
seri deberent Laicalia, & non Ecclesia-
stica, ut admonent *Donat. in Prax. re-
rum regul. tomo 3, tract. 8, quæst. 25, nu.
2; Ricciul. de Jurepatron. cap. 21, num. 5;
Rota in Firmana Capellaniarum 2 Julii
1717, § fin. cor. Reverendissimo D. meo
Lancetta Decano.*

Ea ulterius urgente ponderatione,
quòd quemadmodum Confraternitas tunc
laicalis ex hujusmodi bonis sibi relictis
potuisset erigere, & fundare Capella-
niam manualem non subjectam reserva-
tionibus, & affectionibus Apostolicis, ita 13
potuit illam convertere in erectionem
Beneficii Ecclesiastici, & reservare jus
præsentandi favore Massarii, & Syndi-

eorum, modo, & forma laicali, ad exclusionem earumdem reservationum, ut per hanc identificam rationem magistraliter firmavit *Rota in Vicen. Beneficii 17 Februar. 1713, § In concreto, cum duobus seqq. coram Reverendissimo D. meo Aldrovando.*

Comprobante idipsum decreto, & Judicio Ordinarii, qui approbavit fundationem cum reservatione Juris præsentandi ad favorem Patronorum laicalium, nempè Massarii, & Syndicorum, quod facere non potuisset, si fundatio expleta foret de bonis ad Ecclesiam spe-
14 ctantibus. Unde cùm semper præsumi debeat, quòd Ordinarius id egerit causa cognita, eique constito, quòd bona Confraternitatis forent laicalia, stante illius approbatione, fateri oportet Beneficium fuisse fundatum ex bonis laicalibus, non autem ex bonis Ecclesiasticis, ut appositè observant *Lotter. de re benefic. lib. 2, quæst. 10, num. 15; Garz. de Benefic. par. 5, cap. 1, num. 594; Rota, decis. 273, num. 3, & 4, par. 3; & decis. 655, num 8, par. 4, tom. 3 recent. In Parmen. Beneficii, 28 Januarii 1701, § Conjectura, coram Eminentissimo D. Card. Scotto; & 16 Januarii 1702, § Verùm, coram bon. mem. Ansaldo; & in dicta Vicen. Beneficii 17 Februarii 1713, § In concreto, coram Reverendissimo Aldrovando.*

Minusque officere videbatur, quòd licèt Juspatronatus ab initio dici potuisset laicale, adhuc tamen cùm Confraternitas per superventam approbationem Ordinarii assumpserit qualitatem Ecclesiasticam, etiam Juspatronatus de laicali fuerit effectum Ecclesiasticum, & subjectum remanserit affectionibus, & reservationibus Apostolicis. Siquidem procedendo cum debita temporum distinctione, illicò apparebat Confraternitatem de tempore fundationis Beneficii fuisse merè laicalem, dum Beneficium fundatum extitit de anno 1447; Confraternitas verò solùm de anno 1526, per confirmationem receptam ab Ordinario assumere potuit qualitatem Ecclesiasticam. Ac propterea dum de tempore fundationis Confraternitas erat laicalis, illiusque bona erant pariter laicalia, pernecesse resultabat, quòd Juspatronatus, seu præsentandi reservatum Massario, & Syndicis, foret etiam laicale; non obstante, quòd postmodum Confraternitas per approbationem Ordinarii muraverit naturam laicalem, & assumpserit qualitatem Ecclesiasticam; quia ex qualitate Ecclesiastica Confraternitatis non benè infertur ad qualitatem Ecclesiasticam Massarii, & Syndicorum; aliud enim est Confraternitas, aliud verò sunt Massarius, & Syndici ejusdem Confraternitatis, quibus, uti Personis laicis, reservatum est Jus præ-
sentandi. Unde cùm Juspatronatus sit 15
quid diversum a Jure præsentandi, dum primum importat substantiam, & dominium; secundum verò importat modum, jus, & exercitium præsentandi, ut firmant *Geminian. in cap. fin. § 1, in fin. de usur. in 6; Felin. in cap. Cum Venerabilis, num. 3, vers. & adde, de except. Dec. cons. 542, num. 7, vers. & non obstat.* Stat utique benè simul, quòd Juspatronatus, ab initio reservatum favore Societatis laicalis, mutaverit inde naturam, & evaserit Ecclesiasticum propter superventam in Societate approbationem Ordinarii. Jus verò præsen- 16
tandi reservatum Massario, & Syndicis, suam semper conservaverit originem laicalem; quia nil repugnat, quòd Juspatronatus, respectu Dominii, & pertinentiæ, dicatur Ecclesiasticum; respectu verò modi, & exercitii juris præsentandi, sit laicale, ut optime advertit *Rota apud Vivian. de Jurepatr. lib. 4, cap. 9, num. 56 vers. Nec subsistere videtur, coram Dunozet. Jun. decis. 769, num. 4, in Recentior. decis. 157, num. 7, par. 7, & decis. 242, num. 5, part. 19.*

Robustius autem, quia in ipso fundationis limine facta fuit ista realis separatio Massarii, & Syndicorum, seu Procuratorum ab ipso Corpore Confraternitatis, apponendo per pactum, quòd solus Massarius cum Procuratoribus haberet Jus præsentandi, & non quivis alius cum dictionibus taxativis, *solùm, dumtaxat*, ibi -- *Quibus Massario, sive Priori, & duobus Procuratoribus dictæ Societatis pro tempore existentibus*, SOLUM, DUMTAXAT *auctoritatem, & potestatem nominandi, & præsentandi, &c.* & inferius, ibi - *Solùm, & dumtaxat Prior, seu Massarius, & duo Procuratores ejusdem Societatis, & non aliqui alius habeant, & habere debeant auctoritatem, & potestatem, arbitrium, & baliam eligendi, & præsentandi Rectorem* -- Eaque propter facta exclusione Confraternitatis ab hoc Jure præsentandi privativè reservato particularibus Laicis, sequitur inde qualitatem Ecclesiasticam superventam Societati, non potuisse reddere Ecclesiasticum Jus præsentandi non reservatum ipsi Societati, sed particularibus personis Laicis, in quibus perduravit cum sua qua- 17
litate Laicali, ut prius; eamdemque qualitatem Ecclesiasticam transfusam in Corpus Societatis, non potuisse influere in Massarium, & Procuratores, quibus vigore dictionum, SOLUM, & DUMTAXAT, tributum fuerat Jus, & exercitium præsentandi, tanquam particularibus Personis Laicis privativè ad Societatem, & independenter ab ipsa, ex collectis per *Tondut. quæst. benefic. par. 3, cap. 159, num. 7; Rota decis. 289, n. 121, & seqq.*

& seqq. coram Duran. decis. 144, num. 8, par. 5 Recent. & in Majoricen. Beneficii 6 Decemb. 1709, § Quodque, cor. b. m. Ansald.

Sed quatenus præmissa, aliquam præseferrent dubietatem ad inducendam qualitatem Laicalem Jurispatronatus, seu juris præsentandi quoad Beneficium, de quo agitur, omnem prorsus eliminari difficultatis umbram censuerunt Domini ex observantia ab ipsis Fundationis primordiis inducta, & inde usque ad hodierna tempora uniformiter provecta, dum per integrum 130 annorum desluxum in omnibus vacationibus, quæ obtigerunt, semper ab Ordinario fuit data institutio ad præsentationem Massarii, & Syndicorum, ut patet ex septem continuatis statibus annorum 1592, 1602, 1613, 1615, 1655, 1662, & 1689; de quibus *Summar. Geminiani a num. 3, ad* 14; quæ quidem observantia centenariam excedens, & continens inter cæteros duos primos status annorum 1592, & 1602, cum expressa, & literali declaratione per Ordinarium facta in actu institutionis de qualitate Laicali controversi Jurispatronatus, ibi -- *Quæ de Jurepatronatus Laicorum, videlicet Dilectorum Nobis in Christo Massarii, & Hominum Societatis S. Mariæ in dicta Parochiali Ecclesia existit*, & alios tres status de vacationibus sequutis in Mensibus Sanctæ Sedi reservatis, cum præsentationibus factis a Massario, & Syndicis, & effectuatis mediante institutione Ordinarii, & subsequuta possessione, quales sunt status annorum 1615, 1655, & 1662, sicuti operatur, ut potius atten-
18 di debeat id, quod fuit observatum, quàm id quod fuit in fundatione cautum, ut benè tradit *bo. mem. Ansald. in addit. ad decis. 38, num. 15, & 16; Rot. decis. 218, ex num. 7 usque ad finem, par. 6; decis. 29, num. 28, & seq. par. 7; & dec. 290, num. 14, par. 18 Recent.* Ita mirabiliter declarat fundationis legem cum qualitate Laicali ad exclusionem reservationum, & affectionum Apostolicarum, ut in puncto observant *Marant. respons. 15, num. 12, & 14, tom. 3; Rota in Parmen. Beneficii 16 Januarii 1702, § final. coram bo. mem. Ansaldo; & 13 Junii 1703, § fin. coram bo. mem. Molines; in Tarraconen. Beneficii 11 Aprilis 1712, § Caterùm, coram Reverendissimo D. meo Lancetta Decano; & in Gerunden. Eleemosynæ Panis, 14 Martii 1718, § Cùm igitur, & seqq. coram R. P. D. meo Cerro.*

Fortiùs accedente observantia negativa, dum a die fundationis usque in præsens nulla exhibetur provisio Apo-
20 stolica tamquam de reservato, de qua utique constare posset si Beneficium fuisset Jurispatronatus Ecclesiastici; quæ observantia negativa ad effectum, de quo agitur, semper fuit habita in consideratione per Sacrum Rotæ Auditorium, ut signanter videre est *in decis. 661, num. 15, par. 19 Rec. in Parmen. Beneficii 16 Januarii 1702, § final. cor. bo. mem. Ansaldo; & 27 Junii 1703, § final. coram bo. mem. Molines; in Tarraconen. Beneficii 11 Aprilis 1712, § Cæterum, coram Reverendissimo D. meo Lancetta Decano; & in Compostellana Beneficii 15 Mart. 1717, § Hæc autem, coram Eminentissimo Altbann.*

Eademque observantia, quæ de cætero sufficiens esset ad declarandam qualitatem Jurispatronatus etiam in Judicio petitorio, eo fortius stringebat in præsenti casu, ubi versamur in Judicio executivo literarum Apostolicarum, in quo attenditur ultimus status, & factum 21
possessionis, etiam adversus Reservationes Apostolicas, ad firmata per *Rot. decis. 340, num. 11, & 15, coram Royas, decis. 312, num. 18; coram Bich. decis. 633, num. 4, par. 4, tom. 3; decis. 143, num. 2, par. 7 Recent.; & in Mediolanen. Optionis 29 Aprilis 1711, § Comprobationem, coram R. P. D. Falconerio Almæ Urbis Gubernatore.*

Non prætereundo ex abundanti, quòd aliqua dubitatione emergente, potius judicari debet pro exclusione reserva- 22
tionum, & qualitatis Ecclesiasticæ, ut testatur *Spad. cons. 26, num. 2; & cons. 46, num. 3, lib. 3; Rota coram Bichio, decis. 400, num. 2; coram Cavaler. decis. 597, num. 2, in Recent. decis. 327, num. 2, par. 15; & decis. 566, num. 14, par. 19; in Vicen. Beneficii 17 Februarii 1713, § Ex quibus, coram Reverendiss. D. meo Aldrovando; & in Compostellana Beneficii 15 Martii 1717, § fin. coram Eminentissimo D. Card. Altbann.*

Et ita utraque, &c.

R. P. D.

C E R R O.

Barchinonen. Beneficii.

Lunæ 3 Junii 1720.

A R G U M E N T U M.

Reservationes Apostolicæ non cessant ex eo, quòd Fundator reservaverit jus præsentandi, quandocumque, & quotiescumque vacatio contigerit; neque etiam ex eo, quòd idem Fundator terminum ad præsentandum, a Jure concessum coarctaverit, nisi adsint alia verba magis perstringentia, quæ necessitatem præsentandi in quacumque vacatione importent.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Juspatronatus Laicale, ob transitum ad Personas ecclesiasticas, verè ecclesiasticum evadit.*

2 *Fundator Beneficii relinquens Ecclesiæ Juspatronatus, ipsius legibus illud submisisse censetur.*

3 *Et consequenter obnoxium remanet Regulis Cancellariæ, Beneficia de Jurepatronatus Ecclesiastico reservantibus.*

4 *Pro evitanda reservatione Apostolica, constare debet de voluntate Fundatoris Beneficii, illi contraria, vel expressè, vel saltem tacitè ex circumstantiis, & conjecturis, & quales esse debeant.*

5 *Prædictæ Regulæ Cancellariæ a quo Pontifice promulgatæ fuerint.*

6 *Fundator non censetur cogitasse de exclusione Regulæ, Mensium reservatoriæ, si Beneficium fundatum fuit ante ejusdem Regulæ promulgationem.*

7 *Expressio, quòd Patronus præsentare valeat quandocumque, & quotiescumque Beneficium vacare contigerit, talis roboris non reputatur, ut cessare faciat reservationes Apostolicas, & quare, & n. 8.*

9 *Tunc illæ cessant, quando exercitium Jurispatronatus collatum est in Patronum, cum clausulis* semper, in perpetuum, & sine ullo impedimento.

10 *Non verò si apposita fuerit clausula* toties quoties, *vel consimiles.*

11 *Copia Scripturæ, pendente lite, & absque compulsoria, vel Partis citatione extracta, fidem non meretur.*

12 *Quando terminus ad præsentandum, in fundatione præfixus, sit cum provisione Apostolica incompatibilis.*

13 *In concordatis Germaniæ, collatio Papæ ad tres menses coarctatur.*

14 *Nulla est repugnantia, quòd, licèt Papa provideat vigore reservationis, adhuc ex mente Fundatoris, providere debeat intra certum tempus.*

15 *Qui potest plus, potest etiam minus.*

16 *Devolutio ad favorem Capituli, in casu negligentiæ Patronorum Ecclesiasticorum in præsentando, non immutat naturam Jurispatronatus Ecclesiastici, sed imo illud magis confirmat.*

17 *Observantia, promanans ex provisionibus Apostolicis, ex causa vacationis in mense reservato expletis, ad interpretandam legem fundationis inservit, reservationum minimè exclusivam.*

18 *Fortiùs verò attento ultimo Statu, in contradictorio Judicio per rem judicatam constabilito.*

19 *Status, qui non docetur effectuatus, non est in consideratione habendus.*

20 *Status, ubi asseritur, Beneficium vacasse in mense reservato, Dataria non præjudicat, nisi id aliunde certò probetur, & quare.*

DECISIO XX.

DEcertantibus Baudilio Matas, & Raymundo Mascarò pro assecutione unius ex decem Beneficiis, existentibus in Ecclesia Insignis Monasterii Beatæ Mariæ de Petris albis, vacati de mense Octobris anni 1715, per obitum Josephi Creus, primo nimirùm vigore præsentationis in sui personam factæ ab Abbatissa præfati Monasterii, cui usque ab anno 1334, occasione erectionis Beneficiorum præmemoriæ Elisenda Aragonum Regina, Monasterii fundatrix, Juspatronatus reservaverat; altero verò in vim provisionis a Sancta Sede obtentæ, tanquam de reservato, respondit Sacrum Auditorium sub die 2 Julii 1717, coram Me -- *Literas Raymundi non esse exequendas, & esse instituendum Baudilium* -- ac promulgata ad normam hujusce Decisionis per me Sententia, illa ob lapsum fatalium transitum fecit in rem judicatam. Cùm autem Raymundus in gradu restitutionis in integrum iterum mihi Causam delegare curaverit, supposui idcircò Dominorum examini congruum Dubium -- *An constet de Causis restitutionis in integrum, seu potius de re judicata* -- responsumque accepi -- *Constare de Causis.*

Injustitia etenim antecedentis Judicati viam aperiens restitutioni in integrum
satis resultare visa fuit, ex quo cùm
agatur de Jurepatronatus post obitum
Reginæ Fundatricis reservato Abbatis- 1
sæ, & Monialibus Monasterii de Petris
albis, illud ob hujusmodi transitum ad
Personas Ecclesiasticas, verè Ecclesiasti-
cum evasit, juxta censuram *Text. in*
cap. Unic. § Finali de Jurepatronatus in 6;
cum quo etiam Fundatricem se confor-
mare voluisse præsumitur; nam relin-
quendo tale Jus Ecclesiæ ipsius legibus 2
illud submisisse censetur, ad firmata per
Lotter. de re Benefic. lib. 2, quæst. 8, num.
99, & quæst. 27, num. 66; Rota in Aprutina Beneficii 19 Junii 1705, § Nam
quamvis, coram Eminentissimo D. Card.
Scotto; & consequenter obnoxium fecisse
regulis Cancellariæ reservantibus Bene-
ficia de Jurepatronatus Ecclesiastico, ita- 3
ut cùm vacatio controversi Beneficii acci-
derit in Mense Octobris vigore regulæ
octavæ, hodie nonæ S. Sedi reservato

nullo

nullo Jure provisio Apostolica impediri possit, ut in subjecta materia dixit *Rota in Romana Jurispatronatus coram Sacrato; impressa apud Vivian. de Jurepatron. lib. 4, cap. 9, sub num. 56, vers. & ita videtur; & in Monasterien. Vicariæ, 6 Junii 1707, § Non minùs, coram Eminentissimo Scotto; & in Ortbonen. Beneficii 3 Martii 1708, § Probata, cor. eod.*

Militante igitur præsumptione pro reservatione Apostolica, ob rationem, quòd Juspatronatus ex voluntate Fundatricis translatum fuerit in locum, & Personas Ecclesiasticas, unum esset pro ea evitanda, quòd ex instrumento Fun-
4 dationis constaret de voluntate Fundatricis de directo adversante præmissæ reservationi Apostolicæ, illaque, vel expressè scripta haberetur, vel saltem tacitè ex circumstantiis omninò, & pernecessè concludentibus conjici posset; non enim omnes conjecturæ admittendæ veniunt, sed quæ dumtaxat sint in suo genere perfectæ, & talis roboris, ut vim regulæ retundere valeant; *Rota decis. 584, n.22, cor. Bich. dec. 602, n. 14; & 951, num. 16, coram Dunozet. Jun. decis. 519, num. 7, part. 2 rec. decis. 54, nu. 19, p. 17; & decis. 807, num. 2, tom. 2 recen. & in Praten. Beneficii prima Decemb. 1719, § Eadem; & § Si autem, coram R. P. D.*
5 *meo Crispo*. Eo præsertim, quia res est de Jurepatronatus constituto longè antequam emanasset regula reservatoria Mensium, promulgata a san. mem. Nicolao Quinto circa medium Sæculi Decimiquinti, ut notat *Rota, decis. 121, n. 3, & 14, par. 19 recen.; & in Parmen. Beneficii 28 Januarii 1701, coram Eminentissimo Scotto*. Propterea que valde difficilius censeri debet Fundatricem cogitasse de exclusione regulæ Mensium nondum ea ætate existentis in rerum natura,
6 cùm regulariter voluntas non feratur in incognita, unde nisi de sui natura incompatibilis dignoscatur cum ipsamet regula, nequit eidem suam operationem adimere, juxta animadversa per *Rot. in Barchinonen. Beneficii 16 Januarii 1686, § Et hunc esse, & § Corruit, cor. clar. m. Card. Matthæjo; in Tirasonen. Prioratus 19 Novembris 1791, § Etenim, coram bo. mem. Molines; in Parmea. Beneficii prima Martii 1700, § Finali, coram Eminentissimo Scotto; in d. Aprutina Beneficii 19 Junii 1705, § Absque eo quod, & § Minus relevat, cor. eod. & in Orthonen. Beneficii 23 Martii 1708, § Probata, pariter cor. eod.*

Porrò talem nequaquam fuisse arbitrati sunt Domini voluntatem Reginæ Elisendæ, quia præcisivè etiam a quæstione, quam vitiliter promovebant Defensores Raymundi, super eo, quòd Bona in Dotem Beneficiorum assignata, provenirent in parte a quibusdam Parochialibus Apostolica auctoritate unitis; proindeque utpore originatiè Ecclesiastica, multò fortiùs subministrarent adminiculum mentis Fundatricis Patronatum relinquendi in Statu Ecclesiastico; & circa hoc procedendo cum supposito, quòd eadem Bona verè fuissent Laicalia, & patrimonialia Fundatricis, de quo latè in præterita Decisione, § *Nec demùm*. Adhuc eadem voluntas sufficienter evinci non poterat, ex quo in fundatione 7
præstitutum fuerit Abbatissam, & Moniales præsentare debere -- *quandocumque, & quotiescumque ipsos Presbyteratus, & unumquemque eorum vacare contigerit* -- quasi quòd exindè inclusum censendum sit omne, & quodcumque tempus præsentandi, & consequenter exclusæ dici debeant reservationes Apostolicæ, ut ex pluribus auctoritatibus probare conatur præcedens mea Decisio, § *Quod verò*. Quoniam hæc sola expressio quandocumque præsentandi salrem virtualiter inhærens cuicumque fundationi Beneficii de Jurepatronatus, talis roboris dijudicari nequit, ut ex se submovear Ecclesiastici ratem Juris præsentandi, & cessare faciat reservationes Apostolicas, aliàs sequeretur, quòd in quolibet Jurepatronatus ex vi talis Clausulæ, vel expressè appositæ, vel tacitè subintellectæ, esset admittenda in omnibus casibus præsentatio Patroni etiam Ecclesiastici, ad instar Laici, & sic frustratoria redderetur dispositio prædicti *Cap. Unic. de Jurepatronat.* & nunquam locum haberet regula reservationis, Juspatronatus Ecclesiasticum specificè percutiens, ut in puncto respondit *Rota in Barchinonen. Beneficii 5 Decembris 1685, § Minùs, coram Card. Matthæjo; in altera Barchinonen. 16 Januarii 1686, § Corruit; & 12 Junii ejusdem Anni, § Parùm, coram prælandato Card. Matthæjo; in Novarien. Canonicatus prima Decemb. 1690, § Nihil refragante, cor. bon. mem. Manuel. in Aprutina Beneficii 19 Junii 1705, § Non attento, & § Absque eo quod, cor. Eminentissimo Scotto; & in Monasterien. Vicariæ 6 Junii 1707, § Non attento, cor. eodem.*

Ne itaque exoriatur intelligentia adeò exorbitans, dicendum est, facultatem tri- 8
buram Patrono Ecclesiastico præsentandi quandocumque, & quotiescumque verificari, dummodo non superveniat impedimentum reservationis Apostolicæ, & in iis Mensibus, in quibus juxta naturam Jurispatronatus Ecclesiastici liberum Patrono sit ejusdem facultatis exercitium, ut optimè in terminis probat *Advocat. Petton. in suis Eccles. disceptat. in 25, num. 2;* & firmavit *Rota in Tirasonen. Prioratus 19 Novembris 1691, coram bon. mem. Molines, impress. post dictam discept.* 25,

25, *num.* 35; & in allegatis *Barchinonen. Beneficii, coram Card. Matthajo, in dicta Aprutina Beneficii*, § *Immò, coram Eminentissimo Scotto; in Orthonen. Beneficii*, 23 *Martii* 1708, § *Probata, coram eodem; & 10 Junii* 1707, § *Porrò, coram Eminentissimo Polignac; & in Moguntina Decanatus*, 15 *Januarii* 1712, *cor. Reverendissimo Domino meo Lancetta Decano.* Idque procedit non obstante distinctione in contraria Decisione relata in § *Non adversante*, videlicet aliud esse quando verba universalia *quotiescumque, & quandocumque, seu toties quoties* respiciunt reservationem Jurispatronatus; aliud verò in terminis, quibus relativè se habeant ad illius exercitium; quo postremo casu operari debeant etiam in exclusionem reservationis Apostolicæ. Ponderabant etenim Domini tunc hujus-
9 modi distinctionem vim obtinere posse, quoties exercitium prædictum collatum sit in Patronum clausulis magis perstringentibus, & quæ necessitatem præsentandi importent in quacumque vacatione, ut sunt dictiones illæ *semper, in perpetuum, & sinè illius impedimento*, juxta quas, alias Rota rectè censuit, exercitium Juris præsentandi minimè remorari posse a reservationibus Apostolicis, veluti videre est *in Decisionibus Aprutina Beneficii*, 19 *Junii* 1705, *coram Eminentissimo Scotto; Tarraconen. Beneficii*, 11 *April.* 1712, § *Quibus, coram Reverendissimo D. meo Lancetta Decano; & in Monasterien. Canonicatus*, 19 *Februarii* 1714, *coram bon. mem. Ansaldo.* Non autem in simplicibus terminis Clausularum *toties quoties*, vel consimilium,
10 quæ aptè recipere valeant interpretationem, cessantibus reservationibus Apostolicis, ad firmata in durioribus circumstantiis per *Rotam in Monasterien. Decanatus*, 13 *Junii* 1710, § *Eoque facilius, coram bon. mem. Caffarello, & in Moguntina Decanatus* 14 *Januarii* 1712, § *Nihilque, cor. Reverendissimo D. Lancetta Decano.*

Atque hinc explosa principaliori conjectura eruta a sæpe memoratis verbis universalibus, debilior apparuit altera desumpta a termino trium mensium statuto Patronis ad præsentandum, qui in præsenti disputatione ulterius contendebatur coarctatum fuisse in postrema Donatione Elisendæ Reginæ ad duos solummodo menses, exindè dupliciter arguendo, primò nempe, quòd Fundatrix enixè optaverit præsentationem semper fieri a Monialibus, eo ipso, quòd consuetum terminum sex mensium de Jure competentem Patronis Ecclesiasticis adeò angustavit; secundò autem quòd ex tali præfinitione termini necessariò sublata dici debeat qualibet reservatio Apostolica, quæ nullo temporis termino ad conferendum limitatur, ut probare satagit præcedens decisio, § *Et magis.*

Quandoquidem opportunè prænotando, quòd Instrumentum augmenti Dotis, in quo facta dicitur restrictio termini ad duos menses, non est in forma probanti, nedum quia in extractione illius copiæ non fuit designatum præcisum tempus diei, & anni exemplationis hu-
jusmodi; verùm etiam ex quo Nota- 11
rius exemplator, non est successor in Officio, proindeque copia ita per eum privata auctoritate, pendente lite, & absque compulsoria, vel partis citatione extracta, nullam fidem promeretur, ad tradita per *Rotam, decis.* 69, *num.* 4, *cor. Ludovis. decis.* 88, *num.* 4; *coram Ottob. decis.* 181, *num.* 2; & *decis.* 254, *num.* 1, *coram Emerix Junior. & in Olomucen. Jurisdictionis* 10 *Decembris* 1688, § *Nec hujusmodi, coram clar. mem. Cardinali Caprara.* Quomodocumque itidem res sumatur, semper terminus tantæ est extensionis, ut eo pendente rectè valeat Summus Pontifex de vacatione Beneficii certiorari, & intra illum provisionem explere; in quibus circumstantiis nulla considerari potest incompatibilitas inter collationem a Papa faciendam, & voluntatem Fundatricis; optimè enim salvatur, quòd juxta ejus Votum, citiùs quàm præsceferret solitus terminus a Jure statutus, dandus sit Rector Beneficio; & tamen quòd similis provisio explenda sit a Papa, atque eo dumtaxat casu, talis incompatibilitas intercederet quando terminus in fundatione præfixus esset adeò brevis, ut non sinè læsione voluntatis Fundatoris expectari valeret provisio Apostolica, prout cum effectu in proposito, quòd terminus ad præsentandum stabilitus fuerat in brevi curriculo decem, quindecim, vel viginti dierum, loquuntur Decisiones *in Parmen. Beneficii* 28 *Januarii* 1701; & 16 *Januarii* 1702, *coram Eminentissimo Scotto; in Gerund. n. Beneficii* 10 *Jun.* 1702, *cor. b. m. Molines, in Tarraconen. Beneficii* 11 *Aprilis* 1712, *coram Reverendissimo D. Lancetta Decano; in Gerunden. Eleemosynæ Panis* 26 *Junii* 1713, *coram prædicto Eminentissimo Scotto, confirmat.* 14 *Maji coram Me*; quibus adhæsit Decisio præteritæ instantiæ, § *Eo magis, cum seq.*

Quòd autem collatio Papæ nullo termino limitari possit, est ratio omni-
nò insufficiens ad effectum inducendi ex- 13
clusionem regulæ Mensium reservatoriæ; habemus etenim exemplum concordatorum Germaniæ, juxtà quæ collatio Papæ coarctatur ad tres menses, ut notat *Rota, decis.* 1364, *num.* 5, & 8, *cor. Emerix Jun. decis.* 205, *num.* 4, *part.* 10; *decis.* 468, *num.* 19, *part.* 19 *Recent. in Treviren.*

viren. Parochialis, 26 *Junii* 1715, § *Non*
obstat, *coram Reverendissimo Domino*
meo Lancetta Decano; *& in Hil-*
desimen. Canonicatus, 14 *Martii* 1718,
§ *De medio*, *coram R. P. D. meo Crispo*.
14 Unde nulla concurrit repugnantia,
quòd licèt Papa provideat vigore re-
servationis adhuc ex mente Fundatoris
providere debeat intra certum termi-
num; eò potissimum quia si ex lege
fundationis id pernecesse præseferente
excludi potest Papa a conferendo in quo-
libet casu, multò fortiùs, salvis reser-
15 vationibus, datum erit eidem limitare
tempus collationis faciendæ, juxta re-
gulam, quòd qui potest plus, potest
etiam minùs, de qua *Text. in leg. non*
debet, *ff. de regul. Jur. Anthent.* multò
magis, *Cod. de Sacrosanct. Eccles. cap.*
cui licet 53, *de regul. Jur. Novar.*
quæst. forens. quæst. 24, *num.* 6, *lib.* 1.
Præterea minus juridicè contendeba-
tur reservationes fuisse in fundatione
rejectas, ex eo quòd in casu, quo Abba-
tissa, & Moniales negligerent intra ter-
minum trium mensium præsentare, ad id
perficiendum substituitur Capitulum Ca-
thedralis Barchinonensis. Quoniam ex-
indè nulla profluit incompatibilitas cum
regula Mensium; nam quemadmodum
Jus præsentandi Abbatissæ, & Monia-
lium ex superiùs demonstratis verifica-
tur, & apprimè locum obtinent nullo
intercedente impedimento reservatio-
num Apostolicarum; eadem censura mi-
litat quoad devolutionem stabilitam fa-
16 vore Capituli, quæ sanè devolutio con-
suiit quidem casui negligentiæ primi Pa-
troni, sed non tollit in suis casibus re-
servationes; cùm non immutet naturam
Jurispatronatus Ecclesiastici, quin imo
illud magis confirmet, utpotè quia in
alias Personas Ecclesiasticas translatum
sit, juxta tradita per *Rotam*, *in Leodien.*
Beneficii, 26 *Februarii* 1706, § *Et hæc*,
coram clar. mem. Card. Priolo; *in Mo-*
nasterien. Vicariæ, 6 *Junii* 1707, § *Addi-*
to, *coram Eminentissimo Scotto*; *& in Tar-*
raconen. Beneficii, 11 *Aprilis* 1712, § *Per-*
peram, *coram Reverendissimo D. meo Lan-*
cetta Decano.
In universum verò difficultatem sub-
movebat specifica, & qualificatissima
observantia, non solùm exoriens a tri-
bus statibus annorum 1681, 1696, &
1701, in quibus Provisiones Apostolicæ,
17 ex causa vacationis in mense reservato
expletæ, plenarium effectum habuerunt;
quæque optimè inservire possunt ad in-
terpretationem legis fundationis nequa-
quam exclusivam reservationum, ut ad-
vertit *Rota*, *decis.* 2316, *num.* 9, *cor. Coc-*
cin. decis. 184; ibique *Adden. num.* 8, *co-*
ram Ludovis. decis. 608, *num.* 6, *part.* 2
recent. in Tirasonen. Præstimoniis, 19 *Novem-*
bris 1691, § *Quæ omnia*, *coram bon. mem.*
Molines, *confirmat.* 14 *Jun.* 1697, *cor. b. m.*
Ursino; & novissimè *in Praten. Benefi-*
cii, *prima Decembris* 1719, § *Si autem*,
& § *Constans*, *&* 29 *Aprilis currentis*
anni, § *Insuper*, *coram R. P. D. meo Cri-*
spo. Sed & fortiùs ab ultimo statu anni
1711, in quo re maturè perpensa, &
contradicente, præsentato ab Abbatissa
per solemnem rem Judicatam, consta-
bilitum fuit locum fieri debere provisio-
ni Apostolicæ, & provisum esse in pos-
sessionem Beneficii immittendum, a quo
sanè ultimo statu taliter in contradi- 18
ctorio Judicio firmato, cùm Beneficium
assumpserit qualitatem subjectionis re-
gulæ Mensium, datum non est in præ-
senti judicio, in quo versamur, ullo pa-
cto recedere, juxtà firmata *in Pennen.*
Beneficii, *super Pertinentia*, 17 *Martii*
1710, § *Ultrò quod*, *coram Reverendis-*
simo Aldrovando; *in Casertana Beneficii*,
27 *Martii* 1715, § *Super accedente*, *cor.*
Eminentissimo Scotto; *&* 15 *Junii* 1716,
§ *Altera*, *coram Eminentissimo Albano*;
& in Compostellana Beneficii 15 *Martii*
1717, § *Porrò*, *coram eodem*. Et e con-
spectu illius adeò qualificati nullius mo-
menti dereguntur duo antiquiores status
annorum 1669, & 1676, & alter anni
1706; ultimus etenim ex his non doce-
tur effectuatus, alii autem duo anterio-
res non præseferunt certam probatio- 19
nem, verè vacationem accidisse in men-
se reservato, cùm id solummodò re-
sultet ab assertiva in illis emissa, quæ
non est immunis a suspicione, quòd in
præjudicium Datariæ supponi potuerit
absque veritatis fundamento, ut benè 20
Rota, *in decis.* 99, *num.* 15, *coram Royas*;
decis. 176, *num.* 11, *coram Carill. decis.*
224, *num.* 16, *part.* 8 *recent.*; *& in Pra-*
ten. Beneficii, 1 *Decembris* 1719, § *Verum*,
cum seqq. coram R. P. D. meo Crispo.
Et ita utraque, &c.

R. P. D.

R O V A U L T

DE GAMACHES

Aurien. Parochialis de Rozamonde.

Veneris, 29 *Aprilis* 1720.

A R G U M E N T U M.

Parochialem Ecclesiam, de qua agitur, Monasterio S. Martini Compostellæ Ordinis S. Benedicti esse plenariè, ac subjectivè unitam, ostenditur: atque adeò Curam Animarum in illud translatam per Vicarium Regularem, seu Sæcularem, ad deputationem ipsius

Monasteri, seu illius Abbatis, exercendam, & argumenta, in contrarium adducta, luculenter refelluntur.

SUMMARIUM.

1 *Recensetur unio Parochialis S. Mariæ de Rozamonde Monasterio S. Martini, a quo Pontifice facta fuerit, & a quo deinde confirmata.*

2 *In Monasterium, seu Ecclesiam, cui facta est unio accessoria, & subjectiva alterius Monasterii, seu Ecclesiæ, transeunt omnia illius bona, & jura.*

3 *Refertur indultum, concessum ab Urbano II Petro Hispaniarum Regi, ejusque Successoribus, uniendi favore Monasteriorum Parochiales Eccclesias, in Saracenorum Terris acquisitas, vel in propriis hæreditariis fundatas.*

4 *Ante Sac. Conc. Trident. uniendi facultas ad Episcopos pertinebat.*

5 *In quibus consistunt jura Spiritualia, & Parochialia, plenariam unionem præseferentia, & n. 6.*

7 *Donare Beneficium Monasterio, non importat illius unionem, sed solùm concessionem Jurispatronatus, & Juris præsentandi.*

8 *Limita, quando non agitur de donatione simplici, sed de donatione concepta verbis amplissimis, cum concessione Curæ, Decimarum, Primitiarum, & Jurium Parochialium.*

9 *Non obstante quòd deficiant clausulæ* pleno Jure, *&* in temporalibus, ac spiritualibus.

10 *Uniones plenariæ in temporalibus, & spiritualibus fiunt etiam ex causa incrementi redditaum.*

11 *Ex quibus legalitas Scripturæ probetur.*

12 *Sententia, edita in Causa Status, facit jus quoad omnes.*

13 *Quid importet verbum* reintegrare, *&* restituere.

14 *Tale censeri debet referens, quale est relatum.*

15 *Verba* perpetuò unimus, adnectimus, & incorporamus *præ escrunt unionem in spiritualibus, & corporalibus, & quare, & n. 21.*

16 *Aliud argumentum talis unionis est assignatio certæ congruæ Vicario in fructibus Parochialis, reservatis aliis Abbati, & Monasterio.*

17 *Nuncupatio* Rectoris *versificatur etiam, licèt minùs propriè, in Vicaria, & Ecclesia alteri unita.*

18 *Idem dicendum venit de enunciativa* Vacationis, *& n. 25.*

19 *Et pariter de enunciativa* Jurispatronatus, *& quare.*

20 *Contradictia in eadem dispositione vitanda semper est.*

22 *In dubium revocari non potest unio, quando de ea constat per Sententiam Executoris Apostolici, coram quo verificata fuerunt omnia in Bulla contenta.*

23 *Pro capienda possessione bonorum Ecclesiæ unitæ, quando citatione opus non sit.*

24 *In resignatione Ecclesiæ unitæ ad favorem certæ Personæ, habetur loco nominationis, & deputationis novi Vicarii.*

26 *Vicaria potest dari etiam in titulum.*

27 *Abbas appellari potest Patronus Ecclesiæ unitæ.*

28 *Actus subsequentes unionem, ad illam referri debent.*

29 *Perceptio decimarum, & fructuum Parochialium, & administratio Sacramentorum cum assignatione congruæ, sunt signa, & effectus unionis.*

30 *Sententia, in judicatum transacta, magis magisque unionem, illiusque observantiam confirmat.*

31 *Quando non agitur de exequenda Sententia, sed ea affertur ad probationem facti, ut dignoscatur subsistens, attenditur ejus justitia, non curata exceptione nullitatis.*

32 *Nullitas proponi non potest contra Sententiam antiquissimam.*

33 *Conservator judicialem habet jurisdictionem, stante amplitudine clausularum, in deputatione appositarum.*

34 *Juris præsumptio stat, quòd Sententia lata sit contra viventem.*

35 *Sententia ex Collitigantis contumacia, robur suum non amittit.*

36 *Præventiva appellatio, & protestatio non impedit, quin Judex Sententiam suam validè proferat.*

37 *Possessio triennalis non suffragatur intruso.*

38 *Possessio triennalis, & decennalis tuetur ipsum possessorem dumtaxat, & non alium.*

39 *In causa, respiciente petitorium, non alia attenditur possessio, quàm illa, quæ Beneficii statum immutare, & præscribere valeat.*

40 *Neque status litigiosi, & contradicti apti sunt præscribere ejusdem Beneficii qualitatem.*

41 *Appellans, & prosequens judicium Antecessoris, facit omnia acta sua, perinde ac si Sententia adversus ipsum emanasset.*

42 *Ex quibus status Beneficii dicatur controversus, & litigiosus, & n. 43.*

44

44 *Lis semper durat, & pendere dicitur, donec per rem judicatam terminata fuerit.*

45 *Instantia Causæ, inspecto Jure Canonico, est perpetua.*

46 *Pendente lite in Petitorio, Possessor litigiosus, etiam per centum annos, & ultra possidendo, nullum jus acquirit.*

47 *Attenta pendentia litis super qualitate Beneficii contrariæ enunciativæ Ordinarii, nullius roboris sunt.*

48 48 *Stante unione Parochialis in temporalibus, & spiritualibus, deputatio Vicarii in perpetuum non inducit translationem totius Curæ in ipsum Vicarium, sed purum, & simplex ejusdem Curæ exercitium, Curamque habitualem relinquit penes Monasterium, & Abbatem.*

49 *Ad differentiam casus, quando ageretur de Vicario perpetuo pro Parochiali, unita quoad temporalia tantùm.*

DECISIO XXI.

PER Rotalem Sententiam, prævia decisione 16 mensis Aprilis anni 1717 a Reverendissimo D. meo Lancetta Decano prolatam, definitum fuit favore Abbatis, & Monachorum Ven. Monasterii S. Martini Compostellæ, Ordinis S. Benedicti, constare de plenaria, & subjectiva unione, ac incorporatione Parochialis Ecclesiæ S. Mariæ de Rozamonde eidem Monasterio S. Martini, translata in illud Animarum Cura exercenda per Vicarium Regularem, seu Sæcularem, per ipsum Monasterium, seu illius Abbatem pro libito deputandum. Et præterea Josephum de Castro modernum Curatum provisum de dicta Parochiali, tamquam de libero, ab Ordinario, & a Sede Apostolica, teneri ad restitutionem fructuum ex eadem Parochiali indebite perceptorum. Ab ejusmodi Judicato, neque Episcopus Aurien. neque Capitulum, neque Archidiaconus Ecclesiæ Cathedralis Litis Consortes appellarunt, sed dumtaxat dictus Joseph de Castro. Unde directa Mihi Causæ commissione, disputandum die 21 Martii anni 1718 proposui dubium -- *An sententia Rotalis sit confirmanda, vel infirmanda;* quod ob suffragiorum paritatem, resolvi nequivit. At in hodierna Audientia, cùm illud repropofuerim, responsum a Dominis habui -- *Sententiam Rotalem esse confirmandam quoad unionem, in reliquis iterum proponatur.*

Unio namque dictæ Parochialis Sanctæ Mariæ de Rozamonde Monasterio S. Martini, plenè probata visa fuit, ex quo eadem Parochialis prius unita fuerat antiquo Monasterio S. Pelagii Compostellæ, Ordinis pariter S. Benedicti, quod cùm anno 1493 auctoritate fan. mem. Innocentii VIII plenariè unitum, & incorporatum fuerit, unà cum altero illius filiale S. Petri de Foris, Monasterio S. Martini; & hanc unionem, post obitum Innocentii VIII, confirmaverit eodem anno Consistorialiter, & de Cardinalium consensu, illius Successor Alexander VI, ita quidem, ut anno 1496 Abbas, & Monasterium S. Martini adeptus fuerit possessionem dicti Monasterii S. Pelagii, & alterius S. Petri de Foris. Iridemque anno 1505 obtinuerit a Regina Joanna Literas executoriales trium Sententiarum latarum a Judicibus, Regni Galitiæ, & Regiæ Audientiæ, quibus declaratum fuit, ad Monasterium S. Martini pertinere Territoria S. Mariæ de Rozamonde, S. Andreæ de Campo Rotundo, Comite de Rivadabia occupata, de Juribus Monasterii S. Pelagii; de quibus omnibus, & de Parochiali præsertim controversa. idem. Abbas anno 1523 iterum possessionem cœpit, etiam ex vi Bullarum fan. mem. Julii II, & Leonis X, annis 1503, & 1518, hac de re editarum; Inde sequitur dictam Ecclesiam de Rozamonde unitam remansisse Monasterio S. Martini; quia in Monasterium, cui facta est unio accessoria, & subjectiva, transeunt Bona Ecclesiæ, & jura omnia Monasterii extincti alteri uniti, juxtà doctrinam *Felin. in cap. translato, sub num. 46 circa medium, vers. sed adde, de constit. Rota, coram fan. mem. Gregor. XV, decis. 304, num. 1; coram Duran. decis. 14, num. 13; coram Merlin. decis. 615, num. 1; in Recent. decis. 31, num. 17, par. 10; decis. 809, num. 5, par. 18;* & probat *citata decisio præteritæ Instantiæ, § Supposita enim, coram Reverendissimo D. meo Lancetta Decano.* 2

Frustra autem in dubium revocabatur prima unio Parochialis Sanctæ Mariæ de Rozamonde Monasterio S. Pelagii; nam illa ex tribus titulis evidens, & aperta redditur; & quidem primò ex donatione ipsiusmet Ecclesiæ Parochialis ab Alphonso VIII Rege Hispaniarum facta sub æra 1175, correspondenti anno reparatæ salutis 1137, Monasterio S. Pelagii, quæ unio, quamvis facta a Laico attamen subsistinetur, eo quòd Reges Hispaniarum tunc temporis gaudebant Indulto Apostolico per fan. mem. Urbanum II, concesso anno 1095 Petro Hispaniarum Regi, & ejus Successoribus, cum facultate uniendi, unà cum Primitiis, Decimis, aliisque Juribus Spiritualibus favore Monasteriorum quascumque Ecclesias Parochiales, quas in Saracenorum Terris 3

jure Belli acquisiverant, inter quas re-
censetur Parochialis S. Mariæ de Roza-
monde, vel in propriis hæreditatibus
fundaverant, in vim cujus Privilegii,
Reges Hispaniarum plures fecerunt unio-
nes Ecclesiarum Parochialium Monaste-
riis Regularium a S. Rota approbatas,
ut videre est *in Recent. decis. 192, n. 3;
decis. 254, ante num. 1, par. 7; in Tarra-
conen. Paroch. de Vimbodino 15 Januarii
1706, § Fortiùs, cor. bon. mem. Ansaldo;
in Compostellana Parochialium 13 Martii
1716, § Verùm, cum seq. cor. eodem; con-
firmata 5 Maji 1717, § Probata, coram
R. P. D. meo Crispo.* Atque etiam quia
donationi prædictæ accessit subscriptio
non solùm Didaci Archiepiscopi Com-
postellani, aliorumq; Præsulum finitima-
rum Ecclesiarum, sed etiam Martini Epi-
scopi Auriensis, in cujus Diœcesi sita est
4 Parochialis, de qua agitur. Quamobrem
cùm ante Sacrum Concilium Tridenti-
num ex Sacrorum Canonum dispositio-
ne, uniendi facultas ad Episcopos per-
tineret, *cap. exposuisti, de Præben. in cap.
sicut unire, de excess. Prælat.* eò minùs
dubitari valet de validitate dictæ unio-
nis, ut probant decisiones mox citatæ
in Compostellana Parochialium, & ani-
madversum fuit in decisione anteactæ
instantiæ, § 5.

Quòd verò hæc unio Parochialis S.
Pelagii fuerit plenaria in temporalibus,
& spiritualibus, desumitur ex tenore
relatæ Donationis. Per eam enim Rex
Alphonsus concessit Monasterio nedùm
Ecclesiam de Rozamonde, ibi -- *und
cum sua Ecclesia S. Mariæ Virginis, &
utriusque capti* (idest Tenutæ) *homines,
& familias, terras, hæreditates, cultas,
& incultas, & jura ipsarum Ecclesiarum,
decimis, primitiis, &c. ac directuris Cle-
5 ricalibus*, in quibus consistunt jura spi-
ritualia, & Parochialia plenariam unio-
nem præseferentia, ut firmavit *Rota,
coram Seraphin. decis. 1304 ante num. 1;
coram Emerix Jun. decis. 150, num. 2; &
decis. 320, num. 3; in Recen. decis. 88, nu.
7, par. 9; & in dicta Compostellana Paro-
chialium 13 Martii 1716, § Cùm enim;
& 5 Maji 1717, § Probata, coram R. P.
D. meo Crispo.* Verùm, quod magis est,
in Monasterium, & Monachos expres-
sè transtulit Curam Animarum, & to-
tam Parochialitatem, ibi -- *Concedimus
vobis, & Successoribus vestris in perpe-
tuum cum tali obligatione, & onere, ut
Animarum cura, & administratio, circa
ipsarum Ecclesiarum Parochianos, & fi-
deles vobis semper immineat, & ad vos,
& successores vestros pertineat* -- In quo
casu censeri, factam fuisse unionem eti-
6 am in spiritualibus, monet *Gloss. in Cle-
ment. frequens, verb. ad mensam de excess.
Prælat. ibique Vitalin. num. 48, & 49;
Rota in Leodien. Vicariæ de Jemeppé, 23
Januarii 1716, § Insuper, coram R. P. D.
meo Herrera; in Compostellana Parochia-
lis 11 Maji 1716, § Plenariam, cum seqq.
coram R. P. D. meo Cerro; & 26 Februa-
rii 1717, § Plenaria, coram Me.*

Nec est cur objiciatur, ex dicta dona-
tione non benè inferri ad unionem, eo
sub obtentu, quòd donare Beneficium
Monasterio, non est illud ei unire, sed 7
importat solummodò concessionem Ju-
rispatronatus, & Juris præsentandi; per
*Text. in cap. Dilectus, nu. 34, de præben.
Rota coram san. mem. Alexandro VIII, de-
cis. 93, num. 4; & ad ornatum Card. de
Luc. de Benefic. decis. 30, num. 6;* & lo-
quendo de aliis donationibus Regiis *in
Vicen. Parochialis de Aqualata, 1 Julii
1712, § De qualitate, coram R. P. D. meo
Crispo; & in Cracovien. Plebaniæ, 22 Ja-
nuarii 1717, § Pro declinanda, cor. R. P. D.
meo Cerro.* Quoniam objectio urgeret,
si ageretur de donatione simplici Eccle-
siæ; in quo sensu intelligendæ sunt au-
ctoritates adductæ. At res aliter se ha-
bet in donatione prædicta, utporè con-
cepta verbis amplissimis cum concessio- 8
ne Curæ, Decimarum, Primitiarum, &
Jurium Parochialium. Hæc enim omnia
alio titulo donata dici nequeunt, quàm
unionis; *Adden. ad Gregor. decis. 77, nu.
11; Rota, coram Emerix Jun. decis. 947,
num. 1; coram Bich. decis. 237, num. 4, & 5;
in Recent. decis. 88, num. 37, par. 9, & de-
cis. 434, num. 1, par. 19.*

Absque eo quòd officiat, in dicta Do-
natione non adesse clausulas: *Pleno Jure,
& in temporalibus, ac spiritualibus;* eam-
demque factam fuisse ad occurrendum in-
digentiis Monasterii Sancti Pelagii. Ete-
nim pro eo, quòd respicit dictas clausu-
las, illarum omissio restringere haud apta
est Unionem ad temporalia dumtaxat,
quando cæteroquin, ut probatum est, 9
Unionis substantia in præsenti cadit tam
super temporalibus, quàm super spiri-
tualibus; *Rot. coram Ninot. decis. 78, n.
3, & 4; coram Emerix Jun. decis. 947, nu.
primo, & seqq. & in Salisburgen. Vicariæ
31 Januarii 1714, § Nil resistente, coram
R. P. D. meo Falconerio Almæ Urbis Gu-
bernatore.* Causa verò principalis Dona-
tionis, & Unionis directa fuit ad Cul-
tum Dei in Monasterio magis conser-
vandum, & augendum, & secundaria
ad consulendum Monasterii paupertati,
ibi -- *Ut cuncta habeatis, & possideatis
ad Cultum Dei in vestro Monasterio con-
servandum, & augendum, ad vestram
substentationem victus, & vestitus, &
ipsius Monasterii conservationem.* Proin-
deque restringi nequit unio ad tempo- 10
ralia tantùm; imò ex hac causa incre-
menti reddituum fieri etiam uniones
plenarias in temporalibus, & spirituali-
bus,

bus notat *Panormitan. in cap. de Monachis, nu. 15, de Præbend. Rota in Recen. decis. 49, num. 8, vers. officere ; & num. 9, cum seqq. par. 15; in Firmana Jurisdictionis 14 Junii 1689, § Hinc non relevat, coram bon. mem. Rondinino, impress. apud Bertacchin. vot. decisiv. 88, num. 65; & in Neapolitana Unionis 23 Junii 1713, § Nullatenus officiente, coram bon. mem. Molines.*

Denique impugnari nequit dicta Donatio ex capite illegalitatis, cùm illa extracta fuerit ab Archivio Monasterii S. Martini ordinatè retento, & custodito, itaut scripturis in eo existentibus semper habita fuerit, & habeatur publica fides, ut animadversum fuit in actu compulsationis ; & quod æquè urget
11 legalitas dictæ Donationis, nedum recognita aliàs fuit ab Episcopo Aurien. & præcipuè anno 1468, quo tempore in confirmationem, & executionem prædictæ Donationis, devenit ad renovationem unionis Parochialis controversæ Monasterio S. Pelagii, ut infra dicetur; verùm quoque judicialiter approbata reperitur. Anno quippe 1380 ob recursum ab Abbate factum ad Regem Joannem II, concessa fuit Monasterio reintegratio ab Bona in eadem Donatione comprehensa adversus illorum detentores ; & anno 1505 per rem judicatam ex tribus conformibus sententiis exortam, & per Literas executoriales Reginæ Joannæ, idem Monasterium reintegratum pariter fuit ad alia ejus Jura, ac Bona Parochialis de Rozamonde, vigore memoratæ Donationis Regis Alphonsi, rejecta tanquam insubsistenti hac exceptione Illegalitatis, tunc etiam opposita; quod exuberat, ut in medium adduci amplius nequeat, tam si inspiciatur vis,
12 & auctoritas rei judicatæ, quæ tamquam edita in causa status, facit Jus quoad omnes; *Rota, coram Zarat. decis. 23, num. 6; in Cremonen. Beneficii 3 Decembris 1706, § Et sine difficultate, coram Reverendissimo Domino meo Lancetta Decano; & in Compostellana Parochialium 13 Martii 1716, § absque eo quod, coram Ansaldo.* Quàm si animadversio fiat ad dictam reintegrationem, & restitutionem judicialem Bonorum, & Jurium sub
13 donatione comprehensorum, quæ præsefert de illis antiquam Monasterii possessionem, ac ipsius Donationis, & Unionis observantiam; ad *Text. in L. restituere, ff. de verb. signficat. Rot. cor. Buratt. decis. 160, num. 5; & decis. 491, num. 2, coram Bich. decis. 63, num. 2; & in Caven. Jurisdictionis super Territorio separato 13 Junii 1710, § Quinimo, coram R. P. D. meo Falconerio Almæ Urbis Gubernatore.*

Alter titulus Unionis prædictæ resultat ex memorata illius confirmatione facta anno 1648 per Episcopum Aurien. *juxtà donationem, & confirmationem*, sunt præcisa verba, *Serenissimi Imperatoris D. Alphonsi*, eo quòd tunc temporis ex causa Bellorum, quæ in Hispaniis efferbuerunt, occupata fuerant a Nonnullis Ecclesiæ unitæ Bona, & Monasterium redactum reperiebatur in Commendam, ad quod paulò ante, nempè anno 1456, Abbas restitutus fuerat. Ideòque cùm Unio Alphonsi Regis fuerit plenaria in
spiritualibus, & temporalibus, talis eti- 14
am censeri debet Unio hæc Episcopalis, ad illam relativa; *Rota, coram Emerix Jun. decis. 47, num. 4; decis. 535, num. 7; coram Benincasa, decis. 281, num. 10; in Recen. decis. 103, num. 2, par. 17; & decis. 135, numer. 3, part. 18.* Idque ipsum manifestò convincunt verba -- *perpetuò unimus, adunctimus, & incorporamus* -- 15
quibus eadem unio concepta est. Hæc enim verba intelligi sanè nequeunt nisi de unione in spiritualibus, & temporalibus, quæ sola dicitur incorporativa, & reductiva Ecclesiæ unitæ ad Mensam Monasterii, ut firmavit *Rota cor. Zarat. decis. 23, num. 23; coram Emerix Junior. decis. 786, num. 2; in Recen. decis. 49, & seqq. par. 15; & decis. 321, utrobique num. 11, par. 19.* Certiùs quia in ista unione Episcopi assignatur Vicario de- 16
putando certa congrua in quibusdam fructibus dictæ Parochialis de Rozamonde, reservatis aliis Abbati, & Monasterio, ex quo desumitur aliud argumentum Unionis plenariæ in spiritualibus, & temporalibus; *Rot. in citata Compostellana Parochialis 11 Maji 1716, § Plenariam, coram R. P. D. Cerro; & 26 Februarii 1717, § Plenaria, coram Me.*

Nilque turbat, quòd ipse Episcopus Aurien. confirmando donationem, & Unionem Regiam, expresserit, Parochialem Ecclesiam de Rozamonde fuisse vacantem per renunciationem Sancii de Cardamas illius Rectoris, eamque esse de Iurepatronatus Abbatis, & Monasterii. Etenim hæc omnia non sunt incompatibilia cum unione plenaria in spiritualibus, & temporalibus, dum etiam verificantur, licèt minus propriè, in Vicaria, Ecclesia alteri unita, ut de enunciativa
Rectoris monent *Gonzal. ad regul. Can-* 17
cell. 8, gloss. 5, § 3, num. 32; Rebuff. de congrua, sub num. 112; Rot. coram Comitul. decis. 154, num. 6; in Recen. decis. 204, num. 6, par. 2; decis. 184, num. 5, par. 8; in Burgen. Sancti Sepulchri Parochialis 5 Junii 1690, § Prout nec unionem, coram Card. Caprara. De enunciativa *Vaca-* 18
tionis, Rot. cor. Emer. Jun. dec. 269, n. 4; in Burgen. Jurisdictionis super actibus Parochialibus 27 Junii 1715, § Neque subsistit,

sistit,

ſiſtit, coram R. P. D. meo Criſpo; in Compoſtellana Parochialis 11 Maji 1716, § Atque hinc, coram R. P. D. meo Cerro; & in Leodien. Vicariæ de Jemeppe 23 Januarii 1719, § Inſtitutiones, cor. R. P. D.
19 *meo Herrera.* Et de enunciativa *Juripatronatus*, utpotè referibili ad Jus nominandi Vicarium, ratione cujus Abbas dicitur quoquo modo Patronus, & habere Juspatronatus Vicariæ ſuo Monaſterio unitæ; *Tondut. de penſion. cap. 8, num. 5; Rota, cor. Emerix Jun. deciſ. 947, num. 5; in recen. deciſ. 485, ſub num. 21, par. 4, tom. 2; & in Compoſtellana Parochialium 13 Martii 1716, § Conſtabilita, cor. Anſaldo; & 5 Maji 1717, § Minuſque, coram R. P. D. meo Criſpo.* Et in hunc ſenſum relatæ expreſſiones in præſenti intelligendæ ſunt, quia alioquin ſequeretur aperta contradictio, dum Epiſcopus confirmando Donationem Regis
20 Alphonſi, præſuppoſuiſſet in illa unionem Parochialis, & viceverſa prædictas enunciativas in ſenſu proprio proferendo, unionem ipſam directè excluſiſſet, quod ferendum non eſt, ex notatis per *Text. in Clement. 1, de Jurepatr. Rot. coram Carill. deciſ. 270, num. 3; in recen. deciſ. 441, ſub num. 5, par. 5; & deciſ. 330, num. 24, & 25, par. 9.*

Præter unionem factam a Rege Alphonſo, & ab Epiſcopo Aurien. ſan. m. Pontifex Paulus II eodem modo plenariè univit anno 1468, per ejus Bullam controverſam Pasochialem de Rozamonde dicto Monaſterio S. Pelagii in tem-
21 poralibus, & ſpiritualibus, ut legitur in parte narrativa, ibi -- *Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut eamdem Eccleſiam perpetuò unire, adnectere, & incorporare dignaremur* -- cum qua concordat diſpoſitiva, ibi -- *Eccleſiam prædictam quocumque modo vacet, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis dicto Monaſterio, in perpetuum unire, incorporare, & adnectere, &c.* & paulò infrà -- *Volumus autem, quòd ſi unionem, annexionem, & incorporationem hujuſmodi, &c. fieri contigerit, Eccleſia prædicta debitis propterea non fraudetur obſequiis, & Animarum cura in ea nullatenus negligatur, ſed ejus debitè ſupportentur onera conſueta.* Ex hac autem diſponendi methodo induci unionem plenariam in ſpiritualibus, & temporalibus ſuperiùs firmatum fuit *in* § 4, & § 8.

Nec refert, quòd unio hæc Apoſtolica non emanaverit in forma gratioſa, ſed in forma Commiſſaria, quia hæc non minuit ejus ſubſtantiam, quinimò majorem gratiæ firmitatem ſecumfert, ea ſub animadverſione, quòd Exequutor Apoſtolicus, nempè Archidiaconus de Bubala, cui commiſſa fuerat executio dictæ Bullæ, verificato prius coram ipſo *omnia, & ſingula in eiſdem præinſertis Litteris Apoſtolicis contenta, & narrata fuiſſe, & eſſe vera, ac plena veritate fulciri*, ſuam protulit ſententiam pro unione dictæ Parochialis, illiuſque vigore Monaſterium immediatè cœpit
poſſeſſionem Eccleſiæ, omniumque ejus 22
pertinentiarum, & jurium; proptereàque de unione dubitare integrum non eſt, *Garz. de benefic. par. 12, cap. 2, num. 212, & 290; Barboſ. de Jur. Eccleſ. tom. 2, lib. 3, cap. 16, num. 65; Argnell. deciſ. 4, num. 15; in Recen. deciſ. 224, num. 6, par. 11; & in Celſonen. Annuæ præſtationis 5 Maji 1717, § Similique, coram R. P. D. meo Falconerio*; tametſi dicta poſſeſſio capta fuerit, nemine citato, & audito; nam cùm ſententia dicti Executoris prodierit ſervatis ſervandis, & vocatis omnibus, quorum intererat, eamdemque fa-
cultatem tribuerit Abbati apprehenden- 23
di poſſeſſionem Parochialis, ejuſque Bonorum propria auctoritate, utique, pro illa capienda, opus non erat alia citatione; ad *Text. in cap. Paſtoralis de union. & notat Ubert. de citat. cap. 15, nu. 334, verſ. Quintus; Rota in rec. deciſ. 49, nu. 8, par. 15.*

At hæc clariora reddebantur ex obſervantia ſubſequuta dictæ unionis. Quippè anno 1518 ſan. mem. Leo X conceſſit per ejus Breve Abbati poteſtatem continuandi propria auctoritate in poſſeſſione omnium rerum unitarum Monaſterio S. Martini, cui incorporatum jam fuerat Monaſterium S. Pelagii, eamque, quarenus opus foret, liberè apprehendere, ac perpetuò retinere, derogando regulis Cancellariæ, & aliis Conſtitutionibus Apoſtolicis, in cujus Brevis executionem idem Abbas anno 1523, non recedendo, & approbando, ac ratihabendo poſſeſſionem captam Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Rozamonde, iterum illam apprehendit. Anno verò 1556 Joannes Molina Vicarius prædictæ Parochialis Sanctæ Mariæ de Rozamonde ab Abbate deputatus, illam reſignare cupiens, requiſivit conſenſum Abbatis, a quo datus fuit, ut de illa provideretur in titulum Bartholomæus Arubiel Reſignatarius *per queſta volta, e non più*, quemadmodum
evenit. Qui porrò conſenſus habetur lo- 24
co nominationis & deputationis novi Vicarii; *Rota, coram Duran. deciſ. 163, num. 13 coram Priolo, deciſ. 34. num. 8; in rec. deciſ. 230, num 19, par. 19; & in Cremonen. Beneficii 2 Maji 1718, § Non difficiliùs, coram Reverendiſſimo D. meo Lancetta Decano.*

Parvipenſa reſponſione, quòd Ordinarius in actu proviſionis expreſſerit vacationem dictæ Parochialis ex cauſa renunciationis, & fecerit collationem in titulum. Siquidem pro eo, quod attinet
ad vacationem, hæc aliquo modo datur 25
etiam

etiam in Vicariis unitis, ut dictum fuit
in § 9. Expressio verò tituli, neque unio-
nem excludit, cùm successerit pro ea
vice tantùm, juxtà consensum Abbatis,
26 ad quem relativè se habuit Ordinarius,
& cadere possit super solo exercitio Vi-
cariæ, quæ etiam in titulum hoc modo da-
ri possunt; *Rota in Compostellana Paro-
chialis 26 Februarii 1717*, § *Minusque*,
coram Me. Proùt nihil facit, quòd Or-
dinarius nuncupatus fuerit Abbas *Pa-
drone in solido, che è di detta Chiesa*.
Vocabulum enim istud rectè congruit
Abbati, utpotè habenti Parochialem
27 pleno jure unitam proprio Monasterio;
respectu cujus, si novum non est, Ab-
batem appellari Patronum, ad *Text. in
Clement. 1, de Jurepatr.* non absimili ra-
tione dici potest Patronus in solidum,
28 idest unicus, & absolutus, quoque Pa-
rochialis ex vi illius unionis Monaste-
rio, juxtà quam interpretari debent, &
referri actus subsequentes, ut animad-
vertit *Rota, coram Emerix Jun. dec. 947,
num. 4, in rec. dec. 330, num. 24, & 25,
part. 9, in Compostellana Parochialium 13
Maji 1716*, § *Constabilita, cor. bon. mem.
Ansaldo, & in Leodien. Vicariæ de Je-
meppe 23 Januarii 1719*, § *Observantia*,
coram R. P. D. meo Herrera.

Neque officit, quòd idem Bartholo-
mæus Rubiel Resignatarius, qui, ut
mox dictum est, ex gratia Abbatis di-
ctam Vicariam consequutus fuerat, il-
lamque spatio decem annorum posse-
derat, quamvis in præjudicium Jurium
Monasterii obtineri non potuerit, illam
unire Monasterio Monialium S. Pelagii,
reservando sibi considerabilem pensio-
nem; nihilominus anno 1567, inscio Ab-
bate, & tacita expressione unionis,
resignaverit eamdem Vicariam Parochia-
lem favore Gundisalvi Coira tamquam
liberæ collationis cum reservatione an-
nuæ pensionis ducat. 150. Quoniam ha-
bita ab Abbate anno 1576 notitia hujus
intrusionis Gundisalvi in Vicariam, sta-
tim contra eum introduxit litem,
in qua producto dicto titulo unionis
dictæ Parochialis, & prævio examine
plurium Testium formiter examinato-
rum, & deponentium de observantia
29 ejusdem unionis tam de visu, quàm de
auditu ab eorum majoribus, & de per-
ceptione Decimarum, & fructuum Pa-
rochialium, ac de deputatione Vica-
rii pro exercitio curæ, & administra-
tione Sacramentorum cum assignatio-
ne congruæ, quæ omnia sunt si-
gna, effectus, & sequela unionis; *Rot.
in recent. decis. 9, num. 6, & seq. par. 10;
in Lucana Unionis 3 Junii 1707*, § *Nam
quod attinet, coram clar. mem. Card. Prio-
lo, & in Celsonen. Annuæ præstationis 5
Martii 1717*, § *Prout, coram R. P. D.
meo Falconerio*, sententiam a Judice
Conservatore Privilegiorum Monasterii
reportavit declarantem, Parochialem Ec-
clesiam de Rozamonde unitam reperiri
Monasterio, & Gundisalvum, tamquam in- 30
trusum ab ea removendum esse, & te-
neri restituere Monasterio fructus omnes
indebitè perceptos. Cùmque hæc Sen-
tentia transitum fecerit in Judicatum,
magis unionem prædictam, illiusque ob-
servantiam certè confirmat; *Rota in Op-
piden. Beneficii 8 Martii 1703*, § *Præci-
puè, coram Muto; in Majoricen. Benefi-
cii 28 Novembris 1704*, § *Stantibus, cor.
eodem, in Pennen. Beneficii, super perti-
nentia 17 Martii 1710*, § *Ultra quod, co-
ram Reverendissimo Domino meo Aldrovan-
do; & in Compostellana Beneficii 15 Mar-
tii 1717*, § *Porrò, coram Eminentissimo
D. Card. Albano*.

Non subsistente, quòd hæc Sententia,
& Res judicata fuerit nulla, ob defe-
ctum facultatum Judicis Conservatoris,
aut quia prodierit contra Mortuum. Ete-
nim non omittendo, quòd hic non agi-
tur de exequendo prædictam Sententiam,
& Rem judicatam, sed dumtaxat ea af- 31
fertur ad probationem facti, videlicet
unionis, quo in casu attenditur ejusdem
justitia, quæ ex adductis probationibus
satis superque subsistens dignoscitur,
non curata exceptione nullitatis, juxtà
doctrinam *Bartoli in l. Si expressim,
vers. videndum est, ff. de appellat. Ale-
xand. cons. 73, nu 11, vers. Tertiò respon-
deo, lib. 5; Pansmoll. decis. 96, num. 18;
Rota coram Peutinger decis. 18, num. 6, in
recent. decis. 128, num. 2, par. 15; & in
Mantuana Bonorum, 12 Martii 1706*, §
Absque eo quod, coram Card. Caprara;
quæ adversus antiquissimam Sententiam
duorum sæculorum, neque proponi pos- 32
set, ex traditis per *Rot. coram Coccin.
decis. 396, num. 3. coram Merlin. decis.
283, num. 1*. Objectio, quoad utramque
sui partem penitùs tollitur, ea sub ani-
madversione, quòd facultas Conserva-
toris clarè resultat ex Bulla Alexandri
VI, concepta amplissimis clausulis, respi-
cientibus etiam judicialem ejusdem Con- 33
servatoris jurisdictionem; *Barbos. de po-
test. Episcopi, allegat. 81, num. 13; Rota
in recent. decis. 16, par. 2*. Gundisalvum
verò, contrà quem a dicto Conservato-
re, die 10 Octobris anni 1577, lata fuit
Sententia, fuisse tunc defunctum, satis
non probatur ex simplici assertione Pro-
curatoris Petri de Tricio Colligantis,
atque ab eadem Sententia appellantis,
& pro illius validitate cùm stet Juris 34
præsumptio, censendum planè est, la-
tam fuisse, vivente adhuc Gundisalvo;
*Rota in Burgen. Juris visitandi de Bri-
biesca, 22 Junii 1714*, § *Evanida, coram
Eminentissimo D. Card. Scotto; & 11 Ja-
nuarii*

nuarii 1715, § *Frustrà autem*, *cor. R. P. D.*
meo Cerro. Itidemque non obstat, quòd
Gundisalvus non comparuerit, & ad im-
35 pediendam Sententiam fecerit protesta-
tiones, & præventivè ab ea appellave-
rit, quia Sententia ex Collitigantis con-
tumacia robur suum non amittit; *Rota*,
coram Peuting. decis. 317, *numer.* 27; &
coram Benincasa, decis. 352, *num.* 5. Præ-
ventiva autem appellatio, & protestatio
36 impedire apta non est, quòd Judex suam
sententiam valide non proferat, *cap*,
Qui de dolo, & *contumac. in* 6; *Marant.*
in prax. par. 6, *num.* 210; *Gonzal. ad re-*
gul. 8 *Cancellar, in annot. super nullitat.*
num. 74.

Ejusdem irrelevantiæ est litem adver-
sùs dictum Gundisalvum ab Abbate mo-
tam fuisse transacto decennio, & sic
37 contrà triennalem Possessorem. Pos-
sessio enim triennalis, aut decennalis
non suffragatur intruso, qualis per Rem
judicatam declaratus fuit Gundisalvus;
Rot. in recent. decis. 599, *num.* 29 *ad* 42,
par. 4, *tom.* 3; *in Mediolanen. Beneficio-*
rum, 2 *Julii* 1703, § *Cùm de cætero, coram*
bon. mem. Molines; & *in Romana Capel-*
laniæ, 3 *Februarii* 1708, § *finali*, *coram*
Eminentissimo D. Card. Scotto. Imò ve-
38 rò cùm dicta possessio triennalis, &
decennalis tueatur ipsum Possessorem
dumtaxat, & non alium, ut firmavit
Rot. in Hypporegien. Beneficii, 11 *Februa-*
rii 1704, § *Absque eo*, *cum seqq. cor. Ma-*
to; & *in citat. Romana Cappellaniæ*, 3
Februarii 1708, § *finali*, *coram Eminen-*
tissimo D. Card. Scotto; & 14 *Maji* 1714,
§ *Triennalis*, *coram Reverendissimo D. meo*
Lancetta Decano, confundi profectò ne-
quit cum præsenti casu, in quo lis est
contra alium Collitigantem, & Ordi-
narium super statu, & unione Beneficii
39 respiciente petitorium, in quo non alia
attenditur possessio, quàm illa, quæ ejus-
dem Beneficii statum immutare, & præ-
scribere potuerit; *Text. in cap. Cum*, *de*
Benefic. de Præbend. in 6; *Gratian, disce-*
ptat. forens. cap. 574, *num.* 10, & *seqq.*
Tondut. quæst. Benefic. par. 3, *cap.* 166, *n.*
13, & *seqq. Adden. ad Gregor. decis.* 77,
sub num. 12; *Adden. ad Pamphil. decis.*
539, *num.* 6; *Coccin. annot.* 304, *num.* 12,
& *seqq. Rot. cor. Emerix jun. decis.* 550,
§ *final. in recent. decis.* 106, *num.* 4. &
seqq. par. 16, & *in Hypporegien. Beneficii*,
11 *Februarii* 1704, § *Non obstat*, *cor.*
Muto.

Quo posito, nulla vis fieri valet in suc-
cessivis statibus Parochialis provisæ tam-
quam de Jurepatronatus, aut beneficio
libero; quamvis continuatis spatio cen-
tum, & ultrà annorum; nam omnes sta-
tus prædicti fuerunt usque ad hæc tem-
40 pora litigiosi, & contradicti, ut clarum
sit ex singulari illorum enumeratione.
Ideòque ex illis præscribi nequaquam
potuit antiqua Unio tot titulis superiùs
relatis, & re Judicata firmata, *Rot. cor.*
Card. Cerro decis. 414, *num.* 25; *in recen.*
decis. 63, *numer.* 16, *part.* 19; *in*
Mediolanen. Beneficii, 1 *Aprilis* 1707, *co-*
ram Ansaldo; *in Bargen. Jurium Paro-*
chialium, 11 *Decembris* 1716, § *Frustrà*,
coram R. P. D. meo Falconerio, & *notat*
decisio præteritæ Instantiæ, § 11.

Et sanè anno 1577 mortuo Gundisal-
vo, Episcopus, prævia affixione edicto-
rum pro concursu ad dictam Parochia-
lem, supponendo esse de Jurepatronatus
Ecclesiastico, de illa providit Petrum
Tricium ejus Consanguineum, qui in il-
lius possessionem se immisit, atque statim
comparuit coram dicto Judice Conser-
vatore, petendo Apostolos appellationis
adversus sententiam, super unione Pa-
rochialis contra Gundisalvum Anteces-
sorem editam, & per consequens ipse-
met Petrus Tricius statum hunc benefi- 41
cii facto suo litigiosum reddidit, cùm
appellans, & prosequens Judicium An-
tecessoris, faciat omnia acta sua, perin-
de ac si sententia adversùs ipsum ema-
nasset; *Innocent. in cap cum super*, *num.*
6, *versic. attamen*, *de senteat.* & *re judica-*
ta; *Rot. coram Cerr. decis.* 133, *num.* 1; *in*
recen. decis. 288, *num.* 1, & 2, *par.* 9; &
decis. 127, *num.* 6, *par.* 19. Anno 1583,
mortuo jam Petro Tricio, habetur quòd
dicta Parochialis detinebatur a Francisco
de Lovello, ob cujus liberam dimissio-
nem, Episcopus Aurien. illam eodem mo-
do, quo supra, contulit Petro della
Camera, in simplicem tamen Commen-
dam, & uti Oeconomo, reservatis fru-
ctibus futuro Beneficiato, a S. Sede eli-
gendo, ratione vacationis dictæ Paro-
chialis mense Octobris Papæ reservato.
Cùm verò Nullus obtinuerit Provisio-
nem Apostolicam, & contrà Petrum de
Camera, ejusque Oeconomatum Mona- 42
sterium litem prosecutum fuerit, instan-
do pro exequutione prædictæ sententiæ
Conservatoris, clarè patet, statum hunc
fuisse pariter controversum. *Rot. in rec.*
decis. 166, *nu.* 4, *par.* 4, *tom.* 1; *decis.* 416,
num. 2, & *seqq. par.* 4, *tom.* 2; *decis.* 349,
nu. 19, *par.* 17; & *in Faventina Beneficii*,
10 *Junii* 1705, § *Nec obsistit*, *cor. bon.*
mem. Kaunitz.

Successivè, post mortem Petri della
Camera, dicebatur, dictam Parochialem
habuisse anno 1631 quemdam Joannem
Raynaldos, licèt de ejus provisione non
constet, nec quo tempore illa sequuta
fuerit. Constat tamen, quòd eodem an-
no Monasterium prosequutum fuit litem
coram Conservatore, & institit, ob non
prosequutam appellationem, declarari
Causam desertam ad effectum obtinendi
exequutionem Rei Judicatæ contrà ipsum
Ray-

Rainaldos citatum, qui illam, & unio-
nem Parochialis impugnaverat sub ob-
tentu, quòd ea esset liberæ collationis,
& demum recursum habuit ad Regium
Consilium, ut cogeret Conservatorem
admittere appellationem, prout illam
postea admisit. Verùm quia ipse Ray-
naldos non curabat eam prosequi, Mo-
nasterium, prævia terminorum præfixio-
ne, petiit concessionem Literarum Exe-
cutorialium sæpedictæ sententiæ Conser-
vatoris; quæ cùm expediri nequiverint,
ob iteratam appellationem ejusdem Ray-
naldos, eapropter Monasterium, ut ali-
quando huic Liti finis imponeretur, e
re sua putavit, Causam per Breve com-
mitti Canonico Doctorali Ovetensi, a
quo datis Literis Compulsorialibus pro
extrahendis documentis necessariis, ad
causam venit Promotor Fiscalis Curiæ
Episcopalis Aurien. Dum hæc agebantur,
dictus Raynaldos resignavit anno 1657
Parochialem, de qua agitur, in Data-
ria favore Juliani de Lueda ejus nepotis,
contra quem propterea Abbas litem reas-
sumpsit, in qua plures alii actus judicia-
43 les facti fuerunt, ex quorum omnium
serie palam fit, hos duos status fuisse ab
initio usque ad finem litigiosos; *Rota in
recen. decis. 63, num. 16, par. 19; in Me-
diolanen. Beneficii, prima Aprilis* 1707, §
*De reliquo coram Ansaldo; & in Imolen.
Jurispatronatus*, 27 *Januarii* 1710, § *Abs-
que eo quod, coram Reverendiss. D. meo
Lancetta Decano.*

Illudque vitium litigiosi habuisse reli-
quos status, colligitur ex eo, quòd an-
no 1670, cùm, mortuo Joanne Lueda,
possessionem dictæ Parochialis adeptus
fuerit Antonius Cerbela, nescitur an ti-
tulo Apostolico, vel Ordinatio, vel quo
alio prætextu, Monasterium instauravit
veterem litem contra eumdem, & Pro-
motorem Fiscalem Curiæ Episcopalis Au-
riensis, necnon etiam contra Capitulum,
& Archidiaconum Aurien. quemadmo-
dum evenit anno 1684, occasione qua
tunc Parochialis possidebatur per Dida-
cum Roxel de Loxada, cujus favore di-
ctus Antonius Cerbela illam, pendente
lite, subreptitiè dimiserat in manibus
Sanctissimi. Et post nonnulla decreta
hinc inde in Causa facta, tum ab Ordi-
nario, tum ab Archiepiscopo Compo-
stellano Metropolitano, tum a Nuncio
Apostolico, res venit ad Sacrum nostrum
Auditorium, mediante Commissione di-
recta primùm bon. mem. Jacometto, se-
cundò bon. mem. Caffarello, & tertiò
Eminentissimo Domino Cardinali Scor-
to per viam subrogationis Unius in lo-
cum Alterius; coram quo expeditis Com-
pulsorialibus, & Executorialibus Rotali-
bus, fuerunt in Partibus compulsata Ju-
ra, & ultimo loco illi subrogato Reve-
rendissimo Dom. meo Lancetta Decano,
coram eo, die 16 Aprilis anni 1717, re-
solutum fuit, *Constare de unione, etiam
contra Josephum de Castro hodiernum Col-
litigantem*, utpotè quia, defuncto Di-
daco Loxada, ille anno 1714, non sine
vitio nullitatis, & subreptionis conse-
quutus fuit dictam Parochialem ab Or-
dinatio, & a Sancta Sede Apostolica in
spretum hujus Litis non expressæ, quæ 44
a momento, quo contra ejus Antecesso-
res contestata fuit, adhuc durat, & sem-
per pendere dicitur, donec per Rem Ju-
dicatam terminata fuerit; *cap. si is ut lit.
penden. in 6, cap. 1, ubi gloss. verb. pa-
riter finita, de lit. contest. in 6; Panormit.
in Clement. cum lit. penden. num. 3, ut
lit. penden. Rota in Lucana Beneficii*, 22
Februarii 1709, § *Hoc namque, coram
R. P. D. Falconerio.* Idque procedit,
tametsi, propter frequentes fortè Abba-
tum mutationes, aliquando videatur Li-
tem hujusmodi conquievisse. Satis enim
est pro illius continuatione, reassumptam
semel fuisse, & in quolibet statu Paro-
chialis, ac contra singulos illius Occu-
patores, ut supra contestata, præsertim
inspecto jure Canonico, juxta quod in- 45
stantia est perpetua; ad *Text. in cap.
penult. de Judic. Rota coram Royas, decis.*
294, *num.* 14; *coram Priolo, decis.* 15, *n.*
37, *coram Emerix Jun. decis.* 900, *num.*
12; *in recen. decis.* 88, *num.* 1, *par.* 18;
& in Faventina Beneficii, 10 *Junii* 1705,
§ *Minusque, coram Kaunitz.*

Ex his sequitur nequaquam obesse,
quòd Provisi, ut supra, de dicta Paro-
chiali, permanserint in illius possessione
usque ad obitum, quoties illam non re-
signarunt; quia cùm talis possessio, &
status fuerint semper litigiosi, de uno
in alium immutari exinde nequivit præ-
dictæ Parochialis unio, utpote respiciens
petitorium; respectu cujus Possessor liti-
giosus etiam per centum, & ultra an- 46
nos possidendo, nullum Jus acquirit; *Ro-
ta coram Cerro, decis.* 414, *num.* 15; *co-
ram Bich. decis.* 379, *num.* 1; *in recent.
decis.* 742, *num.* 7, *par.* 18; *& in Hispa-
len. Juris sedendi in Synodo*, 21 *Junii* 1697,
§ *In hypothesi, coram Muto; & in Bono-
nien. Beneficiorum*, 11 *Januarii* 1717, §
Neque verò, & 15 *Junii* 1718, § *Qui-
bus, coram R. P. D. meo Crispo.* Paris
irrelevantiæ sunt enunciativæ emissæ in
Visitationibus ab Episcopis Auriensibus,
quòd nempe Parochialis Sanctæ Mariæ
de Rozamonde esset de Jurepatronatus,
& de præsentatione Monasterii. Quo-
niam præter responsionem superiùs tra-
ditam in § *Nihilque turbat*, quòd nem-
pè eædem enunciativæ intelligi debeant
de Patronatu improprio, ad Monaste-
rium pertinente ex causa unionis, ne er-
roneæ dicantur, & meminit decisio præ-

teritæ Instantiæ, § 13. Accedit animadversio, quòd initium sumunt ab anno 1584; & sic pendente Lite inter Abbatem, & ipsos Ordinarios pro tempore,
47 ac Provisos ab illis; unde ex hac etiam ratione nullius roboris reputantur; *Rota coram Buratt. decis. 750, num. 4, in rec. decis. 220, num. 28, par. 17; in Placentina Jurispatronatus, prima Decembris* 1704, § *Finali, coram Omanna; & in Compostellana Parochialis, 11 Maji* 1716, § *Finali, coram R. P. D. meo Cerro.*

Ea verò, quæ hinc inde a Scribentibus deducebantur, quoad deputationem Vicarii, an videlicet ille debeat esse amovibilis, vel potiùs perpetuus, extranea visa sunt ab hodierno dubio, tamquam restricto ad examen unionis plenariæ, quæ cæteroquin haud excluderetur, quatenus etiam ageretur de Vica-
48 rio perpetuo, cùm concurrente unione Parochialis Monasterio in Spiritualibus, & temporalibus, perpetuitas non inducat translationem totius Curæ in Vicarium, sed purum, & simplex ejusdem Curæ exercitium, & relinquat Curam habitualem penès Monasterium, & Abbatem, in qua consistit substantia Unionis, ut tradunt *Turricell. de union. cap.* 11, *num.* 77, *Rot. in rec. dec.* 37, *num.* 8, *par.* 4, *tom.* 1; *decis.* 445, *numer.* 11, *vers. & eodem modo, par.* 5, *tom.* 2; *in Compostellana Parochialis,* 11 *Maji* 1716, § *Nihil detrahit, coram R. P. D. meo Cerro; in Frisingen. Juris deputandi Curatos,* 22 *Junii ejusdem anni,* § *Verum, coram eodem, in Compostellana Parochialis,* 26 *Februarii* 1717, § *Minusque officit, coram Me; in Leodien. Vicariæ de Jemeppe,* 23 *Januarii* 1719. § *Institutiones, coram R. P. D. meo Herrera.* Ad differentiam alterius casus, quo sermo esset de Vicario perpetuo pro Parochiali
49 quoad temporalia tantùm, unita, ut distinguit *Gloss. in Clement. frequens, verb. ad Mensam, de excess. Prælat. vers. quæ patet, Garz. de benefic. par.* 11, *cap.* 2, *num.* 3, *Pignatell. consult.* 157, *num.* 1, & 3, *tom.* 9, *Rot. decis.* 2, *num.* 1, & 2, *de excess. Prælat. in nov.*

Et ita utraque, &c.

R. P. D.

CALCAGNINO

Romana celebrationis Missarum.

Ven. 13 *Junii* 1732.

ARGUMENTUM.

Latè ostenditur, quàm religiosè servandæ sint ultimæ Testatorum voluntates, ubi præsertim agitur de Legatis piis. Et licèt S. Sedes, de plenitudine suæ potestatis, valeat commutare, seu alterare pias Defunctorum dispositiones; tamen si Gratia impetretur, prout in casu Decisionis, tacita veritate, vel expressa falsitate, non sustinetur; maximè si taciturnitas veri, aut falsi expressio difficiliorem reddidisset Gratiam.

SUMMARIUM.

1 *Voluntas Defuncti, tamquam Lex, religiosè ab Hærede servanda est.*
2 *Et illam intervertendo, dicitur, per quamdam speciem furti, rem dispositam contrectare.*
3 *Neque ultima voluntas impleri debet solùm quoad substantiam, sed etiam quoad modum.*
4 *Missarum celebratio, certo in loco ex Testatoris voluntate, perpetuò celebrandarum, non debet ultò transferri.*
5 *Per alterationem ultimarum voluntatum, tollitur solatium illud, quod Legibus placuit morientibus indulgere.*
6 *Hæc tamen intelliguntur, salva Summi Pontificis auctoritate, & num.* 7.
8 *Quæ a Testatoribus in Causam Piam leguntur, sub onere perpetuæ celebrationis Missarum, desinunt esse bona laicalia, & efficiuntur de dominio, seu administratione Ecclesiæ.*
9 *Et habentur tamquam Deo, & Sanctis suis consecrata.*
10 *Iterum autem plenaria administratio ad Pontificem pro tempore spectat, tamquam caput visibile ejus Ecclesiæ, & num.* 11.
12 *Pontifex semper præsumitur ex justa causa moveri, neque idcirco admittitur probatio in contrarium.*
13 *Et habet cœleste arbitrium, etiam ipsi dici non valeat, cur ita facis?*
14 *Observantia perpetua dispositorum in ultimis voluntatibus circa modum, non prodit a Jure Divino, vel naturali, cui dispensari non possit; sed a Jure positivo, & a Legibus civilibus.*
15 *Non potest a Testatore prohiberi, ut aliqua dispositio, commodum spirituale primariò respiciens, Pontificiæ jurisdictioni, & administrationi non subjaceat.*
16 *Hujusmodi facultatem commutandi ultimas voluntates habent etiam Principes laici in rebus, sub eorum dominio, & jurisdictione existentibus.*
17 *Potestas, quam habent Summi Pontifices commutandi pias dispositiones, differt ab illa, quam habent in hac materia Principes Sæculares, & adducitur ratio diversitatis.*

18 De

18 De hujusmodi auctoritate Summorum Pontificum nullatenus ambigendum est.

19 Rescriptum, mendacio impetratum, licèt aliàs Legibus consentaneum, est nullum; & si mendacium sit etiam fraudolentum, potest Impetrans puniri.

20 Impetrato per mendacium rescripto, debet Judex delegatus procedere, non secundùm Impetrantis affirmationem, sed pro tenore veritatis procedere debet.

21 Rescripta, contra Jus elicita, ab omnibus Judicibus retractanda sunt, nisi forte sit aliquid, quod non lædat alium, & petenti prosit.

22 Impetrans Literas Apostolicas, tacita veritate, vel suggesta falsitate, illarum commodo prorsus caret.

23 Neque circa id discrimen est inter rescripta Gratiæ, & rescripta Justitiæ.

24 Tam veri taciturnitas, quàm falsi suggestio nullam reddit Gratiam.

25 Præsertim quando alterutra difficiliorem Papam ad Gratiam reddidisset.

26 Sepulcra debent esse ab Altare distantia.

27 Eligens sibi in aliqua Ecclesia sepulturam, censetur ibidem præelegisse suum post obitum domicilium, & numer. 29.

28 Cùm Testator jubet aliquod in foro fieri, id peragendum intelligitur in foro ejus domicilii, ratione affectionis ad illud.

30 Ubi perpetuæ Missæ celebrandæ demandantur absque specificatione Ecclesiæ, celebrari debeat in Ecclesia sepulcrali.

31 Ecclesia ista, tamquam magis correlativa ad Animam defuncti, prædilecta censetur.

32 Et sicuti sustinet servitutem sepulturæ, ita quoque commodum celebrationis Missarum sentire debet.

33 Obreptionis vitium inducitur, si taceatur id, quod Pontificis voluntatem a concessione Gratiæ retrahere potuisset.

34 Non creditur impetratum a plenaria, & absoluta Principis voluntate, cùm in aliquo negocio veritas reticetur.

35 Anima defuncti, meritis, & intercessione adjuvatur illius Sancti, in cujus Ecclesia corpus suum recondi voluit.

36 Contristantur Animæ defunctorum, cùm vident se fraudari præoptato in vita suffragio.

37 Nullum datur pro Animabus Purgatorii majus, atque uberius suffragium, quàm Sacresanctum Missæ Sacrificium.

38 Quoties non agitur de jure quærendo, sed de jam quæsito, non solet a Pontefice derogari.

39 Translatio Missarum de una Ecclesia ad alteram, denegari solet, ubi agatur de Missis perpetuis, quæ a Testatore inibi sepulto, pro ejus Animæ suffragio relictæ sint.

40 Circumstantia Ecclesiæ sepulcralis non operatur, ut hæres adigatur ad ibi celebrare faciendum Missas, a Testatore relictas, vi coactiva, sed directiva, ratione scilicet directivæ honestatis.

41 In qualibet Ecclesia sequatur implementum, semper pius disponens obtinet totum id, quod ei in executionem illius ultimæ voluntatis debetur.

42 Præsertim quando Missæ relictæ ad Altare privilegiatum transferuntur, cùm ita pinguius voluntati defuncti consulatur.

43 In quibus casibus procedat conclusio posita sub num. 41.

44 Argumentum a pinguiori implemento locum non habet in iis casibus, in quibus certa, ac determinata disponentis voluntas præfinita est.

45 Juri alteri quæsito derogare voluisse concedens non præsumitur.

46 Onus, impositum hæredi, intelligi potest, quòd sit personale ad illius vitam, non autem perpetuum.

47 Per venditionem Capellæ transfertur tantummodo improprium, atque usuale illius dominium, ratione materialium, pretio æstimabilium.

48 Et remanent Legata pia, contemplatione illius determinatæ Ecclesiæ facta.

49 Non omne Legatum Missarum pernecesse importat suffragium pro Anima Testatoris, licèt aliàs id præsumatur.

50 Quando Ecclesiæ nominatio stat demonstrativè tantùm, tunc de facili permittitur Missarum celebratio extra illam.

51 Ad hoc, ut rescriptum non sortiatur effectum, sufficit, quòd, si veritas narrata fuisset, Pontifex difficiliùs concessisset, aut verisimiliter non concessisset.

52 In pari Causa, potior est favor Testatoris, & quæsitum jus Legatarii, quàm Hæredis contra ipsius Testatoris votum petentis.

53 Gratia ex defectu voluntatis concedentis, ipso jure nulla censetur.

54 Expressa disponentis voluntas pro Lege servanda est.

55 Relicta a Testatore celebratione Missarum in aliqua Ecclesia, tenetur Hæres ad solvendum id, quod pro consumptione Sacrarum supellectilium debetur.

56 *Quod quis facto jam approbavit, amplius impugnare non valet.*

57 *De natura subrogationis est, ut qualitates subrogantis induat, & omnia illius onera in se recipiat.*

58 *Onus in una parte a Testatore injunctum, repetitum censetur etiam in altera.*

DECISIO XXII.

BEatissimo Padre -- *La Contessa Giustina Ginevra Baldinotti di Carpegna, Oratrice Umilissima della Santità Vostra, prostrata a suoi Santissimi piedi divotamente rappresenta, come la Marchesa Ghezzi Baldinotti nel suo ultimo Testamento obligò detta Oratrice sua figlia, & erede di far celebrare una Messa quotidiana nella Chiesa di San Gio. de Fiorentini di Roma, fin tanto che dall' Oratrice fossero ricuperati alcuni crediti ad essa Testatrice spettanti; dopo la qual ricupera ne ordinò la compra di Luoghi 14 di Monti in credito della Cappella Baldinotti, esistente nella Chiesa suddetta. E perchè i Creditori del Duca Baldinotti, il quale ha eretta la suddetta Cappella, hanno giudizialmente ottenuta la vendita d' essa Cappella, la quale passerà in breve ad altra famiglia, e così mancherà il motivo, che ha indotto la Testatrice ad ordinare la celebrazione della Messa quotidiana nella prefata Cappella, e Chiesa. Supplica per tanto la Santità Vostra di volerle concedere la facoltà di far celebrare la suddetta Messa nella Chiesa di S. Pantaleo delle Scuole pie di Roma all' Altare privilegiato, dove l'Eminentissimo Gaspare di Carpegna ha lasciato nella suddetta Chiesa due Messe la settimana in perpetuo, ove ha l' Oratrice una particolar devozione. Che della grazia, ec. Die 22 Jun. 1729, ex Audientia Sanctissimi. Sanctissimus Annuit, ut petitur.*

Paulò post anima san. mem. Benedicti XIII, in cælestem Patriam reversa, cùm Deus Opt. Max. regimini suæ universalis Ecclesiæ præfecerit S. D. Nostrum feliciter regnantem, Venerabilis Ecclesia S. Joannis inclytæ Nationis Florentinorum Urbis adversùs præmissas preces conquesta est, ideoque obtinuit delegari cognitionem R. P. D. Furietto Locumtenenti Eminentissimi Vicarii super exposita nullitate d. rescripti ex capite obreptionis, & subreptionis; qui post cribrata utriusque competitoris momenta, relaxavit Mandatum de gravando pro coactiva celebratione; & per definitivam sententiam pronunciavit nullum, & inexequibile præfatum san. mem. Benedicti XIII rescriptum, pro impedienda celebratione dictæ Missæ quotidianæ in eadem Ecclesia Sancti Joannis, ac pro solutione utensilium Sacristiæ ejusdem Ecclesiæ ad formam Testamenti dictæ Marchionissæ Marthæ Baldinotti. Verùm præfata Justina, credens se nimium læsam fuisse, obtinuit in Sacro nostro Auditorio ulteriorem negocii cognitionem, prævia commissione mihi directa, ad cujus tramites suscripsi dubium -- *An Mandatum Eminentissimi Vicarii sit exequendum* -- quo DD. meis exhibito, responsum desuper -- *Affirmativè*.

Pro hujusmodi judicio ferendo habita præ oculis fuit dispositio Marthæ Antoniæ Ghezzi, Matris prædictæ Oratricis, quæ post sibi præelectam sepulturam in Monumento ejus Viri, in dicta Capella præexistente, ita disposuit -- *E sopra le porzioni a me Testatrice spettanti sopra le suddette eredità fraterna, paterna, e materna impongo il peso di comprare 14 Luoghi di Monti Camerali liberi, e non vacabili, sotto il nome della Cappella di S. Zenobio, nella Chiesa di San Gio. de' Fiorentini; ed il loro bimestrale frutto, per la somma di scudi 36 annuali, sia perpetuamente obbligato alla celebrazione d' una Messa quotidiana in essa Cappella, coll' elemosina manuale d' un giulio per Messa al Sacerdote, che la celebrerà in suffragio dell' anima mia, delli miei genitori, del detto mio Fratello, del Duca mio Marito, e Contessa mia figlia, quando la Maestà Divina li chiamerà all' altro Mondo; ed il residual fruttato di essi Monti, dedottane la mancia di Natale, resti a beneficio della Sagrestia di essa Chiesa per gli utensili di essa Messa quotidiana; e fintanto che non si saranno ricuperate le dette mie porzioni ereditarie per lite, o per concordie cogli altri Coeredi, essa Contessa mia figlia, ed erede, col frutto della mia dote farà giornalmente celebrare nella suddetta Chiesa essa Messa di suffragio.*

Ex quibus verbis apprimè colligitur ex dicto Pontificio rescripto citra sinceram concedentis voluntatem hæc tria prodire, nempè certæ voluntatis Defunctæ interversionem, læsionem rationis honestatis, & demum tertii præjudicium. Siquidem palam est, Testatricem voluisse celebrationem Missæ perpetuæ in Capella S. Zenobii, existente in Ecclesia S. Joannis; quæ voluntas ab hærede jam pro tempore executa, & in posterum servari debuit, prout Jus Cæsareum præscribit: disponat Testator, & erit lex § *disponat, auth. de nupt. coll. 4, l. cum quæstio, ff. de Legat. l. ex facto, § Verum, ff. de hæred. instit. l. is, ff. de condit. & demonstr.* ibi -- *In iis, quæ extra Testamentum incurrunt, possunt res ex bono, & æquo interpretationem capere; ea verò, quæ ex ipso testamento oriuntur, necesse est secundùm scri-*

scripti juris rationem expediri , hoc est
secundùm scripturam Testamenti ; & in
auth. de sanc. Episc. § Sed hoc præsenti ,
vers. final. & latè Sarmicut. lib. 1 select.
cap. 8, signanter num. 22.
Quodque & Jus Pontificium summè
commendat, præcipuè in *Clem. quia con-*
tingit, de Religiof. Domibus, cap. non qui-
dem 3 de Testam. ibique eruditè *Gon-*
zalez, num. 7, cap. si hæredes jussu 6, nu.
6, eod. titul. Quilibet enim testamenti fa-
ctione non carens, potest gentium , &
civili jure , prout sibi placuerit , liberè
de rebus suis disponere, absque eo quòd
a nemine, quod ipse jusserit , interver-
2 tatur; vel ab eo, quòd in liberum am-
plius non redit, arbitrium auferatur. Nam
aliàs quodammodo per speciem furti di-
versa rei dispositæ contrectatio fieret;
Text. iul. Legatum , ff. de administr. re-
rum, ibi -- *Legatam municipio pecuniam*
in alienam rem, quam Defunctus voluit,
citra Principis authoritatem non liceat .
Qui quidem favor servandæ fidei de-
fideriis morientium , non solùm obtinet
pro integra dispositi substantia , sed eti-
am pro injuncti modi observantia , ne de
3 uno in alterum conversio , seu transla-
tio rei legatæ sequatur; proditum quip-
pe est nec a Tiberio impetrari potuisse,
ut pecunia legata Trebianis in opus no-
vi Theatri ad munitionem viæ transfer-
retur, ut scribit *Suetonius in Tiberio*, &
ad rem notavit *Covarr. var. resol. lib.*
3, cap. 6, num. 6, ver. quarto; ac In
specie de Legato Missarum perpetua-
rum certo loco ex voluntate defuncti
4 celebrandarum, quòd hujusmodi celebra-
tio in diverso fieri non debeat loco, tra-
dunt *Navarr. in Manual. cap. 25, num.*
134. ad fin. Gratian. discept. forens. cap.
73, num. 4, latè Cevallos, quæst. 686, n.
6, latè Petrus de Ubald. de Canonic. Epi-
scop. & Parochial. cap. 7, numer. 39. &
seq. impressa inter tract. mag. tom. 15, p. 2.
Ex ipsa namque Testamenti factione
defunctus potitur jure quæsito ad manu-
tentionem ejus ultimæ voluntatis in sua
specifica forma. Per alterationem verò
ejusdem, hoc jure sibi debito fraudare-
tur, nec esset amplius ultimæ volunta-
tis solatium, quod & præcipua æquita-
tis ratio, & summum Reipublicæ bo-
5 num morientibus placuit relinquere *leg.*
prima C d. de Sacr. Eccles. leg. Si pars,
ff. de in offic. Test. in conditionibus , ff.
de condit. demonstr. leg. Vel negare, ff.
quemad. test. aper. Bald. in auth. sed cum
testat. num. 1, Cod. ad leg. Falcidiam ,
leg. Legatum ff. de administr. rerum ad
civit. pertinen. Gloss. in cap. Tua nobis,
Verb. voluntatem, de Testam. Gonzalez lo-
co supracit. cap. 3, num. 7, & cap. 6, n.
6, tit. de Testam.
Quamquam enim a prælaudatis juri-
bus allegetur hæres, ut pro libito suæ
voluntatis defuncti vota nequeat per-
vertere, nihilo tamen minus in thema-
te haud competere excipiebatur Eccle-
siæ S. Joannis actionem reposcendi per-
petuæ Missæ celebrationem in ejus Ca-
pella S. Zenobii ; eo quia ex authorita-
te Pontificii rescripti celebratio in alte-
ra Ecclesia S. Pantaleonis translata fuit,
quòd ritè fieri potuit, cum pronunciata
interdicta de non commutandis, seu al-
terandis defunctorum piis dispositioni-
bus intelligantur, salva Summi Pontifi- 6
cis authoritate, ut perspicuè disponitur
in præcitata *Clemen. cum contingit, de*
relig. Domibus ibi -- *Cùm tamen ea , quæ*
ad certum usum largitione sunt destinata
fidelium , & ad illum debeant , non ad
alium , salva quidem Sedis Apostolicæ au-
ctoritate converti .
Itaut apud Canonistas , & Theologos
crebior invaluit Sententia hujusmodi po-
testatem , & usum collaudans , ut notat 7
Gloss. in dicta Clement. verb. Sedis Apo-
stolicæ , & ibi Abbas, verb. solus Papa ;
ibidem Cardinalis, in 2, apost. numer 9;
Vitalin. ibid. num. 111, & 113, & seq.
& Covarr. num. 9; Petrus de Ubaldis, c.
7, num. 37, prope fin. tract. de Canonic.
Episcop. & Paroch. impress. in tract. ma-
gn. tom. 15, par. 2; & idipsum præsuppo-
nitur in cap. Quod translationem de Of-
fic. legat. cap. ex multiplici, de decimis;
Clement. dudum , § Nos etenim de sepultu-
ris ; & tradunt Felin. in cap. cùm acces-
sissent; num. 17, in fin. de constit. Abbas
in cap. Nos quidam, numer. 6, de condit.
appos. Perez. de Lara, de anniversar. lib.
primo, num. 11; Fagnan. in prima part.
3 decretal. cap. Significatum, de præben.
num. 16; idem in 2 part. 1 decret. cap.
Perniciosum, de Offic. ordin. num. 57; Ge-
min. cons. 63, in princ. Ancharan. cons.
282, in princ. Alex. cons. 2, numer. 19,
vers. præterea, lib. 1; Bald. cons. 19, nu.
2, in fin. lib. 6; Federicus de Senis, cons.
191, num. 4; Roman. cons. 368, num. 27;
Oldrad. cons. 61, in fin.
Ea præsertim suadente ratione, quia
quæ a Testatoribus in causam piam le-
gantur sub onere perpetuæ celebratio-
nis Missarum , desinunt esse laica bona ,
atque efficiuntur de Dominio, proprieta- 8
te , seu administratione Ecclesiæ *capit.*
Conquestus , & ibi Gloss. final. de for.
competen. habenturque tamquam Deo , &
Sanctis suis consecrata ; *can. injustum de* 9
rer. permutat. Istorum verò plenaria ad-
ministratio ad Pontificem pro tempore ,
uti caput visibile ejus Ecclesiæ, spectat ; 10
ut latè, & eruditè *Fagnan. in part. 2,*
lib. 3 Decretal. cap. relatum tit. ne Cle-
rici, vel Monachi, a num. 16, cum pluri-
bus seqq. Innoc. in cap. cum super , numer.
3, de caus. possess. & propriet. & in cap.
Verum

Verum, num. 2, de foro competen. Debito
proinde jure oportet illa omnimodæ ju-
risdictioni, ac supremæ administrationi
11 Pontificiæ subesse, ut præceteris nota-
vit Paulus de Castro, cons. 288, num. 3;
Covar. var. resol. lib. 3, cap. 6, post n.
7, vers. sed Juris consultus; & latè Fa-
gnan. in præcit. cap. Significatum, num.
24: idipsum probat in prima parte de-
cretal. cap. Nos quidem, de Testam. nu.
36, ubi & concordan.

Semper quippe Pontifex præsumitur
ex justa causa moveri, ideoque nec ad-
12 mittitur probatio in contrarium; Roman.
cit. cons. 368, num. 28, ubi concord. Gi-
gas in tract. de pension. quæst. 35, num.
7, Fagnan. in prima part. 3 Decretal.
cap. nos quidem, de Testam. num. 36, vers.
Quin imo, Gulielm. de Mont. in Cle-
ment. quia contingit, de relig. domib. Petr.
de Ubald. in tract. de port. Canon. &
Episcop. ante numer. 28, vers. Respondeo;
Monet. de commutat. ultim. volunt. cap. 5,
num. 152, & seq. Hojed. de incompat. be-
nef. part. prima, cap. 19, num. 18, & Ca-
nonistæ in subjecta materia tenent, quod
Pontifici insit cæleste arbitrium, juxta
Glossam in cap. Quanto, de translat. Episc.
lit. G, Verbo -- Veri Dei -- nec ipsi dici
13 possit -- cur ita facis? -- cap. ad Apsto-
lica, de re Judic. cap. in memoriam, dist.
19. de pænit. Bartholomæus Soccin. Sen.
Consil. 13, n. 28, vers. quia, tom. primo;
Castren. cons. 415, num. 6; Fagnan. in 2
parte libri primi decretal. d. cap. Quan-
to, de Translat. num. 47, vers. Quamvis.

Neque id grave videri debet, ex quo
testamenti factio sit de Jure gentium, at-
que civili. Hæc enim observantia per-
petua dispositorum circa modum non
14 prodit a Jure Divino, vel naturali, cui
dispensari non possit, sed quidem a Ju-
re positivo, seu a legibus civilibus, ut
ponderat Card. De Luc. in relat. Curiæ
Roman. disc. 20, num. 15, cum seq. tali-
ter ut prohibitio commutandæ volunta-
tis a Principe in ejus elogio per Testato-
rem demandata cassa, & irrita haben-
da esset, utpote adversativa juri Cano-
15 nico, & Divino. Quòd scilicet detur
aliqua dispositio commodum spirituale
primario respiciens, quæ jurisdictioni, &
Administrationi Pontificiæ non subsit,
ut latè prosequitur Fagnanus in præcit.
cap. Nos quidem, de Testam. num. 41, cum
pluribus seqq. & idem Fagnan. in 2 par-
te lib. 3 decretal. in cap. relatum ne
Clerici, vel Monachi, n. 39; Bero, cons.
49, num. 10, & per tot. lib. 2; Bald. con-
sult. 82, num. 1, & 2, lib. primo; Petrus
de Ubald. in tract. de Canonic. port. Epi-
scop. cap. 7, num. 38.

Eoque minus de hac Pontificia Pote-
state ambigendum est; quia sicuti Qui-
ritum, & Cæsarum jura hujusmodi po-
testatem cæteris Principibus tribuerunt
in laicalibus rebus spectantibus eorum 16
Dominio, & jurisdictioni; Leg. Legatum,
ff. de Administrat. Rerum ad Civit. per-
tinen. Bald. in Leg. Gallus, § Et si tan-
tum, num. 146. ff. de liber. & post idem
in leg. si testamenta, in fin. Cod. de Te-
stam. Pinell. in rubric. de rescinden. ven-
dit. part. 1, cap. 3, num. 19, Decius, con-
sult. 357, num. 5, Soccin. jun. cons. 55,
num. 3, volum. 2, Cephal. consult. 111,
num. 38; Berous. cons. 43, num. 4, tom.
2; Cravetta, cons. 296, num. 7, lib. 2;
Laudens. de privil. § 22, Molin. de pri-
mog. lib. 1, cap. 8, num. 31; Peregrin. de
fideicom. artic. 52, n. 125, & seqq. Monet.
de commutat. ultim. volunt. cap. 6, concl.
2, num. 29. Ita potiori jure tribuendum
est Summis Pontificibus in piis dispositio-
nibus; quarum substantia cùm sit pietas
erga Deum pro Animarum suffragio, hinc
parum refert, an quòd accidentalis va-
riatio contingat per commutationem u-
nius in alterum modum, dum eadem
prospecta erga Deum servatur ratio, ea- 17
demque remanet dispositi substantia,
quòd in Principibus Sæcularibus longè
diversum est, ut non immeritò quoad
istos exorbitans dijudicetur actus, uti
optimè distinguit Card. De Luca in Re-
lat. Romanæ Curiæ, citat. disc. 20, n.
16, & seqq.

Quamquam verò de prælaudata Sum-
morum Pontificum auctoritate ambi- 18
gendum non sit, ut in specie profiten-
tur Fagnan. in 2 par. lib. 3 Decretal.
cap. Relatum, num. 40 in fin. vers. quo cir-
ca dubitare; Gemin. cons. 63, in princ.
Nihilominùs quanta excelsa, & sublimis
sit Principum auctoritas, adhuc ista de
per se tantùm non facit, ut quæ eorum
rescriptis mandata sunt, irrevocabiliter
debeant esse mansura, dum Ipsimet Cæ-
sares, summique Pontifices jure sanxe-
runt, quòd si legibus consentaneum Sa- 19
crum Oraculum mendax Precator at-
tulerit, careat penitùs impetratis; & si
nimia mentientis inveniatur improbitas,
etiam severitati subjaceat judicantis, ita
Imperatores Theod. & Valentinus in leg.
& si legibus, C. si contra jus, vel utilit.
publ. sive in juris narratione mendacium
reperiatur, sive in facti, sive in tacen-
di fraude. Pro tenore veritatis, non 20
deprecantis affirmatione, datum Judi-
cem cognoscere debere, & secundùm
hoc de Causa convenit ferendam esse
sententiam, decrevit Constantin. Imper.
in leg. præscriptione, C. eod. tit. idem, in leg.
non damnosa, C. de prec. Imper. offeren.
& prælaudati Theodotus, & Valentinus
in leg. rescripta, C. eod. titul. rescripta 21
contra jus elicita ab omnibus judicibus
retractanda esse voluerunt, nisi fortè sit
aliquid, quòd non lædat alium, & pro-
sit petenti. Id

Id ipsum decrevere Summi Pontifices,
22 ut supplicantes tacita veritate, vel sug-
gesta falsitate, carere debeant commodo
literarum, ut signanter Alexander III *in*
c. Caterum 3, *de Rescript. in 6*; *Innocent.*
III in cap. super litteris, eod. tit. & ibi la-
tè Gonzalez, lib. 1 *decretal. a numer.* 1,
23 *cum pluribus sequen.* ubi & probat, nul-
lum intercipiendum esse discrimen
inter Rescripta justitiæ, & gratiæ, ut
videre est *num.* 8, *& seqq. ibique Con-*
cordan.

Ex quibus proindè juribus constat Prin-
cipum authoritatem parum esse, ni ex
veritate precum simul concedendi pro-
betur plena, & determinata voluntas,
quæ precibus adeò nititur, ut citra ea-
rum integram veritatem obreptio, vel
24 subreptio exoritur, quarum alterutra
ipso jure concessiones, seu gratias an-
nullat, & irritat; *cap. dudum, il* 2, *vers.*
insuper, de election. cap. porrecta, de re-
scriptis; *& ibi Innoc. Joann. Andreas in*
cap. Audientiam, il 2, *de rescript.* præser-
tim ubi tacitum, vel falso expressum
25 difficiliorem Papam ad gratiam reddidis-
set, *cap. postulasti, de rescript. & cap.* 2, *in*
fin. de filiis presbyt. Calderin. cons. titul.
de præsumpt. cons. 2, *per tot. Rota in Ala-*
trina Reintegrationis, 1 *Februar. proximè*
elapsi coram R. P. D. meo Corio, § *Totum*
adhuc, *ubi concordan.*

Qua de re dicti supplicis libelli, &
præfati Testamenti insimul collatis, ver-
bis loculpes obreptionis, & subreptionis
probatio inventa est. Narravit quippe
obligationem sibi a Testatrice injun-
ctam, ut in Ecclesia S. Joannis Florenti-
norum de Urbe in Capella Ducis Bal-
dinotti ejusdem Viri, quotidianam Mis-
sam celebrari curaret: verùm quia di-
cti Ducis patrimonium pro creditoribus
sub hasta positum erat, idcircò de
proximo ipsa quoque Capella in ex-
traneum licitatorem perveniret, ideo-
que deficeret ratio motiva, ob quam
Testatrix celebrationem præfatæ Mis-
sæ præceperat; proindeque rogabat
ut in Ecclesia S. Pantaleonis de Urbe
ad Altare Privilegiatum prædicta cele-
bratio transferretur; quo loco ipsamet
Precatrix peculiari ferebatur devotione.
Testatrix verò in prædicto ejus testamento
jusserat, suum Cadaver sine funebri pom-
pa in dicta Ecclesia, absolutis exequiis,
tumulari in ejusdem viri familiari Ca-
pella S. Zenobii; ac comparanda esse
quatuordecim loca Montium libera, non
vacabilia, nomine d. Capellæ, ut pro
annuo redditu fcutorum 36 obnoxia es-
sent in perpetuum pro celebratione Mis-
sæ quotidianæ de suffragio ejus animæ,
Genitorum, Filiæ, Fratris, & Viri: quod-
que superesset de dicto redditu locorum
Montium, cederet Sacristiæ dictæ Ec-
clesiæ commodo.

Apprimè igitur constat supplicantem
tacuisse existens in dicta Capella familia-
re Sepulcrum ab Altare distans, ut præ- 26
scribunt *Sacri Canones, cap. percipiendum,*
dist. 13, *quæst.* 2; *Gonzalez, in cap. Fra-*
ternitatem, de sepult. num. 5; ac in d. Se-
pultura Testatricem se tumulari jussisse, 27
quasi suum post obitum ibi prælegisset
domicilium, juxta illud psalmistæ: *Se-*
pulchra eorum, domus eorum in æternum;
Bernard. Lamy apparat. biblic. lib. 1, *cap.*
14, § *In pavimento, vers. fin.* atque pro-
fana, & Ecclesiastica eruditione latè
exornat *Gonzalez, in lib.* 3 *Decretal. c.*
1, *tit.* 28, *de Sepult. num.* 5, *cum plurib.*
sequen.

Quod si utrumque Pontifici Precatrix
narrasset, non ita de facili gratiam ob-
tinuisset; ex quo Sanctissimus Pontifex
in mentem revocasset *Jaboleni* responsum,
in l. qua conditio, ff. de condit. & demon-
strat. ubi Baldus, num. 1, edocet, quòd
ubi fit mentio de foro, in dubio intelli-
gitur de foro Domicilii, ideo cùm Te-
stator jubet aliquid in foro fieri, in ejus 28
municipii foro peragendum esset, impel-
lente affectionis ratione erga Domicilii
forum, *Roman. consul.* 408, *num.* 4, *& seqq.*
Rota decis. 574, *num.* 17, *& seqq. par.* 5
recent. tom. 2, & ad rem egregiè nota-
vit *Panormitan. cons.* 99, *num.* 4, *in fin.* 29
lib. 2, *& num.* 5, *ibi* – *cùm ibi elegerit*
quodammodo domicilium post mortem – *Por-*
tell. in dub. regular. tom. 1, *par.* 2, *cas.*
19, *num.* 1, *vers. videlicet*; *Barbos. de ju-*
re Eccles. lib. 2, *cap.* 10, *num.* 33, ubi
quod sepultura inter mortuos compara-
tur domicilio inter vivos; *Pasqualig. de*
Sacrific. nov. leg. quæst. 1007, *num.* 3.

Tanti enim ponderis est circumstantia
familiaris Sepulchri, ut ubi perpetuæ
Missæ absque specificatione Ecclesiæ fue-
rint, utique in sepulcrali Ecclesia cele- 30
brari debent, ut probat præcitatus *Ab-*
bas, cit. cons. 99, *fere per tot. lib.* 2; *Ro-*
man. cons. 408, *num.* 5; *Pasqualig. de*
Sacrific. nov. leg. quæst. 1010, *numer.* 6;
& seq. Ròdiquez, quæst. moral. tom. 4, *cap.*
15, *verb. missa, num.* 3; *Capon. discept.*
forens. discept. 196, *num.* 20, *tom.* 3; *Al-*
phons. de Leo, de Offic. Capel. quæst. 5,
sect. 2, *num.* 29; *Portell. dub. regular. verb.*
miss. num. 13; *& respons. moral. par.* 2,
casu 19; *Murg. de Sepult. tract.* 8, *disp.*
2, *sess.* 2. *dub.* 31, *num.* 1, *& seq. Ad-*
vocat. Ursaya discept. Eccles. tom. 7, *par.*
2, *discept.* 28, *num.* 11; *Rot. dec.* 494,
num. 3, *coram Cavaler.*

Idque obtinuit, tum quia illa Eccle-
sia supra cæteras, utpote magis correla-
tiva ad animam defunctæ, prædilecta cen- 31
setur, ut ad rem ponderant *Marant.*
resp. 4, *per tot. n.* 102, *& seq. Ventri-*
gl. in prax. quæst. 2, *annot.* 28, § 1, *n.*
54, *vers. conject. Tiraquel. de privileg.*
pia

piæ Cauſ. quæſt. 17, *in princ. numer.* 16,
verſ. vel ſi in altera; Mantic. de Conject.
ultimar. volunt. lib. 8, *tit.* 9, *numer.* 6,
verſ. Sed advertendum, in fin. Paſqualig.
quæſt. moral. 238, *verſ. finem*. Tum etiam
quia ſummæ æquitatis ſuadet ratio, ut
illa Eccleſia, quæ ſuſtinet ſervitutem
ſepulturæ, exinde celebrationis Miſſarum
32 ſentiat commodum, ut proſequitur *cit.*
Marant. num. 101; *Bordon. de leg. cap.* 1,
num. 101, *in fin. Amoſtaz. de Cauſ. piis,*
lib. 1, *cap.* 11, *num.* 22, *in fin. Ventrigl.*
in prax. par. 2, *annot.* 28, § 1, *num.* 36;
Paſqualig. de Sacrific. nov. leg. quæſt.
1000, *num.* 3.

Cùm itaque in oblatis a ſupplicante
precibus hæc circumſtantia reticita fue-
33 rit, quæ Pontificis voluntatem a conces-
ſione retrahere potuiſſet, obtentum re-
ſcriptum obreptionis vitio inficitur; *cap.*
ad aures 8, *tit. de reſcript. cap. cum olim*
12, *& cap. inter, de re judicat. cap. quæ-*
ritur 22, *quæſt.* 2; non enim creditur im-
petratum a plenaria, & abſoluta Prin-
34 cipis voluntate, cùm in aliquo negotio
veritas reticetur, ut notant Canoniſtæ,
ſignanter *Decius, Felinus, Cauſius in*
cap. ſuper literis de reſcriptis; Geminian.
conſ. 82, *num.* 13, *cum duob. ſeqq. Rota*
in Ravennaten. penſionis, ſuper aperitione
Oris 27 *Januarii* 1726, § *Primo, quòd &*
in Averſana Capellaniæ, 28 *Junii ejuſ-*
dem anni, § *Fuiſſe, utrobique, coram Me.*

Tacuit itidem, quòd ibi Teſtatrix hu-
mata erat; quòd ſi narratum fuiſſet Pon-
tifici; eò difficiliùs translationem Miſſæ
in alteram Eccleſiam conceſſiſſet, ſeu ve-
rius ob eruditionem Eccleſiaſticam, qua
maxime præditus erat, illam denegaſ-
ſet. Quia ejus piiſſimo animo, licèt mu-
nificentiſſimo, recogitaſset prodeſſe cui-
que poſt mortem, ejus Cadaver apud ali-
cujus prælecti Sancti officioſa pietate
recoli, hocque pacto quæſitam opitula-
tionem in precibus Sacerdotis, quæ Deo
Optimo Maximo ad ejus Altare fundun-
tur, ſicuti Eccleſiæ univerſæ commen-
dat votum, ita Summi Pontificis appro-
baſſet authoritas; ipſa enim ſepultura,
35 ubi corpus jacet, & recordantis, & pre-
cantis affectionem excitat, dictorumque
Sanctorum meritis defuncti adjuvatur
anima; & hoc, quod ita juſtè, ac piè
Teſtatrix credidit, ſupplicatio quædam
fuit, adjuvans Defuncti ſpiritum, non
autem corporis locum, juxta notata
in l. 3, *cod. Theod. tit. de Sepultur. vio-*
lat. & plura eruditè refert Gonzalez, lib.
3 *Decretal. tit. de Sepult. cap.* 1, *num.*
1, *verſ. final. & num.* 6.

Itaut (ſi id ſincere expreſſum fuiſset)
Summum Pontificem piam defunctæ men-
tem hoc fruſtrari deſiderio voluiſſe præ-
ſumendum non eſt, rectè ſcientem, quòd
ſi cognoſcant homines, aliquod poſt mor-
tem eorum ſuis corporibus debitum, eo
privari, contriſtantur ut homines, qua- 36
ſi per modum pœnæ, ex quo illo præo-
ptato in vita ſuffragio poſt eorum obi-
tum fraudarentur, ut profunde ſcribit
Div. Auguſtinus in ejus tract. de cur.
gerend. pro mort. ad Paulin. in ejus oper.
tom. 6, *fol. mihi* 377.

Adſtipulante præſertim congruentia
rationis ex domicilio in vita, quo ca-
riora, pretioſioraque nobis favore cu-
ramus, & prænotavit *Div. Auguſtinus*
loco ſupracit. de geren. cura pro mor-
tuis, profectò nil cariùs, atque pretio-
ſius Teſtatrix in ejus votis colere potuit,
quàm in prælecta Eccleſia, & Altari,
& Sepulchro ſuffragium Miſſarum ſibi le-
gatum conſequi, quo majus dari non 37
poteſt, utpote juxta menſuram ſuæ ex-
cellentiæ ſatisfactorium, ut advertitur *in*
Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 25, *de Purgator.*
& ſeſſ. 22, *cap.* 2, *de Sacrific. Miſſ. ubi*
Barboſ. num. 2, *Coninc. de Sacramentis,*
diſput. 11, *tit. de Purgator. diſputat.* 7,
num. 52; *Lavor. lucubrat. Canonic. tom.*
2, *cap.* 12, *num.* 99, *& ſeqq. Card. Bel-*
larminus controv. Eccleſiæ, lib. 6, *tit. de*
Eucharistia, cap. 1, *& ſeq. de Miſſa*; &
eleganter probat Eminentiſſimus *Card.*
Cienfuegos in ejus tract. de vita abſcon-
dita, diſput. 1, *ſeſſ.* 1, § 2, *& ſignanter*
num. 27, *& ſeq. & latius diſput.* 6, *ſeſſ.*
1, *num.* 73, *& ſeq.*

Hæcque honeſtatis, & æquitatis non
intervertendæ defunctorum voluntatis
ratio, non tantùm de per ſe ſola diffici-
liorem reddidiſſet Summum Pontificem,
ſed multò magis, quia ſociata eſt cum
altera præjudicii juris tertii, ſeu com-
modi jam radicati, & diù quæſiti ipſi-
met Eccleſiæ, cùm exindè commodum, &
decus ei obvenerit per majorem Miſſa-
rum numerum; itaut cùm non de jure
quærendo, sed jam quæſito agatur, de- 38
rogari non ſolet, ut diſtinguendo nota-
vit *Rot. dec.* 198 *per tot. coram Milli-*
no, deciſ. 81, *num.* 4; *coram Pamphil. &*
alibi paſſim; & in terminis advertit *Pau-*
lus de Caſtro, conſil. 283, *num.* 2, *&* 3;
Urſaya diſceptat. Eccleſ. diſcept. 6, *num.*
156, *part.* 2, *tom.* 1.

Iſtamque ſententiam frequens appro-
bavit Sac. Congregationis Concilii pra-
xis, quæ cùm rogata in ſimilibus fue-
rit, licèt aliquando juſta de causa trans-
lationi Miſſarum ab una ad alteram Ec-
cleſiam annuerit, ſemper tamen pro Miſ- 39
ſis perpetuis legatis, & a Teſtatoribus
inibi ſepultis pro eorum animarum ſuf-
fragio relictis, denegavit, ut ſignanter
contingit *in Æſina Legatorum,* 21 *Auguſti*
1706; *in Ulyſſiponen. Tranſlationis oneris*
Miſſarum, 28 *Junii* 1731; & in duriori-
bus terminis, nempè ſolius electionis Se-
pulturæ, licèt defunctus ibi non fuiſ-

set

ſet ſepultus; in *Mediolanen. ſeu Feren-
tina Capellaniæ*, 23 *Februarii* 1715; *in
Tarracomen. reductionis Miſſarum*, 7 *Maji*
1718, & in terminis Brevis de ſimili gratia
ab eodemmet Summo Pontifice obreptitiè,
& ſubreptitiè obſignati, noviſſimè reſol-
vit d. Sac. Conc. Congregatio in *Nea-
politana Capellaniarum* 16 *Junii* 1731.

Abſque eo quòd contractum obreptio-
nis, & ſubreptionis vitium deeſſe videa-
tur, quia ſepulchri, & tumulationis
circumſtantia non præſeferat jus coacti-
vum de celebrandis in ſepulchrali Eccle-
40 ſia Miſſis, ſed quoddam potius jus dire-
ctivæ honeſtatis, ac ſi hæres non adiga-
tur vi coactiva, ſed directiva ibidem il-
las celebrari facere, juxta notata per
Tamburin. in methodo celebrandi Miſſas,
lib. 3, *cap.* 1 *num.* 24, *verſ. Multo mi-
nus*; *Fagundez, de præcept. Eccleſ. lib.* 3,
cap. 9, *ſub num.* 2; tum quia in qualibet
Eccleſia ſequatur adimplementum, ſem-
per pius Diſponens obtinet totum id,
41 quod ei in executionem ejus ultimæ vo-
luntatis debetur, ut advertit *Paſqualig.
de Sacrific. nov. legis*, *tom.* 2, *quæſt.*
995, *num.* 8; *Rota deciſ.* 1149, *num.* 11,
verſ. Quod, *coram Seraphin.* tum quia,
dum ſæpedicta Miſſarum translatio fa-
42 cta fuit ad Altare Privilegiatum, quo-
dammodo pinguius conſultum videtur vo-
luntati defunctæ, juxta latè tradita per
*Bordon. in ejus oper. tit. de Altar. pri-
vil. defunct. Monet. de commutatione ul-
timarum voluntatum*, *cap.* 5, *num.* 391.

Verùm enim verò dictum obreptionis,
& ſubreptionis vitium non ideo remo-
vetur, quia licèt Teſtatrix pro excellen-
tia Sacrificii obtineat totum, ſive in
una, ſive in altera Eccleſia Miſſa de ſuf-
fragio celebretur; *Can. Multi*, *diſtinct.* 4;
tamen non obtinet totum quoad pleni-
tudinem ejus piæ voluntatis, ut ſcilicet
Miſſæ celebrarentur in loco loci, quo
43 ejus Cadaver humatum eſſet; adducta
enim in oppoſitum vindicant ſibi locum,
vel cùm agitur de Miſſis unica vice ce-
lebrandis, vel ad evitandum delictum in
Regularibus bona fide in altera eorum
Eccleſia Miſſas perpetuas tamen celebran-
tibus, ut præ cæteris advertit *Urſaya
diſceptat. Eccleſ. tom.* 5, *part.* 2, *diſcept.*
15, *a num.* 46, *cum pluribus ſeqq.* ſeu in
caſu, quo diſponens nulla peculiari af-
fectione movebatur ad illas conſequen-
das potius in una, quàm in altera Ec-
cleſia, ſeu quoties in illa præcisè deſi-
gnata Eccleſia ex aliquo juſto impedimen-
to, ſeu cauſa celebrari non poſſent. Cùm
itaque res ſecus ſit in caſu, extraneæ
remanent auctoritates in objecto allega-
tæ; & è converſo perſtringunt jura ſu-
pracitata, ut illata voluntati defunctæ
jactura ſarciatur.

Citra quod aliquid ponderis addat
translatio ad dictum Altare Privilegia-
tum, dum neque id conſert plenitudini
voluntatis Diſponentis; quoniam & ſimi-
le privilegiatum Altare aderat, & adeſt
in prædicta Eccleſia Sancti Joannis ab
ipſa Teſtatrice prælecta, & ſi voluiſ- 44
ſet, dixiſſet, cùm argumentum a pinguio-
ri adimplemento, utile non ſit in iis ca-
ſibus, in quibus certa, & determinata
Diſponentis voluntas præfinita eſt, ut
in terminis reſpondit *Vitalinus in Cle-
mentina, quia contingit, de Religioſis Do-
mibus*, *num.* 211.

Tacuit ulterius, ut quod ſupererit de
redditu dictorum locorum Montium, ce-
deret commodo Sacriſtiæ dictæ Eccleſiæ;
ideoque cùm non expreſſerit Summo Pon-
tifici hoc jus Eccleſiæ quæſitum, ſequi-
tur, ut obtentum reſcriptum cenſeri de-
beat citra Concedentis voluntatem, quæ
ad incognita non fertur; quam ob rem,
gratia uti per obreptionem obtenta, im-
petrans carere debet reſcripti commodo
ex defectu voluntatis Concedentis, qui
juri tertio quæſito in nihilo præjudica- 45
re voluiſſe præſumitur, ut ad rem notat
*Abbas, in cap. poſtulaſti, de reſcript. Ro-
ta in Romana Reintegrationis*, 12 *Mar-
tii* 1731, § *Adhuc*, & § *Cujus*, *coram
Reverendiſſimo P. D. meo Aldrovando*, &
in confirmatoria, 2 *Julii ejuſdem anni*, §
De cætero, *coram eodem*, & *in Romana*,
ſeu Bergomen. Collegii, 24 *Martii* 1732,
§ *Quibus*, *coram Eodem*, & *in citata Ala-
trina Reintegrationis*, *prima Februarii*
1732, § *Vitiis obreptionis*, *coram R. P.
D. meo Corio*.

Prædictis, quæ reticita fuerunt, ac-
cedit ſtudioſa narratorum expreſſio, ut
Summus Pontifex ad concedendum faci-
lior redderetur; nam in ſupplici libello
ſuppoſitum quodammodo fuit onus Miſ-
ſarum eſſe ad vitam heredis; licèt enim
expreſſum ſit onus emptionis *di luoghi
quattordici di Monte in credito della
Cappella*; attamen cùm hujuſmodi ac-
creditatio verificabilis etiam ſit ad vitam
hæredis, nulla expreſſa perpetuitatis men-
tione, ſequitur, quòd expoſita præce-
denter obligatio ſub illis verbis -- *obli-
gò detta Oratrice ſui figlia, & Erede
di far celebrare una Meſſa quotidiana nel-
la Chieſa di S. Giovanni*, interpretari
potuerit de onere non perpetuo, ſed po- 46
tius debuerit intelligi de obligatione per-
ſonali ad vitam hæredis; *Leg. cum Pater*,
§ *Donationis a delegat.* 2, *Leg. Quæcum-
que gerimus*, *ff. de action. & obligat. Leg.
cum precario*, *ff. de precar. Gloſ. in cap.
Mandata*, *de præſumpt. Paſqualig. de Sa-
crif. novæ legis tit. de legat. pro cele-
brat. Miſſ. quæſt.* 1033, *num.* 5, & *ſequen.*

Subinde narratum etiam fuit, præſa-
tam Capellam de proximo in extraneam
familiam eſſe tranſituram, qua de re de-

fectura erat causa motiva ordinatæ ce-
lebrationis Missarum in dicta Capella;
quæ procul dubio ratio de per se move-
re non potuit Pontificem ad conceden-
dam translationem, cùm per venditio-
47 nem Capellæ transferatur tantummodo
dominium improprium, & usuale compe-
tens ratione materialium justo pretio æsti-
mabilium, absque aliqua spiritualitatis
mistura, seu translatione, ut advertit
Barbos. de jure Ecclesiastico, lib. 2, cap.
10, de sepultur. num. 18; Salgad. in La-
byr. Credit. par. 3, cap. 5, num. 50, &
seq. Remanentibus itidem legatis a piis
48 Testatoribus contemplatione illius de-
terminatæ Ecclesiæ, & loci, factis, ut
distinguendo admonent *Francesc. de Ec-*
cles. Cathedral. cap. 7; Monacell. formu-
lar. practic. legal. tom. 2, tit. 13, num.
60, & 62; & convenit *Rot. decis. 1149,*
num. 10, coram Seraphin.

Eatenus verò præfatam narrationem
denudavit prænotatis illis circumstantiis,
Sepulturæ videlicet, ac tumulationis in
eadem, & celebrationis Missæ de suffragio
in eadem Capella demandatæ, & per-
petuitatis oneris injuncti, ac juris jam
quæsiti favore Sacristiæ, ac demum exi-
stentiæ Altaris privilegiati in eadem Ec-
clesia, ut nempe ex ea breviloqua, & de-
truncata prædictis circumstantiis narra-
tione, credere posset Summus Pontifex
Testatricem in prælectæ Ecclesiæ decus,
& in Thesauro Ecclesiæ tantùm confer-
re voluisse prædictas Missas, cùm non
quodlibet Missarum Legatum perneces-
49 se sit, licèt præsumatur de suffragio, ut
notant *Leon. de Offic. Capellæ, quæst. 8,*
sess. 18, num. 178, Pignatell. consult. 60,
num. 1, & seq. & numer. 4, tom. 3; Ga-
vant. in Commentar. rubric. Missal. par.
3, tit. 12, num. 5.

Tum, & quia potuit credere ex illis
reticitis circumstantiis demonstrativè tan-
50 tùm erga dictam Ecclesiam se habuisse,
quo themate de facili extra illam per-
mittitur celebratio, ut præter supracita-
tos advertit *Bordon. de Legat. cap. 12,*
tit. de Capell. num. 27; Amostaz. de Cau-
sis piis, lib. 2, cap. 6, num. 40; itaut si
illa enarratio prædictis circumstantiis ve-
stita fuisset, utique percepisset Summus
Pontifex, Ecclesiam nominatim præle-
ctam fuisse ex peculiari affectione ad
tumulum, & devotione erga Ecclesiam,
& Sanctos Joannem, & Zenobium, &
51 difficilior in concedendo fuisset, aut ve-
risimiliter non concessisset; quod sufficit,
ut obtentorum ambigua narratione rescri-
ptum non sortiatur effectum per ea, quæ
ad rem optimè notant *Gemin. consil. 82,*
num. 13; Card. de Lugo, disput. 21, de
Eucharist. sess. 28, per tot. Hurtad. tom.
1, institut. Moral. tractat. 2, cap. 2, re-
solut. 9, num. 100; Pasqualig. de Sacri-
fic. nov. Leg. tom. 2, quæst. 1142, num.
primo, & seq. De Luca ad Gratian. di-
scept. Forens. cap. 73, in fine; Monacell.
formular. legal. tom. 2, tit. 3, formul. 2,
num. 61, & seq.

Addito ulteriùs, quòd Precatrix in
fine ejus oblatæ supplicationis pro cau-
sa motiva Pontificis apposuit hæc ver-
ba — *ove la Oratrice ha una particolar*
devozione — ex quo licet inferre, præ-
cedentem supplicationis tenorem sæpe-
dictis circumstantiis denudatum fuisse,
ne Summus Pontifex piissima ejus mente
perciperet, Testatricem æquè præ maxi-
ma devotionis Causa relicto Parochialis
Ecclesiæ tumulo, prælegisse in altera
Ecclesia S. Joannis absque funebri pom-
pa tumulari, ibique Missas celebrari.
Proindeque si Oratrix pro consequenda
gratia plurimum conferre censuit mo-
tivum ejus devotionis, eo certiùs hæc
ipsamet ratio ex dispositione Testatricis
promanans, si ex sincera, & integra
narratione prospecta fuisset Summo Pon-
tifici, prævaluisset pro illa deneganda, 52
cùm in pari causa potior fuisset Testa-
tricis favor, & Legatarii quæsitum jus,
quàm hæredis contra Testatricis vota
expostulantis; *Leg. Servo suo manumisso,*
ff. de condit. indeb. Leg. Quo loco, § 1,
ff. de hæred. instit. Leg. Is, qui putat, ff.
de acquiren. Mantic. de coniect. ultim.
volunt. lib. 3, tit. 10, num. 1, & sequen.
Rot. dec. 1149, num. 9, coram Seraphin.
& ad rem optimè *Rota, in citata Roma-*
na, seu Bergomen. Collegii, 25 Novem-
bris 1731, § Et proprius, coram Reve-
rendissimo P. D. meo Aldrovando.

Constito proindè, quòd in præfato
libello pleraque fuerint reticita, & non
omnia sincerè, & distinctè narrata, sed
quidem tali studio enunciata, ut Sum-
mus Pontifex (licèt largiter ad gratias
pronus) facilior redderetur; hinc gratia, 53
ex defectu voluntatis concedentis, ipso
jure nulla censetur, ut advertit *Rota*
in citata Alatrina Reintegrationis, coram
R. P. D. meo Corio, § Omni enim; &
præter ibi citatos latè, & solidè probat
Gonzal. in l. 1 Decretal. tit. 3, de re-
script. cap. super literis, 4 num. 4, cum
pluribus seqq. Pernecessè sequitur, quòd
impetrans nec impedire possit quominùs
in eadem Ecclesia S. Joannis celebrari de-
beat dicta Missa quotidiana.

Et ex indè planum fit hæredem ex
eadem Testatricis voluntate insuper te-
neri ad annuam præstationem scutorum
sex pro consumptione supellectilium, quæ
ad Sacrificia explenda in eadem Ecclesia
requiruntur; tùm quia expressa Dispo- 54
nentis voluntas pro lege est servanda, ad
Text. in § Disponat, Auth. de Nupt. Pe-
rez de Lara, de Capell. & Anniversf. lib.
1, cap. 14, num. 33; Rota, decis. 231, nu-
mer.

mer. 3, par. 14; decis. 28, num. 6, par.
19 recent. Tum etiam quia juxta con-
suetudinem in Urbe receptam, & Juris
55 dispositione firmatam, ad illa præstanda
omninò tenetur; *Bordon. de Leg. cap.*
10, de stipend. Miss. num. 71; Piton. con-
trovers. Patron. allegat. 54, numer. 46;
Advocat. Ursaja, discept. Eccles. tom. 8,
par. 1, disc. 9, num. 17. Quemadmodum
ipsa judicialiter adacta exacte paruit, &
facto comprobavit, a quo resilire am-
56 plius non decet; *ad Text. in cap. quod*
semel, de regul. Juris in 6, Leg. Si quis,
Cod. de Testament. Cardin. Albitius de
inconstant. in judic. quæst. 24, numer. 5,
& 67.

Haud obstante, quòd dicta annua præ-
statio demandata fuerit ex redditibus Lo-
corum Montium post recuperata bona,
unde hac pendente recuperatione hæres
teneri non debeat ad eandem præstatio-
nem pro utensilibus ex fructibus Dotis;
eo quia Testatrix in hac parte nullum
de iis verbum fecerit. Etenim cùm fru-
ctus Dotis subrogati fuerint quousque
redditus Locorum Montium haberentur,
immunes esse non possunt a dicta præ-
57 statione contra indolem subrogationis,
cujus est eandem sortiri naturam, nul-
lumque subrogantis respuere onus; *ad*
Text. in Leg. Si cum, § Qui injuriam, ff.
si quis cautio sisten. Rot. dec. 16, numer.
7, ad ornat. Card. De Luc. lib. 10, & ad
rem in Majoricen. Successionis, 16 Junii
1710, § Quemadmodum, coram Reveren-
dissimo P. D. meo Aldrovando.

Ac sicuti Testatrix pro fructibus Do-
tis injunxit hæredi onus earundem nu-
mero Missarum, & quidem celebranda-
rum in illo ipsomet Altari, de quo in
prima parte pro redditibus Locorum Mon-
tium loquuta fuerat; ita eandem etiam
eleemosynam, eandemque annuam præ-
stationem pro utensilibus, quam in di-
cta prima parte constituerat, in altera
repetere voluisse censendum est, ad tra-
dita per *Bald. cons. 153, num. 2, & 3,*
lib. 5; Bero, consil. 32, numer. 8, lib. 2;
Mantic. de conjectur. ultim. voluntat. lib.
10, tit. 6, num. 12, Rota cor. Cerro, dec.
132, num. 8.

Et ita utraque parte, &c.

R. P. D.

C R I S P O

Praten. Beneficii.

Veneris, 1 Decembris 1719.

A R G U M E N T U M.

Juspatronatus laicale, ad Personas Ec-
clesiasticas transiens, Ecclesiasticum eva-
dit. Et licèt possit adhuc qualitatem
primævam retinere ex lege fundatio-
nis, vel expressa, vel tacita, quam
præsumere facit observantia centena-
ria; probationes tamen ad hunc effe-
ctum omnino certæ esse debent, nec
sufficiunt præsumptiones, & conje-
cturæ.

S U M M A R I U M.

1 *Juspatronatus laicale, ad Personas Ec-*
clesiasticas gradum faciens, Eccle-
siasticum evadit.

2 *Literæ Apostolicæ, quæ undequaque*
justificatæ apparent, sunt exequendæ.

3 *Juspatronatus laicale in Ecclesiam,*
seu Personas Ecclesiasticas transitum
faciens, adhuc retinere valet quali-
tatem laicalem, ad effectum evaden-
di reservationes Apostolicas, &
quando.

4 *Derogatio medietatis Vocum non in-*
trat, quando Juspatronatus Univer-
sitati, seu Collegio competit, &
quare.

5 *Instrumentis, seu documentis antiquis*
fides amplissima debetur.

6 *Probatio æquivoca, & ambigua non*
concludit.

7 *Hæres fit Dominus rerum hæredita-*
riarum, quando hæreditatem adivit.

8 *Ante aditionem, hæreditas semper di-*
citur jacens.

9 *Actus contrarius, intra metam Cen-*
tenariæ sequutus, ipsam Centenariam
intervertit, & vulnerat.

10 *Præsentatio ad Beneficium in mense*
reservato non probat vacationem in eo
sequutam, cùm obitus evenire potue-
rit in mense libero.

11 *Regula reservatoria mensium habet*
in ventre clausulam sublata, *cum de-*
creto irritanti.

12 *Parochus de Jure sepeliri debet in*
propria Parochia, etiamsi in aliena
decesserit.

13 *Probationes, contra Regulam men-*
sium reservatoriam, esse debent omni-
no certæ, & in sua specie perfectæ,
nec sufficiunt præsumptiones, conje-
cturæ, & verisimilitudines.

14 *Satis est pro executione Literarum*
Apostolicarum, quod Beneficium sit,
juxta ultimum statum reservationi-
bus subjectum.

15 *In judicio possessorio, ubi lis inter*
Præsentatos agitatur, pro executio-
ne Literarum Apostolicarum, ultimus
status attenditur, quem pro se habet
Dataria, ex collatione Beneficii, tam-
quam reservati.

16 *Eoque magis, si pro qualitate Eccle-*
siastica concurrit factum, seu confes-
sio Patronorum Ecclesiasticorum.

DECISIO XXIII.

BEneficium sub invocatione S. Juliani, erectum in Ecclesia Parochiali Di-
vi Jacobi Civitatis Prati, olim de Jure-
patronatns Familiæ de Toreliis, per obi-
tum ultimi de illius genere, ex persona
Sororis Pacificæ Torellæ, ad liberam Mo-
nasterii, & Monialium SS. Vincentii, &
Stephani, nuncupati *d' Annalena* Civita-
tis Florentiæ, nominationem devenit,
1 indeque de Laicali statu ad Ecclesiasti-
cum gradum faciens, juxta dispositionem
*Textus, in cap. unico, de Jurepatronatus in
6*, censuræ, Regulæ nonæ Cancellariæ
reservativæ mensium, subjectum remansit.
Cumque propterea alias, nempe de an-
no 1642, vacasset in mense reservato,
Dataria Apostolica providit, prout pra-
cticavit in subsequuta vacatione de anno
1671, & licèt nuper de mense Augusti
1717, idem Beneficium vacasset; ac ha-
bita notitia de illius vacatione, Monia-
les prædictæ statim, sub prætextu anti-
quæ laicalis qualitatis, prævenerint in
præsentando Canonicum Horatium de
Mazzeis, qui desuper reportavit, illius
vigore institutionem ab Ordinario, &
possessionem apprehendit. Nihilominus
Canonicus Joannes de Vivianis, Regulis
reservativis mensium innixus, de eodem
Beneficio obtinuit provideri, & actua-
lem quoque illius possessionem nactus
fuit cum Decreto Ordinarii, cui Litera-
rum Apostolicarum exequutio directa
fuerat; ortaque exinde controversia in-
ter duos Prætendentes, & sublata per
medium Signaturæ Justitiæ posteriori pos-
sessione; tametsi hæc Causa Beneficialis,
ad petitionem Horatii appellantis, com-
missa fuerit *Alteri per Breve in parti-
bus*; nihilominus, reclamante Joanne,
extitit, ex Decreto Auditoris Summi
Pontificis feliciter regnantis, delegata
nostro Tribunali cum speciali commissio-
ne Mihi directa; ad cujus tramites dis-
putato in hodierna Audientia Dubio —
An literæ Apostolicæ sint exequendæ, pro
illatum exequutione prodiit resolutio.

Siquidem inter Partes non controver-
tebatur, quòd antiquitùs hoc Beneficium
de Jurepatronatus Laicorum existeret,
tamquam pertinens ad familiam de To-
rellis; præsens tamen quæstio tantummo-
do versabatur super eo, quòd, cùm ex
persona Sororis Pacificæ, ob defe-
ctum aliorum de familia Torellia,
transitum fecerit Juspatronatus ad præ-
memoratum Monasterium, & exinde im-
mutaverit suam antiquam indolem, &
evaserit Ecclesiasticum, ad normam præ-
citaræ dispositionis *Textus, in cap. unico
de Jurepatr. in 6*, idcircò Defensores Ho-
ratii acriter impugnabant præfatam qua-
litatem Ecclesiasticam, sustinentes, ad
prædictum Monasterium liberè fuisse
translatum jus nominandi, cum eadem
qualitate laicali, qua pollebant illi de
familia Torella. Verùm resistente dispo-
sitione Juris, inaniter laborabant; cùm
enim incontrovertibile sit in facto, quòd
Monasterium per extinctionem Lineæ Pa-
tronorum acquisiverit omnia jura illorum
de familia Torella, inconcussum rema-
net, quòd obventè vacatione in mense
Sedi Apostolicæ reservato, optimè value-
rat Canonicus Vivianus illud a Summo
Pontifice obrinere, posthabita quacum-
que nominatione in fraudem Datariæ, &
Sedis Apostolicæ emanata, contra præ-
scriptum in Regula nona Cancellariæ;
ideoque cùm literæ Viviani undique ju-
stificatæ appareant, meritò pro illis de-
bita decernenda erat exequutio, ad
Text. in cap. si Capitulo, de concess. Præ- 2
*ben. in 6; Rot. coram Emerix jun. decis.
1287, num. 1; & in Mediolanen. Beneficii
prima Aprilis 1707, § Et ad rem, coram
bo. mem. Ansaldo; & in Abulen. Capel-
laniæ, 31 Januarii 1718, § Inconcussa,
coram Reverendissimo D. meo Decano;
& in Auximana Jurispatronatus, 11 Mar-
tii 1718, coram R. P D. meo de Ga-
macher.*

Nil relevante, ad evadendam censu-
ram Regulæ, objecto, quod Juspatrona-
tus laicale, postquam transitum fecit in
Ecclesiam, possit adhuc retinere quali-
tatem laicalem, ad effectum evadendi
Reservationes Apostolicas; quoties nem-
pe ex lege fundationis cautum reperitur,
quod successuri in Jurepatronatus sem-
per præsentare debeant, in quocumque
casu, & mense, Beneficium vacaverit, 3
vel id ipsum servatum extiterit ab omni-
bus successoribus, quibus ab immemora-
bili tempore Jus præsentandi pertinue-
rat, utique utroque casu præservatum,
& expers controversum Beneficium a
Reservationibus Apostolicis dijudicari po-
terit, ut de communi opinione testatur
*Card. De Luc. de Jurepatr. disc. 59, n.
16; Lotter. de re benefic. lib. 2, qu. 10,
num. 4; Corrad. in prax. benefic. lib. 4,
cap. 2, num. 40*, & passim firmavit *Rot.
in Monasterien. Canonicatus, 19 Februa-
rii 1714, § Verùm, coram bon. mem. An-
saldo; & in Compostellana Beneficii, 15
Martii 1717, § Secus verò, & § Idque
eo certius, coram Eminentiss. Alban.*

Quandoquidem in præsenti nullibi do-
cetur de Instrumento fundationis, nec
ulla lex Fundatoris resistit, minusque
hujusmodi demandata præsentatio per
Patronos explenda in quocumque men-
se Beneficium vacaverit, per æquipol-
lens desumi valet ex adducta Centenaria
Observantia præsentationum factarum
per Moniales *de Annalena*, etiam in
men-

mensibus reservatis; quoniam, vel ea
adamussim non probatur, vel eadem pro-
bata in hypothesi non relevaret ad de-
clinandas reservationes mensium. Quam-
vis enim præsentatus a Monialibus Cen-
tenariæ observantiæ initium desumere
prætendat ab anno 1527, quo sequuta
fuit resignatio controversi Beneficii in
manibus Legati Apostolici, in qua illud
enunciatur *de Jurepatronatus quorumdam
Laicorum*, quorum consensus fuit expli-
citè præservatus, cum derogatione me-
dietatis Vocum, in Literis Collationis
a Summo Pontifice expressa; adhuc con-
cludenter justificatum non apparet, quòd
de dicto anno 1527. Juspatronatus jam
fuisset translatum in Moniales, de qui-
bus nulla fit mentio in Literis prædictæ
resignationis.

Quinimò contrarium patet ex incon-
gruentia facti, animadvertendo, quòd,
si Moniales revera de illo tempore jam
acquisivissent Jura Patronorum, nec ul-
lus adesset Patronus Laicus, prout pro-
bari contenditur; profectò, retento hoc
themate, nec necessaria fuisset deroga-
4 tio medietatis Vocum, quæ non intrat,
quando Juspatronatus competit Univer-
sitati, cùm unica tantùm Vox consti-
tuatur ab Universo Collegio, Conven-
tu, seu Communitate, ut apud *Garz.
de Benef. par. 10, cap. 3, numer. 13; &
per Rot. post Vivian. de Jurepatr. decis.*
148, *num.* 10, nec consensus cæterorum
debuisset in literis præservari, & pror-
sus incongrua detegeretur enunciativa
illa de *Jurepatronatus quorumdam Laico-
rum*. Et ulterius inverisimile redditur,
quòd de illo tempore nullus supererit de
familia, & Monasterium ex persona So-
roris Pacificæ Torellæ jam præoccupave-
rit bona, eaque describi fecerit in Ca-
tastro, veluti propria; & tamen de illo
in præfatis Literis resignationis, non
solùm nulla penitùs mentio facta fuit,
sed insuper in eisdem Literis resignatio-
nis explicitè reservatum fuit jus Aposto-
licarum reservationum, quòd valdè con-
siderabile reputatur ad tollendam vim,
& efficaciam suppositi transitus ad Mo-
niales cum qualitate laicali; præmaxi-
mè quia in contrarium docetur ex datis
in Summario Viviani, numer. 2, quòd Ni-
colaus Torellus, ultimus de familia su-
perstes, prædefunctus anno 1511, hære-
dem in usufructu instituit Lisam ejus
Uxorem, cui substituit Monasterium; &
licèt hujusmodi factum desumatur a sim-
plici adnotatione deprompta ex Libro
intitulato *dell' Opere della Città di Fi-
renze*; attamen cùm eadem sit antiqua
metam duorum sæculorum excedens, sal-
tem deservit ad obumbrandam intentio-
nem præsentati a Monialibus, cùm re-
5 gulariter antiquis Instrumentis, fides am-
plissima debeatur, ut sæpiùs firmavit *Ro-
ta*, & præcisè *decis.* 21, § *Ad secundam,
coram Martin. Andr. & coram Buratt. de-
cis.* 611, *num.* 2; *& coram Coccin. decis.*
2358, *num.* 13, *& seqq. & in Faventi-
na Jurium Parochialium*, 17 *Junii* 1697, §
*Sentientes in fin. coram bon. m. Ansaldò,
inter ejus impress. decis.* 14, *num.* 11.

Et ulteriùs dum Præsentatus aliunde
non probat concludenter Juspatronatus
transitum fecisse ad Moniales, statim se-
quuto obitu Nicolai de Torellis, sanè
descriptio nonnullorum bonorum in Ca-
tastro in faciem Monasterii, ad proposi-
tum non suffragatur, quia est valde
æquivoca, tamquam referibilis ad aliam
Causam Dotis, aut Livelli, seu alterius
Tituli, & Contractus, quibus medianti-
bus ad Monasterium bona prædicta de-
venire fortassè potuerint, & ideò præ- 6
cisè non concludunt generalem acquisi-
tionem, ex capite delatæ successionis,
juxta *vulgat. Text. in l. Neque Natal.*
10, *ibique Glos. vers. Cum nihil, Cod. de
probat.* & dixit *Rot. decis.* 610, *num.* 5,
par. 4, *tom.* 3, *& dec.* 392, *num.* 6, *&* 7,
par. 18, *tom.* 1 *rec.*

Firmatum itaque, immotumque ma-
net, quòd status anni 1527, ritè non
possit pro initio Centenariæ Observan-
tiæ computari, dum certitudinariè non
constat, Juspatronatus de eo tempore
ad Monasterium pervenisse, imò contra-
rium potiùs deprehenditur, ex quo in
vacatione anni 1552, Moniales se decla-
raverint hæredes intestatas Nicolai de
Torellis, & ex hoc utique actu positivo
aditionis hæreditatis, nunquam antea
expletæ, manifestè concluditur de eo
dumtaxat tempore Juspatronatus acqui-
sivisse Moniales. Hæres enim fit Domi-
nus rerum hæreditariarum, quando adi-
vit hæreditatem, *juxta Text. in l.* 1, § 7
Veteres, ff. de acquir. hæred. alias ante
aditionem hæreditas semper dicitur ja-
cens; *l. hæreditas enim, & l. Hæreditas in* 8
*multis, ff. de acquir. rer. domin. & l. mor-
tuo, ff. de fidejuss.*

Nullatenus refragante responsione,
quòd præfata declaratio, sivè aditio,
adhibita fuerit tamquam de novo, & ad
majorem cautelam; quoties namque
nullus de præterito assignatur actus de-
terminans præfatam aditionem, nullus-
que adducitur status possessorius, perne-
cessè concludi oportet, non perantea
Monasterium Jus prædictum valuisse ex-
periri. Eaquepropter ab hoc anno tan-
tùm 1552, desumi poterit Observantia;
Ea tamen recluditur in gradu Centena-
riæ sub unica facti ponderatione, quòd
nimirum de anno 1642, idem Beneficium,
uti vacatum in mense reservato, fuit
collatum a S. Sede; & proinde jam ex 9
isto unico statu contrario, intra metam
Cen-

tenariæ obvento, interversa, & vulne-
rata diceretur prætensa Centenaria Ob-
servantia; *Menoch. conf. 300, numer. 5; Trobat. de effect. immemorab. quæst. 7, num. 48; Rot. decis. 395, numer. 17, coram Emerix. Jun. & in Calaguritana Decimarum de Naro, 1 Martii 1700, § Nihilo tamen, cor. bon. mem. Ansaldo; & Bituntina Statutorum, 26 Junii labentis anni, § Indeque, cor. R. P. D. meo de Marymon.*

Verùm, aggrediendo etiam particulare examen statuum intercedentium, exceptis illis anni 1552, 1574, & 1586, cæteri omnes sunt æquivoci, & in eis præcisè non probatur, nec enunciatur vacatio in mense reservato, sed tantùm mandata de præsentando habent data
de mensibus reservatis; ex quibus non
10 concluditur vacatio in mense reservato,
quia obitus potuit evenire in mense libero, & præsentatio fieri in mense reservato; *Rot. decis. 265, num. 14, par. 15; & in Melevitana Beneficii, 4 Decembris 1690, § Nihilque refert, coram cl. mem. Card. Caccia; & in Placentina Jurispatronatus, 10 Martii 1704, § Minusque, coram bon. mem. Molines.* Et quatenus etiam hujusmodi præsentationes factæ fuissent in vacationibus per obitum sequutum in mense reservato,
adhuc aptæ non essent præjudicium ali-
11 quod irrogare reservationi inductæ ex
regula nona Cancellariæ, habenre in Ventre clausulam *Sublata* cum Decreto irritanti, ut firmavit *Rot. dec. 152, num. 11, par. 4; & in dec. 77, num. 9, part. 14 rec. & decis. 153, num. 3, coram Ludovis. & in Monasterien. Vicariæ, 12 Martii 1706, § Atque hinc; & 18 Martii 1707, § Finali, coram bon. memoriæ Omanna, & in Moguntina Decanatus, 15 Januarii 1712, § Finali, coram Reverendiss. D. meo Lancetta Decano.*

Et præcipuè introspecto statu illo primæ præsentationis subsequutæ de anno 1552, per obitum Francisci de Frescobaldis, valdè disputabile remanet, an ille Franciscus, quem obiisse asseritur in mense reservato, revera fuerit ille met Franciscus, qui controversum possidebat Beneficium, Probationes namque ad id concludendum relatæ, undique æquivocæ deteguntur, sub ea præsertim facti animadversione, quòd ad identificandam Personam, nullum aliud afferatur documentum, & adminiculum, quàm adscripta qualitas Presbyteri cum adjecto Comitis Frescobaldi; quando de cætero memoratus Franciscus olim Beneficii Possessor, numquam talis denominatus fuit in Literis renunciationis, nec in præsentatione Successoris; & ulteriùs idem Franciscus, dum vixerat, obtinebat quoque Parochialem, & publicè denominabatur Parochus, & tamen de ea qualitate nulla fit mentio in documentis allatis. Sed eò magis augetur inverisimilitudo circa identitatem Personæ,
ponderando, quòd ipse adnotatur sepul-
tus in aliena Ecclesia, quando veluti Pa- 12
rochus de jure sepeliri debuerat in propria Parochia, etiamsi in aliena decessisset, ad tradita per *Innocent. in cap. 1, de Sepult.* & per *Rot. in Romana Juris tumulandi, 5 Martii 1702, § Hoc magis, cor. Eminentiss. Priolo.*

Eademque, & majori turbiditate laborant alii status longa serie recensiti per Moniales, atque ideò super illis parum immorandum venit; quia omnes in substantia probationes deprompt æ fuerunt ex privatis Scripturis, vel ex libris Monasterii, qui ob resistentiam Regulæ,
non præseferunt eam probationis speciem,
ad hoc propositum necessariam, & proin- 13
de nihil relevant, quia probationes ad hujusmodi effectum debent esse omninò certæ, & in sua specie perfectæ; nec satis esse dicuntur præsumptiones, conjecturæ, & verisimilitudines, ut testatur *Rot. in Placentina Jurispatronatus, 23 Martii 1703, § Nec suffragatur, & 19 Martii 1704, § Minusque, coram bo. me. Molines, & notat Lotter. de re benefic. lib. 2, quæst. 7, num. 62, & 65; Gonzal. ad reg. 8 Cancell. glos. 33, per tot.*

Si autem durum nimis videretur canonizare Exemptionem ex defectu probationum, quæ desiderantur invincibiles, quid insuper erit dicendum, si respectus habebitur ad statum ultimum Beneficii, resultantem non ex unica tantùm Pontificia Collatione, sed efformatum in pluribus vacationibus? Sanè hinc
removetur omnis dubietas, cùm saltem 14
ex præsenti statu Beneficium subsit reservationibus, quod sufficere pro exequutione Literarum passim receptum est per *Rot. decis. 39, num. 4, & 5, coram Ninot. & in Mediolanen. Prioratus, 15 Decembris 1701, coram bon. mem. Molines; & 14 Februarii 1701, § At licèt, coram Eminentissimo Scotto; & in Januen. Beneficii, super executione Literarum Apostolicarum, 17 Martii 1710, § Ex hoc autem, coram Reverendissimo D. meo Aldrovando.*

Constans siquidem in facto est, quòd sequuta vacatione de anno 1642, in mense reservato, Beneficium controversum fuit a Sede Apostolica provisum, prout pariter observatum extitit in subsequuta vacatione de anno 1671. Cumque propterea favore Datariæ Apostolicæ incontrovertibiliter assistat penultimus, & ultimus status, in hoc Judicio possessorio, quo Lis est inter Præsentatos super executione Literarum Apostolicarum,
constabilitum dicitur Jus collationis in 15

Se-

Sede Apostolica, ad formam præscriptorum in Regulis Cancellariæ, & juxta determinationem *Text. in cap. Consultationibus, de Jurepatr.* & dixit *Rot. in Mediolanen. Beneficii, 7 Junii 1715, coram Me; & in Aftoricen. Parochialis, 3 Aprilis 1717, § Validitas, coram R. P. D. meo de Gamaches*,

Tantoque magis confirmatum remanet Jus Datariæ ex circumstantia facti, sicuti de anno 1616, quo suborto rumore proximæ futuræ vacationis hujus Beneficii in mense reservato, prævidentes Moniales, quòd, si revera contigisset vacatio, manus utique super eodem Beneficio apposuisset Summus Pontifex, mediante interpositione Oratoris Magni Ducis Etruriæ, & R. P. D. Octavii Corsini, supplicarunt Sanctissimo, ut illud de proximo vacaturum, conferre dignaretur Personæ ipsis Monialibus magis benevisæ, & de tali gratia quodammodo assecuratæ fuerunt Moniales, ut resultat ex contextu Literarum. Unde de plano emergit quòd ipsæmet Moniales usque de dicto anno 1616, & sic intra cursum Centenariæ, agnoverunt Jus Datariæ Apostolicæ, in quibus terminis potiùs pro Sede Apostolica, quàm pro Monasterio computari posset Centenaria Observantia, dum ultra penultimum, & ultimum statum favorabilem militat quoque ipsius favore Factum positivum Monasterii contradicentis, quòd Jus Datariæ non hæsitavit aliquando
16 profiteri. Unde ex hoc solemni Monialium actu, eò magis remanet confessata qualitas Ecclesiastica hujus Patronatus, & pertinentia Datariæ pro ejusdem provisione ex firmatis per *Rot. in Comen. Capellaniæ, 13 Martii 1702, § Confirmantur, coram Eminentissimo Cardinali de la Tremoille; & 4 Maji 1703, § Sublata, coram Eminentissimo Cardinali Priolo; in Fossanen. Jurispatronatus, 12 Martii 1713, § Accedente, coram Cardinali Caprara; & in Mediolanen. Jurispatronatus, 18 Junii 1703, § Consonant, cor. Eminentiss. Cardinali Scotto*.

Et ita utraque Parte in strenuo Contradictorio audita, decisum fuit.

R. P. D.

HARRACH

Tarraconen. Juris Residendi.

Lunæ, 15 Martii 1734.

ARGUMENTUM.

Parochus residere tenetur apud Ecclesiam in ædibus Parochialibus; an de Episcopi licentia possit alibi residere, & quæ causæ ab hujusmodi residentia illum excusent.

SUMMARIUM.

1 *Parochus residere tenetur apud Ecclesiam Parochialem, & Curam Animarum per se ipsum exercere, non autem per substitutum.*
2 *Ideoque inhabitare debet Ædes Parochiales, ut præstò, & promptius esse possit.*
4 *Licentia sub conditione concessa, eâ non adimpletâ, pro non concessa habetur, præsertim si non habuit effectum.*
4 *Testes se referentes ad licentiam, quæ non exhibetur, nec aliunde de illa constet, minimè probant, & num. 5.*
6 *Ordinarius non potest remittere Parocho onus residendi penes Ecclesiam Parochialem.*
7 *Translata Parochialitate, Parochus residere tenetur apud Ecclesiam, ad quam est facta translatio.*
8 *Translatio Parochialitatis exigit actum solemnem, & pro ea concurrere debent causæ legitimæ.*
9 *Quòd Parochus non eximitur a residentia apud priorem Ecclesiam.*
10 *An, & quando Parochus de Episcopi licentia residere possit intra limites Parochiæ extra Ædes Parochiales, & num. 11, 12, & 13.*
14 *Aeris intemperies non excusat Parochum ab onere residendi.*
15 *Indigenarum discessio ab uno loco, & Incolarum habitatio in alio, an eximat Parochum a residentia in priori loco.*
16 *Parochianis debetur manutentio in quasi possessione recipiendi Sacramenta in Ecclesia, in qua per longum tempus ea receperunt, & habendi residentiam Parochi apud ipsam Ecclesiam.*

DECISIO XXIV.

CUM Rector antiquæ non minus, quàm insignis Ecclesiæ Parochialis *de Tamarit*, ob diffusos, quos illa in Oppido Tamariti, aliisque proximis Pagis habet limites, non valeret promptè, ut par erat, in tota Parochia Spiritualibus occurrere Parochianorum necessitatibus; Hinc de anno 1573, Homines, seu Incolæ dictorum locorum, accedente auctoritate clar. mem. Card. Cervantes Archiepiscopi Tarraconen. construxerunt in loco -- *de la Riera* -- qui tamquam positus inter duos proximos Pagos *Virgilie, & Ardenia*, commodior, & aptior erat, Ecclesiam cum Fonte Baptismali, ac

ac Domo, ibique fuit deputatus Vicarius, qui deinceps Curam Animarum exerceret.

In Ecclesia autem Parrochiali dicti Oppidi *Tamarit*, etsi Rectores pro tempore Domum eidem Ecclesiæ annexam continuò habitantes, opportunam sollicitudinem impendissent in administrandis per se ipsos Sacramentis Hominibus ejusdem Oppidi, aliaque obiissent munia Parochialia; Hodiernus tamen Rector Felix Perez usque ab initio adeptæ Parochiæ ostendit reluctantem animum a residentia ipsius Ecclesiæ Parochialis, atque in ea constituto Capellano Mercenario, lares transtulit ad locum *de la Riera* apud Ecclesiam, in qua Vicarius ad exercitium Curæ deputatus residebat. Quamobrem Decuriones, & Communitas Oppidi Tamariti eumdem Felicem Rectorem in Judicium vocarunt, coram Ordinario Tarraconensi, & ad tramites eorum petitionis obtinuerunt per sententiam decerni, quòd ille teneretur residere in Ædibus Parochialibus Ecclesiæ *de Tamarit*, quodque Homines ejusdem Communitatis manuteneri debeant in quasi possessione recipiendi Sacramenta ab eodem Rectore. Commissa denique mihi Causa per rescriptum Signaturæ Justitiæ proposui hodie Dominis Meis Dubium -- *An, & de cujus bono Jure constet etiam ad effectum manutentionis* - & habui responsum -- *Constare de bono Jure Decurionum, etiam ad effectum manutentionis*.

Actio siquidem per Decuriones Communitatis Oppidi *de Tamarit* promota ad effectum adigendi præfatum Rectorem ad explendam residentiam in Domo dictæ Ecclesiæ Parochialis, ut Hominibus dictæ Communitatis Sacramenta ministraret, juxta antiquam illorum quasi possessionem, Juri Consona visa fuit, tamquam uniformis dispositioni *Sac. Conc. Trident. in cap. 1, sess. 23, de reform.* quæ innixa antiquis Sacrorum Canonum statutis districte præcipit Parochis, ut personaliter resideant apud Ecclesiam 1 Parochialem, & Curam Animarum eis commissam per seipsos, non autem per Substitutos Mercenarios exerceant, ut tradunt *Fagnan. in Cap. exstirpandæ, § Qui verò, num. 1, & 3, de Præben. Barbos. ad idem Conc. dict. cap. 1, sess. 23, num. 46*, cum aliis relatis per *Pignatell. Consult. 4, num. 19, tom. 7; Monacell. in formular. par. 1, tit. 10, form. 18.* Quæ sanè personalis residentia, & Curæ exercitium, ut ad mentem Sacrorum Canonum, & Sac. Concilii Tridentini impleatur, oportet, ut Rector ædes Parochiales habitet, quia tunc per se ipsum præ- 2 sto esse potest his, quæ ad Curam spectant Animarum, & promptiùs indigentiis Parochianorum valet occurrere, juxta notata per eumdem *Fagnan. in dicto cap. Exstirpanda, sub num. 12*, ubi refert resolutiones Sac. Congregationis Concilii; *Barbos. ad Conc. dicto cap. 1, sess. 23, de reformat. num. 44; & de Offic. & Potest. Episc. alleg. 53, num. 71; Garz. de benef. par. 3, cap. 2, num. 179, Nicol. in Flosc. verb. Parochus, vers. Sacra quoque, Ricc. decis. Cur. Archiep. Neap. part. 4, decis. 41.*

Nec ad evitandam hujusmodi residentiam idem Rector allegare poterat facultatem habitandi apud Ecclesiam loci de *la Riera*, quam asseverabat obtinuisse a Tarraconensi tunc Antistite, statim ac adeptus fuit Parochiam *de Tamarit*. Quoniam Rector non exhibuit assertam Archiepiscopi licentiam, prout tenebatur, nec illam supplere valebat quædam Epistola Archiepiscopi Antecessoris. Nam hæc potiùs excludit assumptum. Ex illius enim verbis colligebatur, quòd dictus Rector optaverat obtinere translationem residentiæ ad locum -- *de la Riera* -- Quodque Archiepiscopus ad eumdem effectum curaverat, ut removerentur quæcumque difficultates. Unde patet talem licentiam tunc non fuisse concessam, cùm ad sui perfectionem expectaret actum effectivæ translationis residen- 3 tiæ, quæ remotis prius difficultatibus in futurum expleri debebat; *Rota coram Priolo, decis. 25, num. 9, coram Cerro, decis. 493, num. 17, coram bon. mem. Herrera, decis. 35, num. 16, & 17; & in Hipporegien. Beneficii, 11 Februarii 1704, § Aliæ verò, coram bon. memor. Muto.*

Atque hinc nulla fides præstanda erat Testibus deponentibus dictam licentiam ab Archiepiscopo fuisse concessam, quia illi relationem habent ad dictam Archiepiscopi Epistolam, quæ veluti assertam licentiam non continens, ab eorum dicto discordat, ut advertunt *Capyc. latr. con-* 4 *sult. 4, num. 5; Card. De Luc. de Judic. disc. 32, num. 6; Rot. decis. 237, num. 18, coram Roxas; & in Recen. dec. 484, num. 14, par. 19.* Maximè quòd Testes deponunt de dicta licentia constare ex processu Causæ agitatæ in Curia Archiepiscopali Tarraconen. Cùm autem eadem licentia non exhibeatur, utique dicti Testes nullam constituunt probationem; 5 *Dec. in auth. si quis in aliquo, num. 45, vers. restringitur, Cod. de eden. Paris. cons. primo, num. 4; Rota coram Dunozett. Jun. decis. 868, num. 8; & in recen. dec. 569, num. 14, par. 19, tom. 2; & coram clar. mem. Card. Falconer. dec. 33, num. 16, tit. de Jurepatronat.*

Præterea ponderatum fuit, quòd hujusmodi Ordinarii licentia habitandi apud Ecclesiam -- *de Riera* -- quatenus con-

ces-

cessa fuisset, nec Rectori suffragari vale-
ret. Quoniam is cùm haberet penes Ec-
clesiam Parochialem *de Tamarit* Domum,
tenebatur eam habitare, ut satisfaceret
oneri residentiæ. Ordinarius verò nequit
6 Parocho residentiam remittere, ut ex
S. Conc. Trident. sess. 23, de reform. cap.
1, advertit Fagnan. in cap. Ex parte, n.
21, de Cleric. non resid. & cap. extir-
pandæ, § Qui verò, sub num. 3, & num.
13, de Praben. Barbos. ad Conc. Tri-
dent. sess. 6, de reformat. cap. 3, num.
3; & dict. sess. 23, cap. 1, num. 55; Ma-
nnt. controv. Jur. respons. 19, part. 1,
num. primo; Ventrigl. in prax. annot. 20,
§ Primo, num. primo.
Et quamvis in casu, quo Archiepi-
scopus transtulisset Parochialitatem ab
Ecclesia *de Tamarit* ad illam *de Riera*,
Rector sine dubio potuisset, imò debuisset
7 residere in Ecclesia, ad quam facta fuis-
set translatio, ex notatis per *Joan. Andr.*
Cap. Cum Persona, notab. 16 de privil.
in 6. Rota coram Gregor. decis. 387, n.
2; addit. ad eumdem decis. 405, lit. D;
& in M-diolanen. Jurium Parochialium,
20 Aprilis 1708, § Stetit, coram clar.
mem. Card. Scotto. Attamen ad hunc ef-
fectum satis non erat, quòd Ordinarius
suam patefaceret voluntatem in Episto-
la, de qua superius fuit habita ratio,
aut simpliciter licentiam concederet, sed
translatio exigebat actum solemnem,
8 unà cum legitimis Causis, ac requisitis,
de quibus *Lap. alleg. 68, num. primo;*
Oldrad. cons. 260, sub num. 2; Fagnan.
in cap. Ad audientiam, il primo, num. 58,
de Eccles. Ædifican. Lotter. de Re be-
nefic. lib. 1, quæst. 12, num. 40; Rebuff.
in prax. tit. de translat. num. 4; Fran-
ces. de Eccles. Cathed. cap. 7, numer. 6.
Non sequuta igitur hac formali transla-
9 tione, non erat cur Parochus evitare
valeret residentiam in dicta Ecclesia Pa-
rochiali, ut in his terminis advertit *Fa-*
gnan. in dict. cap. Exstirpandæ, § Qui
verò, num. 60, & seq. de Præben.
Non relevante, quòd Domus penès
Ecclesiam Loci *de Riera*, sit intra Limi-
tes Parochiæ *de Tamarit*. Quandoquidem
& si juxta authoritates allegatas pro
Rectore, valeat quandoque Parochus,
permittente Episcopo, habitare Domum
in Parochia, quæ non sit annexa Eccle-
siæ Parochiali. Illæ tamen procedunt,
vel in terminis Ecclesiæ Parochialis,
quæ careat ædibus pro habitatione Pa-
rochi; tunc enim urgente necessitate
potest Rector aliam de consensu Episco-
10 pi habitare Domum, ut testatur *Fa-*
gnan. in dicto cap. Exstirpandæ, num. 15,
ubi ita decisum fuisse refert in Sacra Con-
gregatione Concilii; Barbos. de Offic. &
potest. Episc. alleg. 53, num. 71, Pax
Jordan. tom. 2, lib. 10, tit. 40, num. 55;
Monacell. form. 2, tit. 6, num. 5, tom. 2,
vel ubi agitur de habitatione, quæ per-
mittente Episcopo fiat ad tempus in Do- 11
mo, proxima tamen Ecclesiæ Parochia-
li; ad tradita per *Barbos. de Paroch. par.*
1, cap. 8, num. 37; Pax Jordan. tom. 2,
lib. 10, tit. 40, num. 56, De Luc. ad
Ventrigl. adnot. 20, § Primo, numer. 2;
Card. De Luca in annotation. ad Sacr.
Concil. Trident. discurs. 4, num. 11.
In hypothesi autem res erat extra Ca-
sus ab his Doctoribus perpensos. Cùm
enim extet Domus Ecclesiæ Parochialis,
nulla aderat necessitas, ut ejus defectus
suppleretur. Minusque agebatur de ha-
bitatione ad tempus, & Ordinarius quid-
quid egerit Antecessor, illam non per-
mittit, imò innovationi hujusmodi Pa-
storali quo pollet, Z-lo resistit, adeout
per sententiam in Curia Archiepiscopa-
li latam mandaverit, ut Rector exem-
plo aliorum Rectorum prædecessorum
residere teneretur in ædibus sitis apud
Ecclesiam Parochialem Oppidi *de Tama-*
rit. Sed ulteriùs maximè urgebat, quòd
Domus loci de *Riera* non est proxima
Ecclesiæ Parochiali, imò illa longè di-
stat, ac difficile erat iter propter Flu-
men inter utramque decurrens, ut de-
ponunt Testes pro parte Decurionum
adducti, quod adeò verum est, ut usque
ab anno 1573, Cardinalis Cervantes,
tunc Archiepiscopus Tarraconen. hac de
Causa mandaverit construi dict.n Ec-
clesiam in loco de *la Riera*, deputato in
eà Vicario ad exercitium Curæ Anima-
rum. Quare ob distantiam dictæ Domus,
cùm non valeat Rector in ea degens
personaliter occurrere Indigentiis Paro-
chianorum Oppidi Tamariti, nec presto
esse administrationi Sacramentorum, per-
inde ac si habitaret Domu u Ecclesiæ Pa-
rochialis, meritò cogendus erat ad ex-
plendam in Domo Parochiali habitatio- 12
nem, & residentiam, ut optimè adver-
tunt idem *Fagnan. in dicto cap. Extir-*
pandæ, § Qui verò, n. 15, & seqq. de
Præben. Pax Jordan. dict. lib. 10, tit.
40, numer. 56, alisque in contrarium al-
legati.
Frustra demum afferebatur pro legiti-
ma Causa deserendi habitationem Do-
mus Ecclesiæ Parochialis, aeris gravi-
tas, & intemperies, Oppido Tamariti
imminens, ob quam asserunt Testes, plu-
res incolas incidisse in morbum lerba-
lem, pluresque Indigenas lares transtu- 13
lisse ad locum *de Riera*, in quo major
extat Incolarum numerus. Quidquid
enim esset de hujus facti probatione
fundata in Testibus, nihil de cætero
ad intentum Rectoris concludentibus,
pendente lite, & ad perpetuam exami-
natis, contra quorum etiam assertionem
urgebat, quòd plures Rectores, qui re-

gimini dictæ Ecclesiæ Parochialis præfuerunt ab anno 1547, usque ad præsens (uno tantùm excepto, qui per annum vixit) in eadem Parochiali senescentes resederunt spatio viginti, aut triginta annorum, nec aeris corruptio tribui poterat novæ Causæ, sed potiùs dicti Testes pro Rectore adducti referebant Causam ab antiquo immotam, & permanentem, nempe quod dictum oppidum expositum erat ventis meridionalibus, quodque ex proximo monte, impedito aliorum ventorum accessu, illud libero aere carebat.

Summoveri tamen visa fuit quælibet difficultas ex eo, quòd aeris intempe-
14 ries allegari non merebatur pro legitima causa, quæ Parochum a residentia valeret eximere, *Fagnan. in cap. Clericos, num. 26, de Cleric. non residen. Ugolin. de Offic. Episcop. cap. 15, § 3, vers. 6; Zerol. in prax. Episc. par. 1, verb. residentia, § 7, Barbos. ad Conc. dict. sess. 23, cap. 1, de reformat. num. 44, Monacell. par. 1, tit. 10, form. 18, numer. 16.* Indigenarum autem discessus cùm verificaretur in parvo numero, nec aptus
15 erat ad evitandam Parochi residentiam, ut in durioribus terminis advertit *Gloss. in cap. licèt, verb. Parochialis Ecclesia, de elect. in 6; Fagnan. in d. Cap. Exstirpanda, § Qui verò num. 11, Barbos. de Paroch. par. 1, cap. 8, num. 37; Ricciul. de Jur. Personarum, lib. 1, cap. 150, num. 1; Grattan. discept. 291, num. 23, & 46.* Multitudini denique Incolarum loci *de Riera*, aliorumque proximorum Pagorum jam prospexit Archiepiscopus Tarraconensis usque ab anno 1573, per erectionem Ecclesiæ Filialis, Constituto in ea Vicario, qui Animarum Curam exercet.

Constito igitur de bono Jure Decurionum, utique juxta secundam dubii partem, ad illius tramites debetur ipsis manutentio in quasi possessione recipiendi Sacramenta a Rectore Parochialis *de Tamarit*, qui etiam pro eodem effectu tenebatur continuare residentiam eo modo, quo illam expleverunt Rectores prædecessores in ædibus sitis apud dictam Ecclesiam Parochialem; eo magis quia ultra Boni Juris assistentiam Decuriones
16 existunt in hujusmodi quasi possessione per diuturnum temporis spatium continuata; *Rot. in recen. decis. 55, & dec. 270, utrobique num. 1, par. 17; & in Interamnen. Manutentionis super reservatis, 27 Junii 1718, § Ejusdemque, coram bon. mem. Ansaldo; & in Verulana Manutentionis, 3 Junii 1720, § Pro eo enim, coram bon. mem. Gamaches.*

Et ita, &c. utraque, &c.

I

R. P. D.

CRESCENTIO

Tirasonen. Jurisdictionis, & Praeminentiarum.

Luna, 25 Januarii 1734.

ARGUMENTUM.

Clerus Ecclesiæ Collegiatæ, licèt exemptæ, recipere tenetur Processionem Rogationum, juxta solitum, eamque associare in ingressu, & egressu; & Breve Apostol. cum desuper obtentum, uti obreptitium, & subreptitium non esse exequendum, firmatur in hac Decisione, in qua etiam demonstratur quando Gratia sit subreptitiè obtenta, & quando Ecclesia sit major, vel dignior, itaut ab ea Processiones sint inchoandæ.

SUMMARIUM.

1 *Series facti, & num. 2, 3, 4, 7, & 8.*
5 *Exitus, & resolutio Causæ.*
6 *Indulta Pontificum semper importans tacitam conditionem, dummodo preces veritati nitantur.*
9 *Privilegia, utpote odiosa, non sunt extendenda.*
10 *Eo quòd specificè revocetur aliquod privilegium, non intelligitur restricta præcedens generalis revocatio, sed solùm majoris declarationis gratia facta censetur.*
11 *Vitium subreptionis inducit non minus omnimoda reticentia veri, quàm illius indicatio subobscura, & confusa.*
12 *Ubi partes Proœmialis, & dispositiva adversantur parti executivæ, Gratia subsistentia potius a veritate, vel falsitate partis proœmialis, & dispositivæ est regulanda.*
13 *Ut gratia dicatur subreptitia, vel obreptitia sufficit quòd reticentur ea, quæ Pontificem, vel difficiliorem reddidissent, vel a concessione retraxissent; & num. 20.*
14 *Privilegia post revocationem, perinde est, ac si unquam emanassent.*
15 *Ad præscribendum adversus Constitutionem Pontificiam requiruntur actus positivi, & sibi directè contrarii, & num. 16, 17, & 18.*
Imo quòd quispiam se opposuerit, & deinde acquieverit. ibid.
19 *Corruente principali Gratia fundamen-*

mento in universum, deficit Principis intentio quoad omnia.
21 Pontifex numquam absque legitima causa vult tollere jus praeminentiale alteri Ecclesiae quaesitum.
22 Rigorosa species Matricitatis est, quando reliquae Ecclesiae veluti e Matricis sinu effluxerunt.
Non rigorosa Matricitas importat tantùm majoritatem, & praeminentiam. ibid. & num. 23, & 24.
25 Processiones inchoandae sunt ab Ecclesia Matrice.
Hae dant signum valde univocum Matricitatis Ecclesiae. ibid.
26 Matricitas alicujus Ecclesiae ex Historicorum relationibus probatur, & num. 27.
28 Item de ex judicata.
29 Sententia tribuens alicui Ecclesiae Matricitatem, afficit omnes Ecclesias ipsius loci, etiam non citatas.
Non est absurdum, quòd ex duabus, Ecclesiis aequè Collegiatis, una sit alterâ major, ac dignior, ibid.
30 Eccl. sia Regularis, non potest contendere de majoritate, & praeminentia cum Ecclesia Saeculari.
31 Longaeva consuetudo pro lege servanda est.
32 Ampla etiam in casu, quo non docentur legitimè praescripta.
Actus concernentes divinum cultum, utcumque ab initio voluntarii, facilè transeunt in consuetudinem, ibid.
33 Nulla ratio habenda est de absurdo, quod vel a facto voluntario procedit, vel facilè removeri potest.
Consuetudo non habens jures resistentiam, per solum decennium inducitur, ibid.
34 In materia Processionum omnis potestas Episcopis tradita est.
35 Testes numero plures merentur majorem fidem.
36 Manutentio debetur etiam in actibus honorificis, & praeminentialibus.
Imo consuetudo in talibus rebus inducit validum titulum ad effectum exigendi eosdem actus urbanitatis, ibid.
37 Ex actuum multiplicitate per longum, & continuatum temporis spatium excluditur praesumptio qualitatis merè facultativae in materia praesertim Praeminentiarum.
Urbanitatis officia transeunt in necessitatem, ubi solitum est illa adhiberi, ibid.
38 Ecclesiae Patrono, & Episcopo honorifica receptio facienda est a Regularibus ad Januam Ecclesiae.
Juri communi non repugnat, quòd a Regularibus praestetur honorifica receptio publicae, & generali Processioni ex utroque Clero Saeculari, & Regulari compositae, ibid.
39 Item talis honor, & de honestate, imo & de justitia a Regularibus debetur.
Regulares eo die quo debent esse ad ostium Ecclesiae pro honorifica receptione, non tenentur Processioni interesse, ibid.
40 Afferuntur plura exempla hujus honorificae receptionis, etiam in terminis durioribus, & nu. 41, & 42.
Stylus Urbis attendi debet pro regula aliorum locorum totius Orbis Catholici, ibid.
43 Qui de jure suo non diffidit, de nova gratia, aut Privilegio non curat.
Confirmatio relinquit rem in eo statu, in quo antea erat, ibid.

DECISIO XXV.

STANT ANGELI AD JANUAM, UT INTRODUCANT, NON UT REPELLANT, inquit S. *Augustinus in Sermon. de temp. 171*, habito *in Feria secunda Rogationum*. Hoc sanè Angelorum exemplum imitati diù fuerunt Prior, & Canonici Regulares S. Sepulchri Ordinis ejusdem S. Augustini in Oppido, seu Civitate Calatajubii. Dum enim juxta Ritum Ecclesiae universalis in triduo ante Festum Dominicae Ascensionis fieret publica supplicatio Rogationum, quae *Litaniae minores* nuncupantur, Processio incipiens a majori Ecclesia Collegiata S. Mariae ingredi, ac Stationem facere consueverat in dicta alia Collegiata Regulari S. Sepulchri; ubi Canonici ad Januam Ecclesiae occurrentes excipiebant utrumque Clerum Saecularem, & Regularem. 1

Sed mutato de repente Consilio, sub obtentu, quòd hujusmodi Processionis ingressus non solùm turbaret Canonicos in Choro psallentes, verùm etiam praejudicium inferret exemptioni, qua fruitur dicta Ecclesia Regularis, anno 1722, in Feria secunda Rogationum clausum fuit Ostium Ecclesiae praedictae, ad quam proinde fuit Processioni de facto impeditus ingressus. Ut simili novitati occurreret anno sequenti 1723 Reverendissimus Episcopus Tirasonen. post inutiliter adhibitas extrajudiciales diligentias, dedit in mandatis Vicario suo Generali Calatajubii, ut monitos faceret Priorem, & Canonicos S. Sepulchri, ad effectum, ut in proxima feria secunda Rogationum servarent solitum, apertasque tenerent Januas Ecclesiae pro ingressu Processionis, sub poena Excommunica- 2

 tie-

tionis, & Interdicti, necnon ducatorum 500, ipso facto incurrenda. Hoc autem non obstante præcepto eis legitimè notificato, missoque iterum Nuncio de Processione jam incæpta, clausa reperta fuit Janua Ecclesiæ. Quapropter ad instantiam Promotoris Fiscalis, Vicarius Generalis per publicos Cedulones excommunicatos declaravit Priorem, & Canonicos, Ecclesiam interdixit, & pœnam pecuniariam exequutioni mandavit.

3 Habitoque recursu ad Reverendissimum Hispaniarum Nuncium, hic post maturum Causæ examen, decretum edidit definitivum, quo manutentionem concessit Ecclesiæ Collegiatæ Sanctæ Mariæ in quasi possessione Majoritatis, Matricitatis, ac Præeminentiæ super omnibus aliis dictæ Civitatis Calatajubii, etiam ad effectum, ut illius prima Processio Rogationum ingredi posset Ecclesiam Collegiatam S. Sepulchri, atque ab ejus Priore, & Canonicis in forma Communitatis exciperetur, tam in ingressu, quàm in egressu. Appellantibus verò ab hujusmodi decreto Canonicis Regularibus S. Sepulchri, Causæ cognitio delegata fuit Sacro nostro Auditorio; & dum compulsatis Juribus, ac voluminoso Processu in Partibus compilato, imminebat Causæ propositio, Reverendissimus Bartholomæus Gascon, qui ad Urbem accesserat, atque a san. mem. Benedicto XIII, creatus Episcopus Titularis Jacen. possidebat in Commendam Prioratum S. Sepulchri, ab eodem Summo Pontifice Literas Apostolicas obtinuit in forma Brevis, quibus avocatis, atque extinctis omnibus Causis, & litibus hujusmodi super majoritate, ac Præeminentia utriusque Ecclesiæ Collegiatæ, mandavit, quòd una ab altera independens existat, & juxta propria cujusque Instituta, seu Privilegia independenter regatur, ac
4 gubernetur. Rursùs omnia, & singula Privilegia, exemptiones, & prærogativas eidem Collegiatæ a Pontificibus Prædecessoribus quomodolibet concessas confirmavit, & quatenus opus sit de novo concessit; itaut Priores, Canonici, & Personæ omnes, Prioratus, Ecclesiæ, Loca, & Monasteria hujusmodi deinceps ab omni Ordinarii Jurisdictione, & authoritate exempta remaneant, dictique Canonici Regulares habitu, & Insignis in Choro, quibus Canonici Sæculares tam Collegiatarum, quàm Cathedralium Ecclesiarum utuntur, aliisque omnibus Privilegiis, Indultis, Gratiis, Exemptionibus, Immunitatibus, facultatibus, & prærogativis sibi, tum quoad Personas, tum quoad res, & Bona per eosdem Prædecessores olim concessis, gaudere liberè possint, ac debeant.

Quod verò attinet ad ingressum Processionum in eamdem Ecclesiam S. Sepulchri perpetuò prohibuit, atque interdixit, ne illæ recedentes ab Ecclesia S. Mariæ ingrediantur Ecclesiam Regularem S. Sepulchri.

Siluit post hæc Causa usque ad obitum san. mem. Benedicti XIII, & gloriosam Assumptionem Sanctissimi Domini nostri Clementis PP. XII, ad cujus excelsum Justitiæ solium habito recursu per Episcopum Tirasonen. & Capitulum Collegiatæ S. Mariæ adversùs hujusmodi Prædecessoris indultum, per organum ejus hodie Eminentissimi D. Cardinalis Pro-Auditoris, remissæ preces fuerunt ad Signaturam Justitiæ loco Signaturæ Gratiæ, quæ sub die 26 Martii superioris anni rescripsit -- *Prævia Oris apertione ad Rotam*, ubi proposito dubio -- *An Breve sit exequendum, seu potiùs constet de bono jure Episcopi, & Capituli insignis Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ*, & jura sua deducere non curantibus Priore, & Canonicis Ecclesiæ Regularis S. Sepulchri, responsum fuit -- *Negativè ad primam partem, affirmativè ad secundam*, ut videre est in Decisione diei 22 Junii 1733, coram Reverendissimo P. D. meo Corio Decano, ad cujus tramites prodiit Sententia Rotalis declarans Breve san. mem. Benedicti XIII, uti subreptitium, & obreptitium, non esse exequendum, Priorem, & Canonicos Collegiatæ S. Sepulchri subjectos esse omnimodæ Jurisdictioni Episcopi Tirasonen. ac teneri, & obligatos esse recipere Processionem prima die Rogationum, eamque associare, tam in ingressu, quàm in egressu usque ad Januam Ecclesiæ, nec non insignem Collegiatam S. Mariæ esse Majorem, atque Matricem in Civitate Calatajubii, ejusque Capitulum, & Canonicos, tam Collegialiter, quàm singulariter præferendos esse in omnibus actibus publicis, & privatis Priori, & Canonicis Regularibus Ecclesiæ Collegiatæ S. Sepulchri.

Cumque in gradu appellationis delegata mihi fuerit ulterior Causæ cognitio, proposui consuetum dubium -- *An Sententia Rotalis sit confirmanda, vel infirmanda*, cui Domini in contradictorio utriusque Partis jura sua viriliter deducentis, responderunt, *Sententiam Rotalem esse confirmandam juxta modum* inferius exprimendum. 5

Singula enim expendendo Capita præcedentis Judicati, jure optimo visa est denegata exequutio Brevi Pontificio san. mem. Benedicti XIII, cui sublata efficacia Decretorum, & Clausularum, mediante apertione Oris per Signaturam Induita, facilè dignoscebantur subreptionis, atque obreptionis vitia, quibus erat ob-

obnoxium, itaut omninò deficere videretur in Summo Pontifice illud concedendi voluntas, quæ tacitam semper importat Conditionem, dummodò preces
6 sibi expositæ veritati nitantur; per *Text. in cap. 2; ibique Felinus num. 6, de rescript. Rot. decis. 88, numer. 1, part. 1 diversor. & dec. 760, numer. 12, coram Card. Caprara; in Romana, seu Bergomen. Collegii, 26 Novembris 1731, § Præsupposita, coram Reverendissimo D. Aldrovando Almæ Urbis Gubernatore; in Alatrina reintegrationis, prima Februarii 1732, § Totum adhuc, & 20 Junii ejusdem anni, § Etenim, coram Reverendissimo P. D. meo Corio Decano; & in S. Angeli Lombardorum reintegrationis locorum Montium, 16 Januarii 1733, § Cum enim; & 3 Julii ejusdem anni, § Hujusmodi, coram Me.*

7 Porrò narratum Pontifici apparebat, quòd Ecclesia Regularis S. Sepulchri unà cum omnibus Prioratibus, Ecclesiis, Domibus, Præposituris, Locis, ac Monasteriis ab ea dependentibus, ab omni prorsùs authoritate, & Jurisdictione ordinaria exempta, Romano dumtaxat Pontifici pro tempore, ac Patriarchæ Hierosolymitano, & Priori ibidem existenti subjecta erat, juxta literas Apostolicas Urbani IV, Eugenii IV, Paoli II, Leonis X, & Urbani VIII; quodque in pacifica possessione hujusmodi plenariæ exemptionis reperiebatur, ac uti ab Ecclesiis Sæcularibus independens, regi, & gubernari consueverat absque ulla subordinatione, seu præstatione Jurium præeminentialium alicui alteri Ecclesiæ, & sine onere excipiendi publicas Supplicationes, seu Processiones quotannis fieri solitas diebus Rogationum.

8 Hæc autem omnia veritati non omalno conformia comperta sunt. Licèt enim Ordo iste S. Sepulchri in ejus primordiis plura obtinuerit Privilegia Apostolica illum eximentia, non solùm a Jurisdictione Ordinarii, sed etiam a solutione Decimarum. Anno tamen 1474, Summus Pontifex Sixtus IV, justis de Causis animum suum impellentibus; atque indicatis in ejus Motu proprio, revocavit omnia Privilegia exemptiva per Pontifices prædecessores indulta, restrictivè tamen ad Prioratus, Ecclesias, aliaque Loca, & Personas ab eis dependentes in Civitate, & Diœcesi Tirasonen. existentes, quos illius Episcoporum pro tempore Jurisdictioni omninò subjectos esse voluit, atque mandavit, etiam quoad solutionem Decimarum, Procurationum, Censuum, Collectarum, Charitativi, & quorumvis aliorum onerum ordinariorum.

Rursus postquam ita particulariter sancitum fuerat respectivè ad Monasteria Diœcesis Tirasonen. denuò revocata generaliter eadem privilegia fuerunt a Summo Pontifice Innocentio VIII, occasione, qua suppressit, ac penitùs extinxit totum hunc Ordinem S. Sepulchri, ejusque Bona, Præceptorias, atque Commendas applicavit Inclytæ Religioni Hierosolymitanæ. Et quamvis posteà Summus Pontifex Leo X, ad supplicationem Ferdinandi Regis Aragonum, qui asseruit se ad Ecclesiam, & Prioratum in Oppido Calatajubii singularem gerere devotionis affectum, præservaverit ab universali Innocentii VIII suppressione Prioratum hunc Civitatis Calatajubii, non ideò tamen illum reintegravit ad omnia, & singula Privilegia, quæ fuerant a Prædecessoribus revocata, sed imò expresse voluit illum tantummodo remanere *in eodem statu*, in quo erat antè quàm generalis extinctio, atque suppressio ab Innocentio Prædecessore facta fuisset. Ita quidem ut revocatio Privilegiorum facta a Sixto IV pro hoc ipso Monasterio, seu Prioratu Calatajubii firma omninò remanserit, juxtà literalem dispositionem Bullæ Leonis, 9
quæ uti continens Privilegium stricti Juris, extensionem non patitur ultra expressa, *cap. Privilegium, dist. 3, cap. Abbatet, § Contra quod, de verb. signif. Rot. coram Molin. decis. 1008, num. 8.*

Nec subsistebat assumptum, quòd Bulla Sixti IV revocet solùm Exemptionem a Decimis. Contrarium namque præseferebat integer Literarum contextus, ubi non solùm revocata leguntur omnia, & singula Privilegia, & Exemptiones absque ulla limitatione ad Decimas, sed insuper expresse statuitur, quòd Episcopi pro tempore Tirasonenses totalem, & omnimodam Jurisdictionem, dominium, potestatem, authoritatem solitam in aliis Ecclesiis, ac Beneficiis Civitatis, & Diœcesis Tirasonen. Visitationem in Ecclesiis, ac aliis locis ad Priores, Præpositos, Præceptores, Commendatarios, Canonicos, Fratres, Vassallos, Subditos, Familiares, & Personas hujusmodi spectantibus in Civitate, & Diœcesi prædictis exercere, ipsosque ad Decimarum, Procurationum, necnon Censuum, Collectarum, Charitativi, & quorumvis aliorum onerum ordinariorum solutionem coarctare, constringere, & compellere liberè possint, & valeant in omnibus, & per omnia, ac si Literæ, Exemptio, Liberatio, Decretum, & Voluntas, necnon omnia, & singula in eis contenta nullatenùs emanassent. Hac autem stante generali, & clara loquendi formula, nedum adimente omnia Privilegia, sed expresse subjiciente Prioratum S. Sepulchri omnimodæ Jurisdictioni Episcopi, dubitari

tari profectò non poterat, quin revocatio restricta non esset ad exemptionem a Decimis, quarum specifica expressio
10 non restringit præcedentem generalem revocationem, sed majoris tantummodò declarationis Gratia facta censetur, juxta Theoricam *Bartol. in leg. Quæsitum, § Si quis Fundum, sub num. 11; & seqq. ff. de fund. instruct. Rot. coram Seraph. decis. 584, num. 7. & coram Emerix Jun. decis. 1272, num. 8; & in Lucen. Jurisdictionis 22 Martii 1694, § Nec ad elidendum, coram Card. Caprara; & in Caurien. Jurisdictionis, 26 Junii 1702, § Etenim objectum, coram Eodem.*

Et quamvis in Literis san. mem. Benedicti XIII mentio facta legeretur etiam de hac Bulla Sistina, unà cum omnibus aliis posterioribus Constitutionibus Romanorum Pontificum Prædecessorum; attamen cùm de illa, ejusque tenore habita mentio non fuerit, neque in narrativa, neque in dispositiva Brevis, sed in parte solùm executiva per modum clausulæ generalis, eo sub involucro verborum præseferentium Pontificis voluntatem restituendi, ac revalidandi Privilegia Ordinis S. Sepulchri -- *Adversus quasdam recol. mem. Sixti IV, & quascumque posteriores aliorum Romanorum Pontificum Prædecessorum Literas* -- tantum abest, quòd expressio isthæc suffragari posset ad effectum evitandi subreptionis vitium, ut imò potiùs excludat in Pontifice certam, specificamque notitiam illius dispositionis, & non sine fraude, ac malitia facta videatur ad fallendam potius intelligentiam Pontificis, cui fideliter, ac distinctè narrari debuisset, quòd revocatio Privilegiorum expleta per Sixtum IV, taxative cadebat super Prioraribus, eorumque dependentiis existentibus in Civitate, ac Diœcesi Tirasonen. & quidem ad evitandos excessus, & crimina, quæ majora imposterum timebantur, *in gravem Episcopi, & Successorum jacturam, Divinæ Majestatis offensam, ac Animarum periculum, & etiam detrimentum.* Vitium
11 namque subreptionis inducit non minus omnimoda reticentia veri, quàm illius indicatio sub obscura, & confusa, juxta firmata per *Rot. coram Eminentissimo D. Cardinali Falconerio, decis. 5, num. 16, de Benef. & decis. 73, num. 14, de fideicom.* cum aliis adductis in Decisione præcedentis Instantiæ, *§ Haud facessente, coram R. P. D. meo Corio Decano.*

Ea potissimùm accedente animadversione, quòd narrativa, & dispositiva Gratiæ innitebatur supposito prorsus contrario Bullæ Sixtinæ. Tantum enim abest, quòd Summus Pontifex antiqua hæc Privilegia revocata putaverit a Sixto Prædecessore, ut imò ad insinuationem Prioris ea supposuerit adhuc in viridi observantia, solùmque de recenti Ecclesiam Calatajubii fuisse turbatam in eorum possessione; ideoque Papæ voluntas primaria non fuit reintegrare Privilegia adversùs illorum revocationem, sed potiùs ea confirmare in eodem statu, quo erant ante assertas modernas perturbationes. Explorati siquidem juris est, quod ubi, prout in casu, partes Prœmialis, & Dispositiva adversantur parti Exequutivæ, quia illæ supponunt, Privilegia in viridi observantia, ista verò supponit eadem Privilegia fuisse revocata, Gratiæ subsistentia, vel nullitas 12
regulanda est a veritate, vel falsitate partis prœmialis, & dispositivæ, unde Causa motiva, & finalis desumitur, ut generalibus omissis, benè differit *Rot. in Colonien. Indulti, 4 Decembris 1730, § 9, coram Illustrissimo P. D. Aldrovando Almæ Urbis Gubernatore; & in Alatrina reintegrationis, 20 Junii 1732, § His autem, coram R. P. D. meo Corio Decano.*

Ad hæc accedebant plures aliæ circumstantiæ Pontifici reticitæ, & ponderatæ in Decisione Reverendissimi Corii, *§ Præsertim*, quòd nempè hujusmodi Privilegia eximebant non solùm a Jurisdictione Ordinarii, sed etiam a solutione quarumcùmque Decimarum. Quodque de tempore illorum concessionis vigebat Ordo S. Sepulchri, deinde suppressus, & speciali gratia Leonis X, unicè præservatus in Prioratu Calatajubii, ubi numerus Canonicorum adeò parvus existit, ut vel tres non excedat, vel ad summum quinque, juxta depositionem aliquorum Testium pro parte ejusdem Ecclesiæ Regularis adductam. Quemadmodum verò ex his, quæ fuerunt superiùs expensa, clarè dignoscebatur quòd Summum Pontificem Benedictum a Gratiæ concessione omninò retraxissent, quatenus fideliter illi exposita fuissent; ita quoque dici poterat de hisce aliis circumstantiis, quæ si eidem innotuissent, illum saltem difficiliorem ad Gratiam reddidissent. Cùm cæteroquin alteru-
13 trum sufficiat ad hoc, ut Gratia tamquam subreptitiè, vel obreptitiè extorta corruat omninò ex intrinseco, substantialique defectu voluntatis in Concedente, juxta vulgatam regulam, de qua *Rot. in Tarentina juris votandi, 22 Januarii 1731, § Final. coram bon. mem. de Gamaches; in Romana, seu Bergomen. Collegii, 26 Novembris 1731, § Præsupposita, coram Illustrissimo D. Aldrovando; & in Alatrina Reintegrationis, prima Februarii 1732, § Vitiis, coram Reverendissimo P. D. meo Corio Decano.*

Sic igitur submoto Brevi san. memor. Benedicti XIII, illicò quasi erumpere videbatur bonum Jus Episcopi Tirasonen.

pro

pro omnimoda Jurisdictionis competentia super Prioratu, & Ecclesia S. Sepulchri Calatajubii, ejusque annexis, ac dependentibus. Sive enim hujusmodi exemptio desumeretur a dispositione Juris communis, militante pro omnibus Ecclesiis Regularibus, sive a specialibus privilegiis Apostolicis huic Ordini Indultis, obstaculum semper insuperabile faciebat sæpedicta Bulla Pontificia Sixti IV, qui omnes revocando a Prædecessoribus indultas exemptiones, Motu proprio, ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine Ecclesiam Collegiatam S. Sepulchri, aliaque loca ad Præpositos, & Canonicos pertinentia, & in Civitate, ac Diæcesi Tirasonen. existentia, voluit esse subjecta omnimodæ Jurisdictioni, Dominio, Potestati, & auctho-
14 ritati Episcoporum pro tempore, juxta verba relata in superiori § 10; qua stante solemni, ac generali revocatione specificè, ac taxativè facta pro Ecclesia Regulari, de qua agitur, perinde est, ac si Privilegia quæcumque nullatenus emanassent, juxta firmata per *Rot. in Hispalen. Decimarum de Ossuna, super bono jure, 28 Januarii 1728. § Absque, & seq. coram Illustrissimo P. D. Aldrovando.*

Nec suffragari potuit Ecclesiæ S. Sepulchri diuturna observantia, quam per tria sæcula militare asserebat pro hujusmodi exemptione, ita quidem, ut præsumi etiam debeat per aliam posteriorem Constitutionem derogatum fuisse Bullæ Sixtinæ, juxta notissimam indolem, atque virtutem centenariæ. Cùm enim Testes ad hunc effectum adducti vix attingerent gradum probationis merè negativæ, hoc quippe solummodò deponebant semper vidisse, atque audivisse, Ecclesiam S. Sepulchri ex nativa sua fundatione liberam esse, atque exemptam a Jurisdictione Ordinarii, absque eo quòd unquam viderint Episcopos Tirasonenses, nec eorum Vicarios Jurisdictionis actum exercuisse in eadem Ecclesia, satis pro-
15 fectò non erat ad præscribendum adversùs Constitutionem Pontificiam, quæ actus requirit positivos, & sibi directè contrarios; *Abb. in cap. Cùm accessisset, num. 7, de Constit. Rot. coram Crescent. decis. 4, num. 2, de Privileg. coram Molin. decis. 204, num. 12; & in Hispalen. Anniversarii, 9 Januarii 1733, § Hisce autem, coram Me*. Quodque Episcopus Jurisdictionem ibidem exercere aliquando voluerit, & impeditus acquieverit, ut observat *Rot. coram Seraphin. decis. 1045, numer. 3, & 4, coram Dunoz. Jun. dec. 644, num. 16, & seqq. in Colonien. Pastoratus, seu Parochialis, 7 Februarii 1727, § Silentium, coram R. P. D. meo Calcagnino; & in dicta Hispalen. Anniversarii, 9 Januarii 1733, § Hisce autem, coram Me.*

Quoniam verò Prior, & Canonici S. 16
Sepulchri ad suadendam hujusmodi exemptionem, & contrariam observantiam etiam ex actibus positivis afferebant Sententiam arbitramentalem anni 1527, in qua Episcopo declaratur quidem Jurisdictionem competere super hac ipsa Ecclesia S. Sepulchri, non autem super Personis Priorum, atque Canonicorum, aliorumque Professorum Crucem, & Habitum Dominici Sepulchri deferentium, non obstantibus Privilegiis Apostolicis, & signanter fel. record. Sixti IV. Nec non exhibebant Constitutiones Monasterii, & Ecclesiæ prædictæ, quas confirmatas dicebant a san. mem. Urbano VIII, ubi citra præjudicium Apostolicæ Jurisdictionis statuitur, quòd Prior Jurisdictionem habeat Civilem, & Criminalem contra singulares Canonicos, non autem contra Capitulum, certa tamen præscripta forma procedendi cum adjunctis. E contrario autem Scribentes pro Episcopo Tirasonen. Confirmationem hanc Apostolicam Urbani VIII non admittebant, nec de illa constabat ex hodierno summario; Sententiam verò arbitramentalem excipiebant, non esse in forma probanti, & in omnem casum vigore utriusque documenti præservatam tantummodò dici posse Priori Jurisdictionem in Canonicos singulariter, non autem in Capitulum, Ecclesiam, & eorum Bona.

Dixerunt propterea DD. Sententiam 17
Rotalem in hac parte esse confirmandam juxta modum, ut nempè, quòd attinet ad exemptionem *Personalem tantùm* Prioris, & Canonicorum S. Sepulchri a Jurisdictione Episcopi, *videatur particulariter*.

Ab his, quæ respiciunt Jurisdictionem 18
Episcopi Tirasonen. transitum nunc faciendo ad bonum Jus Ecclesiæ Collegiatæ S. Mariæ Calatajubii, ad duplicem effectum de hoc quærebatur. Alterum pro Matricitate, seu Majoritate, & præeminentia, quam utraque Ecclesia S. Mariæ, & S. Sepulchri sibi asserebat. Alterum pro ingressu Processionis in Feria secunda Rogationum, quam recipere renuebant Prior, & Canonici S. Sepulchri, & respectu utriusque firma consistere comperta sunt rationum momenta militantia pro Ecclesia S. Mariæ, cujus proinde favore DD. similiter censuerunt *Rotalem Sententiam esse confirmandam*.

Profectò etiam in hac parte removendum priùs erat obstaculum Brevis Pontificii, quo san. mem. Benedictus XIII, extincta lite super hujusmodi Majoritate, ac Præeminentia, unam ab altera

Collegiata declaravit independentem, nec amplius inter eas de Majoritate voluit in futurum posse contendi; pariterque prohibuit ne Processio incipiens ab Ecclesia S. Mariæ ingrediatur aliam Ecclesiam S. Sepulchri, sed iter prosequendo pergat ad terminum destinatum, ibique functiones, & preces exsolvantur. Ad hoc tamen non modicè conferebant quæ superiùs expensa sunt, & clarè evincunt vitium subreptionis, ac obreptionis, cui obnoxium est Breve prædictum, & consequenter perindè habendum ac si nullatenus emanasset. Cùm enim Summus Pontifex motus præcipuè ad gratiam fuisse dignosceretur ex narrativa per Supplicantem exposita, quòd Ecclesia S. Sepulchri esset in quasi possessione Privilegiorum illam eximentium ab omnimoda Jurisdictione Ordinarii. Tali corruente supposito, corruere quoque opportebat Gratiam non solùm respectu exemptionis, sed etiam quoad alias partes ab illa quasi dependentes, & consecutivas. Si enim Papa scivisset Ecclesiam hanc ad instar aliarum Diæcesis esse subjectam Jurisdictioni Episcopi, quæstionem Majoritatis, ac Præeminentiæ non extinxisset, neque Pro-

19 cessionis ingressum prohibuisset, juxta regulam, quòd corruente principali Gratiæ fundamento, in universum deficiat Principis intentio quoad omnia; *Fagnan. in cap. Super literis, num. 38, de rescriptis; Gemin. cons. 96, num. 9; Rot. coram Merlin. decis. 770, num. 40; & in Romana reintegrationis, 12 Martii 1731, § 3, coram Reverendissimo Aldrovando.*

20 Verùm etiam ex iis, quæ in specie fuerunt Pontifici narrata, & respectivè reticita circa Majoritatem, & Processionis ingressum, faciliùsquoque deprehendebatur Pontificiæ voluntatis defectus quoad utrumque Caput; Quòd enim lis super Majoritate, ac præeminentia unius, vel alterius Ecclesiæ vana prorsùs, & omnino inutilis dignoscatur; Quòd Partes contendentes in nullo actu, sive publico, sive privato insimul conveniant; Quodque Processionis ingressus in Collegiata Ecclesia S. Sepulchri arbitrio tantùm illorum pro tempore Canonicorum admissus nulla ratione ferri, & tolerari valeat, præsertim tempore celebrationis Divinorum Officiorum, tum ob tumultum, qui vix evirari valet, tum quia Dei Cultus exinde subverteretur, sicque scandali potiùs, quàm ædificationis Christifidelibus occasio præberetur erat a veritate prorsùs alienum, secundùm ea, quæ benè animadvertit Decisio præcedentis Instantiæ, § *Etdemùm, coram Reverendissimo P. D. meo Corte Decano.*

Quemadmodum nulla mentio facta apparebat de prærogativis militantibus pro Ecclesia Collegiata S. Mariæ, de illius Majoritate, ac Præeminentia pluriès approbara, & canonizata etiam per Res judicatas super omnes alias Ecclesias Calatajubii, nec demum de antiquissima, & immemorabili consuetudine recipiendi Processionem Feria secunda Rogationum. Quæ omnia magis opportunè inferiùs examinanda, si Pontifici innotuissent, vel omninò retraxissent a Gratiæ concessione, vel saltem ad illam difficiliorem reddidissent, cùm præsumi nullatenùs debeat, Summum Pontificem eximium Justitiæ, & æquitatis Cultorem, absque legitima causa tollere voluisse jus honorificum, & præeminentiale alteri Ecclesiæ quæsitum, & quæ tamdiù obtinuerat, consuetudinem intervertere; per *Text. in cap. Licet, de consist. in 6, Rot. decis. 5, num. 24, tit. de Benef. coram Eminentissimo D. Cardinali Falconerio.* 21

Rebus itaque redactis ad juris tramites, opus erat expendere utriusque Ecclesiæ prærogativas, non quidem ad effectum illius veræ, ac propriæ Matricitatis, quæ speciem importat subjectionis, ac dependentiæ aliarum Ecclesiarum, quæ ab illa tamquam e sinu Matris processerint, & in ejus adjutorium 22 per viam dismembrationis postmodum natæ fuerint, ac ædificatæ, prout ad hanc speciem rigorosæ Matricitatis requiri per *Text. in cap. Ad audientiam, de Eccles. ædific.* tradunt *Barbos. de Jur. Eccles. lib. 2, cap. 1, n. 21; Rot. decis. 007, n. 3, par. 4, tom. 1; dec. 324, n. 3, & 4, cor. Card. Caprara; & in Perusina Præeminen. 2 Decembris 1711, § Quod autem, coram bon. mem. Ansaldo; & in Nullius Putiniani Præeminentiarum, 7 Decemb. 1731, § Non sic, coram Me.* Hanc enim rigorosam Matricitatem, nec ipsa Ecclesia Collegiata S. Mariæ prætendebat, sed eam tantummodò, quæ simplicem Majoritatem, ac Præeminentiam importat, & de qua *Abb. in cap. Venerabilis, de verb. signif. in fin. Card. De Luc. de Paroch. disc. 27, num. 10; de Præemin. disc. 42, num. 13, disc. 43, num. 1, Rot. coram Priol. decis. 365, per tot. cum aliis in Tranen. Matricitatis, 16 Januarii 1690, § Præmisso, coram Card. Caccia.*

Plura sanè pro parte Ecclesiæ S. Sepulchri argumenta, & conjecturæ proponebantur ad sibi suadendam hujusmodi Majoritatem, ac Præeminentiam, tum quia originem ducat ab anno reparatæ salutis 1150, & sic longè ante fundationem Ecclesiæ S. Mariæ. Tum quia illius Prior Jurisdictionem habeat Civilem, & Criminalem in suos Canonicos, necnon usum Baculi Pastoralis, eidem gratia concessum a san. mem. Cle- 23

men-

mente VII. Canonici verò in Choro deferant eadem Insignia, quæ adhiberi solent in Cathedralibus, & Collegiatis illarum partium vigore alterius Induiti Pontificii sa. me. Urbani VIII. Tum quia in Comitiis generalibus Regni Aragoniæ Prior Sancti Sepulchri Calatajubii, non tantùm locum obtineat, sed etiam supra Deputatum Capituli Cathedralis Tirason. Tum etiam quia Collegiata satis Insignis denominata fuerit a san. mem. Clemente XI, quin imò magis Insignis, quàm S. Mariæ publica voce, & fama reputetur. Ac demum, quia Serenissimus Hispaniarum Rex pro indicendis publicis precibus dare literas soleat ad Priorem, & Canonicos S. Sepulchri.

24 Utcumque tamen hæc omnia suaderent non obscura merita, & dignitatem Ecclesiæ S. Sepulchri, levia prorsùs comperta sunt e conspectu eorum, quæ Majoritatem Ecclesiæ S. Mariæ ad gradum usque evidentiæ demonstrabant. Quod enim attinet ad præcedentiam in Generalibus Regni Comitiis supra deputatum Capituli Tirasonen. æquivocum promanabat ex eo, quòd anno 1518. Prior Cathedralis Cæsaraugustanæ interfuit pro se, & uti Procurator Prioris S. Sepulchri, & ideò descriptus tunc legitur ante Canonicum deputatum Capituli Tirasonen. Quod verò respicit fundationis antiquitatem, eam potiori jure sibi asserere videbatur Ecclesia S. Mariæ, sub fundamento, quòd liberata per Alphonsum Regem Aragonum Civitate Calatajubii ab impia Maurorum servitute usque ab anno Æræ Christianæ 1120, ut refert *Zurit. Annal. Aragon. tom. 1, cap. 45, fol. 45, juxta impress. anni 1620; & confirmat Martinez de Villar. in Patronat. Calatajub. par. 2, § 1, fol. 46.* illico erecta fuerit in Collegiatam, & Majorem Ecclesiam, quemadmodum tempore Maurorum fuerat Meschita major, Teste eodem *Villar. in dicto Patron. Calatajub. par. 2, § 4, fol. 111.* Cùm enim hoc haberet in facultatibus prælaudatus Alphonsus Rex, vigore Indulti Summorum Pontificum Gregorii VII, & Urbani II, juxta testimonium ejusdem *Zurit. in Annal. Aragon. lib. 1, cap. 25, fol. 27;* & refert *Beuit. in Chron. Hispan. lib. 2, fol. 43, & seqq. & Rueg. in Cath. Cæsaraugust. cap. 22, § 1, fol. 659, & sequent.* ab omni prorsùs verosimilitudine aberrat, factum hoc non fuisse nisi de anno 1156, quo erecta fuit Ecclesia S. Sepulchri, atque interea per annos 36 Populum Christifidelem stetisse sine Templo, cùm cæteroquin pietas, atque religio tanti Regis moras hujusmodi non pateretur, sed illicò majores Meschitas in Ecclesias Majores convertere properaret, quemadmodum de Ecclesia Cæsaraugustana testatur idem *Zurit. annal. Arag. lib. 1, cap. 44, fol. 43,* ibi -- *Fue consegrada la Mezquita Major, y dedicada Yglesia à nuestro Redemptor sus titulo de Sant Salvador el mismo año, que segaño* --

Nihilominus quidquid sit de hac prærogativa, cujus veritatem ad effectum, de quo agitur opus non erat e latebris suæ antiquitatis eruere. Longè sanè majoris ponderis erant, quæ concurrebant favore Collegiatæ S. Mariæ ad effectùm illam constituendi, & canonizandi Ecclesiam verè Majorem, & principalem in Civitate Calatajubii. Non solùm enim, prout in illa S. Sepulchri, prima Dignitas istius habet usum Pontificalium ex Indulto Julii II, confirmato a Leone X, ut dixit *Rot. coram Emer. Sen. dec. 29,* ibique adest Vicarius generalis potestatem, ac Jurisdictionem exercens in toto districtu Archipresbyteratus Calatajubii; sed insuper majori numero referta est Canonicorum, inter quos Præbendam habet Canonicalem etiam Episcopus Tirasonen. In ea recipitur idem Episcopus occasione primi ingressus, publicatur Bulla Cruciatæ, Jubilæa, & aliæ fiunt Ecclesiasticæ functiones, & signanter Processiones, tam generales, quàm particulares, quæ sicuti inchoan- 25
dæ sunt ab Ecclesia Matrice, vel principali cujuslibet loci, juxta *Concil. Mediolan. 1, par. 2, tit. de Process. relat. per Laurt. Epit. Canon. V, Processiones;* ita signum valdè univocum præbent hujusmodi qualitatis in Ecclesia S. Mariæ, a qua dd. Processiones incipiunt, ut per *Text. in Canon. quoniam, dist. 38;* tradunt *Barbos. de Jur. Eccles. univ. lib. 2, cap. 5, num. 8, Pignattell. consultat. 109, num. 3, tom. 9; Rot. dec. 195, nu. 23, par. 19 rec.*

Insuper Ecclesia S. Mariæ est Colle- 26
giata verè *Insignis*. Hanc autem honorificam distinctionem desumit non quidem a simplici enunciativa, prout Ecclesia S. Sepulchri a Bulla san. memor. Clementis XI, ubi incidenter nuncupatur Collegiata Regularis, *& satis Insignis*, sed a Bulla san. memor. Urbani VIII, occasione Unionis eidem factæ de altera Ecclesia Collegiata S. Mariæ de la Penna, in qua Summus Pontifex expressè mandat Exequutori, *ut postquam annexioni, & incorporationi præfatis locus plenariè factus fuerit, dictam Ecclesiam S. Mariæ Majoris, nomine, titulo, denominatione, & prærogativis Insignis Sæcularis, & Collegiatæ Ecclesiæ* authoritate Apostolica decorare pergat, atque insignire. Atque inferiùs dispositivè concedit, quòd Capitulum, & Canonici S. Mariæ Majoris, uti possint omnibus Gratiis, & Privilegiis *Insignis Collegiatæ Ec-*

clesiæ, & quibusvis aliis Immunitatibus, atque exemptionibus, & gratiis, tam spiritualibus, quàm temporalibus, quibus aliæ Insignes Collegiatæ, tam de jure, quam de consuetudine, usu, & privilegio potiuntur, & gaudent.

27 Supervacaneum tamen erat diutius Immorari circa conjecturas, & argumenta suadentia Majoritatem Ecclesiæ S. Mariæ, ubi, prout in casu, non solùm aderant Testes quamplures formiter examinati, & cum notissimis requisitis immemorabilis de illa deponentes, & usque ab anno 1145, in literis Apostolicis Eugenii III nuncupatam fuisse *Majorem* refert *Gregor. Aguiz, tom. 2, in Sandobal. lavorat. fol. 222, & seqq.* atque id ipsum præseferebant quamplures aliæ moderniores Bullæ Apostolicæ, & signanter illa Urbani VIII, de anno 1620, necnon plura Diplomata Regia, plures que Historici Hispani mentionem de illa facientes cum expressione *Ecclesiæ Majoris Calatajubii*. Quæ omnia præsertim simul sumpta satis essent ad firmandum bonum Jus Ecclesiæ S. Mariæ pro Majoritate, ac Præeminentia super alias omnes Ecclesias Calatajubii, prout ad similem effectum impropriæ Matricitatis plenè firmat *Rot. in Bisintanen. Praeminentiarum, 10 Februarii 1710, per totam, coram bon. mem. Ansaldo.*

28 Sed triplex etiam concurrebat Res judicata. Prima nempe anni 1292; Altera verò anni 1296, quibus Episcopus Tirasonen. declaravit Ecclesiam S. Mariæ Majoris in omnibus functionibus esse præferendam aliis Ecclesiis Oppidi, seu Civitatis Calatajubii; & clariùs etiam definitum fuit in tertia, quæ prodiit anno 1471, ubi expresse Judex declarat, sibi evidenter ex Processu constitisse, *Majorem Ecclesiam Collegiatam Beatæ Mariæ dictæ Civitatis Calatajubii vulgariter nuncupatam S. Maria de Media Villa, fore, & esse Majorem, & principaliorem Ecclesiam inter omnes Ecclesias Parochiales ejusdem Civitatis, & quasi Caput earumdem ad instar Matricis Ecclesiæ, & habere multas praeminentias, & prærogativas Matricis Ecclesiæ, quæ cæteris Ecclesiis Parochialibus, nec etiam Collegiatis dictæ Civitatis minimè pertinent, neque spectant.* Quibus etiam militantibus pro Collegiata S. Mariæ, non erat profectò cur in dubium revocari amplius posset illius præstantia, & major Dignitas respectu aliarum omnium in Oppido, seu Civitate Calatajubii, juxta indolem, & efficaciam rei judicatæ, de qua *Rot. coram Dunoz. Jun. dec. 988, num. 4; in recent. dec. 274, num. 3, par. 17; in Marsicen. seu Nullius Jurisdictionis, super bono jure, 7 Junii 1700, § Forsitque, coram Muto, & in Nullius, seu Romana Manutentionis, prima Julii 1729, § Minus obstat, coram bon. mem. de Valentibus.*

Nec profuit exceptio, quòd Sententiæ prædictæ probent quidem Majoritatem Ecclesiæ Collegiatæ S. Mariæ respectu aliarum Parochialium Calatajubii, quibus contradicentibus emanarunt, non autem relativè ad Ecclesiam S. Sepulchri, quæ non fuit in Causa, nec est simplex Parochialis, sed alia Collegiata, tot honorificis decorata prærogativis, indicatis in Superiori § *Plura*. Cum enim nec Majores prærogativæ, nec Titulus exemptionis suffragetur Ecclesiæ S. Sepulchri, eadem proinde ratio militare videbatur, respectu ipsius, atque aliarum Ecclesiarum, & consequenter Sententia tribuens, & canonizans jus Majoritatis favore
unius Ecclesiæ, utpote lata in Causa sta- 29
tus, afficit omnes Ecclesias ejusdem loci, quamvis non citatas, ad vulgat. *Text. in leg. Ingenuum, ff. de Stat. Homin. Rot. dec. 274, num. 3, par. 17, recent. & in Adven. Praeminentiarum, super bono jure, 2 Martii 1717, § Fiscal. coram Illustriss. P. D. Aldrovando Urbis Gubernat.* Maximè quia in postrema Sententia anni 1471, facta mentio legebatur etiam de aliis Ecclesiis Collegiatis Calatajubii, juxta verba relata in præcedenti §, Ibi -- *Et habere multas praeminentias, & prærogativas Matricis Ecclesiæ, quæ cæteris Ecclesiis Parochialibus, nec etiam Collegiatis dictæ Civitatis minimè pertinent.* Nulla siquidem est repugnantia, quinimò ad evitandum absurdum duplicis Capitis, rationi magis congruit, quòd ex duabus Ecclesiis æquè Collegiatis una sit altera Major, ac dignior, & in actibus honorificis præferri omnino debeat; *Fagnan. in cap. Cum certum, de major. & obed. Francesc. de Ecclesf. Cathedr. cap. 33, num. 109. Scarfanton. ad Ceccoper lucubr. canon. lib. 4, tit. 10, num. 26, & seqq. Piton. discept. Eccles. 9, numer. 6; Rot. dec. 229, num. 7, apud Posth. de manut.*

Verùm enim verò frustranea videbatur ulterior investigatio qualitatum, quæ concurrebant ad constituendam ex dictis Ecclesiis unam digniorem, quàm aliam, eo ipso, quòd illa S. Mariæ est Collegiata *Sæcularis*, altera verò S. Sepulchri est Collegiata *Regularis* Ordinis S. Augustini. Qua enim ratione juxtà
ordinem Ecclesiasticæ Hierarchiæ Clerus 30
Sæcularis supereminet Clero Regulari, eadem profectò exigit, ne Collegiata Regularis S. Sepulchri possit de Majoritate, ac præeminentia contendere cum Collegiata Sæculari S. Mariæ; *Card. De Luc. in summa de praemin. disc. 22, Alden. ad Ceccoper. lucubr. canon. lib. 1, tit. 5, num. 12, Rot. decis. 62, num. 10, cor. Arguel.*

guel.

guel; *& decis.* 822, *num.* 9, *cor. Molines*.

Agendum supererat de bono jure Ecclesiæ S. Mariæ respectu ad Processionem in Feria secunda Rogationum, quam DD. censuerunt non solùm ingredi posse Ecclesiam S. Sepulchri, ibique facere consuetam stationem, sed insuper ejus Priorem, & Canonicos teneri eidem occurrere ad Januam Ecclesiæ in ingressu, illamque similiter associare in egressu. Et sanè quod attinet ad Processionis ingressum, quidquid esset, ubi ageretur de novitate hodie introducenda ex mero placito, vel Ordinarii, vel Capituli Collegiatæ Majoris S. Mariæ, cum in hypothesi a tempore immemorabili vigeat consuetudo Calatajubii, quòd Processiones istæ Rogationum ingrediantur, ac visitent omnes Ecclesias, tum Sæculares, tum Regulares, quæ per viam occurrunt, juxta formalem depositionem plurium Testium asserentium ita practicari semper vidisse, atque a Majoribus audivisse, non erat profectò cur hanc generalem Processionem, quam libenter recipiunt aliæ Regulares Ecclesiæ, etiam exemptæ, prohibere valeat ab ingres-
31 su in Ecclesia S. Sepulchri Episcopi Jurisdictioni subjecta, & longævam subvertere consuetudinem, pro lege potius servandam; *Abb. in cap. Cum Ecclesia, num.* 49, *de Caus. possess. & propriet. Rot. coram Cerr. decis.* 26, *num.* 71, *&* 72; *& in Salamantina Juris recipiendi servitium super bono jure*, 13 *Junii* 1732, § *Posito enim*, *coram Reverendissimo Cincio Archiepiscopo Beneventano*.

Noverant profectò Scribentes pro Ecclesia S. Sepulchri vim, & efficaciam hujusmodi consuetudinis, ejusque veritatem in facto admittebant, & quamvis illam ad actus merè facultativos referendam esse contenderent, nihilominùs
32 quia agitur de consuetudine longissima, & immemorabili, quæ servari debet, etiamsi non doceatur legitimè præscripta; *Rot. decis.* 312, *num.* 14, *cor. Card. Caprara*; *& in dicta Salamantina Juris recipiendi servitium super bono Jure*, § *Quin relevet*; necnon de actibus concernentibus Divinum Cultum, atque pietatem Christifidelium, a quibus preces Deo persolvuntur in qualibet statione uniuscujusque Ecclesiæ; & per consequens hujusmodi actus, utcumque ab initio voluntarii, facilè transeunt in consuetudinem necessariam; *cap. Ad Apostolicam* 3 *de Simon. Rot. decis.* 702, *num.* 3, *part.* 4 *recen. & decis.* 125, *num.* 4, *coram Benincas. in Illerden. Statut.* 16 *Martii* 1705, § *Potissimum*, *coram Muto*; *& in dicta Salamantina*, § *Prout*, *coram Reverendissimo Cincio*. Confugiebant idcircò ad absurdum ex eo desumptum, quòd iste Processionis ingressus confusionem pariat, ac turbet Divinum Officium, quod contemporaneè celebratur a Canonicis S. Sepulchri.

Sed frustra, quia tale inconveniens evitari facilè poterat, sic aptando tempus Divini Officii, ut in Processionis adventu, vel celebratio Officii completa fuerit, vel illa die differatur post ejusdem Processionis discessum, prout in similibus casibus fieri solet, atque servatur in aliis Ecclesiis. Quemadmodum 33
verò nulla ratio haberi debet de absurdo, quod vel a facto voluntario procedit, vel removeri facilè potest, ad tradita per *Rot. decis.* 272, *num.* 6, *par.* 8; *decis.* 432, *num.* 3; *& decis.* 609, *num.* 12, *par.* 19 *recent.* Ita multò minùs allegari decet a Canonicis S. Sepulchri ad effectum prohibendi hujusmodi Processionis ingressum in propriam Ecclesiam, & recedendi a consuetudine, quæ non solùm legis resistentia non habet, sed imò est rationabilis, ac Disciplinæ, ac Religioni conveniens, atque admittitur ab ipsomet *Ritual. Romano, tit.* 79, § 6, ibi - *Si ad unam, vel plures Ecclesias in via sit divertendum*, & consequenter per solum decennium inducitur, *Rot. coram Merlin. decis.* 478. *& decis.* 554, *utrobique nu.* 2; *in recent. decis.* 365, *n.* 4; *decis.* 722, *num.* 1, *par.* 2; *decis.* 124, *n.* 13, *par.* 5; *& decis.* 184, *num.* 7, *par.* 17.

Quatenùs verò aliud absurdum deducebatur ex eo, quòd donec pars Processionis sistit in Ecclesia, ibique decantatur Antiphona, & Oratio de S. Titulari, juxtà præscriptum a Rituali, interim pars, quæ præcedit, solito passu progreditur, & magna fit separatio, atque disjunctio in ordine; unde motus clar. mem. Cardinalis del Verme Episcopus Ferrariensis hunc morem sustulit divertendi Processionem ad Ecclesias per viam occurrentes, ut refert *Barufald. ad Ritual. Roman. tit.* 79, *num.* 43. Triplex præstò erat responsio. Prima nempè, quòd ista non fuit unica Causa dictæ prohibitionis, sed varia inconvenientia, quæ in dies oriebantur, ut inquit idem *Barufald. loco cit.* Secunda, quòd hoc etiam inconveniens tolli facilè potest per Directores Processionis, ad quorum monitum sistere debet pars illa præcedens, donec posterior stationem faciat in Ecclesia. Ac demum tertia, quòd sicuti in hac materia Processionum tota potestas data est Episcopis a *Sac. Concil. Trident. sess.* 25, *de regular. cap.* 13, & consen-
taneè tradit *Rot. dec.* 469, *num.* 68, *par.* 19 *recent. in Nullius*, *seu Montis Casinen. Manutentionis*, *seu Processionum*, 27 *Junii* 1714, § *Concurritque*, *coram bon. memor. Lancetta*, ita stat bene simul, quòd Episcopus justis de Causis prohibere valeat, ne hujusmodi Processiones di- 34

vertant ad alias Ecclesias, quodque si-
milem facultatem non habeat Ecclesia
sese eximendi a consueta Illius receptio-
ne sub quocumque prætextu.

Quod verò attinet ad modum reci-
piendi Processionem, catenus DD. exi-
stimarunt Canonicos Regulares S. Sepul-
chri teneri illam excipere in ingressu, &
associare in egressu *usque ad Januam Ec-
clesiæ*, quatenus ita semper observatum
fuisse deponebant sub formali examine
plures Testes de visu, atque auditu a
Majoribus; cum quibus licèt non omni-
nò concordent alii Testes adducti pro
parte Ecclesiæ S. Sepulchri deponentes
honorificam hanc receptionem fuisse ali-
quando factam, aliquando non, ideoque
habendum esse pro actu merè facultati-
vo ac simplicis Urbanitatis, a quo non
infertur necessitas in futurum. Majorem
nihilominus fidem promeruerunt Testes
inducti pro parte Ecclesiæ Collegiatæ S.
35 Mariæ, non solùm quia numero plures,
sed etiam quia deponunt affirmativè, ut
respectu primæ circumstantiæ facit *Text.
in cap. Licet Causam. § Ex præmissis, de
probat. Gabriel. de Testib. conclus.* 4, *n.*
50, *Rot. coram Coccin. dec.* 1923, *numer.*
15, *& dec.* 904, *numer.* 52, *coram Mo-
lin.* & de secunda, *Rota coram Merlin.
dec.* 243, *num.* 3; *& coram Ludovis. dec.*
449, *num.* 3, *& dec.* 180, *nu.* 3, *coram
Cerro*, *& dec.* 1070, *n.* 17, *coram Molines*.

Certi autem, exploratique juris est,
ab hac diuturna consuetudine, atque
possessione, quæ in hac materia totum
facit; *Rot. dec.* 593, *coram Merlin.* de-
scendere favore totius Cleri Sæcularis,
& Regularis, sic processionaliter ingre-
36 dientis Ecclesiam S. Sepulchri, non so-
lùm manutentionem, quæ debetur etiam
in actibus honorificis, & præeminentia-
libus; *Menoch. cons.* 126, *num.* 6, *Rot dec.*
93, *num.* 1, *coram Buratt. dec.* 229, *nu.*
2, *apud Postb. de manut. & in Illerden.
Juris præsidentis in Extractione Priorum*,
27 *Junii* 1704, § *Ratio*, *coram clar. mem.
Card. Scotto*. Sed imò validum quoque
desumi titulum ad effectum exigendi im-
posterum eosdem actus Urbanitatis, at-
que obsequii, *Sanfelic. dec.* 331, *a num.*
24, *Rot. coram Pamphil. dec.* 127, *num.*
6, *& 9; dec.* 781, *num.* 7, *par.* 18 *recen.
& dec.* 125, *num.* 4, *coram Benincasa*;
atque in terminis fortioribus de simpli-
cibus Deputatis jus haben. accedendi ad
Sacrum audiendum certa die in Ecclesia
S. Bernardi, quòd recipi honorificè de-
beant, atque associari, tam in accessu,
quam in recessu usque ad Januam Ec-
clesiæ a Confratribus Sanctissimi Nomi-
nis Mariæ dixit *Rota in Romana Juris
honorifici*, 3 *Junii* 1729, § *Ita quoque*,
coram bon. mem. de Valentibus.
Absque eo quòd actus prædicti refer-
ri possent ab meram Urbanitatem, at-
que arbitrium Canonicorum S. Sepulchri.
Ultra quod enim ex illorum multiplici-
tate per longum, & continuatum tem-
poris spatium, excluditur præsumptio qua-
litatis merè facultativæ in materia præ-
sertim Præeminentiarum, in qua vix cre-
dibile est, Canonicos S. Sepulchri ex
sola Urbanitate adhibere tamdiu voluis- 37
se actus hujusmodi reverentiales, & ho-
norificos; *Pansmoll. dec.* 1, *annot.* 2, *nu.*
2, *Sperell. dec.* 67, *num.* 49; *dec.* 420,
num. 5, *coram Card. Caprara*, *in Illerden.
receptionis inter Confrates, & Consilia-
rios*, 27 *Junii* 1724, § *Transeundo*, *co-
ram clar. mem. Card. Scotto; & in di-
cta Romana Juris honorifici*, 3 *Junii* 1729,
§ *Non obstat*, *coram bon. mem. de Valen-
tibus*. Hæc etiam Urbanitatis officia
transeunt in necessitatem, ubi solitum
est illa adhiberi, ut in puncto disponi-
tur *in Cæremonial. Episcop. lib.* 2, *cap.*
42, ibi -- *Et ordine ibit Processio usque
ad Ecclesiam, ad quam juxta consuetudi-
nem Civitatis dirigitur, cujus Ecclesiæ
Clerus, ubi ita consuetum est, procedit
obviam usque extra portam Ecclesiæ Pro-
cessioni, ibique stans eam recipiet* -- &
concordat *Bauldr. in Manual. Sac. Cæ-
remon. par.* 2, *cap.* 14, *de Process. num.*
20, *& 21*, ibi -- *Si dum fit Processio
ad aliquam Ecclesiam divertendum sit, il-
lius loci Clerus cum Habitu chorali extra
Ecclesiæ portam obviam ire debet, si talis
est consuetudo*.

Neque verò mos iste Juris resistentiam
habere dici poterat. Et si enim obsequii
præstatio, atque honorifica receptio fa-
cienda a Regularibus ad Januam Eccle-
siæ præscripta de jure sit favore Digni- 38
tatis Episcopalis ad formam Constitutio-
nis Leonis X. *in Bullar. la* 22, *tom.* 1,
§ 23, de qua *Pellizzar. in Manual. tom.*
2, *tract.* 8, *cap.* 6, *sect.* 1, *num.* 38; *Pas-
qualig. ad Lauret. de Franch. contr. in-
ter Episc. & Regular. par.* 2, *quæst.* 30,
num. 2; *Monacell. in supplem. ad tom* 2,
num. 364; necnon de Ecclesiarum Patro-
nis tradunt *Lambertin. de Jurepatr. lib.*
3, *quæst.* 1, *art.* 1, *num.* 14; *Pax Jordan.
lucubr. tom.* 2, *lib.* 10, *tit.* 7, *num.* 44.
Nulla tamen est repugnantia, ut in Ec-
clesia præsertim non exempta eadem
præstetur honorifica receptio publicæ,
ac generali Processioni ex integro cœ-
tu utriusque Cleri Sæcularis, & Regu-
laris compositæ, prout in simili casu dis-
serit *Rot. in præcitata Romana Juris ho-
norifici*, 2 *Junii* 1729, § *Nec demum*, *&
seq. coram bon. mem. de Valentibus*.

Quin imò omnis juridica congruentia 39
in hoc concurrere videbatur, etiam ad
effectum, ut honor iste in publicis Fun-
ctionibus debitus omnino dicatur tan-
quam ab inferiori præstandus erga Ma-
jorem

jorem, non solùm de honestate, sed etiam de Justitia, *D. Thomas 2 2, quæst. 104, artic. 3; Ricc. dec. 31, par. 1*; cum aliis apud *Ceccoper. Incubr. Canon. lib. 1, tit. 1, num. 22, & 23*; & de facto, quia Regulares prompti esse debent ad Ostium Ecclesiæ pro recipienda Processione, non tenentur eo die Processioni interesse, ut pluries decretum fuisse a Sacra Rituum Congregatione, inquit *Barnfald. ad Ritual. Roman. tit. 79, num. final.*

40 Nec decrant similis honorificæ receptionis exempla in terminis etiam gravioribus, & in contradictorio Judicio canonizata. Siquidem *in Cæsaraugustana Præeminentiarum*, quæ est *decisio 1731, coram Coccin.* agebatur non de toto Clero Sæculari, & Regulari in publica generali Processione, sed de solo Capitulo Metropolitanæ S. Salvatoris accedente ad Ecclesiam Collegiatam Regularem S. Mariæ Majoris de Pilar, & sub initium, § *Quo igitur*, declaratum fuit esse honorificè recipiendum per Priorem, Canonicos, & Capitulum ejusdem Ecclesiæ de Pilar; & in alia subsequenti confirmatoria, quæ est *dec. 1913, cor. eod. Coccin. n. 5*, explicando hanc honorificam receptionem declarat esse intelligendam, *ut Decano, atque Capitulo Metropolitanæ ad Ecclesiam B. Mariæ venienti, Prior de Pilar assurgat, obvius procedat, ad Ostium usque humaniter recipiat, mandet pulsari Campanas, & Chorum dexterum, excepta Priorali Sede, vacuum iisdem dimittat.*

41 Orta insuper Controversia in Civitate Novarien. *an accedentibus processionaliter und cum Cruce, & Clero, & und cum Decurionibus Civitatis Capitulo, & Canonicis Cathedralis ad Ecclesiam S. Mariæ Gratiarum in Festo Nativitatis B. Mariæ Virginis, teneantur Canonici Regulares Lateranenses dictæ Ecclesiæ recipere dictum Capitulum, & Canonicos*, Sac. Rituum Congregatio, Ponente Cardinali S. Vitalis, die 18 Augusti 1714 respondit – *Affirmativè*. Quo verò ad modum dictæ receptionis, super quo cadebat secundum dubium, respondit – *Dilata, & concedantur literæ remissoriales, & interim per modum provisionis, & sine præjudicio Jurium Partium excipiantur in accessu, & associentur in egressu eodem modo Capitulum, & Magistratus*, ut refert *Advocat. Ursaja, tom. 1, par. 1, discept. 19, num. 120.*

42 Ac demum aliis omissis, satis erat exemplum Patriarchalium Ecclesiarum hujus Almæ Urbis, quarum unumquodque Capitulum, licet reliquis omnibus Urbis, & Orbis dignitate præcellens, attamen non dedignatur hujusmodi generalem Processionem Rogationum ad Januam Ecclesiæ collegialiter excipere, ideòque multò minùs grave esse debet Canonicis S. Sepulchri Calatajubii erga totum utrumque Clerum processionaliter ad eorum Ecclesiam accedentem idem exhibere Urbanitatis officium; cum stylus Urbis attendi mereatur pro regula aliorum Locorum totius Orbis Catholici; *Sperell. dec. 76, numer. 16; Rot. in Constantien. Præcedentiæ super bono Jure, 27 Januarii 1713, § Idipsum, coram bon. mem. Ansaldo; in Calaritana Jurium Parochialium super bono jure, 2 Iulii 1725, § Final. coram Reverendissimo Ratto Episcopo Corduben. & in Valentina Processionis, 30 Junii 1732, § Meliorem, coram R. P. D. meo Millino.*

Quibus omnibus ad Juris tramites ita se habentibus, sublataque vi, & efficacia Brevis a san. mem. Benedicto XIII, subreptitiè non minus, quàm obreptitiè extorti, nullum quoque præsidium sperare poterant Prior, & Canonici S. Sepulchri ab aliis Literis Apostolicis pariter in forma Brevis obtentis a Sanctissimo D. N. CLEMENTE PAPA XII, feliciter regnante. Ultra quod enim sollicitudo ista Prioris obtinendi a Summo Pontifice successore confirmationem Gratiæ vix ante annum per Prædecessorem indultæ, non obscurè indicabat agnitionem illius insubsistentiæ. Qui enim de
jure suo non diffidit, de nova gratia, 43
aut Privilegio minimè curat, ut in simili dixit *Rot. in Forolivien. Commendæ, 11 Januarii 1709, § Et ob id, coram clar. mem. Card. Scotto, in Romana, seu Florentina pecuniaria, 10 Martii 1721, § Si igitur, coram bon. mem. Lancetta; & in Parmen. successionis, 9 Aprilis 1723, § Cæterum, coram Eodem.* Prompta quoque occurrebat responsio directa, quòd nempe Brevo hujusmodi Clementinum, utì verè confirmatorium alterius Benedictini, aliarumque Constitutionum favore Ecclesiæ, & Prioratus Sancti Sepulchri hactenus editarum, nihil omninò operatur, ubi non subsistit subjectum confirmandum, juxta Indolem Confirmationis illud relinquentis in eodem statu, in quo antea reperiebatur *cap. Cum dilecta, § Non autem, de confirmat. Rot. dec. 244, num. 21, par. 16 recent. & dec. 453, num. 10, coram Card. Caprara; & in Romana Juris sepeliendi, 2 Maii 1732, § Maximum, coram bon. mem. de Gamaches.*

Et juxta hunc modum resolutum fuit in acerrimo utriusque Partis Contradictorio.

R. P.

R. P. D

CALCAGNINO

Nullius Montis Casini Amotionis Insignium.

Luna, 11 *Januarii* 1734.

ARGUMENTUM.

Ex quibus deducatur Ecclesiam ab aliquo fuisse constructam, ad eumque spectare, & an concedi possit in emphyteusim, & si per alios in illa fiant restaurationes, liceat eorum insignia, vel arma ibidem apponere.

SUMMARIUM.

1 *Initium, & incrementum insignis Collegiatæ S. Germani Montis Casini recensetur, & numer.* 2, 3, 4, 5, 6, & 7.

8 *In antiquis omnis fides habenda est monumentis Chronistarum, & Historicorum.*

9 *Cardinalis Leo ob suæ historiæ sinceritatem laudatur.*

10 *Testimonium Monachorum Cassinensium eorum etiam proprio Monasterio suffragatur, & num.* 11.

12 *Dependentia Collegiatæ S. Germani a Monachis Cassinensibus unde desumatur, & numer.* 13, 14, 15, & 16.

17 *Rerum Dominia, & possessiones nudo animo retineri possunt.*

18 *Capitulum, quod per accidens in alienâ Ecclesia convocetur, non ideo præsumitur ibi illud semper fuisse.*

19 *Domino directum dominium, Emphyteutæ verò utile competit.*

20 *Canonici alienam Ecclesiam Matrem, & Dominam recognoscendo, ab ea dependere fatentur.*

21 *Annuæ præstationes arguunt pertinentiam rei penes eum, cui fiunt.*

22 *Domino utili licet apponere propria arma in re emphyteutica.*

23 *Contractus cujuscumque alterius speciei præsumendus est quàm emphyteuticus.*

24 *In contractu emphyteusis de jure requiritur, ut concessio fiat ad meliorandum.*

25 *Quæ Deo dicata sunt, in contractum, seu commercium venire nequeunt.*

26 *Obligatio dandi die festo solemni ceram, vel eleemosynam alieni Ecclesiæ, indicat subjectionem.*

27 *Cathedraticum ab Honorio III initium duxit, & num.* 28.

29 *Canonici patientes porrigi Aspersorium a Monacho proprio Superiori ad eorum Ecclesiam accedenti, fatentur Ecclesiam ad eum pertinere.*

30 *Item descendendo in inferiora Subsellia, dum accedit Abbas cum suis Monachis ad Ecclesiam, indicat eam ad illum spectare, & num.* 31.

32 *Item patiendo propria arma Altaribus apposita dejici.*

33 *Nemini proprium factum impugnare licet.*

34 *Per appositionem Insignium, quis sibi rei videtur arrogare dominium, & num.* 35.

36 *Affixio armorum est sequela Dominii.*

37 *Non potest apponere arma, qui caret plenario dominio.*

38 *Ob insignes largitiones in restauratione Ecclesiæ permitti potest appositio armorum.*

39 *Usurpatis armorum appositio non permittitur.*

40 *Quando plures ad restaurandam Ecclesiam contribuerunt, uni soli non debet permitti appositio armorum.*

41 *Qui extruxit Ecclesiam Fidelium eleemosynis, ne unius Capellæ quidem dictæ Ecclesiæ potest sua arma apponere, & num.* 42.

43 *Quando Ecclesia ad aliquem pertinet, non licèt absque ipsius permissu aliena stemmata in illa apponere.*

44 *Habenti possessionem deneganda non est manutentio.*

45 *Novitates sunt vitandæ.*

DECISIO XXVI.

VEtus Divi Germani Templum, longa temporum injuria ruinosum, cùm nuper ex antiquis ruderibus, collatisque tum Capitularium, tum aliorum Piorum Locorum, totiusque Populi Eleemosynis, in venustiorem formam restitutum fuerit, ejusdem Ecclesiæ Canonici clam, noctuque Insignia sui Capituli plastico elaborata opere in medium fornicem supra aram maximam intulere.

Clandestini facti novitas cùm graviter læderet propria Jura Abbatis, ac Monachorum Casinensium, iidem confestim Monitorium coram A. C. exhibuerunt, suspensoque formiter Judicio quoad petitorium, obtinuerunt Decretum, ac consecutivam Sententiam Manutentionis in Possessione prohibendi dictorum Insignium appositionem, proque Manutentionis effectu Mandatum de iisdem amovendis assecuti fuerunt, ut latiùs *in Summario Monachorum, num.* 1.

A judicato hujusmodi per Signaturam Justitiæ Canonicis concessa fuit Appellationis Commissio *cum facultate manutenendi quem de Jure*, juxtaque Commissionis præscriptum detuli ad Partes Dubium

bium -- *An, & de cujus bono Jure con-*
stet etiam ad effectum manutentionis in
casu, &c. -- Et ab eisdem responsum ha-
bui -- *Constare de bono Jure Monacho-*
rum etiam ad effectum Manutentionis --
Ex vetustioribus quidem monumentis
ad suadendum bonum Monachorum Jus
primò perlatum est, Potonem Abbatem
undecimum parvam in honorem Sancti
Benedicti ædificavisse Ecclesiam ad radi-
ces Montis Casini in eo loco, ubi nunc
colitur Ecclesia Sancti Germani, quod
& memoriæ tradit *Cardinalis Leo Epi-*
scopus Ostiensis, in Chronic. Sacri Mona-
sterii Casinensis, lib. 1, cap. 10, post med.
1 & refertur *in notis edit. ab Abbate An-*
gelo de Nuce ad idem Chronic. cap. 33,
litt. G, lib. eodem, & consonat *Mabillon.*
tom. 2, Annal. Benedictin. fol. mihi 223,
num. 40.
Istam verò parvam Ecclesiam, olim
Divo Benedicto dicatam, a Gisulpho Ab-
bate Decimo tertio in elegantem Basi-
licam restitutam fuisse, ac ab eodem fuis-
se Salvatori dicatam pluribus enarrat
idem Cardinalis Leo, loco citato, cap. 19,
lib. 1, pag. mihi 472, juxta editionem
Parisiensem Anni 1611, vel cap. 17, pag.
mihi 143, juxta aliam Parisiensem Im-
2 *pressionem Anni 1668; vel tom. 4 Scri-*
ptorum rer. Ital. pag. mihi 291, secun-
dùm accuratissimam collectionem Doctissi-
mi, ac celeberrimi Viri Ludovici Mura-
torii; & refertur *in notis ibidem edit.*
ab Abbat. de Nuc. litt. A, Mabillon. loc.
citat. & Crispin. in Visitat. Pastoral. par.
2, § 17, fol. mihi 276.
Sed Anno Domini 884, ob revocatum
a Carolo Tertio Imperatore Exercitum
in Gallias, Saraceni, licentiùs per illam
finitimam Campaniæ oram debaccantes,
Monasterium quoque prope dictam Ec-
clesiam Sancti Salvatoris incendio de-
vastarunt. Ast igne licèt plerisque in Lo-
cis ipsius Ecclesiæ summisso, Barbarorum
tamen ausus Suprema Omnipotentis Dei
Auctoritate in irritum cessit, nullumque
detrimentum Ecclesiæ intulit, ut memo-
3 riæ prodit *idem Leo Ostien. lib. 1, cap.*
44, & Baron. Annal. Ecclesiast. tom. 10,
ad dictum Annum 884, § 4; & Petrus
Diacon. de Vir. Illustr. Casinen. cap. 12,
fol. mihi 29.
Ob hujusmodi cladem a Saracenis ac-
ceptam, Monachi Sidicinum Urbem, seu
Teanum se cessere: ac mox reversi, An-
gelarius Abbas vigesimus dictum Mona-
sterium Ecclesiæ Sancti Salvatoris proxi-
mum biennio post paulatim instaurare
cœpit, ut prosequitur *idem Leo, capit.*
4 *seq. & ibidem not. edit. ab Abbat. de*
Nuc. sub littre. H; & Erchempertus sub
num. 61.
Successuque temporum Monachi in ver-
ticem Casini Montis sese receperunt, ac
fortassè aliam Sedem in planitie incom-
modam experientes; dictam Ecclesiam
Sancti Salvatoris Sacris peragendis Cle-
ro Sæculari consignarunt, ac postea Ber-
nardus eorum Abbas, sicuti cæteris Pa-
rochialibus Ecclesiis, ita huic dotalia
bona, cæteraque ad substentationem ne-
cessaria Anno fermè 1273, contulit, ut
habetur *ex Inquisit. ejusdem Bernardi a* 5
66, ad dictum Annum 1273, Regestr. 2,
& ex Diplomate Abbatis Petri Thar-
tari.
Demumque Anno 1395, ab Abbate
Petro Thartaro eidem ipsi Ecclesiæ præfi-
xus fuit, ut etiam nunc perstat, certus,
ac determinatus numerus Dignitatum,
Canonicorum, & Semicanonicorum, ut
liquidò constat *ex supracitato Diplomate*
Abbatis Thartari, quod anno circiter
1417, confirmatum fuit ab ejus Succes-
sore Abbate Petro Thomacellio, ut ha- 6
betur *ex Diplomate confirmationis*, & re-
fertur *in Inventario bonorum, & Jurium*
Capituli Sancti Germani confect. die 27
Junii 1695, ad præscript. Constitut. Sixti
V, & habetur *in Summario Monachorum*
num. 3, litt. C.
Ex hac autem tota rerum serie in dis-
crimen revocari non potest, hanc Col-
legiatam Ecclesiam, quæ hac nostra tem-
pestate præfert Titulum S. Germani, es-
se illam, eamdemque, quæ olim a Po-
tone extructa fuit in honorem Sancti Be-
nedicti, deindeque a Gisulpho dedicata
fuit Salvatori, ac demum consignata fuit 7
Clero Sæculari ad Divina peragenda;
Leo Ostiensis dicto lib. 1, cap. 10, ibi --
Poto Abbas, &c. ædificavit deorsum Ec-
clesiam parvam in honorem S. Benedicti,
ubi nunc est Ecclesia S. Germani -- In
notis editis ab Abbate de Nuce *ad cap.*
17, sub litt. D, ibi -- *Hæc Sancti Sal-*
vatoris Basilica a Gisulpho ampliata, ex-
tat adhuc, estque Collegiata Insignis Ci-
vitatis Sancti Germani, &c. rursumque
in iisdem notis *ad cap. 33, sub litt. G*,
ibi -- *Duplici igitur nomine hæc Basilica*
in ipsis suis initiis appellata fuit, &c. ac-
cessitque tandem tertia nuncupatio a nomi-
ne Divi Germani, quæ sola adhuc manet
-- *Mabillon. tom. 2, Annal. Benedictin.*
fol. 223, num. 40, -- *Poto, &c. parvam*
infra Montem ædificavit Ecclesiam in ho-
norem S. Benedicti, quam postea Gisul-
phus Abbas ampliavit, estque nunc Colle-
giata Insignis Ecclesia Urbis Sancti Ger-
mani -- *Et Abbas Lucentius ad Ughell.*
tom. primo column. 547, num. 24. -- *Ti-*
tulum posuit nova Sacra Ædes Sancti Sal-
vatoris. Hæc eadem perstat adhuc, &
nunc Insignis Collegiata S. Germani, &
consonat *dicto Inventario*, relat. per *Cri-*
spin. in Visitat. Pastoral. par. 2, § 17, pag.
mihi 275, & in Summario Monachorum
dicto num. 3, litt. C.

Cùm

Cùm ergo ex his omoibus io unum
collatis manifestè arguatur originaria de-
pendentia hujus Ecclesiæ Sancti Salvato-
ris a Monachis Casinensibus, nec non
ejusdem Ecclesiæ pertinentia apud eos-
dem Monachos; frustra ipsarum proba-
tionum nitor obumbrari prætenditur,
ex quo tota rerum series ex nullo autho-
grapho Iostrumento, sed ex nudis ipso-
rum Monachorum narrationibus eruta
fuerit. Nam cùm facti veritas ex ipsis
antiquitatis latebris elicienda sit, id qui-
dem meliùs præstari nequir, quàm ex
mooumeotis Chronistaruoi, atque Histo-
ricorum, quibus in antiquis omois fides
adstruenda est; *Rota decis.* 129, *num.* 11,
coram Reverendiss. Crispo; *in Aurien.
Præeminentiarum super bono Jure*, 17 *Fe-*
8 *bruarii* 1710, § *Neque*, *coram Reveren-
dissimo Aldrovando*; *& in Portuen. Juris-
dictionis*, 15 *Aprilis* 1712, § *His etiam*,
coram clar. mem. Scotto, cum aliis concor-
dantibus *in Romana Fideicommissi Joannis
Antonii Ursini junioris*, 1 *Decembris* 1724,
§ *Quibus etiam*, *coram Me*.

Ipsique historiæ fidei neque aliquid
detrahir, quòd pleraque ex supradictis
referantur ab ipsis Monachis Casinensi-
bus. Etenim præterquamquod non omnes
supra relati Auctores nomen dederunt
huic Inclyto Casineosium Ordini, adhuc
pro eo, quod particulariter pertinet ad
Cardinalem Leonem Marsicaoom Ostieo-
sem Episcopum, a quo, tamquam a
fonte, cæterorum narrationes promana-
runt, oemo, vel mediocriter in Eccle-
siastica præsertim historia versatus, nescit
quanta sit hujus Scriptoris dignitas, at-
que authoritas. Unde & *Baronius ad
annum* 1059, *tom.* 11, Scriptorem illum
integerrimum appellat. Et rursus *ad an-
num* 1077, eundem uti *Scriptorem since-
ræ fidei* commendavit. Similiaque elogia
eidem Authori retexueruot *Petrus Dia-
conus in prolog. ad lib.* 4 *Chronic. Casi-*
9 *nien. Bellarmin. de Scriptor. Ecclesiast. ad
annum* 1115; *Augustin. Oldoin. in nov.
addit. ad Ciaccon. in vita Paschal. II*,
tom. 1, *column. mihi* 908, *& Author. No-
tar. edit. ad Abbat. de Nuc. ad Prolog.
Chronic. Casinen. sub lit. E*, *fol. mihi* 85,
ejusdemque fidem secuta est *Sacra Rota*,
dec. 196, *n.* 3, *par.* 19, *tom.* 1 *Recen.*
quemadmodum etiam detulit *Petro Dia-
cono* d. Leoois cootinuatori *in dec.* 264,
num. 3, *coram Merlin.*

Io genere autem quoad alios Scripto-
res laudati Ordinis Casinensis satis con-
stat peculiari privilegio Casinensibus Mo-
nachis attributum fuisse, ut eorum Te-
stimooium proprio etiam Monasterio suf-
10 fragetur, ut legere est *in Constit.* 22, 25,
30, *impress. in Bullar. Casinen. tom.* 1,
& de cætero cùm non agatur de interes-
se singulorum, novum non est, quòd Mo-
nachi admittantur ad Testimonium feren-
dum favore Monasterii, non secùs ac
Caoonici pro Capitulo, aut homines pro
Universitate; *Rota coram Emerix jun.
decis.* 380, *num.* 5; *coram Caprara*, *dec.*
558, *num.* 18, *& sequen. coram Eminent.* 11
Card. Falconerio, *tit. de Censib. dec.* 156,
num. 6; *coram bon. mem. Herrera*, *dec.*
5, *num.* 12; *& in Tyburtina Successionis*,
seu Recadentiarum, 12 *Januarii* 1728, §
Ubertu, *coram R. P. D. meo Nunez.*

Cæterum dictæ Ecclesiæ Sancti Ger-
mani pertinentia ad Monachos Casinen-
ses noo ex sola Monachorum assertione,
ac historicis narrationibus depromitur,
sed & de eadem longe luculeotiora pro-
feruntur Testimooia ex Constitutionibus
Nicolai I, *apud Lucen. in notis ad Ughell.* 12
tom. 1, *fol.* 557; Joannis IX, *apud eum-
dem*, *fol.* 563; Victoris II, *ibid. fol.* 666;
Stephani IX, *fol.* 672; Nicolai II, *fol.*
684; necnon Calisti II, & Innocentii III,
ibid. Constit. 23; ac Honorii III, *in di-
cto Bullario*, *tom.* 2, *Constit.* 235, quod &
admisisse videtur ipsa *Sacra Rota in Mon-
tis Casin. Præeminentiarum*, 27 *Januarii*
1681, *coram Albergato*, quæ est *decis.*
407, & ibi ad rem *sub num.* 9, *&* 10,
par. 19 *Recent.*

Eoervandæque fidei tot probatissimo-
rum Testium frustra opponitur, vel quòd
Monachi spoliati fuerint omni proprieta-
te hujus Ecclesiæ, quando a Saracenis
expulsi Teanum, Capuamque secessere,
vel quòd anno ferè 1275. Capitulum
suam Sedem habebat in Saocta Maria
Quinqoe Turrium, & proinde censendum
sit, Canonicos non transivisse ad Eccle-
siam S. Germani sine concessione pleni
dominii. Vel denique quòd ex ipsis Hi-
storicis memoriæ proditum sit, Mona-
chos liberalitèr dictam Ecclesiam Sancti
Germani Clero Sæculari concessisse, *ac
sola liberalitatis laude* introduxisse Sæ- 13
culares Clericos, ut est apud Lucentium
in d. not. ad Ughell. column. 108, *lit-
ter. B.*

Quandoquidem quod pertinet ad Mo-
nachorum fugam ob Saracenorum cras-
sationem, certum est; quòd Monasterio
incenso, Ecclesia Sancti Salvatoris divi-
nitus erepta fuit, neque per hoc Mo-
nachi dominium illius loci tuoc amise-
runt; nam paulò post ad propria reme-
antes sub Angelario Abbate, collapsum
Monasterium instaurare cæperunt, ut su-
pra probatum est in § *Sed &*, *& sequen.*
Illi verò, qui Teano constiteraot, li-
cèt ductu Joannis Abbatis vigesimi ter-
tii Capuam pertexerint, ut refert idem
Leo, *lib.* 1, *cap.* 56, *juxta antiquam Pa-* 14
risiensem edit. vel cap. 53, *juxta recen-
tiorem edit. & ibi Author. notar. impress.
ab Abbate de Nuc. litt. B*, *fol. mihi* 195;
attamen ope Agapiti Papæ ad proprium
Ca-

Casinense Monasterium universi se rece-
perunt, ut prosequitur *Leo, lib. eod. cap.*
59; juxta recen. edit. Parisien. fol. 201;
tandemque Aligernus illorum Abbas vi-
gesimus septimus, qui inauguratus fuit
Anno 949. auxilio Landulphi Principis
Capuani, injustos Bonorum detentores
repulit, omniaque ad Monasterium per-
16 tinentia recuperavit, ut refert idem *Leo,*
lib. 2, cap. 1, & sequen. & ideo etiamsi
per aliquod tempus Monachi, seu major
eorum pars a Casino, vel Civitate San-
cti Germani absfuerint, attamen cùm
constet per vim pulsos fuisse, illorum lo-
corum proprietatem certè non amiserunt.
Cùm certum sit nedum rerum dominia,
sed ipsas quoque possessiones nudo ani-
mo retineri posse, ut sunt Jura notissi-
17 ma, & præclarè observat *Cujac. inter-*
pretat. in Jul. Paul. recept. senten. lib. 5,
tit. 2.

Quod verò pertinet ad stationem Ca-
pituli in Ecclesia S. Mariæ Quinque Tur-
rium nullibi constat, Ecclesiam prædi-
ctam Collegiali qualitate insignitam fuis-
se, neque ex quo aliquando Capitulum
in dicta Ecclesia se congregaverit, benè
arguitur illam uti propriam Sedem per-
tinuisse ad Canonicos. Nam ex aliquo
fortè accidenti contingere potuit, ipsos
Canonicos S. Germani ob impedimentum
aliquod interceptum in propria Ecclesia
sese ad illam S. Mariæ contulisse, quod
& manifestè innuitur in ipso Instrumen-
to *inserto in Regestro Abbat. Bernard.*
fol. 270, ibi -- *Diserti Viri, &c. & Ca-*
pitulum Sancti Germani in Majori Eccle-
sia S. Mariæ congregati, &c. Ipsa enim
denominatio *Capituli S. Germani* mani-
festè ostendit illorum statam Sedem fuis-
se Ecclesiam S. Germani. Et quòd per
accidens congregatum fuerit in illa S.
Mariæ, clariùs arguitur, ex quo in
18 subsequenti Instrumento dictum Capitu-
lum in ipsa Ecclesia S. Germani convo-
catum legitur, ibi -- *Actum in Civitate*
S. Germani in Majori Ecclesia Sancti
Germani in Synodo in eadem Ecclesia ce-
lebratæ, &c. quodque hoc sit ipsum ho-
diernum Capitulum S. Germani affirma-
vit *Rota in dec. 56, num. 34, & dec. 404,*
num. 43, & dec. 407, num. 34, par. 29,
tom. 1 Recent.

Denique quod attinet ad illam expres-
sionem *Lucentii*, quòd nempè Monachi
sola liberalitatis laude in eamdem Eccle-
siam S. Germani introduxerint Sæcula-
res Clericos; id sanè non arguit, quòd
Monachi a se abdicaverint omnia jam
spectantia ad eamdem Ecclesiam. Nam
& omnes concessiones, ut sunt emphy-
theuticæ, & Feudales, dum pro modi-
ca recognitione fiunt, *liberalitatis laude*
non carent. Ast non tamen per hoc Do-
mini directi sese rerum concessarum do-
minio spoliati dicuntur, siquidem quoad
proprietatem censentur habere plenum 19
Jus in re, licèt naturalis possessio sit pe-
nes emphyteutam, vel Feudatarium, ad
tradita per *Frec. de Subfeud. lib. 2, autor.*
47, sub num. 2; Amic. de Emphyteut. quæst.
81, num. 7, Rota, decis. 93, sub num. 9,
vers. prout, coram Carill. & in Recent.
decis. 879, num. 1, & numer. 6, par. 4,
tom. 1.

Idque ipsi Canonici in dicto Instru-
mento relato in *Regestr. Bernard. Ab-*
bat. fateri visi sunt, dum recognoverunt
Casinensem Ecclesiam Matrem, & Domi-
nam eorumdem. Ex hujusmodi enim re- 20
cognitione in Dominum, manifestè con-
cluditur dictæ Ecclesiæ pertinentiam pe-
nes Monachos perstitisse, ad tradita per
Mastard. de probat. conclus. 544, num. 7,
& sequen. Rota, dec. 85, num. 7, par. 9
Recent. dec. 1424, num. 3, coram Sera-
phin. & dec. 1, num. 3, tit. de Salvian.
& decis. 10, num. 16, cor. Eminentiss. D.
Card. Falconerio.

Eamdemque hujus Ecclesiæ pertinen-
tiam penes Casinenses Monachos conclu-
dentiùs adhuc probatur ex Censu, quem
Canonici quot annis solvunt Casinensi
Monasterio ex sanctione Richerii Abbatis;
deque ejusdem Census solutione satis
constat ex ipsis partitis relatis in *Sum-*
mario, num. 4, cuique autem notum est,
annuas hujusmodi præstationes arguere 21
pertinentiam rei penes eum, cui similes
solutiones fiunt, per *Text. in leg. Cen-*
sualis, Cod. de Donation. ubi Bart. & Ale-
xan. cons. 8, num. 2, lib. 7; Gratian. dis-
cept. forens. cap. 188, numer. 9; Adden.
ad Buratt. dec. 602, num. 18; Rot. dec.
400, num. 3, part. 2; dec. 205, numer. 5,
part. 5 Recent. & dec. 89, num. 4, & 5,
coram Zarat. & dec. 100, num. 9, cor. bo.
me. Meliner.

Hujus autem Census solutio non be-
nè trahitur ad assertum titulum Emphy-
teusis, per quàm Domino utili licita
censetur propriorum armorum appositio
in re emphiteutica, ad tradita per *Ful-* 22
gin. de Jur. emphit. tit. de divers. quæst.
emphit. quæst. 18, num. 3; nam de hujus-
modi contractu nullibi quidem constat,
nec locus esse potest præsumptioni, nam
receptum est, contractum cujuscumque 23
alterius speciei præsumendum esse, quàm
emphiteusis; *Fulgin. de Jur. emphiteu.*
in prælud. quæstion. 8, numer. 11, ver-
sic. contrarium tamen; Rota, cor. Mer-
lino, decis. 545, numer. 1, coram Nunot.
dec. 58, num. 7; cor. Eminentissimo Card.
Falconerio, tit. de emphit. dec. 2, num.
1, & 2; & Mantissa ad Ornat. Card. De
Luca, tom. 3, lib. 4, dec. 9, nn. 1.

Quinimò in manifestam Emphiteusis
exclusionem illud concurrit, quod cùm
hujusmodi contractus non fuerit initus

ſuper illis bonis, quæ ab Abbate Riche-
rio, & Bernardo conceſſa fuerunt pro
Capitularium ſubſtentatione, multo mi-
nùs cenſendum eſt initum fuiſſe in con-
ceſſione Eccleſiæ: nam huic non benè
congruere videtur, ut ejus conceſſio fiat
ad meliorandum, prout in contractu em-
24 phiteuſis de Jure requiritur; *Fulgineus
de Jur. emphit. in prælud. quæſt. 1, num.
3; Mareſcott. var. reſolution. lib. 2, re-
ſolut. 76, num. 22; Gobb. conſult. 147, n.
14, in fine; Rot. deciſ. 861, num. 19, co-
ram Cerro, in rec. dec. 338, num. 7, par.
14; & in Romana Devolutionis Domus*, 3
Decembris 1703, § *Pacta, coram clar.
mem. Card. Scotto; & pluribus relatis
in Romana Emphiteuſis*, 16 *Maji* 1732,
§ *Itaut; & in confirmatoria*, 13 *Martii*
1733, § *Juſtitiamque utrobique, coram me*.

Cui proxima quoque eſt alia non diſ-
ſimilis animadverſio, quòd cùm agatur de
Eccleſia Deo dicata, in ea non videtur con-
ſtitui potuiſſe contractus emphiteuticus.
Nam quæ Deo dedicata ſunt, in con-
25 tractum, ſeu commercium venire ne-
queunt; *Can. aurum 12, quæſt. 2, cap.
querelam, in princip. de Simon. § Nullius,
& ſequen. Inſtit. de rer. diviſ. leg. ſed
Celſus, & ſeq. leg. Æde Sacra, ff. de con-
trah. empt.*

Potius igitur dicendum eſt dictum an-
nuum cenſum a Canonicis ſolvi ad te-
ſtandam dictæ Eccleſiæ pertinentiam pe-
nès Monachos, quod & magis confir-
matur ex facto Richerii Abbatis, qui lon-
gè poſt ſecutam dictæ Eccleſiæ conceſ-
ſionem Capitularibus S. Germani impo-
ſuit, ut in Paſchate penderent Mona-
chis medietatem Ceræ, & in die Aſſum-
ptionis medietatem collectarum eleemo-
ſynarum, *Summario num.* 4; quod ſanè fie-
ri nequiviſſet, niſi Eccleſiæ pertinentia
Monachis reſervata fuiſſet, per ea, quæ
notat *Bald. in leg. ad probat. numer. 9,
26 Cod. locati; Alexan. conſ. 10, per tot. &
conſil. 12, in princip. lib. 4; Rota, deciſ.
611, num. 6, part. 4, tom. 3 recen. & in
Vercellen. Reintegrationis*, 13 *Junii* 1704,
§ *Examinando, coram bon. memor. An-
ſaldo*.

Emphiteutico contractu ſecluſo, lon-
gè minus eadem annua præſtatio facta
cenſeri poteſt nomine *Cathedratici*. Ete-
nim licet in ſupradicto Inventario ſolu-
tio hujuſmodi fieri dicatur *pro Cathedra-
tico*, tamen expreſſio illa manifeſto er-
rore excidit; nam & in ipſo Inventario
dubitativè dicitur -- *Paga per cenſo,
ſeu Cathedratico, ſeu Sinodatico, &c.*
Deinde in ordinatione Richerii dicta præ-
ſtatio ſimpliciter appellatur nomine Cen-
ſus -- *Cenſum, qui de S. Germano anti-
quitus ſolitum eſt dare S. Benedicto, &c.*
Item in partitis extractis ab anno 1504,
27 nulla facta legitur mentio *Cathedratici*,
& demum error convincitur, ex quo
Cathedraticum non ante in Eccleſia initi-
tutum fuit, quàm ab Honorio III, *in
cap. conquerente, de Offic. Ordinarii*, qui
præfuit ab anno 1216, uſque ad annum
1227. Aſt longè ante hæc tempora Ca-
nonici pendebant Monachis controver-
ſum Cenſum; nam de eo meminit lau-
datus Richerius Abbas, qui ſedit ab an- 28
no 1038, ad 1055, ut referunt *Leo
Oſtien. in Chronic. lib. 2, cap. 66, & 91;
& ibi Author. Notar. edit. ab Abbat. de
Nuc. Camillus Peregrin. in ſerie Abbat.
Caſin. in Richerio, fol. 50; Mabillon. tom.
4, annal. Benedict. fol. 419, numer.* 44,
& 555.

Non ſolùm autem Canonici pertinen-
tiam Eccleſiæ penès Monachos teſtantur
præſtatione dicti annui Cenſus, & me-
dietatis Ceræ, & eleemoſynarum; ſed
etiam illam ſignificantius profitentur,
dum in ingreſſu Abbatis Caſinenſis in
Eccleſiam S. Germani, ipſis Canonicis præ-
ſentibus, Abbas *Aſperſorium* capit non
quidem e manu alicujus Capitularis, ſed è
manu unius ex Monachis, *Summario nu.* 3,
litt. F. Iſte porro actus porrectionis *Aſ-
perſorii* manifeſtè arguit Eccleſiæ perti-
nentiam penès eum eſſe, a quo Aſper-
ſorium Superiori porrigitur, ut benè ar-
guit *Pignattel. tom. 3, conſult. 18, num.* 29
14, ubi concordantes: Ideoque cùm Ca-
nonici patiantur Aſperſorium a Mona-
cho porrigi proprio Superiori ad Eccle-
ſiam accedenti, ipſa ſanè patientia, &
non contradictione tacitè fateri videntur,
controverſam Eccleſiam ad Monachos
pertinere per ea, quæ arguit *Rota in Ro-
mana Immiſſionis*, 5 *Decembris* 1729, §
*Minuſque, in principio, & in confirmato-
ria*, 22 *Januarii* 1731, § *Quinimò utro-
bique, coram Me*.

Idipſum quoque ſuadetur ex quo in
aliis ſimilibus acceſſibus, quos certis an-
ni temporibus idem Abbas ſolemniter ad
dictam Eccleſiam facere adſolet, Mona-
chi Monaſtico ritu Sacra peragunt, &
Canonici non ſolùm nullam obeunt fun-
ctionem, ſed digniores ſedes non Abba-
ti ſolùm, ſed quoque aliis Monachis ce-
dunt; ſanè per hunc Canonicorum de-
ſcenſum ad inferiora ſubſellia non tan-
tùm in Monachis Superioritas, & reſpe- 30
ctivè in Canonicis ſubjectio jure optimo
arguitur, ad tradita per *Rotam in Sabi-
nen. Juris Parochial.* 8 *Maji* 1733, § *E
medio, coram Me*. Sed etiam manifeſta
indigitatur penès eoſdem Monachos di- 31
ctæ Eccleſiæ pertinentia, ad tradita per
*Decian. conſ. 67, num. 12, & 13, vol. 2,
cum aliis allegat. per Pignattell. loc. cit.
num. eodem*.

Supraque hæc omnia accedit peculia-
re factum ipſorum Canonicorum, qui
cum anno 1693, perſimili clandeſtino au-
ſu

su attentavissent propria etiam insignia
in fornice Majoris Altaris apponere, non
solùm ex decreto legitimè per Vicarium
Casinensem edito, illa dejici patienter per-
miserunt, sed etiam pacato animo ex-
pensas pro illorum dejectione subiverunt;
& factum enarrat *Lucentius ad Ughell.*
d. colum. 1060; quo quidem facto cùm
32 Canonici visi fuerint fateri pertinentiam
Ecclesiæ penès Monachos, ut ex consi-
mili Decreti acceptatione, ad *Text. in*
leg. minimè, leg. si de interpretatione, leg.
nam Imperator, ff. de legibus, arguit ad
rem *Rota in Tranen. Divisionis*, 22 *Ju-*
nii 1733, § *Ex hac, coram Me*; pro-
prium sanè factum Canonicis non ultra
impugnare datum est, ad tradita per
33 *Rotam in Romana Jocalium super ada-*
mantibus majoribus, 15 *Maji* 1719, §
18, *coram Ansaldo*; *& in Romana Pecu-*
niaria, 3 *Martii* 1732, § *Ac tandem*; *&*
in Asculana Aquarum, super bono Jure,
6 *Junii ejusdem anni*, § *Accedunt utrobi-*
que, coram Me.

Demonstrata ex his pertinentia dictæ
Ecclesiæ ad prælaudatos Monachos, in
planam descendit consequentiam, haud
34 licuisse Canonicis Insignia, seu Stemma
Capituli in dicta Ecclesia S. Germani in-
ferre; per *Text. in leg.* 1, *&* 2, *Cod. ut*
nemini liceat signa rebus alienis imponere;
ibique repetentes; Etenim per hujusmo-
di appositionem est quodammodo sibi as-
servare Dominium, ex quo ex armis,
35 seu insigniis rerum dominia distinguun-
tur.; ad *Text. in leg.* 1, *ff. de Offic. Pro-*
cons. & Legat. Menoch. lib. 3, *præsumpt.*
64, *per tot. Staiban. resolut.* 193, *num.*
24, *lib.* 2; *Lavor. lucubrat. canon. tit.* 2,
cap. 12; *Pignattell. consult.* 62, *num.* 3,
tom. 3, *Rota, decis.* 233, *num.* 6 *& sequen.*
par. 7 *recen.* Absolutissimi namque Juris
est, Insignium affixionem sequelam esse
Dominii, vel Supremi, ut in Principe,
vel plenarii, & perpetui, quale reputa-
tur in eo, qui ære suo opus construxit,
36 vel construi fecit, quemadmodum de
opere publico disponit *Text. in lege le-*
gat. ff. de administr. rer. ad Civitatem
pertinen. leg. 2, *ff. de opere publico*; *Lar-*
ra in Compend. uit. homin. cap. 13, *nu.*
24, *vers.* 7, *Torr. de Majorat. part.* 1,
cap. 38, *num.* 80; & relatis pluribus con-
cordan. *Rota dec.* 365, *num.* 49, *& se-*
37 *quen. par.* 5 *recen.* Secus autem licitum
est arma apponere ei, qui caret plena-
rio dominio, ut *in leg. ne, ff. de opere*
publico, & advertunt Cepoll. de servit.
Urban. Præd. cap. 71, *num.* 8; *Conciol.*
ad Stat. Eugubii, rubr. 54, *numer.* 19;
Riccius, collect. 1608, *par.* 5; *& in decis.*
Curiæ Archiepiscopalis Neapolis, decis.
154, *num.* 3; *Lagunez de fructibus, part.*
1, *cap.* 21, *num.* 19; *Sanfelic. decis.* 283,
num. 8.

Hisque nil officit, quòd saltem ob
insignes largitiones in restauratione di-
ctæ Ecclesiæ a Capitulo factas, permit-
tenda sit eidem Armorum retentio, qua- 38
si in perpetuam ejusdem liberalitatis ob-
testationem, juxta animadversa per *Ro-*
tam, in Romana Capella, 29 *Aprilis* 1733,
§ *Nullo siquidem, coram Me*. Etenim
prætermisso, quòd ubi hujusmodi restau-
rationes necessariæ dignoscuntur, neque
ipsis usuariis armorum appositio permis- 39
sa videtur, per ea, quæ in terminis
firmant *Cassaneus in Catalogo gloriæ Mun-*
di, par. 1, *conclus.* 13, *vers. quod*; *Ric-*
cius, citat. dec. 154, *lib.* 3; *Ricciardell.*
in Liceo Ecclesiast. tom. 2, *cap.* 22, *num.*
32; *Pax-Jordan. lucubr. Canonic. tom.* 2,
lib. 10, *tit.* 7, *num.* 455, *in fin. Thomat.*
dec. Maceraten. dec. 5, *num.* 72.

Adhuc ex facto perspectum est, dictæ
restaurandæ Ecclesiæ non solùm a Capi-
tulo erogationes factas fuisse, sed quo-
que pro rata contributiones etiam colle-
ctas extitisse a diversis Locis Piis, nec-
non ab ipsa Universitate S. Germani,
& ab ipso etiam Abbate Casinensi, juxta
Testimonium latum a præcitato Lucen-
rio, loco supracitato, & relat. *in Summa-*
rio Monachorum, num. 7. Qua de re cùm
in perficiendo opere non solùm Cano-
nici, sed aliæ quoque Personæ, & Uni-
versitas ipsa contribuerit, haud permis-
sum esse debet soli Capitulo ejus Arma,
seu Insignia apponere; ad *Text. in leg.* 40
3, *ff. de opere publico*, tradunt commu-
niter DD. & signanter *Cepoll. de servit.*
Urban. Præd. cap. 7, *num.* 9, *Joannes de*
Anna, cons. 86, *num.* 2; *Bambin. cons.* 6,
num. 23; *Honded. cons.* 100, *numer.* 48;
Pax-Jordan. tom. 2, *lib.* 10, *tit.* 7, *num.*
455; *Bass. de sodalitat. quæst.* 15, *num.*
7, *Rot. dec.* 337, *num.* 1, *& per tot. par.*
14 *recen.*

Atque in durioribus perurget in hac
re famigeratum Episcopi Veronensis Car-
dinalis, & S. R. E. Vicecamerarii exem-
plum, qui cùm convertisset in Fabricam
Majoris Ecclesiæ Fidelium eleemosynas, 41
uni Capellæ propria insculpsit Insignia;
hæc porrò Romanæ Curiæ Judicio abra-
sa fuerunt, ut originaliter refert *Cepoll.*
de servit. Urban. Præd. cap. 71, *num.* 9,
& post eum *Carol. Anton. De Luca ad*
Franch. dec. 443, *num.* 1, *in fine*; *Pax-*
Jordan. de re Benefic. tom. 2, *lib.* 10, *tit.*
7, *num.* 455; *Conciol. ad Stat. Eugubii,*
rubr. 54, *num.* 19, *in fine*; *Lagunez de*
fructib. citat. cap. 21, *num.* 25; *Sanfelic.*
citata decis. 283, *num.* 6 *in fine*; ob eam
justissimam rationem, quòd apud ipsum
quemadmodum in subjecto casu non ex-
titit plenum dominium pecuniæ impen-
sæ, ita eidem liberum non erat propria 42
apponere insignia; ad *Text. in leg. qui li-*
beralitate ff. de opere publico, quem in

proposito reassumunt *Petrus Gregor. Syntagma Juris, par. 1, lib. 3, cap. 21, nu. 7, Cassaneus in Catalogo gloriæ Mundi, par. 1, considerat. 13, vers. quod intellige; Sanfelic. citat. decis. 283, sub nu. 7; Ricciur, citat. dec. 154, sub num. 1, & per tot. Carol. Anton. De Luc. ad Franch. dec. 443, sub num. 2, in fine*.

Vel in omnem casum cùm ex prænotaris plenè constet de pertinentia hujus Ecclesiæ ad Monachos, utique Canoni-
43 cis licitum esse nequit sine Monachorum permissu Stemmata, seu Arma Capituli apponere; ad tradita per *Rot. decis. 220, num. 4, par. 17 recen.* cum aliis relat. *in praecitata Romana Capellæ, § Parte autem, coram Me*. Et ideo cùm ex causa ejusdem pertinentiæ iidem Monachi sub anno 1694, etiam adegerint Capitulum ad remotionem eorundem Armorum ab eadem Ecclesia, & de facto illa Canonici removerunt, sine dubio laudati Monachi in hoc Jure Immunitatis ab hac servitute præfixionis Armorum in dicta Ecclesia conservandi sunt, ad tradita
44 per *Posth. de manutent. observat. 25, in fine; Rota decis. 621, num. 4, coram Bichie*, & alibi passim. Præsertim quia sicuti per anteacta retro sæcula hujusmodi libertate gavisa est dicta Ecclesia, ita inter Ecclesiasticos Viros maximè decet hisce quoque temporibus præteriti ævi consuetudinem servare, ut ab insipientibus exoptata Armorum appositio obstentationi potiùs tribuatur; quod & monere visus est Tacitus, qui præfulgere ajebat Cassium, & Brutum, *eo ipso, quòd effigies illorum non videbatur*.

Quia & hæc ipsa Armorum appositio novitatem præferret adversus laudabile monitum, quòd novitates, licèt priori aspectu præseferant utilitatis colorem; tamen ex quo temporis successu perturbationes progigni possunt, ideò quò fieri potest, vitandæ sint, ut habetur in Epistola Cardinalis Millini, scripta san. mem. Gregorio XIII, & registrata in ejus
45 Vita, *cap. 7*; unde *Diocassius, lib. 52*, consuluit - *nec nomina nova, nec aliud quid permittere, ex quo possint oriri discordiæ* - & pluribus relatis SS. PP. dictis; *Gonzal. in Decretal. lib. 1, tit. 4, cap. 9, num. 3*.

Et ita utraque parte informante, &c.

R. P. D.

REZZONICO

Tarraconen. Canonicatus.

Lunæ, 21 Junii 1734.

ARGUMENTUM.

Nominatio facta per Canonicum Turnarium absentem ultra sex menses, sed Ecclesiæ inservientem, mediante suo Coadjutorie, an, & quando substineatur.

SUMMARIUM.

1 *Facti Series.*
2 *Causæ resolutio.*
3 *Nominatio facta a Turnario totam obtinet firmitatem, ubi viget Statutum, vel consuetudo per eum nominandi.*
4 *De jure communi Canonicus absens nec fructus suæ Præbendæ, nec jura optionum, atque Turnorum ipso facto amittit, & num. 5.*
6 *Statutum simpliciter privans Canonicos absentes fructibus omnibus suorum Canonicatuum, non comprehendit Canonicum Coadjutum.*
7 *Tale Statutum, utpote odiosum, strictè est interpretandum.*
Decisiones in aliqua re individuales, in alia re simili sunt attendendæ, ibid.
8 *Jus nominandi competens Turnario, cum aliis fructibus, & quotidianis distributionibus æquiparantur.*
9 *Coadjutor ab Ecclesia tamquam in Filium receptus, habet legitimam Officii administrationem.*
10 *Dispensatus a residentia in Ecclesia, non dispensatur a residendo in loco.*
Quoad pœnas de jure inflictas procedendum est prævuis Canonicis monitionibus, ibid.
A pœna, & censura juris, non est facienda illatio ab alteram ex dispositione Statuti resultantem, ibid.
11 *Absentia a Choro causa valetudinis, meret excusationem.*
Statutum loquens de absentibus ex causa privatorum negociorum, non debet trahi ad casum absentiæ ex causa necessaria adversæ valetudinis, ibid.
12 *Dicta Testium ex aliorum Testium depositionibus, & ex aliis certis documentis, conquassantur.*
13 *Pœna per Statutum imposita Canonicis, si per sex Menses absint a Choro, non est admittenda, si absfuerint per semestre interruptam.*
14 *Absentia a Divinis Officiis etiam inter-*

terpolata, inducit pœnas a Sac. Concilio Trid. præscriptas.

15 *Limita quoad pœnas ab aliquo Statuto inflictas.*

16 *Actus Summa maturitate expleti omnem removent dubietatem.*

Statuto Ecclesiæ per Capitulum condito nullla melior interpretatio dari potest, quàm illa, quæ descendit ex facto, & declaratione ipsius Capituli, ibid.

DECISIO XXVII.

1 CAnonicatum vacantem in Ecclesia Tarraconensi per obitum Francisci Alemanni, Sacra Rota per Sententiam declaraverat adjudicandum esse Michaeli Fita nominato a Canonico Turnario Raimundo Fita, excluso Mariano Alberich nominato a Canonico Jacobo Alberich, juxta binas decisiones editas in prima, Instantia coram R. P. D. meo Millioo primam, sub *die* 14 *Martii*, & alteram sub die 20 *Junii* 1732.

2 Provocante prædicto Mariano Alberich, commissa fuit Causa R. P. D. meo Crescentio, coram quo disputaro dubio, an Sententia Rotalis esset confirmanda, vel infirmanda, post geminas propositiones, in quibus nulla capta fuit resolutio, adscitis quinto, & sexto ex Dominis post consuetum Turnum sedentibus, responsum fuit, Sententiam Rotalem esse confirmandam, *ut ex decisione dicti R. P. D. mei Crescentii.* Cumque dictus Marianus obtinuisset iterum audiri, admisso etiam ad Causam ipso Capitulo Tarraconensi, licèt aliquo modo suspecta esset illius serotina comparitio, & completo examine Testium vigore Literarum Remissorialium ab eodem Sacro Tribunali concessarum, propter sequutam interim Turni Rotalis mutationem fuit a me, uti subrogato, propositum solitum dubium, *an sit standum, vel recedendum a decisis*; eoque plenè discusso in triangulari Partium contradictorio, responsum prodiit, *pro persistentia in decisis.*

Non enim in facto controvertebatur quòd nomioatio Canonicatus, quæ olim pertinebat ad totum Capitulum, nunc fieri deberet per Turnum, ad nominarionem scilicet unius Canonici antiquioris, qui tempore vacationis in Turno reperiretur, vigore antiquæ consuetudinis, & Statuti illius Ecclesiæ Tarraconensis. Qua de re sequuta de anno 1730 vacatione controversi Canonicatus, cùm Canonicus Raimundus Fita, uti antiquior in Turno, approbante Capitulo, nominaverit ad Canonicatom Michaelem Fita suum fratrem ejusdem Ecclesiæ benemeritum Beneficiatum, & Sacerdotem *ætatis provectæ ultra septuagesimum annum*, nullamque habentem exceptionem, optimo Jure decisum dignoscebatur, Canonicatum deberi dicto Michaeli Fita nominato per Turnarium; Vigente siquidem consuetudine, vel Statuto nominandi per Turnum, totum Jus representatur pro illa vice a Turnario, cujus nomina-
tio omnem obtinet firmitatem; *Innoc. in* 3
cap. 1, de majorib. & obed. ibique Abb. num. 2; Piton. contr. patronal. alleg. 90, num. 76, & 150; Rot. post Monacell. in formul. Eccles. par. 2, dec. 45, num. 1; in Uvormatien. Canonicatus, 2 Decembris 1705, § Quod autem, coram clar. mem. Card. Scotto, & plenè firmatum fuit *in prima decis. coram R. P. D. Millino, § Habebat siquidem, & in confirmatoria, § 2.*

Absque eo quòd obstare visum fuerit illud unicum objectum aliàs deductum, semperque rejectum, quòd scilicet prædictus Canonicus Raimundus Fita in casu præsenti gaudere non poterat beneficio Turnariæ Nominationis propter ejus
absentiam ultra sex menses a loco resi- 4
dentiæ, per quam privatus dicto beneficio remanebat ex censura ejusdem Statuti, Ita loquentis .. *Di più, che quelli si trovaranno assenti, e fuori di Provincia, non siano tenuti in considerazione veruna, se pure non fossero stati mandati dal Reverendissimo Capitolo per affari della Chiesa, siano considerati come presenti, ec. e se saranno fuori per negozi propri siano tenuti come presenti, se non saranno stati assenti sei mesi compiti* ..

Ex pluribus enim responsionibus, quæ admissæ dignoscebantur in præteritis Causæ decisionibus, *primo loco* occurrere Dominis visa fuit illa, quod Statutom prædictum, jus Turni restringens absentibus, non sit applicabile, ubi, prout in casu, Canonicus absens a loco residentiæ habet Coadjutorem præsentem, & Ecclesiæ inservientem; & hæc undequaque efficax approbata fuit; nam præmisso quòd dictum Statutum in capite exclusivo absentium nunquam desinat esse odiosum, & correctorium Juris communis, juxta quod Canonicus absens, nec fructus sui Canonicatus, nec Jura optionum, atque Turnorum, quæ pariter sunt in fructu,
Ipso Jure amittit, imò emolumenta, & 5
fructos prædictos facit suos, nisi servatis servandis de eis fuerit privatus, ut generaliter de fructibus Canonicatus tradit *Fagnan. in cap. licet; num. 25, de præbend. Oldrad. consil. 118, per Rot. Pignatell. consult. 4, num. 9. & sequen. tom. 2; Card. De Luc. in adnot. ad Concil. dec. 15, numer. 2,* de Jure optandi; *Gloss. in cap. final. de consuetud. in 6,* ibique communiter DD. & de Jure turnandi dixit *Rot. ad ornat. Card. De Luc. de benefic. dec. 24, num. 20; in Parmen.*

Be-

Beneficii, 15 *Februarii* 1717, § *Eoque fortius*, *cor. bon. mem. Ansaldo*; & *in Leodien. seu Aquisgranen. Canonicatus*, 12 *Julii* 1719, § *Non etiam*, *cor. bo. me. Foscaro*.

Evidens inde reddebatur inapplicabilitas dicti Statuti; nam si istud privando absentes simpliciter loquitur, & in litera non comprehendit Coadjutos, qui
6 per medium Coadjutoris Ecclesiæ inserviunt, hic casus, circa quem versatur præsens controversia, tamquam mitius non cadebat sub censura dicti Statuti, adnotata *in cap. Statutum, de elect. in 6; Alex. cons. 82, num. 17, & seq. lib. 3; Altigrad. consil. 47, num. 23; & consil. 95, num. 138, vol. 2; Rot. coram Zarat. decis. 27, num. 35, coram Cavail. decis. 271, num. 7 in recen. decis. 170, num. 17, par. 11, & decis. 7, num. 4, par. 4, cum aliis in decis.* quæ confirmatur; 17 *Aprilis* 1733, § *Quæ sanè*, *cor. R. P. D. meo Crescentio*.

Maximè quia dictum Statutum in dicta ejus dispositione pœnali implicitè intentum dignoscebatur ad evitandam desertionem servitii ab omnibus æqualiter, & indistinctè præstandi; unde cum in Canonico Coadjuto non congruat ratio desertionis prædictæ ob servitium per medium Coadjutoris ab eo præstitum, idem Statutum, dum in litera non exprimit casum Coadjuti absentis, quoad partem exclusivam, tamquam odiosum, strictiorem exigit interpretationem, ad hoc ut Canonicus, qui Ecclesiæ inservivit per Coadjutorem, pro præsenti haberi debeat, & comprehensus non dicatur sub Censura Statuti, ut generalibus omissis in terminis Coadjuti absentis ad evitandam similem pœnam Statuti requirentis præsentiam Turnarii, & a Turno excludentis absentes, optimè firmavit
7 *Rot. in Vicen. Canonicatus*, 18 *Februarii* 1701, § *Firmato*, *coram clar. mem. Card. de la Tremoille*, 3 *Februarii* 1702, § *Minùs*, & *super remissoria*, § *Ejusdem irrelevantia*, *coram clar. mem. Cardin. Scotto*, & 6 *Decembris* 1702, § *Non obstantibus*, *coram clar. mem. Card. Priolo*. Quæ decisiones meritò declinari non potuerunt sub motivo, quòd in illarum casu concurreret jubilatio Canonici Coadjuti; quia ratio decidendi stetit etiam in ratione congruentiæ, ex quo per Coadjutum absentem Statuto benè fuerat satisfactum per medium Coadjutoris præsentis. Unde decisiones in hac re individuales meritò erant attendendæ in præsenti controversia, ut aliàs actum fuit, *coram bon. mem. Molin. decis.* 702, *num.* 5, *tom.* 3, *par.* 1.

Et hæc sanè Statuti interpretatio, & limitata ejus operatio quoad Canonicum Coadjutum, ad effectum, de quo agitur, fundata in dicta ratione ob servitium æqualiter unà cum aliis Canonicis Ecclesiæ, & Choro præstitum per medium Coadjutoris, certior etiam reddebatur ex tenore literarum ipsius Coadjutoriæ, quia Summus Pontifex inter fructus Coadjuto reservatos, in illis explicitè posuit emolumenta optionum, atque Turnorum, ibi -- *Omnes fructus*, &c. *Jura, obventiones, atque emolumenta, & quæcumque alia jura, ac emolumenta quandocumque, & quomodocumque ex eisdem Canonicatu, & Prabenda provenientia, nec non Turni provisiones, collationes, & optiones* -- sicuti enim virtute gratiæ Coadjutoriæ Canonico Raymundo impugnari nunquam potuit fructuum, & emolu- 8
mentorum consequutio, ita impugnanda non erant jura Turni sub eadem reservatione specificè contenta, & cum aliis fructibus, & quotidianis etiam distributionibus æquiparata, ut benè probat *Piton. discept. Eccles.* 85, *num.* 25. & dixit *Rot. in celebri Salmantina Coadjutoriæ*, *coram Pen. decis.* 393, *numer.* 3, & *per tot.*

Et proinde tam ad juris tramites, quàm ad normam ipsius gratiæ Coadjutoriæ, examinata turnaria nominatione, de qua quæritur dispositio Statuti circa illius privationem contra dictum Canonicum Coadjutum, qui quoad servitium Ecclesiæ ipsi Statuto satisfecit, eo minùs erat allegabilis inspecta causa, & ratione, ex firmatis per *Rot. in rec. dec.* 410, *num.* 13, & *seq. par.* 19, *coram Emerix jun. dec.* 586, *num.* 10, & præcipuè dum implementum factum fuit per medium proprii Coadjutoris, qui tamquam ab Ecclesia in filium receptus, ci- 9
tra dubium habebat legitimam officii administrationem, ex notatis per *Fagnan. in cap. nulla*, *num.* 65, *de concess. præb.* & *cap. de Rectoribus*, *num.* 35, *de Cler. ægrot. Lotter. de re benefic. lib.* 2, *quæst.* 25, *num.* 11, & 30; *Rot. coram Peutinger. dec.* 303, *num.* 3.

Prædictaque inutiliter declinari prætendebantur, ex quo dictus Raymundus Canonicus Coadjutus, etiam ex Indultis Apostolicis, & gratia Coadjutoriæ dispensatus a residentia in Ecclesia, dispen- 10
satus non fuerit a residentia in loco, juxta dispositionem juris, de qua *Barbos. in jus Eccles. univers. lib.* 3, *cap.* 10, *num.* 29, & *seq. Piton. discept. Eccles.* 85, *nu.* 22, *tom.* 3; & *in Frisingen. Canonicatus*, 2 *Julii* 1714, § *Etenim*, *coram bon. mem. Ansald.* Animadversum namque fuit, quòd in præsenti agitur de pœna privationis a Statuto inducta, & de illius intelligentia, non autem de dispositione juris, & pœnis ab eo inflictis contra non residentes, ad quas procedendum est præviis Canonicis monitionibus, aliisque ad

ipsius

ipsius Juris tramites præscriptis, ut notat *Garz. de benefic. par. 3, quæst. 2, n. 6, & 9; Pignattell. consult. 4, numer. 9, & seq. tom. 2; Murg. de benef. quæst. 9, sect. 2, num. 81; Rot. in Leodien. Beneficii, 17 Junii 1718, § Final. coram bon. mem. Oerro.* Unde a censura, & pœna juris, in præsenti cæteroquin non applicabili ob non factas requisitas monitiones, nulla facienda erat illatio ad alteram, ex dispositione Statuti resultantem; ad *Text. in leg. quæritur, ff. de except. rei judicat. cap. fin. de except. in 6.*

Præcognita ex his Statuti pœnalis inapplicabilitate, quoad Canonicum Raymundum Fita Coadjutum absentem a loco residentiæ, sed Ecclesiæ inservientem per medium Coadjutoris, paris efficaciæ recognitum fuit alterum fundamentum in præteritis decisionibus pariter admissum, & repositum in absentia
11 ex causa necessitatis. Cùm enim dictus Canonicus Raymundus Coadjutus non abfuisset pro suo libito, sed ex causa suæ infirmæ valetudinis, ista tamquam necessaria meritò reddit excusabilem, & impunem absentiam, non secùs ac absentia pro negotiis capitularibus; ad *Text. in cap. unic. § Qui verò aliter, de Cleric. non resid. in 6; Monet. de distrib. part. 2, qu. 6, num. 1, & seq. de opt. capit. 6, quæst. 5, num. 40; Garz. de benef. par. 10, cap. 2, num. 17, Guttierez pract. qq. lib. 3, quæst. 34, num. 21, & seq. cum aliis in dicta decis. R. P. D. mei Millini, 20 Junii 1732, § Profectò.* Constituitque etiam in hac parte casum mistum minimè comprehensum sub dispositione dicti Statuti, quod dum loquitur de Absentibus ex causa privatorum negotiorum, neque expressè excludit absentes ex alia causa, qui abiint sine licentia Superioris, trahi non poterat ad casum oppositum absentiæ ex causa necessitatis adversæ valetudinis, ut præter superius adductos optimè *expendit decisio, quæ confirmatur, 17 Aprilis 1733, § Quæ sanè, coram R. P. D. meo Crescentio.*

Nullatenus attentis iis, quæ in oppositum congesta fuerunt ad impugnandam absentiam dicti Canonici Raymundi ex causa necessaria afflictæ valetudinis. Quidquid enim deposuerint Testes examinari pro parte Alberich, absentiam referre contendentes ad causas voluntarias; profectò infirma valetudo prædicti Canonici evidenter constabat ex ipsis literis Coadjutoriæ, ex depositionibus Medicorum, Vicarii Generalis, aliorumque Testium, ex licentia aliàs a Sacr. Congregatione Concilii reportata, & exequuta, & demùm ex quo Capitulum ipsum admisit Canonicum Raymundum ad perceptionem emolumentorum, & ad nominandum, juxta conspicuum factum inferiùs recensendum, itaut ex his omnibus vana prorsus, & contra evidentiam mendicata fuerit exceptio reposita in quibusdam Testibus, qui ultra alias exceptiones, ab aliis Testibus, & ex tot 12
realibus, & certissimis documentis abundè remanent conquassati; *Farinacc. de testib. quæst. 65, num. 130, Rot. coram Gregor. dec. 449, num. 5; coram Emerix Junior. decis. 1167, num. 14; & in Tranen. Præeminentiarum, super Reservatis, 19 Novembris 1717, § Quo verò, coram bon. mem. Ansaldo.*

Et demum pro inapplicabilitate recensiti Statuti firmum quoque apparuit tertium fundamentum repositum in eo, quòd cùm Statutum exigat absentiam per sex menses completos -- *Se non saranno stati assenti per sei mesi compiti* -- non comprehendat casum præsentem, in quo Canonicus Raymundus ex iteratis accessibus ad Civitatem Tarraconensem intra sex menses reversus fuerat. Etenim in hac etiam parte occurrere visa fuit durities superiùs considerata in recensita Statuti dispositione, itaut pro evitando incursu pœnæ omni jure restrictionem admittat ad absentiam per semestre continuum, non verò per interpolatos accessus interruptum, ut optimè probant *decisiones præcedentis Instantiæ, 14 Martii 1732, § Sive quia, & 20 Junii ejusdem anni, § Ast etiam, coram R. P. D. meo Millino.* 13

Haud subsistente, quòd cùm agatur de materia respiciente cultum Divinum absentia etiam interpolata sufficiat, juxta ea quæ circa interessentiam Divinis Officiis præscribit Sacrosancta Oecumenica Tridentina Synodus, & consentaneè tradunt *Fagnan. in cap. licet, num. 54, & 55, de præb. Barbos. de Offic. & potest. Episc. part. 3, alleg. 53, num. 120, cum duobus seqq. Pignattell. consult. Canonic. 114, n. 21, tom. 2.* Satisfacit enim animadversio, quòd præscripta per Sac. Concilium circa interessentiam Divinis Officiis, trahenda non sunt ad casum præsentis Statuti, quod in ejus parte exclusiva, tamquam pœnale intelligi debet de absentia per sex menses completos, & minimè interruptos ex eisdem rationibus consideratis, nedum *in resolutione Sacr. Concilii apud laudatum Fagnan. in dicto cap. licet, num. 29, de præbend.* sed etiam in Decisionibus præcedentis Instantiæ, *24 Martii 1732, § Rursus, & seqq. & 20 Junii ejusdem anni, § At etiam, coram R. P. D. meo Millino.* 14

Quibus ita sub triplici fundamento constabilitis, Domini, prætermissa qualibet inspectione, an absentia considerata in dicto Statuto pœnali intelligi debeat de qualificata extra Provinciam, ex qua 15

pari-

pariter per Defensores Fitæ augeri prætendebatur Statuti inapplicabilitas, quælibet a toto genere cessare visa fuit difficultas ex actibus individuæ observatiæ inapplicabilitatem Statuti, apertissimè confirmantis, quoad Canonicum Raymundum Fita, qui, ut dictum est, servitium Ecclesiæ opportunè implevit per medium sui Coadjutoris, quive absens fuit ex causa necessaria adversæ valetudinis, & neque de tempore ultimæ vacationis, & controversi Canonicatus, neque ante, per semestre completum, & non interruptum, unquam absuerat; & quidem ex observantia individua, & resultante ex multiplici facto ipsius Capituli, quòd anno 1721, Raymundum Fita absentem ad Jus Turni admisit acceptando ejus nominationem factam occasione vacationis Præposituræ de Ivissa. In Capitulis Sancti Fructuosis ab anno 1722, usque ad annum 1730, habitus fuit pro præsente, ad effectum illud deputandi ad Officia Capitularia, & ad effectum participationis emolumentorum. Anno 1729, licentiam dedit constituendi Procuratorem ad oprandum, & turnandum. Et demum sequuta vacatione, de qua agitur, sub anno 1730, idem Capitulum, audita relatione, ac voto suorum Advocatorum, considerarisque considerandis ad jus Turni, explicitè admisit dictum Canonicum Raymundum absentem, juxta documenta non controversa, & distinctè exhibita in ejus *Summario*.

Qui sanè conspicul actus summa maturitate expleti, omnem removent dubietatem, & confirmant inapplicabilitatem dicti Statuti; magisque tutam reddunt
16 intelligentiam in recensitis casibus ponderatam, ut optimè firmat *Rot. in recentior. decis.* 419, *num.* 6, *part.* 1, *dec.* 179, *num.* 30, & 31, *part.* 9; & *in Arboren. Pensionis*, 13 *Maji* 1729, § *Attenta*, *coram bon. mem. Cornelio*. Statuto enim Ecclesiæ per Capitulum condito, nulla melior interpretatio dari potest, quàm illa, quæ descendit ex facto, ac declaratione ipsius Capituli, *ut ponderat Decisio*, *quæ confirmatur* 17 *Aprilis* 1733, § *Hujusmodi*, *coram R. P. D. meo Crescentio*. Atque hinc firma ex his omnibus remanente favore Canonici Raymundi pertinentia Turnatiæ nominationis, ultra quasi possessionem, ex actibus mox recensitis resultantem, adjudicatio controversi Canonicatus omni Jure decreta dignoscitur *dicto Sacerdoti septuagenario* ejus nominato, ut dictum fuit in dicta Vicen. *Canonicatus*, 18 *Februarii* 1701, § *Etenim constat*, *coram clar. mem. Card. de la Tremoille*; & *in Colonien. Canonicatus S. Andreæ*, 17 *Februarii* 1713, § *Constitit*, *coram bon. memor. Lancetta*.

Et ita exquisitis suffragiis quinti, & sexti ex Dominis in triangulari Partium certamine conclusum fuit.

R. P. D.

CALCAGNINO.

Tricaricen. Archipresbyteratus.

Ven. 22 *Januarii* 1734.

ARGUMENTUM.

Concursus declaratur validus, si ante ejus terminationem unus ex tribus examinatoribus justa de causa discedat, & sequenti die absolvatur Concursus, & literæ Apostolicæ impetrationis ob non servatam formam Concursus, executionem an mereantur.

SUMMARIUM.

1 *Non servata forma a Concilio Trid. præscripta circa Concursus ad Parochiales, fit locus impetrationi, & num.* 2.
3 *In Concursu faciendo Examinatores esse non possunt pauciores tribus.*
4 *Concurrentes præsentare se debent saltem coram tribus Examinatoribus collegialiter sedentibus.*
5 *Examinatorum suffragia edi debent statim completo examine, & Concursu nondum dimisso.*
6 *In examinandis literis impetratoriis, utpote odiosis, strictè est procedendum.*
7 *Et in dubio contra impetrantem est pronunciandum.*
8 *Narratio concepta per negativam, concludenter est justificanda, quando præcipuum gratiæ fundamentum in verificatione ipsius negativæ consistit.*
9 *Ut Concursus dicatur legitimus, debet coram Episcopo, vel ejus Vicario, & tribus saltem Examinatoribus Synodalibus examen fieri, & eo peracto, concurrentium idoneitas renunciari.*
10 *Quando narrativa concepta est per verbum disjunctivum, sufficit, quòd altera tantùm ex partibus alternantis verificetur.*
11 *Ubi motiva impetrationis conjuncta sunt in supplicatione per particulas copulativas, literæ impetratoriæ non sunt exequendæ, nisi omnia, & singula expressa justificentur.*
12 *Si uno die, ob noctem supervenientem, Concursus perfici non possit, ad diem sequentem ejus complementum potest differri, & num.* 15.

13

13 Ea, quæ per verbum illicò, vel statim facienda præcipiuntur, summ temperamentum, ac temporum intervalla recipiunt, & num. 14.
16 Quod ad formam pertinet, per æquipollens, in nullo casu suppleri potest.
17 Quod Romæ receptum est, non debet in subjectis Ecclesiis in discrimen afferri.
18 Impetrator non justificans narrata, repellitur, & num. 19.

DECISIO XXVIII.

IN dicto concursu pro provisione facienda de Parochiali Ecclesia, seu Archipresbyteratu Montis Albani Tricaricen. Diœcesis, sub die sexta Octobris anni 1731, examini se subjecerunt Joannes Baptista Rapone, Ferdinandus lo Monaco, & Aloysius Cajafa. Acceptisque quæstionibus, seu casibus moralibus unà cum Evangelico Textu explicando, omnes In Conclave obseratis Januis sese receperunt, dato eisdem trium horarum spatio consignandis scripto responsionibus, ac exarandæ conciunculæ.

Termino prædicto trium horarum nondum expleto, unus ex tribus Synodalibus Examinatoribus dolore capitis affectus, Domum abiit. Ideoque cùm Concurrentes e conclavi deinceps exiissent, ne quid per fraudem peccaretur propter d. Examinatoris absentiam, omnes sese responsionibus, ac conciunculis subscripsere, quibus etiam accessit subscriptio aliorum duorum Examinatorum, Pro-Vicarii Generalis, ac Cancellarii Episcopalis Curiæ, omniaque sequenti die ab eodem Cancellario aperta fuerunt coram ipso Pro-Vicario, ac omnibus tribus Examinatoribus in unum iterum coadunatis, a quibus maturè perpensa cujusque concurrentium idoneitate, dictus Joannes Baptista Rapone dignior renunciatus fuit.

Habitis a dicto Rapone Testimonialibus literis, supplicationem Sanctissimo Domino Nostro porrexit pro obtinenda provisione d. Archipresbyteratus, quippe qui de mense Augusto Sedi Apostolicæ reservato vacaverat, & Apostolicas literas obtinuit, harumque vigore in Archipresbyteratus possessionem fuit immissus.

Hoc autem non obstante Fabius Troilus facta narratione in Dataria, quòd in dicto concursu non servata fuisset forma *Concilii Tridentini, attento quòd Examinatores Synodales examini, uti debebant, non interfuerunt, nec debito tempore eorum suffragia non dederunt*, literas Apostolicas impetravit, quas cum A.C. Furiettus executioni mandandas esse judicaverit, appellatio ad Sac. Rotam interposita fuit, directaque mihi commissione cum clausula -- *Parito literis, arbitrio Rotæ*: dubium proposui -- *An intret Arbitrium pro retardatione executionis literarum Apostolicarum in casu, &c.* dataque mihi est responsio *Affirmativa*.

Ex parte Impetratoris contra Raponem tota sollicitudo versabatur in exageranda necessitate servandi formam in 1
similibus Concursibus faciendis præscriptam *a Sac. Concilio Tridentino, sess. 24. de reformat. cap. 18, & a S. Pio V, in Const. quæ incipit in conferendis in Bul. nov. in 33, ac ab Instruct. Sac. Congregationis Concilii edit. anno* 1720, quam quidem formam cùm dictus Troilus autumaret impletam non fuisse, consequenter concludebat, locum factum esse provisioni Apostolicæ per ea, quæ relatis 2
concordantibus, respondit *Rot. in Melphiten. Pœnitentiariatus*, 28 *Novemb.* 1732, § *Cùm Ordinarius*, & in confirmatoria, 4 *Februarii* 1733, § *Iterum quippè, utrobique, coram me*.

In assumpti autem comprobatione idem Impetrator afferebat, quòd in concursu faciendo Examinatores esse non possint 3
pauciores tribus, ut post *d. Concil. loc. cit.* tradunt *Barbos. ibidem, numer.* 79, & 80; *Lotter. de re beneficiar. lib.* 2, *quæst.* 31, *num.* 65; *idem Barbos. de Offic. & potest. Paroch. part.* 1, *cap.* 2, *num.* 52; *Garz. de benefic. par.* 9, *cap.* 2, § 1, *n.* 125, *De Luc. ad Ventrigl. par.* 2, *annot.* 5, § 1, *num.* 11; *Corrad. in prax. Benefic. lib.* 3, *cap.* 3, *num.* 32; & *Rot. dec.* 299, *n.* 1, *coram Cavaler. & dec.* 561, *num.* 9, *coram Bich.*

Sequebatur idcircò quòd cùm Concurrentes in exitu a Conclavi non repererint tres Examinatores, sed tantùm duos, eisdemque proprias responsiones exhibuerint, concursus dici non possit expletus ad formam Concilii, ex cujus indole requiritur, ut Concurrentes præsentare se debeant, saltem coram tribus 4
Examinatoribus collegialiter sedentibus, *Barbos. ad d. Concil. loc. cit. num.* 112; *Massobrius in prax. haben. concurs. requisit.* 4, *num.* 2; *Garz. de Benefic. part.* 9, *cap.* 2, *num.* 58, & 59; *Card. De Luc. de Paroch. disc.* 1, *num.* 16, *disc.* 3, *num.* 7; *Monacell. formul. Eccles. part.* 1, *tit.* 4, *form.* 16, *num.* 2.

Formæque istiusmodi ne quidem satisfactum fuisse addebat idem Impetrator, ex quo postera die iidem Examinatores insimul congregati, coram Pro-Vicario, & Cancellario præsente, votum tulerint, proindeque haud dictum votum in sequentem diem differri potuisse, ex quo cùm Examinatorum suffragia constituant 6
unicum actum in toto concursu, minimè licitum est illa procrastinare, sed eadem edi debent statim expleto examine, & con-

concursu nondum dimisso, juxta authoritatem *Card. De Luc. de Paroch. disc. 37, num. 3; Massobr. in prax. requis. 4, dub. 2; Garz. de Benefic. part. 9, cap. 2, num. 57, & 58; Barbos. de Paroch. part. 1, cap. 2, num. 84, & 87; Monacell. loc. citat. num. 2, in fin. De Luc. ad Ventrigl. loc. citat. num. 9; Rot. dec. 719, num. 4, cor. Cerr.*

Hæc autem omnia magnifico quidem appatatu exornata, licet primo obtutu speciem aliquam difficultatis præferrent, attamen te intrinsecus perspecta, observatum est, rem esse cum exoso Impetratore, qui repellere conatur Raponem Beneficii Possessorem Apostolica authoritate provisum, ideoque severa cen-
6 sura in examinandis Impetratoriis literis procedendum est, ut dixit *Rot. in Leodien. Canonic. 23 Januarii 1711, Arbitrium, cor. clar. me. Card. Scotto in Barchinonen. Beneficii, 12 Februarii 1731, § Motivum, cum plur. seqq. coram R. P. D. meo Rezzonico; & in Augustana Canonicatus, 26 Junii 1733, § Sequendo, cor. R. P. D. meo Millino.*

Quamobrem nisi literæ per superlativas probationes undique justificatæ præfulgeant, seu quomodolibet dubietatem aliquam contineant, semper contra Im-
7 petrantem pronunciandum est, juxta notissimam Theoricam *Ostiensis, in cap. Cum in cunctis, num. 4, vers. Proinde, de Rescript. Lotter. de re Benefic. lib. 2, quæst. 46, num. 19; Card. De Luc. de Benefic. disc. 124, num. 2; Rot. in Paderbonen. Præpositura, 16 Aprilis 1717, § Fundamentum, coram bon. mem. Ansaldo*, cum aliis in *Augustana Canonicatus, 30 Aprilis 1731, § Certoque certius, coram Reverendissimo D. meo Corduben.*

In examine igitur ipsarum literarum observatum est, ex duplici capite suppositam fuisse Summo Pontifici præfati concursus nullitatem; & ex eo nempe, quod Examinatores examini, uti debebant, non interfuerunt, & ex quo debito tempore eorum suffragia non dederunt. Cùm autem hanc narrativam Impetrator nullatenus verificare possit, literæ non sunt executioni demandandæ; Non attento, quòd narratio concepta fit per negativam; nam cùm & ipsum præcipuum gratiæ fundamentum in ve-
8 rificatione dictæ negativæ consistat, ipsa etiam concludenter est justificanda; *Rot. dec. 323, num. 1, part. 2 rec. decis. 288, num. 1, cor. Ludovis. dec. 385, numer. 1, cor. Caprar. & in Mediolanen. Canonicatus, 2 Julii 1706, § Illæ enim, cor. cl. me. Card. Scotto*; & in terminis; *Corrad. in Prax. Benefic. lib. 3, cap. 3; de Prax. Provid. Paroch. per concurs. numer. 28, & seqq.*

Utraque autem negativa non solùm justificari nequit, sed falsæ potiùs suppositioni innixa conspicitur ex ipsomet examinis processu, quo constat, a tribus Synodalibus Examinatoribus, ac Pro-Vicario quæstiones fuisse propositas, eisdemque Examinatotibus, & Pro-Vicario collegialiter coadunatis suffragia edita fuisse. Verùm ergo non est, quod *Examinatores Synodales examini, uti debebant, non interfuerunt, ac debito tempore suffragia non dederunt*. Nam ex mente Concilii pro forma super hoc puncto non aliud requiritur, nisi quòd ab Episcopo, seu ejus Vicario, & tribus saltem Examinatoribus examen fiat, & 9
ab eisdem, examine peracto, Concurrentium idoneitas renuntietur, per ea, quæ notant *Ventrigl. in prax. part. 2, annot. 5, § 1, num. 52;* & ibi *Carol. Anton. De Luc. addit. 9; Barbos. de Paroch. cap. 2, num. 86; Card. De Luc. de Paroch. disc. 3, num. 1.*

Fundamentum verò constitui non potest super unica illa objectione, quòd nempè suffragia non statim peracto examine, sed postera die edita fuerint: Nam, & super hac oppositione inspectum est, quòd ad Impetratoris intentum saltem erui posset, quòd suffragia non reddita fuerint tempore debito, & sic verificata remaneret una pars narrativæ, quod ad effectum de quo agitur, non sufficit, 10
quia licèt ubi narrativa concepta est per modum disjunctivum, sufficiat quòd altera rantùm ex partibus alternatis verificetur, ut respondit *Rota in Cæsenaten. Vicariæ, 9 Maji 1727, § Ex quibus, coram bon. mem. de Gamacher; & in Melphiten. Pœnitentiariatus, 29 Novembris ejusdem anni, § Superque;* & in confirmatoria, 4 Februarii 1733, § *Verum, utrobique, coram me.*

Attamen ubi, prout in themate, motiva impetrationis conjuncta fuerunt in supplicatione per particulas copulativas, 11
eo sanè casu locus est generali regulæ, quòd nempe impetratoriæ literæ executioni demandandæ non sint, nisi quoad singula, omniaque expressa in supplicatione justificatæ remaneant, per ea, quæ respondit *Rot. in Alexanen. Beneficii, 22 Junii 1722, § Fundamentum, coram Me; & in Aurien. Parochialis de Fea, super institutione, 17 Junii 1729, § Conclusio namque*, ubi congrua redditur ratio, *coram bon. mem. de Valentibus; in Tuden. Abbatiæ de Crexiente, 9 Aprilis 1731, § Jus enim, coram R. P. D. meo Rezzonico; & in Augustana Canonicatus, 26 Junii 1733, § Sequendo, coram R. P. D. meo Millino.*

Cæterum, quando etiam tota Gratiæ justificatio dimetienda foret ex altera tantùm parte dictæ narrativæ, in ejus sanè verificatione non minùs Impetrator de-

fice-

ficeret; nam ex quo ab Examinatoribus sua vota non fuerint prolata post primam noctis horam, dum videlicet a Concurrentibus responsiones exhibitæ fuerunt, sed prolata fuerint die sequenti, non inde sequitur, quòd illa *tempore debito* data non fuerint, ut in suis precibus Impetrator expressit. Nam supposito, quòd unus ex Synodalibus Examinatoribus propter ingravescentem capitis dolorem ab Episcopali Palatio abscedere coactus fuerit, nec propter dictam Causam Concursus nocte illa perfici potuerit, in his sanè circumstantiis incœptum examen die sequenti terminari ti-
12 tè valebat, ut respondit Sac. Congregatio Episcoporum, & Regularium anno 1595, ut refert *Barbos. in collect. Bullar. verb. Examen, num. 3; & de Paroch. cap. 2, num. 53.*

Nulla siquidem conciliari sanctione pro forma præscriptum legitur, ut totus concursus una die confici debeat; sed solùm habetur, quòd *peracto examine renuntientur quotquot ab ipsis Examinatoribus idonei judicati fuerint*: verbum sanè illud *peracto examine* — licèt importare videatur actuum quandam connexionem, propter quam terminato examine *illico*, vel *statim* suffragia sint ferenda, ut loquuntur authoritates relatæ *in § Formaque*.

Nihilominus non adeò tenaciter ad literam accipiendum est, ut res sub vesperis cœpta, die immediatè sequenti perfici non possit; nam quæ die sequenti prosequimur, procul dubio continuare
13 dicimus; & ea etiam, quæ per verbum *illicò*, vel *statim* facienda præcipiuntur, suum temporamentum, ac temporum intervalla recipiunt. *Ad Text. in l. quod dicimus, ff. de solut. l. ratum, ff. eodem, l. final. Cod. de Judic. cap. quam sit, de elect. in 6, Gloss. in can. Quicumque, verb. statim, dist. 77, Rebuff. in l. Anniculus, § Verum intelligi, de verbor. significat. fol. mihi 701 circa med. Gratian. disc. forens. 41, num. 10, & seq. Menoch. de arbitr. cas. 9, num. 4; Garz. de Benef. part. 2, cap. 5, num. 85; Gonzal. ad reg.*
14 *8 Camell. gloss. 9, § 1, num. 217; Ricc. decis. 288, part. 4, num. 5, & 6*: & quòd dictio *illicò* quoddam etiam temporis intervallum significet, *per Text. in l. penultim. Cod. deposit. l. frumenta, Cod. de subscript. lib. 10, l. ordinatam de liberali causa*, tradit *Rebuff. loc. cit. § Idem, in verb. illicò*.

Frustraque ad declinandam dictam resolutionem Sac. Congregationis ab Impetratore replicatur, illam locum habere in hypothesi, qua omnium Concur-
15 rentium examen una die finiti non possit, ut est casus propositus *per Barbos. de Paroch. part. prima, cap. 2, numer. 53.*

Etenim ad sustinendam Apostolicam provisionem sufficit, quòd ex aliquo impedimento concursus die sequenti absolvi possit citra læsionem formæ a Concilio præstitutæ. Aliàs enim si adeò strictè de forma Concilii esset, quod concursus totus unica die confici deberet, utique ex nulla causatione cujuslibet impedimenti ad diem posteram protrahi pos-
set; quia quæ ad formam pertinent, ad 16
unguem sunt observanda, & nec per æquipollens in quocumque casu suppleri possunt; *Bald. in l. 1, num. 2, & ibi Jason. num. 10, ff. de Liber. & Posthum. Rot. decis. 16, ad Card. De Luc. ad Mater. de Benefic. lib. 12, num. 17; & in Monasterien. Canonicatus, 3 Martii 1727, § Dubitari, cor. bon. mem. Cornelio, cum aliis vulgat.*

Quodque de facto non sit de forma adeo stricta, & præcisa a Concilio præscripta, ut suffragia eadem die ferri debeant, manifeste convincitur ex praxi servari solita in hac Alma Urbe, in qua, ut fidem facit Secretarius Eminentissimi Vicarii, responsiones a Concurrentibus exhibitæ in manibus ipsius Secretarii sub die Examinis, leguntur die sequenti coram Eminentissimo Cardinali Vicario, & Synodalibus Examinatoribus. Vigente autem hac praxi in ipsa Urbe Roma, supervacaneum reputatum est inquirere ulterius super interpretatione formæ conciliaris. Nam quod in hac Urbe omnium Pontificiarum legum religiosissima cultrice sub oculis tot sapientissimorum Virorum servatur, haud censendum est,
quòd in spretum Sacratissimarum San- 17
ctionum fiat, & ideò quod hic receptum est, in subjectis Ecclesiis cavillati, vel in discrimen afferri non debet per ea, quæ relatis concord. tradit *Rot. in Bisinianen. Praeminentiarum, prima Aprilis 1729, § Everso, coram me.*

Comperta insubsistentia narrationis, super qua nitebatur totum fundamentum gratiæ Impetratoriæ, existimatum est, non esse præsentis inspectionis singula perpendere, quæ ab Impetratore coacervabantur adversum processum dicti Concursus. Quandoquidem reperta sunt aliena esse a justificatione suæ narrativæ, in quo unicè restringitur totum Impetratoris onus, cui cùm non satisfecerit alteri parti, satis erit vincere per non Jus sui Competitoris, ut respondit *Rot. in dicta Alexanen. Beneficii, 22 Junii 1722,*
§ Final. ubi concord. coram me. Atque 18
hoc pacto regulando, in hac cognitione totum arbitrium in Commissione datum ad tramites Juris, cùm literæ impetra-
toriæ justificatæ non sint, executionis 19
retardandæ arbitrio locus esse debet, ut

relatis concord. respondit *Rot. in Tulen. Abbatiæ de Crezente, 9 Aprilis 1731, § Jus enim, cor. R. P. D. meo Rezzonico; in dicta Augustana Canonicatus, 30 Aprilis 1731, § Pro eo enim, coram Reverendissimo Domino meo Ratto, & alibi sæpè.*

Et ita suum Contradictorem vicit Raponus.

R. P. D.

HARRACH

Barchinonen. Nunciationis novi Operis.

Lunæ, 7 Decembris 1733.

ARGUMENTUM.

Capella quando dicatur Deo dicata, itaut non possit ad usus profanos, nec etiam de Ordinarii licentia, converti. Archidiaconi Ecclesiæ consensus an, & quando requiratur pro novis ædificiis in sua Ecclesia excitandis. Operarii Ecclesiarum quam facultatem habeant, & in quibus eorum munus consistat, & an dependere debeant a Rectore Ecclesiæ.

SUMMARIUM.

1 *Quisque in proprio solo ædificare potest ad sui libitum, etiam immutando faciem rei.*

2 *Operarii Ecclesiarum an, & quando possint ædificare absque consensu Rectoris Ecclesiæ.*

3 *Operarii hujusmodi non sunt capaces administrandi res Ecclesiasticas, sed solùm eis competit quædam administratio servitoria, & sollicitudinis, seu providentialis cum dependentia a Ministris Ecclesiæ.*

4 *Limita, si ex antiqua consuetudine, vel ex Ordinarii sententia plenam administrationem habuerint independenter ab eis, & num. 7.*

5 *Laici sunt capaces simplici administratione temporali, & œconomica fructuum Ecclesiæ.*

6 *Dependentiam habent ab Episcopo, qui potest eos cogere ad reddendam rationem.*

8 *Ordinarii licentia supplet quemcumque defectum facultatis, quatenus in Laicis adfuisset.*

9 *Consensus Rectoris Ecclesiæ absque causa denegatus, suppleri potest ab Episcopo.*

10 *Loca Sacra Deo semel dicata, profanis usibus non sunt deputanda.*

11 *In quibus locis id habeat locum, & num. 12.*

13 *Ex quibus resultet Capellam fuisse Deo perpetuò dicatam, & num. 14, & 15.*

16 *Locus Sacer per accidens destinatur ad Sacrificium Missæ, non potest dici perpetuò sacer, aut Deo permanenter dicatus, itaut non possit in profanos usus converti.*

17 *Capella, vel alius Locus, quando dicatur Sacer, & Deo perpetuò dicatus, ut gaudeat Immunitate Ecclesiastica.*

18 *Immunitas Ecclesiastica est favorabilis, & latiorem recipit interpretationem.*

19 *Ex tumulatione Cadaverum in aliquo loco, non infertur eum esse Sacrum, sed requiritur auctoritas Ordinarii, qui dictum locum irrevocabiliter destinet ad usum pium.*

DECISIO XXIX.

INter alias Parochiales Ecclesias Civitatis Barchinonæ non infimum locum tenet Ecclesia S. Mariæ nuncupata *de Mare*, quæ subest Regimini unius ex Archidiaconis Ecclesiæ Cathedralis ejusdem Civitatis, penes quem etiam residet Cura habitualis; Actualis verò exercetur per Vicarium perpetuum, & Presbyteros Beneficiatos eidem Ecclesiæ inservientes, qui omnes parere tenentur dicto Archidiacono in his, quæ Divinum Officium, Ecclesiæ decorem, & honestatem Clericalem respiciunt. Administratio autem reddituum, & Eleemosynarum, quæ erogari debent in Sacram supellectilem, salarium Ministrorum ejusdem Ecclesiæ, & his similia, pertinet ad Operarios laicos ad tempus eligendos a Generali Consilio Parochianorum, juxta antiquam consuetudinem, & ad formam sententiæ latæ ab Episcopo Barchinonen. anno 1413, ubi singula superiùs expressa, distinctè enumerantur.

Ut itaque præfati Operarii eorum muneri implerent, & commodiùs Parochiani se congregari possent post annum 1580, non mediocri sumptu construi curarunt Aulam Capitularem, seu Capellam, in qua deinceps habita fuerunt Consilia; sed quia postmodum ob temporum Calamitates, & Bellorum motus, redditus ad prædictum opus pium destinati, & Eleemosynæ maximè decreverunt, itaut pluribus contractis debitis, oporteret Ecclesiam Parochialem ea de causa consuetis ornamentis, & obsequiis destituere, congruum duxerunt iidem Operarii in dicta Capella, seu Aula Capitulari construere Ædificium ad usum Domorum, ut ex earum redditibus, seu Pensionibus valerent debita exsolvere, & occurrere Ecclesiæ indigentiis. Quamobrem coram Ordinario supplices inste-

te-

terunt pro opportuna facultate opus hujusmodi perficiendi; illamque obtinuerunt, requisito tamen priùs consensu Vicarii perpetui, & Beneficiatorum Ecclesiæ, pluribusque adjectis conditionibus utilitatem Ecclesiæ respicientibus, & signanter, quòd alia construeretur Aula Capitularis.

Dum autem paratis omnibus necessariis, Operarii erant in limine constructionis Ædificii, oppositorem habuerunt Josephum de Ribera Archidiaconum præpositum Regimini dictæ Ecclesiæ Parochialis, qui prætendens requirendum esse ejus consensum, novum constructionis opus nunciavit in dicta Curia Episcopali. At Vicarius Generalis recepta priùs ab Operariis cautione de demoliendo in casu succumbentiæ, novum concessit mandatum de ædificando, ejusque vigore Ædificium Domorum completum extitit. Verùm non acquiescente Archidiacono, curavit iste ex rescripto Signaturæ Justitiæ Causam mihi committi, unde Dominis meis proposui hodie dubium — *An liceat construere Fabricam* — & habui responsum — *Affirmativè*.

Ratio enim ita decidendi stetit in eo, quòd controversum Ædificium Operarii erigere intendebant in Aula, seu Capella, quam aliàs propriis sumptibus ædificaverant. Ideoque certùm erat iis licitum fuisse novum Ædificium in eodem loco ad ipsos spectante, etiam facie rei
1 immutata, construere, illudque ad eorum libitum extollere, juxta *Text. in leg. cum eo, ff. de servit. Urban. Præd. & in leg. Si in ædibus, Cod. de servit. Cepoll. eod. tract. cap. 62, per tot. Sperell dec. 55, n. 1; Rot. decis. 611, num. 1, par. 5, tom. 2; & dec. 272, num. 1, par. 19 recent. & coram Caprar. dec. 744, numer. 1, & coram Molin. dec. 1037, num. 2; & in Bononien. Fabricæ, 2 Martii 1722, § Placuerunt, coram bon. mem. Gamaches*.

Neque obstare visum fuit, quòd Constructioni hujusmodi non intercesserit consensus Archidiaconi, quoniam Operarii ab antiquissimo tempore, dictæ Ecclesiæ necessitatibus prospexerunt ex redditibus, & oblationibus ad id destinatis, & veteris Aulæ Fabricam pro habendis Consiliis a centum, & ultra annis construxerunt, nunquam requisito Archidiaconi consensu, cujus Jus restrictum erat circa regimen in spiritualibus dictæ Ecclesiæ, cujus erat Parochus habitualis, ut præcisè habetur in sententia anni 1413. Unde cùm per hujusmodi Ædificium non læderentur jura ad ipsum Archidiaconum spectantia, vel ratione Curæ habitualis,
2 vel ex reservatione, quæ ejus favore continetur in dicta sententia, utique non requirebatur illius consensus, ex traditis per *Card. Zabarell. cons. 8, num. 2; Campanil. in divers. Jur. Canon. cap. 13, sub num. 81; Pax-Jordan. Lucubr. Canon. lib. 5, tit. 8, num. 39; Lotter. de re benef. lib. 1, quæst. 28, numer. 12; Rot. post Antonell. de Jur. & oner. Clericor. dec. 17, num. 15*.

Minimè attenta responsione, quòd Operarii tanquam laici non sint capaces Administrationis rerum Ecclesiasticarum, sed eis competere tantùm possit administratio quædam servitoria, & sollicitudinis, quam Canonistæ vocant *Providentialem*, omnimodam habentem dependentiam a Ministris Ecclesiasticis, ex quo inferebatur iisdem Operariis non licuisse absque consensu Archidiaconi Ecclesiæ præcipui Ministri usum immutare ejusdem Aulæ ex redditibus Ecclesiasti- 3
cis, & oblationibus constructæ; per *Text. in cap. Cum Laicis de reb. Eccles. non alien. Abb. in cap. Decernimus, in primo notab. de Judic. Genuen. in prax. Cur. Archiep. Neapol. cap. 33, num. 3; Card. De Luc. in Miscell. Eccles. disc. 35, numer. 11*.

Siquidem constitit ex antiqua consuetudine administrationem dd. redditum, & oblationum semper exercuisse præfatos Operarios, qui anteactis temporibus Ecclesiam Parochialem sacra supellectili, aliisque rebus necessariis refertam reddiderunt, ac insuper antiquæ Aulæ Ædificium ex dd. redditibus atque oblationibus extruxerunt, absque eo, quòd in his unquam se ingesserit Archidiaconus, qui imò expressè fuit exclusus in sententiâ Episcopali, lata anno 1413, in quibus terminis dubium non erat dictam administrationem, tam vigore consuetudinis, quàm ex sententia Ordinarii competere posse præfatis Operariis Ecclesiæ, etsi 4
laicis, dummodo redditus in usus pios, & Ecclesiæ servitium erogentur; ut de consuetudine testantur *Genuen. in prax. Cur. Archiep. Neap. cap. 42, num. 8, & seq. & cap. 72, per tot. Garz. de Benef. par. 1, cap. 2, num. 43, Pax-Jordan. Lucubr. Canon. tit. 2, lib. 8, tit. 13, num. 25; Eminentissimus Petra, ad Constit. 1 Anastasii IV, sect. 2, numer. 51, tom. 2*; & de facultate ab Ordinario concessa tradunt *Fagnan. in cap. pastoralis, num. 21, de his, quæ fiunt a Prælat. Genuen. in prax. cap. 41, num. 8; Malvit. de oblat. par. 3, dub. 3, num. 6, & 8; Pignat. consult. can. 59, num. final. tom. 10; & Eminentissimus Petra in loco supracitato, num. 46, & seq. & num. 56*.

Et sanè administratio hujusmodi cùm non consistat in ipso formali Regimine Ecclesiæ, sed in quadam temporali, & œconomica distributione fructuum, illorumque erogatione in usus pios, utique 5
laici illius sunt Capaces; *Fagnan. in cap. Pastoralis, num. 21, & seq. de his,*

quæ

quæ sunt a Prælat. Card. De Luc. in Miscell. d. disc. 35, num. 9; Wannespen in Jus Eccles. par. 2, tit. 33, de Decim. & oblat. cap. 10, num. 26, & seq. De-
pendentia verò quam habent Operarii a
Superiore Ecclesiastico circa administra-
tionem hujus generis, procedere quidem
6 potest quoad Episcopum, ad quem per-
tinet inquirere, an Laici oblationes ero-
gent in usos pios, eosque potest coge-
re ad reddendam de illis rationem; *dec. cons. 148, num. 3; Ricc. decis. Cur. Archiep. Neap. 170, num. 1, & seq. & nu. 11, par. 4; Card. De Luc. in Miscell. disc. 35, num. 7, & seq. Eminentissimus Petra ad dictam Constit. 1 Anastasii IV, sect. 2, sub num. 43, vers. Declaratur.*
Nunquam autem talis dependentia in
casu verificari potest respectu Archidia-
7 coni, qui tam ex consuetudine, quam
ex sententia Episcopi reperitur expresè
exclusus, juxta authoritates supra allega-
tas, & concordat *Rot. coram Merlin. d. dec. 257, sub num. 13.*

Cùm itaque Ædificium controversum
Operarii expleverint non propria autho-
ritate, sed prævia licentia, & faculta-
te Ordinarii Barchinonensis, qui illam
concessit *tum* audito Vicario perpetuo,
& Beneficiatis Ecclesiæ Parochialis pro
eorum interesse, quod habebant, cùm
adepti essent Jus se congregandi in ve-
teri Aula; *tum* cognita legitima causa,
augendi scilicet introitus Ecclesiæ, cujus
indigentiis suppleri aliunde non pote-
rat; *tum* demum adjectis pluribus condi-
tionibus favore Ecclesiæ; Profectò nul-
la subesse valebat dubitatio, quin forma
antiqui Ædificii validè potuerit ab Ope-
rariis immutari, Ordinarii authoritate in-
8 tercedente, quæ supplevit quemcumque
facultatis defectum, quatenus in dictis
Laicis adfuisset, juxta *Text. in cap. Super his, de rescriptis; & in cap. cum aliquibus, eod. tit. in 6; Paris. cons. 19, n. 15, lib. 1; Rot. in recent. dec. 480, nu. 5, par. 1; dec. 27, num. 9, par. 8; decis. 214, num. 2, & seq. par. 12; coram Peutinger. dec. 15, num. 22; & coram Molin. dec. 162, num. 2, tit. primo.*

Præterea ponderabant etiam Domini,
quod etiamsi requiri debuerit consensus
Archidiaconi in constructione Fabricæ,
de qua agitur; nihilominus quia consta-
bat eam vergere in Ecclesiæ Parochialis
utilitatem, cùm ex fructibus, seu Pen-
sionibus in futurum percipiendis valeret
non solùm exsolvi æs alienum, ad effectum
supplendi dictæ Ecclesiæ necessitatibus
contractum, sed etiam deinceps faciliùs
Operarii possent eamdem Ecclesiam re-
bus necessariis ad illius cultum instruere,
juxta conditiones appositas in facultate
ædificandi ab Ordinario concessa. Ideò
9 talis consensus, tanquam nulla justa
Causa denegatus, meritò suppleri debe-
bat, rejecta, ut egit idem Ordinarius,
ejusdem Archidiaconi oppositione, ut in
his terminis per *Text. in cap. Nullus, de Jurepatr.* monent *Amostaz. de Caus. Piis, par. 2, lib. 5, num. 38; Barbos. de Jur. Eccles. lib. 2, cap. 2, num. 17; Carol. Anton. De Luc. ad Ventrigl. in prax. part. 1, annot. 18, § Unico, sub num. 25; Rot. post Antonell. de jur. & oner. Cleric. dec. 17, num. 15.*

Ejusdemque irrelevantiæ detegebatur
alterum fundamentum, cui inniteba-
tur Archidiaconus ad prohibendam Ædi-
ficii constructionem; Quod nempe cùm
Aula Capitularis, seu Capella esset lo-
cus Deo dicatus, non potuerit Ordina-
rius concedere licentiam construendi su-
per illa Domos ad usus profanos; Quan-
doquidem, etsi ex iure canonico vetitum
sit Episcopis loca Sacra mundanis usibus
deputare, juxta *Text. in can. quæ semel, 19, quæst. 3; & in cap. Ad hæc de relig. domib.* Id tamen procedit quoad Eccle-
sias, Capellas, & Oratoria publica, quæ
scilicet fuerunt authoritate Ordinarii ere- 10
cta, ac perpetuò destinata ad admini-
stranda Sacra, vel per consecrationem,
aut benedictionem Cultui Divino dica-
ta, ut communiter explicant Canonistæ,
& signanter relati per *Fagnan. in cap. Authoritate, de Censib. Card. Zabarell. cons. 11, num. 10; Anton. de Butr. cons. 19, num. 9; Fusc. de Visitat. lib. 2, cap. 12, num. 1, & seq. Vivian. de Jurepatr. par. 1, lib. 2, cap. 4; Eminentissimus Petra, ad Constit. 2 Paschalis II, sect. 1, num. 86, & seq. tom. 1.* Quoties autem
Capellæ, sive Oratoria sunt privata, &
non publica, tunc illa, tanquam amo-
vibiliter sanctificata, possunt etiam priva- 11
ta authoritate ad usus profanos desti-
nari, ut distinguendo tradunt *Zabarell. cons. 8, num. 9, Suarez tom. 3, disputat. 81, sect. 4; Fusc. de Visit. loco supra citato, num. 1; Passerin. de pollut. Eccles. disp. 2, cap. 5, num. 3; Pignatt. consult. 93, n. 3, & 4, t. 1; Piringh, in decretal. lib. 3, tit. 36, num. 21; Eminentissimus Petra, dict. sect. 1, num. 94.*

Quare cùm ex pluribus Facti circum-
stantiis emergeret dictam Aulam, seu Ca-
pellam esse privatam, & non publicam,
patens erat eam rectè ad usus profanos
potuisse deputari. Illa siquidem fuit in
sui origine præcipuè destinata non ad
Cultum Divinum, sed ad effectum dum-
taxat, ut ibi congregarentur Parochia-
ni pro explendis Comitiis, ita ut vulgò
appellaretur -- *Il Capitolo* -- ut deponunt
ipsimet Testes examinati ad instantiam
Archidiaconi; & insuper constructa ex-
titit privata voluntate Parochianorum,
seu Operariorum, non autem publica
authoritate Episcopi; imò in eo non
con-

concutrebant signa, quæ regulariter per-
pendunt Doctores ad inducendam qua-
litatem Ecclesiæ, & Oratorii publici,
dicta enim Aula, seu Capella erat sine
dote, sioe Rectore ritulari, sine Janua in
via publica, sine Campanis, & Campa-
nili, imo per piures annos sterit clausa,
ibique servabaotur Trabes, & ligna pro
construendo in Eccletia Parochiali Se-
pulchro Hebdomadæ Majoris. Propterea-
que ex his omnibus clarè resultabat ta-
13 lem Capellam nunquam fuisse Deo per-
petuò dicatam, ut latè ponderatis præ-
missis Circumstaotiis tradunt *Fuguan. in cap. Authoritate, de Censib. del Bene de Immunit. Eccles. cap. 2, dub. 2, sect. 8, num. 15; & cap. 16, dub. 9, sect. 1, nu. 4, Pax Jordan. lucubr. Canon. tom. 2, lib. 7, tit. 8, num. 8; Barbos. ad Concil. sess. 22, in decret. de observ. & evitan. in Sacrific. Miss. num. 20, & 21; & de Jur. Eccles. lib. 2, cap. 3, num 68; Eminentissimus Petra ad Constit. Apostol. 2 Paschalis II, sect. 1, num. 17, & seq. Tomassin. de Benef. par. 1, lib. 2, cap. 95, sub num. 6, & 7.*

Frustra verò ad probandum eamdem Capellam fuisse Ordinarii authoritate erectam, asserebatur, quòd in Consilio habito a Parochianis, seu Operariis anno 1581, occasione Constructioois dictæ Aulæ Capitularis, seu Capellæ, reservatus fuerit conseosus, & licentia Episcopi Barchinonen. quodque ex iapsu temporis præsumi debeat dictam authoritatem Episcopi reservatam intercessisse. Etenim consensus Episcopi tunc fuit reservatus quia agebatur de construendo novo Ædificio, pro quo cùm Operarii adhiberent pecunias destinatas pro Sacra Supellectili Ecclesiæ Parochialis, utique requirebatur Episcopi consensus. Ex hoc
14 autem fieri non valebat illatio, quòd
Episcopus suam interposuerit authorita-
tem in destinatione Capellæ ad sacros
usus, eamque consecraverit, aut bene-
dixerit, ad notata per *Abb. cons. 10, nu. 3, lib. 1; Sperell. dec. 92, num. 41; Rot. coram Molin. dec. 160, num. 4, tom. 1; & dec. 764. num. 14, tom. 5.* Imo præsumptio Interventus authoritatis Ordinarii inducta ex lapsu temporis, debile erat præsidium in hypothesi, in qua non concurrebant alia signa, ex quibus, ubi de-
ficit documentum expressæ consecratio-
15 nis, aut benedictionis, solet inferri Ca-
pellam ab Episcopo fuisse Deo dicatam,
ex notatis per *Amostaz, de Caus. piis, lib. 4, cap. 11, num. 11, & seq. & lib. 5, cap. 10, num. 26; Pignattell. consult. Canon. 93, num. 24, tom. 1; Tomassin. de Benef. par. 1, lib. 2, cap. 95, numer. 8; Pautmoll. decis. moral. 88, annot. 1, num. 11, & seqq.*

Argumenta autem, quæ in contrarium adducta sunt ad probandam qualitatem Capellæ publicæ, nullius ponderis apparuerunt, quòd enim in illa diu celebratæ fuerint Missæ, non concludit assumptum; nam id potuit fieri ex facultate concessa per Episcopum, prout revera eveoit in dicta Capella, io qua celebratum fuit Missæ Sacrificium per modum provisioois, quousque in ea permansit Altare Beatissimæ Virginis ibi ad tempus collocatum, ut deponunt Testes. Uode locus prædictus, tamquam per accidens destinatus ad Sacrificium Missæ, dici nequibat
perpetuò Sacer, aut Deo permanenter
dicatus, sed valebat quandocumque ad 16
usum profanum converti, ut in specie
ponderant *Passerin. de pollut. Eccles. discept. 2, cap. 5, num. 3; del Bene de Immunit. Eccles. cap. 16, dub. 9, sect. 12, num. 2, Pignattell consult. 93, numer. 3, & seq. & sub num. 12, tom. 1, Eminentissimus Petra ad Constit. 2 Paschalis II, sect. 1, num. 77, tom. 1.*

Parique defectu laborabat aliud argumentum desumptum, ex quo delinquentes ad dictam Aulam, seu Capellam confugientes, Ecclesiastica Immunitate gaudebant. Siquidem Testes ad id inducti deponebant, quòd aliqui delinquentes, in dicta Aula, seu Capella existentes, passi non fuerint molestias a Curia Laicali; quod sanè non probat dictam Capellam esse publicam; quia cùm non cooltet, quòd Curia Laicalis voluerit ab ea extrahere Delinquentes, & fuerit ab Episcopo impedita sub Clypeo Immuoitatis Ecclesiasticæ, qua potiebatur Capella, id potuit contingere, ex quo Judex laicus, aut neglexit uti Jure suo, aut pro-
babiliter dubitare potuit, quòd dictus lo- 17
cus esset immunis; quia dicta Aula tan-
quam contigua, & proxima Ecclesiæ Parochiali, poterat forrasse Immunitate gaudere, ut tradunt *Giurba cons. 10, numer. 12; Decian. in tract. Crim. lib. 6, cap. 25, num. 16; Dian. resol. moral. par. 3, tract. 1; & de Immunit. resol. 71, vers. His tamen non obstantibus; del Bene, eod. tract. cap. 16, dub. 11, sect. 8, num. 12, tom. 2; Pautmoll. decis. moral. 88, num.
15, 17, & 21.* Immunitas enim Eccle 18
siastica est materia favorabilis, quæ latiorem recipit interpretationem, ut advertunt *Francesc. de Eccles. Cath. capit. 28, num. 149, del Bene de Immunit. Eccles. tom. 1, cap. 2, dub. 2, sect. 8, nu. 4, & per tot.*

Nec majoris momenti erat, quòd in dicta Aula, seu Capella humata fuerint Cadavera. Ultra quod enim hujusmodi Circumstantia non fuit concludenter probata ex depositione Testium de auditu deponentium. Certum erat, quod de jure Canonico ex tumulatione Cadaverum dicta Capella effici non valebat lo-

eus

cus facer, sed requirebatur authoritas Ordinarii, ad effectum irrevocabiliter de-
19 stinandi dictum locum ad usum pium; *cap. In Ecclesiastico, 13 quæst. 2, ubi Gloss. Laurea, & Bellamer. Abb. in cap. Ad hæc, de Relig. Domib. num. 3; Butr. ibidem, num. 45, Fagnan. num. 3, & seqq. Azor. Instit. moral. par. 2, lib. 3, cap. 3, quæst. 2; Pirringh in decretal. lib. 3, tit. 35; § 4, num. 21; Wanuespen in Jus Eccles. par. 3, tit. 38; de Sepult. cap. 2, num. 17, & seqq.*

Et ita utraque, &c.

R. P. D.

MILLINO

Barchinonen. Electionis.

Lunæ, 28 Junii 1734.

ARGUMENTUM.

Operarii Ecclesiarum quomodo eligendi, & ad quem pertineat indictio diei pro eorum electione, nec non quis eorum electioni præesse debeat.

SUMMARIUM.

1 *Electio Operarii Ecclesiæ facienda est ad formam Statuti legitima potestate conditi, & diuturna observantia confirmati.*

2 *Indicere diem electionis Operarii, an spectet ad Rectorem Ecclesiæ habentem jus præsidendi Comitiis, vel ad digniorem inter Operarios, & num. 3, & 4.*

5 *Facultas convocandi Concilium pro electione Operarii desumenda est a Statuto Ecclesiæ, & ad ipsius formam permitti debet ab Ecclesiæ Rectore.*

6 *Præses datus Collegio non habet facultatem illud convocandi, quia jus Collegii est prorsus diversum a jure simplicis personalis assistentiæ.*

Contraria auctoritates habent locum in capite Collegii tantùm, & in habente jurisdictionem, vel Superioritatem in illo, ibid.

7 *Operarii tamquam Laici non habent aliam rerum Ecclesiæ administrationem, quàm providentialem, & sollicitudinis, quæ tribuit solum facultatem providendi Ecclesiam de rebus necessariis.*

8 *Forma a Statuto præscripta circa assistentiam Præpositi Ecclesiæ electioni Operariorum, satis superque impleta dicitur per requisitionem ipsius; si enim recusavit, ad electionem procedi potest etiam eo absente.*

9 *Impeditus interesse Comitiis impedimento frivolo, & inepto, non potest allegare justam causam absentiæ, sed pro non impedito habendus est.*

10 *Requisitus si interesse omisit, habendus est ac si electio facta fuisset eo præsente.*

DECISIO XXX.

IN tertio Capite Sententiæ latæ a R. P. D. meo de Harrach super Nunciatione novi Operis Operarii Ecclesiæ Parochialis B. Mariæ de Mare, transmissa ab Archidiacono Josepho Ribera, de qua agitur in contemporanea Decisione, definitum fuit in Electione eorumdem Operariorum esse servandam in omnibus formam præscriptam in Statuto anni 1566, & signanter pro eo, quod attinet tempus, eam esse faciendam de biennio in biennium, die 24 mensis Februarii, eaque impedita, alia ab iisdem Operariis designanda, dummodo tamen Kalendas Martias præcederet, juxta dispositionem Statuti prædicti, & observantiæ, necnon electionem factam die 24 Februarii anni 1731, sine interventu dicti Archidiaconi, pro valida, ac firma habendam esse per rationes deductas in Decisione desuper edita a præfato R. P. D. meo de Harrach, die 11 Decembris proximè præteriti. Cùm autem eadem Sententia in hoc etiam capite fuerit hodie coram Me ad examen revocata, visa est Dominis confirmatione digna.

Conveniebat Archidiaconus in ea parte, qua fuit definitum in Electione, servandam esse formam a Statuto præscriptam, & retinendam diem 24 Februarii, aut ea impedita, aliam ante Kalendas Martias & Sententiam Rotalem Injustitiæ coargui non posse, quia Juris ratio postulet ea, quæ circa Electionem Statuto legitima potestate condito sancita fuerunt, diuturnaque observantia confirmata custodiri, ad tradita per *Abbat. in cap. cum Ecclesia de causa possessionis, & proprietatis; Fagnan. in cap. cum Ecclesia Vulterana, num. 25, de Electione. Ceccoper. lucubrat. Canonic. tom. 2, lib. 4, tit. 1, num. 54; Passerin. de Election. cap. 10, num. 24; Ansald. in adnot. ad dec 61, num. 24; Rot. in Calaguritana Canonicatuum de Victoria, 7 Decembris 1731, § Etsi enim, & § Ex hac autem, cum seqq. cor. R. P. D. meo Crescentio* cum aliis *in decisione R. P. D. meo de Harrach, § Siquidem, & seq.*

Injustitia tamen laborare dicebat in ea parte, qua fuit declaratum, facultatem indicendi diem Electionis in casu impedimenti, diem 24 Februarii eximentis spectare ad Operarios, quia eadem
faculta ipsi fuerit adjudicanda, vel tan- 2
quam

quam Rectori Ecclesiæ, & Jus habenti præsidendi Comitiis, seu Capitulo; ex *Rota in Gerunden. Jurisdictionis, super Jure convocandi Capitulum*, 14 *Julii* 1702, § *Ex utraque, cor. clar. mem. Cardin. Priolo*; veluti digniori inter Operarios, & Capitis vice inter eos fungenti, ut per *Text. in cap. postulasti* docent *Abb.*
3 *in cap. cum nobis num.* 9, *de Election. & in cap.* 1, *num.* 4, *de majorit. & obed. Barbos. de Canon. cap.* 33, *numer.* 1, *& seqq. Francesc. de Eccles. Cathedr. cap.* 22, *num.* 102; *Rot. in Syracusana Præpositura*, 10 *Decembris* 1731, § *Et quidem, cor. R. P. D. meo Rezzonico.*

Ar verò discursus duplici refellebatur responsione; prima, quòd cùm Statutum deferat Jus convocandi Concilium Operariis, Archidiaconus verò talem non habeat qualitatem, imò ab omnibus, quæ spectant ad Officium illorum fuerit penitùs exclusus per antiquam Sententiam latam anno 1413, de qua plenè in contemporanea Decisione super Nunciatione Novi Operis, nullo modo Jus
4 hujusmodi sibi potest adscribere; ad regulam *Textus, in leg. penult. ff. de Militar. Testam. Rot. post Constantin. ad Statut. Urb. dec.* 75, *num.* 14; *& cor. clar. mem. Card. Falconer. tit. de Testam. dec.* 11, *num.* 7. Sed tenetur ejus exercitium eis-
5 dem Operariis liberè permittere ad præscriptum dicti Statuti, a quo dicta convocandi potestas est desumenda ex notatis per *Abbat. in cap. cum nobis, num.* 9, *de election. Campell. ad Constit. Urbin. decret.* 23, *num.* 112; *Lambertin. de Jurepatr. art.* 19, *qu.* 2, *part.* 2, *lib.* 2, *nu.* 4, *fol. mihi* 146.

Responsio altera stabat in eo, quod Archidiaconus, nedum non est in numero Operariorum, verùm omni caret voce in eorum Comitiis; itaut ne in paritate quidem Votorum Jus habear ferendi suffragium, solamque præstat personalem assistentiam, eaquepropter licèt Dignitate eosdem Operarios antecedebat, non ob id tamen debet se immiscere in convocatione Concilii, quæ profluit a Jure Collegii, quod est prorsùs separatum, ac distinctum a Jure simplicis personalis assistentiæ, ex firmatis per *Pignattell. consultation.* 154, *numer.* 7, *tom.* 7; *Ceccoper. lucubration. tom.* 2, *lib.* 4, *tit.* 1, *num.* 52, *ibique Adden. num.* 14, *& seq. Piton. discept. Eccles.* 94, *numer.* 3, *& seq. tom.* 3; *Rot. cor. Bich. decis.* 126, *num.* 9, *&* 10; *& dec.* 167, *numer.* 15, *& seq.* ad rem non facientibus auctoritatibus in objecto relatis, quia loquuntur de Capite Capituli, seu Collegii, & de habente Jurisdictionem, vel superioritatem in illo, qualis, ut dictum est, dici nequit Archidiaconus, qui per d. Sententiam ab omnibus respicientibus Officium, & Administrationem Operariorum ex toto prohibetur.

Neque juvari poterat replicatione illa; quòd Operarii, tamquam Laici, aliam rerum Ecclesiæ Administrationem gerere nequeant, quàm providentialem, & sollicitudinis, quæ tribuit solam facultatem providendi Ecclesiam de rebus 7
necessariis, omni adempta facultate disponendi, quæ Personis Ecclesiasticis est privativè reservata, per *Text. in Can. non placuit, & Can. Laicis* 12, *quæst.* 7, *cap. cum Laicis, de rebus Eccles. non alienan. Abb. in cap. decernimus, de Judic.* Nam ultra quòd administratio Operariorum tamquam continens facultatem limitatam distribuendi redditus in usus pios dependenter ab Episcopo Generali Exequutore, & Moderatore omnium Piorum Operum, fuit approbata per Sententiam latam anno 1413, a Delegato Apostolico, ideoque potest ab his etsi Laicis privativè, quoad Archidiaconum, exerceri nomine Ecclesiæ, ut confurando objectum respondet contemporanea Decisio super Nunciatione novi Operis, § *Nullumque*; res, de qua hic agitur, respicit simplicem convocationem Concilii Operariorum, non autem eorum Administrationem; proindeque, quæ de Administratione dicuntur, ad illam minimè pertinent.

Immeritò quoque de injustitia Sententiæ Rotalis conquerebatur Archidiaconus, ex quo validam declaravit Electionem Operariorum, se absente, factam anno 1731, quando Statutum suam requirebat præsentiam. Cùm enim ipse ab Operariis monitus, & requisitus, interesse recusaverit, licuit his ad Electionem, non obstante ejus absentia, procedere citra violationem formæ a Statuto præscriptæ, quæ satis impleta fuit per hujus- 8
modi requisitionem, postea quàm ipse recusando adesse, se fecit extraneum ab illa, per *Text. in cap. cum nobis olim, de Elect. Abb. ibidem, num.* 3; *Passerin. de Elect. cap.* 11, *num.* 101; *Rot. cor. Coccin. dec.* 1431, *num.* 3; *& in Leodien. Electionis, seu Nominationis*, 3 *Junii* 1729, § *Nam hujusmodi, coram Me.*

Minimè attento, quòd Archidiaconus requisitus, justo impedimento fuerit detentus, ideoque Jus suum non censeatur remisisse, quia, ex protestatione ejus nomine facta, apparebat, eum non adduxisse aliam causam cur accedere recusaret, quàm nullitatem præfixionis diei factæ ab Operariis; ut verò Causa isthæc 9
erat penitus frivola, atque inepta, sic justum absentiæ impedimentum hodie proponi non sinit, ad tradita per *Roman. cons.* 9, *in princip.* § *In contrarium*, cum aliis apud *Piton. disceptat. Eccles.* 100, *num.* 140, *tom.* 3.

Levioris ponderis fuit aliud vitium Electioni impictum, ex quo scilicet præsens non fuerit Vicarius Generalis, juxta dispositionem Statuti vocandus Archidiacono absente. Ob vacationem, namque Sedis Episcopalis Barchinonen. tunc Vicarius Generalis nullus existebat, & de cætero Operarii cautè agendo non cessarunt requirere Vicarios Capitulares,
10 qui si interesse omiserunt, non per hoc valuerunt nullitatis vitium Electioni inurere, quæ habenda est perinde ac si ipsis præsentibus esset celebrata; *Rot. in Calaguritana Beneficiorum de Leyba, 13 Junii 1729, § Haud relevante, coram R. P. D. meo Crescentio*, & latiùs probat *Decisio R. P. D. mei de Herrach, § Finali, ad quam Domini se retulerunt.*

Et ita utraque, &c.

R. P. D.

C R E S C E N T I O

Hildesimen. Fructuum Canonicalium super bono Jure.

Ven. 15 Junii 1731.

A R G U M E N T U M.

Stante particulari alicujus Ecclesiæ Statuto, vel consuetudine, quòd Canonici absentes lucrari non valeant nisi fructus dari solitos absentibus, dispensatio Apostolica super retentione Canonicatus cum Parochiali nullum jus tribuit illam obtinenti, pro consequendis etiam reliquis fructibus; & diluuntur contraria argumenta.

S U M M A R I U M.

1 *Obtinens Ecclesiam Parochialem, ibi residere tenetur.*

2 *Statuta ab illis præsertim de Capitulo inviolabiliter observari debent.*

3 *Validum est Statutum, quod Juris Communis dispositioni non adversatur, & ad Divini Cultus incrementum confert.*

4 *Observantia duorum Sæculorum, sicuti præsumere facit quemcumque meliorem titulum, ita etiam præsumptionem inducit confirmationis Apostolicæ.*

5 *Dispensatio super retentione Beneficiorum incompatibilium, non nisi a Sancta Sede concedi potest.*

6 *Prædicta dispensatio extendi non valet pro remotione alterius obstaculi.*

7 *Speciale impedimentum, quod non est consecutivum ad obstaculum, sublatum per dispensationem, speciali quoque indiget dispensatione.*

8 *Impedimentum, seu obstaculum facti, quod non fuit Pontifici expressum, & ab eo probabiliter ignoratur, censeri non potest dispensatione sublatum.*

9 *Contra proprium Juramentum de observandis Statutis, & consuetudinibus Ecclesiæ, non potest quis venire.*

10 *Quæ juramenta de servandis Statutis, & consuetudinibus in actu capiendæ possessionis Canonicatuum abrogata fuerunt.*

11 *Corruente supposito, sub quo obtenta fuit relaxatio Juramenti, corruit quoque ad hunc effectum Gratia Pontificis.*

12 *Ubi adest Statutum, quòd Canonici absentes non lucrentur nisi fructus, dari solitos absentibus, non sufficit pro lucrandis fructibus, qui dicuntur residentiales, interessentia per majorem Anni partem, nisi ulterius adimpleantur alia onera, a Statuto præscripta.*

D E C I S I O XXXI.

DUos possidens Joannes Schulten Canonicatus, alterum nempe in Ecclesia Collegiata SS. Petri, & Andreæ de Bustorff Diœcesis Paderbonensis, alterum in Collegiata S. Crucis Hildesii, fuit de anno 1726 ad nominationem Archidiaconi Ecclesiæ Cathedralis Hildesimensis provisus de Pastoratu, seu Parochiali in Oppido de Bossumb cum dispensatione Apostolica ad effectum retinendi unà cum Parochiali utrumque Canonicatum. Renuente autem Capitulo S. Crucis, post adeptam Parochialis possessionem, illum admittere ad participationem omnium fructuum Canonicalium, sed eorum tantùm, qui vigore Consuetudinis, ac Statuti Ecclesiæ solvuntur absentibus, recursum habuit Joannes ad Officialem Curiæ Episcopalis Hildesii, qui omnes, & quoscumque fructus Canonicales ei tradendos esse mandavit.

Delata verò Causa in gradu appellationis ad A. C. Bardum, obtinuit Capitulum decretum pro manutentione in quasi possessione tradendi eam solummodo portionem fructuum dari solitam absentibus ad formam Statuti, & Consuetudinis prædictæ, necnon Sententiam declarantem nullum Jus, nullamque actionem competere Canonico Schulten ad effectum assequendi reliquos fructus; & in eodem pariter sensu fuit Sacrum nostrum Tribunal, cui delegata ulteriori Causæ cognitione per Commissionem mihi directam, duplex hodie proposui dubium, alterum super Manutentione, de quo in con-

contemporanea Decisione, alterum super bono Jure, cui Domini responderunt *Constare de bono Jure Capituli.*

Sic enim suadebat clara dispositio Statuti Ecclesiæ S. Crucis, conditi usque ab anno 1533, atque ad omnem removendam dubietatem confirmati de anno 1623; ubi expraſsè cavetur -- *Quod nullus apud majorem, vel aliam Ecclesiam residens, vel ibi, aut alibi, Præbendam, Dignitatem, Vicariam, Beneficium, Curam, Officium, aut servitium tenens, cujus ratione lucri, & quæstus sui causa ibidem domicilium, aut residentiam continuaret, iterumque ad hanc Ecclesiam nostram eò usque, dum tempus residentiæ consuetum complesset, appelleret, nequaquam in hac Ecclesia pro residente haberi, sed pro absente censeri, atque ultra ea, quæ de more, & juxta Ecclesiæ Statuta absentibus conceduntur, nullius particeps, sed ab iis penitùs seclusus esse debeat* -- Quapropter cùm Canonicus Joannes Schulten possideat unà cum Canonicatu hujus Eccle-
1 siæ Parochialem in Oppido de Bossumb, ibique residere teneatur ex censura Sac. Canonum, *in cap. Quia nonnulli, § Cùm igitur, de Cleric. non residen. & Sac. Concil. Tridentin. sess. 23, cap. 1, de reformat.* sequitur exinde non aliam sibi asserere posse portionem fructuum, quàm dari solitam Canonicis absentibus ad for-
2 mam Statutorum, quæ ab illis præsertim de gremio Capituli sunt inviolabiliter observanda; *Rot. dec. 379, num. 29, & seqq. coram Benincas. in Bononien. Parochialis, 6 Maji 1715, § Et quidem, coram clar. mem. Card. Scotto; & in Calagurritana Dimidii Beneficii, 23 Aprilis 1723, § Absque eo quòd, coram bon. mem. Lancetta.*

Frustra verò Statutum hoc restrictum dicebatur ad duos Canonicatus tunc noviter erectos ex pia dispositione Præpositi Tilonis Brandes. Ultra quod enim dicti duo Canonicatus suppressi dicebantur de Patronorum consensu, & eorum fructus inter Canonicos præsentes, & residentiam suam apud Ecclesiam sine intermissione continuantes dividendos esse decernit Statutum anni 1533; locum profectò difficultas non habet respectu posterioris Statuti anni 1623, quod juxta tenorem superiùs relatum genericè loquitur, & comprehendit omnes, & singulos Canonicatus Ecclesiæ S. Crucis.

Porrò de hujusmodi Statuti validitate dubitari non poterat eo ipso, quòd Juris Communis dispositioni minimè adversatur; quinimò plurimùm confert ad Di-
3 vini Cultus incrementum, bonum Ecclesiæ Regimen, nec non ad coercendam Beneficiorum incompatibilium retentionem Sacris Canonibus exosam, per *Text. in cap. de multa 28, de Præben. & in extravagan. Execrabilis, eodem tit. in 6,* atque a Sacrosancto Concilio Tridentino improbatam *sess. 7, de Reformat. cap. 4, & sess. 24, cap. 17.* Fuit insuper confirmatum authoritate Archiepiscopi Moguntini Cardinalis a Latere Legati, & maximum quoque robur assumpsit a subsecuta duorum Sæculorum observantia, juxta quam inservientes alteri Ecclesiæ ratione Beneficiorum Incompatibilium, habiti semper fuerunt pro non residentibus, ad effectum non lucrandi fructus residentiales, de quibus agitur, prout ex pluribus, quæ pro parte Capituli afferebantur, exemplis, absque eo quòd de ullo doceretur in contrarium. Hæc au-
tem adeò longæva observantia, quem- 4
admodum præsumptionem inducit cujuscumque melioris tituli, ita præsumere quoque facit confirmationem Apostolicam; *Card. De Luc. de Judic. disc. 35, num. 63; Rot. dec. 656, num. 8, & 9, par. 19 rec. & decis. 597, numer. 11, coram Card. Caprara; in Theatina Jurisdictionis, 14 Maji 1708, § Et licèt, coram clar. mem. Card. Scotto; & in Polocen. Bonorum, 21 Junii 1726, § Et hinc, coram bon. mem. Cornelio.*

Removet quoque aliam exceptionem, qua dicebatur Statutum hoc non afficere provisiones Apostolicas, cùm non sit fundamentale Ecclesiæ, quæ sine illius lege erecta fuit. Si enim constat ex observantia plusquam centenaria fructus residentiales, qui ad classem quotidianarum distributionum referuntur, denegatos semper fuisse Canonicis Possessoribus aliorum Beneficiorum Incompatibilium,
jam clarè patet Statutum fuisse servatum 5
contra Provisos de incompatibili cum dispensatione Apostolica, quæ nonnisi a S. Sede concedi potest, ut per *Text. in cap. Ordinarii, de Offic. Ordinar. in 6,* firmat *Fagnan. in cap. Dudum il 2, a num. 1, & per tot. de election. Corrad. in prax. Benefic. lib. 2, cap. 6, sub num. 15, versic. at verò; Rot. dec. 298, num. 5, par. 14 rec. & dec. 10, num. 6, tit. 3, de Benefic. coram Eminentissimo D. Card. Falconerio.*

Neque ad effectum, de quo agitur, suffragari poterat Canonico Schulten dispensatio Apostolica ad retinendum utrumque Beneficium incompatibile. Cùm enim contra ipsum duplex militaret obstaculum, alterum Juris Communis impedientis legitimam retentionem Canonicatus, & Parochialis; alterum verò Statuti particularis Ecclesiæ, non quidem prohibentis hujusmodi retentionem, sed certam solummodò præscribentis formam participandi de fructibus
Canonicalibus in casu retentionis alte- 6
rius Beneficii pariter residentialis, dispensatio Apostolica removere quidem potuit primum obstaculum, non sic autem

secundum, ad quod extendi non valet gratia pro remotione alterius obtenta, juxta *Text. in cap. 1, § Illa verò, & cap. 2, de fil. Presbyteror. in 6, in cap. non potest*, ibique *Gloss. de Præben. in 6, Gratian. disceptat. for. cap. 827, nu. 8, Lotter. de re Benefic. lib. 1, quæst. 40, num. 192, & seqq. Corrad. in prax. dispensat. lib. 7, cap. 6, numer. 73, & seqq. Rot. dec. 8, num. 5, coram Verall. par. 1, dec. 216, num. 9, coram Celso, & dec. 18 num. 15, & 16, par. 19 rec. in Romana Pensionis super bono jure*, 16 *Apr.* 1714, *§ Hujusmodi, coram Reverendissimo Crispo; & in Nullius, seu Piscien. Beneficii*, 5 *Maji* 1719, *§ 6, in fine, coram R. P. D. de Gamaches*.

Haud relevante, quod dispensatus ad retinendum Canonicatum, censeatur quoque dispensatus ad effectum percipiendi fructus, qui veniunt in consequentiam, uti accessorii. Assumptum namque procederet, ubi unicum obstaret impedimentum, quod per dispensationem sublatum, quoad tituli retentionem, cessaret quoque respectu consequutivæ perceptionis fructuum; secus autem ubi, prout in casu, quoad fructus diversum,
7 ac speciale militat impedimentum Statuti, quod proinde speciali quoque indigebat dispensatione, juxta firmata *in Pragen. Archidiaconatus*, 5 *Maji* 1710, *§ Nec retorquetur, coram bon. mem. Kaunitz*. Cumque nec fuerit Pontifici expressum, & uti quid facti præsumatur
8 ab eo probabiliter ignoratum, multò minus censeri potest dispensatione sublatum, per *Text. in cap. 1, de Constit. in 6*, quem in proposito exornat *Monet. de distribut. quotidian. par. 2, quæst. 10, n. 27; Rot. decis. 5, num. 24, tit. 3, de Benefic. coram Eminentissimo Falconerio, & in Melevitana Antianitatis*, 9. *Octobris* 1702, *§ Hoc posito, coram bon. memor. Molines*.

Et sanè tantùm abest Pontificem huic Statuto derogare voluisse, saltem per clausulas generales, cæteroquin intelligendas de Constitutionibus, aliisque contrariis de Jure prohibentibus Beneficiorum incompatibilium retentionem, quam nullatenus Capitulum revocabat in controversiam, ut imò expressè mandaverit in Literis suis Apostolicis, quibus Canonicatum Joanni contulit, quòd ipse præstaret solitum Juramentum de observandis Statutis, & Consuetudinibus Ec-
9 clesiæ, prout de facto illud præstitit, ideoque multò minùs integrum illi esse debet contra proprium juramentum, & Statuti dispositionem insurgere, ut benè ponderat *Pignattell. consult. Canon. 19, numer. 15, tom. 3; Rot. in Giennen. Adjunctorum*, 1 *Maji* 1724, *§ Undeftantibus, coram bon. mem. Molines, & in Pacen. Juris deputandi subcantorem*, 30 *Aprilis* 1725, *§ Tum quod, coram bo. mem. Cerro*.

Nil facessente, quòd hujusmodi juramenta de observandis Statutis, atque Consuetudinibus Ecclesiarum in actu capiendæ possessionis Canonicatuum abrogata fuerint per *Sac. Concil. Tridentin. sess. 24, de reformat. cap. 14, & per Constitutiones Apostolicas S. Pii V, la 104, Bull. nov. tom. 2, & San. mem. Innocentii XII, in ejus Bullar. la 51*, vel quòd in omnem casum Joannes jam obtinuerit Apostolicam absolutionem a præstito juramento, de quo mentionem non fecerat in provisione Parochialis. Dispositio namque Concilii, & Constitu- 10
tionum, de quibus supra, reprobat tantùm eas pravas, atque de Simoniaca labe suspectas consuetudines, & Statuta, quibus pars fructuum, & distributionum ad Beneficiatum spectantium, in collatione, seu possessione præservabatur, quod nil commune habet cum Statuto, vel Consuetudine, de quibus agitur, præscribente, quòd Canonici obligati ad residentiam alibi faciendam propter aliud Beneficium incompatibile, habeantur pro absentibus, ad effectum nonnisi de certis fructibus participandi.

Quod verò attinet ad absolutionem a juramento, hæc non aliter obtenta apparet, quàm ad effectum legitimè retinendi Parochialem, in cujus assecutione Joannes non expresserat juramentum, quod in actu capiendæ possessionis Canonicatus, juxta Ecclesiæ Statuta, præstiterat, se minimè recepturum aliud Beneficium personalem residentiam requirens. Falsò tamen innitebatur supposito hujusmodi narrativa, quia Statuta Ecclesiæ S. Crucis non prohibent assecutionem, & retentionem aliorum Beneficiorum, etiam incompatibilium, cum dispensatione Apostolica; neque ad hoc refertur Juramentum a Canonicis in ingressu præstandum, sed disponunt solummodo, quòd Canonici provisi de alio Beneficio, seu Officio residentiali, certos fructus, qui residentiales nuncupantur, lucrari non valeant, sed tantùm assequi portionem fructuum præbendalium absentibus dari solitam, quatenus alteri Ecclesiæ inservire, & in loco ejusdem Beneficii residere teneantur. Ideoque corruente supposito, sub quo obtenta fuit relaxatio juramenti, corruit quoque, & nullius efficaciæ remanet ad hunc effe- 11
ctum gratia Pontificis; per *Text. in cap. super literis, de rescript. Rot. decis. 83, num. 6, coram bon. mem. Ansaldo; in Regien. Beneficiorum*, 23 *Januarii* 1726, *§ Nihilominus, coram R. P. D. meo Cinceo*.

Nulla demum fuit habita ratio de residen-

sidentia in Ecclesia S. Crucis, quam li-
cèt discontinuam, pro majori tamen an-
ni parte Joannes fecisse dicebatur, &
sufficere deponebant nonnulli ex Ca-
pitularibus: quidquid enim sit de veri-
tate hujusmodi assertionis, assumptum
non relevabat in Jure, quia difficultas
non stat in residentia magis, vel minus
continua, sed in obligatione alibi com-
morandi ratione alteriùs Beneficii resi-
dentialis; cùm Statutum in eo præcisè
providere voluerit, ne Canonici alter-
nis vicibus modò uni, modò alteri Ec-
clesiæ inservientes, habeantur pro resi-
dentibus in Collegiata S. Crucis, & in-
tegros utriusque fructus lucrentur. Quæ
autem sub involucro verborum testaba-
tur Notarius fuisse deposita ad ejus in-
terrogationem a nonnullis Capitularibus,
verificari fortasse poterant de residentia,
quæ etiam discontinua sufficit ad obti-
nendam eam fructuum portionem, quæ
absentibus quoque concedi solet; non
autem ad effectum lucrandi etiam fru-
12 ctus, qui dicuntur residentiales, pro qui-
bus non sufficit interessentia per majo-
rem quoque anni partem, nisi ulteriùs
adimpleantur alia onera a Statutis præ-
scripta, & signanter, quòd alibi non
resideat, & in mansionibus Canonicali-
bus commoretur, prout ex solemni po-
steriori declaratione eorumdem Capitu-
larium, totiusque Capituli resultabat.

Et ita utraque, &c.

R. P. D.

M I L L I N O.

Valentina Processionis.

Lunæ, 30 *Junii* 1732.

A R G U M E N T U M.

Permissum est Regularibus, vigore Constitutionis san. mem. Gregorii XIII, Processionem peragere Sanctissimi Corporis Christi in quacunque die infra octavam ejusdem Solemnitatis, etiam extra Claustra, absque eo quòd possint ab aliquo, sub prætextu cujuscumque privilegii perturbari, & etiam absque licentia Parochi.

S U M M A R I U M.

1 *Non potest probiberi Regularibus Processionem Sanctissimi Corporis Christi, infra octavam ejusdem Solemnitatis, ducere per vias, & plateas, & nu.* 6, 11, & 12.

2 *Superfluitas semper vitanda est.*

3 *Æquiparatorum idem debet esse judicium.*

4 *Observantia declarat facultatem alicui concessam.*

5 *Praxis Romæ vigens, quoad functiones Ecclesiasticas, normam præbet aliis Locis totius Orbis Christiani.*

7 *Quæ ad majorem cautelam fiunt, non nocent.*

8 *In quibus terminis procedant contrariæ in hac materia Sac. Congregationum resolutiones.*

9 *Quæ resolutiones, in uno casu loquentes, ad alium extendi non debent.*

10 *Concessa facultate aliquid libere agendi, nulla ad hoc requiritur licentia.*

13 *Prædictæ praxi, in Urbe vigenti, in dubio est adhærendum.*

14 *Facultatem hujusmodi Processionem peragendi, tollere non valent Constitutiones Synodales, & quare, & numer.* 15.

16 *Licentia petita, cum clausula præservativa jurium petentis, trahi non potest ad probandam necessitatem illam petendi.*

17 *Actus, vigore alicujus concordiæ gesti, ea resoluta, nullum jus tribuunt, perinde ac si expleti non fuissent.*

18 *Actus facultativi obligationem non inducunt, nisi probetur coactio cum acquiescentia.*

19 *Clausula* sublata, *&* decretum irritans *impediunt quamlibet contrariam consuetudinem.*

20 *Constito de possessione, seu quasi, non est deneganda manutentio.*

21 *Sicuti etiam constito de bono Jure.*

D E C I S I O XXXII.

ABrogato Fraternitatis fœdere, quod per Transactionem anno 1676 initam fuerat percussum inter Rectorem, & Beneficiatos Parochialis Ecclesiæ Villæ Liriæ, & PP. Excalceatos Strictioris Observantiæ S. Francisci ejusdem Villæ, plures exarserunt inter ipsos Controversiæ, quarum unam respicientem functiones funerum definivit Sac. Tribunal., coram R. P. D. meo Rezzonico, *ut ex decisione per eum edita*, 7 *Decembris proximè præteriti*; altera verò super Jure competente Patribus prædictis ducendi Processionem extra Claustra Conventus per Vias, & Plateas dictæ Villæ in die Dominico infra Octavam solemnitatis Sanctissimi Corporis Christi, ad formam Constitutionis san. mem. Gregorii XIII, *in Bullar. tom.* 2, *inter suas la* 10, necnon resolutionum Sacrarum Congregationum post Sententiam favore eorumdem Patrum latam in Tribunali A. C. fuit hodie coram me Judicio Dominorum subje-
cta

cta sub dubio *An, & quomodo Constitutio san. mem. Gregorii XIII sit observanda, ac respectivè danda manutentio;* & resolutionem habuit affirmativam, ac sententiæ A. C. in omnibus consentaneam.

Constitutio enim prædicta ampiissimum Clero, tam Sæculari, quàm Regulari tribuit facultatem perage di Processionem Sanctissimi Corporis Christi in quacumque die infra octavam ejus solemnitatis sub expressa prohibitione, ne a quibusvis Personis cujuscumque gradus, & conditionis, quorumcumque Privilegiorum prætextu valeant perturbari, cum derogatione quibuscumque Constitutionibus Apostolicis, & Conciliis, tam Provincialibus, quàm Synodalibus, authoritate Apostolica etiam confirmatis. Cumque prodierit Motu proprio, & per viam Legis universalis, nihil proponitur, cur observari, & exequi non debeat quoad PP. Excalceatos Minoris Observantiæ Villæ Liriæ, qui hujusmodi Processionem ducendi per vias, & plateas ejusdem Villæ, possessionem longa consuerudine retinuerunt, ad notata in his terminis per *Rodriguez, quæst. Regular. tom. 2, quæst. 69. art. 1; Lezzan. in Summ. verb. Processio quoad Regulares, n. 1; Pax-Jordan. var. lucubration. tom. 2, lib. 1, tit. 25, num. 61; Donat. rer. regular. tom. 1, par. 2, tract. 13, quæst. 142, num. 2; Piton. in Perergon. a discept. Ecclesiast. numer. 62, & 78, tom. 2, Barbos. in Collect. decis. Apostolic. verb. Corporis Christi Festivitas, collect. 231, num. 2; Rot. in Tranen. Præminentiarum, 20 Febr. 1713, § Quod autem, coram clar. mem. Card. Scotto.*

Nec probari Dominis valuit Intelligentia, cujus præsidio Rector, & Beneficiati d. Constitutionis dispositionem elidere nitebantur, quòd facultas in illa Regularibus concessa respiciat Processiones ducendas intra Claustra Monasterii, sive quia non loquitur de Processionibus per vias, & Plateas dirigendis; sive etiam quia Patres Ord. Prædicatorum, quorum Indultum privativè ducendi Processionem in Solemnitare Sanctiss. Corporis Christi a S. Pio V, concessum per eamdem Constitutionem fuit revocatum, ad effectum processionaliter circumeundi Vias, & Plateas Civitatum opus habuerint impetrare speciale Privilegium a san. mem. Clemente VIII, quod obtinere non fuissent solliciti, si eadem facultas eis per d. Constitutionem Gregorianam fuisset præservata. Nam facultas ducendi Processionem intra ambitum Conventus, seu Monasterii, de Jure competens Regularibus, nulla fuerat contraria prohibitione imminuta; ideoque sicuti, si Constitutio Gregoriana ad illam esset limitanda, re-
maneret inutilis, & vana; ita intelligi
debet, ut tribuat facultatem Regulari-
bus egrediendi extra Claustra, & Proces-
sionem ducendi per vias, & Plateas,
hujusmodi, ut superfluitas, & inutili- 2
tas ejusdem Constitutionis evitetur, quæ
nullo pacto debet permitti, ut per *Text.*
in Cap. si Papa, de Privileg. in 6, tradunt
Gratian. discept. 306, num. 13; Rota co-
ram Molinee, dec. 643, num. 43, & in
specie observant *Lezzan. Oper. Moral.*
tom. 1, par. 2, cap. 1, num. 91, & 92;
Piton. in Pererg. num. 67, post discept.
Ecclesiast. tom. 2.

Accedit, quòd Constitutio, quoad fa-
cultatem prædictam, exæquavit Clerum
Sæcularem, & Regularem, qua ratione
eùm, respectu Cleri Sæcularis, eadem fa-
cultas restricta censeri nequeat intra am-
bitum Claustrorum, pari ratione nec
censenda est tali modo restricta, respectu 3
Cleri Regularis, cùm æquiparatorum
idem debeat esse judicium; per *Text. in*
l. 1, ff. de legat. 1, cap. si postquam,
§ Final. de elect. in 6; Alexand. cons.
17, num. 3, lib. 3; Monac. dec. Bononien.
68 num. 19; Rot. cor. Emer. Jun. decis.
1166, num 4; & in puncto ratiocinatur
Piton. in Parergon. num. 67, post discept.
Ecclesiast. tom. 2; eamdemque confirmat
intelligentiam observantia jamdiu in Vil-
la Liriæ introducta, per quam PP. Ex-
calceati consueverunt Processionem San-
ctissimi Corporis Christi agere per Vias,
& plateas; ea enim explicat facultatem 4
per d. Constitutionem Regularibus da-
tam in finibus Claustri coangustari non
posse, *Fagnan. in cap. Tuæ, num. 14, de*
Cleric. non residen. Ansald. cons. 14, nu.
51; Gonzalez ad Regul. 8 Cancellar.
Gloss. 5, num. 87; Rot. coram Cer. dec.
194, num. 3; & in Burgen. Præeminen-
tiarum, 25 Junii 1725, § Quod autem,
coram Reverendissimo Episcopo Corduben.

Meliorem tamen declarationem, ac lon-
gè uberiorem præstat similis usus vigens
in Urbe, quæ cùm omnium Ecclesiasti-
carum Functionum magistra reputetur, 5
certam dat normam pro intelligentia
ejusdem Constitutionis in aliis locis to-
tius Orbis Christiani, ad tradita per *Bar-*
bos. de Offic. & potest. Episc. par. 2, al-
leg. 78, num. 35; Piton. in Parergon. nu.
63; Sperell. decis. 76, num. 16; Rot. co-
ram Cavaler. dec. 583, num. 7; in Con-
stantien. Præcedentiæ, super bono Jure,
27 Januarii 1713, § Idipsum, coram bon.
mem. Ansald. & in Calaritana Jurium
Parochialium, super bono Jure. 2 Julii 1725,
§ Final. coram Reverendissimo Episcopo
Corduben.

Omnem insuper submovent difficulta-
tem quamplurimæ resolutiones Sacrarum
Congregationum idipsum confirmantes,
ut videre est apud *Matthæuc. in Official.*
Cur.

6 *Cur. Ecclesiast. cap. 40, num. 10; Piton. in Parergon. num. 61; Ursaya disceptat. 4, num. 30, & 31, & seqq. par. 1, tom. 3; discept. 10, par. 2, tom. 1; discept. 22, tom. 3, par. 2; & discept. 8, tom. 5, par. 2*; hujusmodi enim resolutionibus pro intelligentia d. Constitutionis est plenissimè deferendum; *Rot. in dicta Calaritana Jurium Parochialium, super bono Jure, 2 Julii 1725, § Quæ profectò, coram Reverendissimo D. Episcopo Cordubensi.*

Quòd verò PP. Prædicatores curaverint facultatem deferendi cum solemni pompa Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum per loca Civitatum speciali Privilegio Clementis Papæ VIII, communire non officit, cùm hoc fecerint ad majorem cautelam, & in corroborationem facultatis sibi virtute d. Constitutionis
7 competentis; quæ idcirco trahi non debet in eum sensum, ut illam excludat, atque corrumpat; ad *Text. in l. Qui mutuam 56, in princ. ff. Mandat. Rot. cor. Molines, dec. 63, num. 22, & coram Eminentissimo D. meo Card. Falconer. tit. de Legatis, dec. 5, num. 8*; prout non refragantur nonnullæ resolutiones Sacrarum Congregationum *relat. per Pignatel. consult. 65, num. 5, & seqq. tom. 6; Barbos. de Paroch. par. 1, cap. 12, num. 3*: illæ enim loquuntur de distinctione temporis faciendi hujusmodi Processio-
8 nes, ne confusio inter Clerum Regularem, & Sæcularem oriatur; nihil verò disponunt circa facultatem Regularibus concessam peragrandi Processionaliter loca Civitatis: quo circa ad illam extendi non convenit, ad *Text. in l. commo-*
9 *dissimè, ff. de Liber. & Posthum. Rot. decis. 251, num. 13, par. 19 rec. & in Spoletana Paramentorum, super executione Brevis, 14 Maji 1723, § Final. coram bon. mem. Crispolto.*

Nullum pariter habuit momentum, quòd facultas per d. Constitutionem Regularibus concessa, pendere debeat a licentia Parochi. Cùm enim eadem Constitutio tribuat Regularibus facultatem liberè faciendi Processionem, addita amplissima prohibitione, ne a quacumque Persona sub quovis prætextu impediri valeant, jam satis perspicuè ejus litera per se declarat, nullam esse exquiren-
10 dam Parochi licentiam, cùm qua eadem libera facultas minimè conciliari posset, ad notata *per Abb. in cap. si pro debilitate, n. 5; & ibi, Dec. num. 45, & 46, de Offic. Delegat. Rebuff. de verbor. significat. in verb. Liberè, vers. 7, pagin. 620; Mandos. in Regul. de Infirm. quæst. 15, num. 3; Gonzalez ad Regul. 8 Cancellar. gloss. 45, numer. 11, & seqq. Rot. cor. Coccin. decis. 1632, num. 12, & 13*;
11 & in hoc sensu illam constanter interpretati sunt Doctores, ut videre est apud *Pellizar. in Manual. Regular. tom. 2, tract. 8, cap. 5, num. 88; Matthæuc. in Official. Cur. Ecclesiast. cap. 40, numer. 8, & 9; Eminentissimus Petra, in Commentar. ad Constit. 18 Sixti IV, num. 14, tom. 5, pag. 564, & 565*; & inconcussè decla- 12
rarunt Sacræ Congregationes in Resolutionibus relatis per *Ursayam, discept. 4, num. 31, tom. 2, par. 1; & discept. 8, num. 15, tom. 5, par. 2*; quibus consonat etiam usus, & praxis vigens in Urbe,
cui in dubio est adhærendum; *Rot. in* 13
Romana Jurium Parochialium, 2 Aprilis 1720, § Postremo, coram bon. mem. Cerro, cum aliis superiùs allegatis.

Minusque adversus facultatem prædictam profuit afferre Constitutiones Synodales Ecclesiæ Valentinæ, relatas per *clar. mem. Card. de Aguirre in tom. 4, Concilior. Hispan. fol. 81, & 88*, prohibentes, *ne in Monasteriis Processiones Sacrosancti Corporis Christi, aut Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis, vel aliæ extra Monasteriorum septa per Vicos fiant*; earumque confirmationem in forma specifica factam a san. mem. Sixto V; enim verò hæ Constitutiones Synodales abrogatæ fuerunt, tum per clausulas dero-
gatorias Generales contentas in poste- 14
riori præfata Constitutione Gregorii XIV, ad modum legis Universalis evulgara; *Felin. in cap. Nonnulli, num. 9, de Rescript. Gonzalez ad Regul. 8 Cancellar. gloss. 36, num. 2; Card. Albit. post Card. De Luc. de Jurisdict. discept. 2, quæst. 9, num. 2; Rot. cor. Buratt. dec. 390, n. 5*: tum, & certiùs, per specialem derogationem omnibus Constitutionibus, necnon Provincialibus, & Synodalibus Conciliis pariter in eadem Gregoriana Consti-
tutione adscriptam, quæ operatur, ut 15
contra illam hujusmodi Synodales Constitutiones, quantumvis Pontificia confirmatione roboratæ, proponi amplius non valeant; *Felin. in cap. Accedentes, n. 5. de præscription. Card. Albit. post Card. De Luc. de Jurisdict. discept. 2, quæst. 9, num. 5; Rot. coram Gregor. dec. 109, per tot. & in rec. dec. 630, n. 42, & 43, par. 4, tom. 3.*

Inutiliter quoque proponebatur consuevisse PP. Excalceatos nedum petere licentiam a Rectore Ecclesiæ Parochialis ducendi Processionem per Vias, & Plateas Villæ Liriæ; verùm etiam illum unà cum ejusdem Ecclesiæ Beneficiatis invitare ad interessendum d. Processioni; quinimmo insuper eidem Rectori dare præeminentiam gestandi Venerabile Sacramentum duobus assistentibus Beneficiatis Sacris vestibus indutis; reliquis verò togatis Processionem comitantibus, adhibitis etiam Sacris supellectilibus, quas d. Rector commodare solebat. Petitio namque

que licentiæ non fuit probata, nisi pro anno 1730; ea verò apparebat facta cum clausula præservativa Jurium dd. Pa-
16 trum, quæ impediebat, ne trahi posset ad probationem necessitatis petendi licentiam prædictam; *Rota, coram Eminentissimo Domino meo Cardinali Falconerio, dec. 20, n. 8, & 9; in Miscellan. & in Urgellen. Vicariæ S. Andreæ de la Urto, 7 Maji 1731, § Provisiones, coram me.*

Invitatio autem, & Interessentia ejusdem Rectoris, ac Beneficiatorum, & respectiva supellectilium commodatio nullum pariformiter aptæ erant Jus illi tribuere, sive quia referendæ sunt ad titulum veteris illius Fraternitatis per concordiam anni 1676, stabilitæ, cujus resolutio facto Rectoris, & Beneficiatorum inducta, actus omnes cohærenter ge-
17 stos infirmavit, & ad nihilum redegit, perinde ac si non fuissent expleti; ut agendo de similibus actibus relativis ad eamdem concordiam dixit *Rot. in dicta Valentina Funerum, 7 Decembris 1731, § Qua de re, coram R. P. D. meo Rezzonico*; sive quia adscribi debent liberæ, & ultroneæ facultati dd. Patrum, quæ non est in coactivam detorquenda,
18 etiamsi per plures vices, & annos fuerit iterata, nisi probetur intercessisse coactionem cum acquiescentia ad tradita per *Spad. cons. 101, num. 11, lib. 3; Gratian. discept. 18, num. 17; Piton. discept. Ecclesiast. 79, num. 6, & seqq. Rot. cor. Coccin. dec. 1392, num. 4, & 5; & in Ruben. Juris tumulandi, 27 Aprilis 1731, § Attento, coram R. P. D. meo Rezzonico*; & in præcisis terminis *dec. 536, numer. 4, par. 2 rec.* Sive demum quia utcumque se habere possent actus hujusmodi, nullo numero habendi essent propter resistentiam clausulæ sublata, & Decreti irritantis in Constitutione Gregoriana ap-
19 positi; quibus impedita fuit quælibet contraria consuetudo; *Geminian. cons. 120, num. 6; Rot. cor. Ottbobono, decis. 22, num. 10, & seqq. & in Tranen. Præeminentiarum, 20 Februarii 1713, § Levioris, cor. clar. mem. Card. Scotto; & in Ruben. Juris tumulandi, 27 Aprilis 1731, § Attento, coram R. P. D. meo Rezzonico.*

His positis consequebatur, PP. Excalceatis concedendam esse manutentionem in quasi possessione liberè peragendi d. Processionem in die Dominico infra Octavam Festivitatis Sanctissimi Corporis Christi per Vias, & Plateas Villæ Liriæ; tum quia constat eos in hac qua-
20 si possessione reperiri; per *Text. in § Retinendæ, Instit. de Interdict. leg. prima, ff. Uti possidet; Rota coram Roxas dec. 109 numer. 12; & in Toletana Decimarum de Novalearnero, 22 Novemb. 1726, § Et quidem, coram me.* Tum etiam quia
constabilito bono Jure eorundem Patrum, 21
manutentio ad ejus tramites concedi debet; *Rota in Spoletana Paramentorum, super manutentione, 22 Junii 1722, & 14 Maji 1723, coram bon. mem. Crispolto; & in Vicen. Juris admittendi Presbyteros super manutentione, & Attentatis, 29 Aprilis 1729, § Ex adductis, coram Reverendissimo D. Ratto Episcopo Cordaben.*

Et ita utraque, &c.

R. P. D.

CRESCENTIO.

Hispalen. Antianitatis.

Ven. 9 Januarii 1733.

ARGUMENTUM.

In singulis Civitatibus, & Locis unadumtaxat Confraternitas Sanctissimi Sacramenti adjungi, & aggregari potest Archiconfraternitati, quæ talem habeat ab Apostolica Sede facultatem, juxta Bullam Clementis Papæ VIII, quæ sit forma, in eadem Bulla præscripta, & ad quem finem.

SUMMARIUM.

1 *Prælatio, & manutentio concedenda est illi Confraternitati, quæ prius aggregationem reportavit ab Archiconfraternitate, quæ a Sancta Sede talem habeat facultatem.*

2 *Bulla Clementina abrogat aggregationes in una eademque Civitate, & Loco, ultra primam factas, Confraternitatum Sanctissimi Sacramenti.*

3 *Quæ Bulla Clementina confirmata postmodum fuit per Breve san. mem. Pauli V.*

4 *Nullitate aggregationis detecta, nullum per consequens jus competit Confratribus utendi privilegiis, ac juribus, ex legitima aggregatione aliàs promanantibus.*

5 *Quando ratio habenda non sit de defectu registri aggregationis, & num. 6, & 7.*

8 *Ex quibus tollatur pariter defectus subscriptionis Cardinalis Protectoris.*

9 *Lapsus centum annorum præsumere facit, impletam in omnibus fuisse formam, a Bulla Clementina præscriptam.*

10 *Multò magis concurrente prævia approbatione aggregationis, & literis testimonialibus Ordinarii Loci.*

11 *Recognitio Ordinarii requiritur pro valida publicatione Indulgentiarum.*

12

12 *Commissarius Cruciatæ facultatem habet a Sancta Sede suspendendi, ac revalidandi Indulgentias.*

13 *Ex quibus probetur aggregationis effectuatio.*

14 *Ad hunc effectum leviora sufficiunt argumenta, & adminicula.*

15 *Ad hoc, ut amissum dicatur privilegium, vel præsumatur illi renunciatum, requiruntur actus positivi, & directè privilegio contrarii; nec sufficit, quòd quis illico non contradicat, & patiatur alium uti simili privilegio.*

16 *Immo necessarium est probare, quòd privilegium habens aliquando illo uti voluerit, & impeditus acquieverit per tempus considerabile.*

17 *Privilegium aggregationis reservatum unicè est Archiconfraternitatibus Urbis.*

18 *Simplex assertio, absque ullo documento, non probat.*

19 *In Judicio mero possessorio videndum non est de justitia tituli.*

20 *Utraque parte de sua possessione docente, illi concedenda est manutentio, quæ valido, ac legitimo titulo fulcitur.*

DECISIO XXXIII.

Confraternitas Sanctissimi Sacramenti erecta in Sacrario Cathedralis Ecclesiæ Hispalen. & aggregata Ven. Archiconfraternitati pariter Sanctissimi Sacramenti in Ecclesia S. Mariæ supra Minervam Urbis, ægrè ferens, quod alia similis Confraternitas in Collegiata S. Salvatoris dictæ Civitatis titulum *Archiconfraternitatis* sibi assumeret, & in omnibus actibus adhiberet, atque inscriberet, alias cooptaret, cœterisque uteretur privilegiis, ac spiritualibus gratiis per Summos Pontifices concessis Confraternitatibus legitimè aggregatis Archiconfraternitati Urbis; hæc omnia eidem inhibenda curavit a Vicario Generali Hispalen. qui assumpta etiam cognitione meritorum, censuit non competere Societati S. Salvatoris petitam manutentionem in quasi possessione utendi juribus prædictis, & in eodem sensu fuit quoque in gradu appellationis Nuncius Apostolicus Hispaniarum suam moderando inhibitionem. Iterum verò provocante Confraternitate S. Salvatoris Causa delegata fuit ad Sac. Rotam per Commissionem mihi directam, atque signatam cum clausula *de præfixione termini* ob non factam intra legitima tempora transportationem Actorum. Dato proinde congruo dubio, *An constet de re judicata, seu potius de Causis restitutionis in integrum*, & ob suffragiorum scissuram in audientia diei 25 Januarii superioris anni, nulla capta resolutione, hodie DD. responderunt *Constare de re judicata.*

Clara siquidem visa est præcedentium Judicatorum validitas, atque Justitia. Cùm enim utraque Societas jus desumeret a propria Aggregatione obtenta a Ven. Archiconfraternitate Sanctissimi Sacramenti in Ecclesia S. Mariæ supra Minervam, nil magis rationi congruum 1
erat, quàm ut prælatio, & manutentio concederetur illi erectæ in Sacrario, vel Ecclesia Cathedrali Hispalen. quæ hujusmodi aggregationem retulit usque *ab anno 1609*; non autem alteri in Ecclesia Collegiata S. Salvatoris, quæ longè posterius, nempe *de anno 1686*, fuit similiter aggregata. Dubitari quippe non poterat, quin posterior hæc Aggregatio nulla prorsùs, ac irrita esset, non solùm ob literalem censuram, & dispositionem *Bullæ Clementis Papæ VIII, inter impress. Bullar. nov. tom. 3, in 115, ubi in* § 3, occurrere volens pravis nonnullis consuetudinibus, quæ in erectionibus, & aggregationibus hujusmodi irrepserant, perpetuò valitura Constitutio- 2
ne mandavit inter cœtera, ut in singulis Civitatibus, & Locis *una dumtaxat* Confraternitas adjungi, & aggregari posset Archiconfraternitati, quæ talem habeat ab Apostolica Sede facultatem, & consentaneè tradunt *Leo, Thesaur. Eccles. par. 4, cap. 2, num. 1, 2, & 16; Pignattell. consult. Canonic. 18, per. tot. tom. 4.*

Sed etiam vigore Brevis san. mem. Pauli V, qui specialiter in aggregationibus faciendis ab Archiconfraternitate Sanctissimi Sacramenti in Ecclesia S. Mariæ supra Minervam Urbis, voluit in 3
omnibus, & per omnia servari Bullam Clementis Papæ VIII, ad quam de facto literæ aggregationis exhibitæ pro parte Confraternitatis S. Salvatoris relativè se habebant cum insertione utriusque Bullæ, & cum expressa conditione, *dummodo per Nos similis gratia priùs alteri Confraternitati in dicto loco concessa, & tempore hujusmodi concessionis aliæ Archiconfraternitati aggregata non fuerit.* Deficiente propterea conditione prædicta ob aliam præcedentem aggregationem favore Societatis In Sacrario Ecclesiæ Cathedralis, nullius roboris erat posterior aggregatio alterius Societatis in Collegiata S. Salvatoris, omneque ces- 4
sabat fundamentum sibi assumendi usum Privilegiorum, ac Jurium, in sequelam legitimæ aggregationis venientium; *Novar. in Summ. Bullar. Comment. 49, nu. 9; Leon. in Thesaur. For. Eccles. par. 4, cap. 2, num. 105; Bordon. oper. moral. tom. 4, dec. 326, Rot. in Dertbonen. Com-*

memorationis Defunctorum, 14 *Junii* 1728,
§. *Primò enim, coram Reverendissimo P.*
D. meo Aldrovando Decano, *confirmat*. 9
Februarii 1729, *coram Eodem*.

Frustra verò impugnabatur validitas
dictæ primæ Aggregationis, tum quia il-
lius literæ registratæ non appareant in
Libris, & Archivio Archiconfraternita-
tis Urbis, & careant subscriptione Car-
dinalis Burghesii tunc Protectoris; tum
etiam quia non doceantur executioni
commissæ, juxta formam sub pœna nulli-
tatis præscriptam a *Constitutione* 115,
Clementis Papæ VIII. Quod enim atti-
net ad primam exceptionis partem sa-
tisfecit responsio, quòd cùm Libri Ar-
chiconfraternitatis nun reperiantur, nisi
ab anno 1658, juxta fidem hodierni Se-
5 cretarii, qui ulterius testatur audivisse
ab ejus Antecessore, atque adnotatum
pariter comperisse alios Libros Aggre-
gationum, & signanter *anni* 1609, fuis-
se deperditos occasione decoctionis cujus-
dam illius temporis Secretarii, nulla ra-
tio habenda erat de hujusmodi registra-
tionis defectu; maximè quia original nu-
per ad Urbem transmissum, & oculis
DD. hodie exhibitum, tot circumstan-
6 tiis, & solemnitatibus munitum appa-
rebat, ut etiamsi aliæ contemporaneæ
registrationes haberentur, & ista defice-
ret, de ejusdem tamen Aggregationis
veritate dubitari non posset, juxta firma-
ta per *Rot. coram Dunoz. Jun. dec.* 708,
num. 18; *coram Ottobon. dec.* 175, *num.*
1, *& seqq. coram Ansaldo*, *dec.* 30, *nu.*
18; *in recent. dec.* 470, *num.* 2, *par.* 3;
dec. 103, *num.* 4, *par.* 4; *& decis.* 227,
num. 8, *par.* 19; *& dec.* 131, *num.* 5, *&*
6, *coram Card. Caprara*.

Impressum namque erat Romæ in Ti-
pographia Rev. Cameræ Apostolicæ in
charta pergamena, subscriptum a duo-
bus Nobilibus Viris, tamquam Testibus,
necnon a duobus Administratoribus, &
a Laurentio Bonincontro Notario publi-
co Capitolino, uti Secretario ejusdem
Archiconfraternitatis, cum appositione si-
gni, quo in aliis omnibus publicis Scri-
pturis uti solebat; ac demum duo habe-
7 bat appensa sigilla in cera rubra inclu-
sa duabus Thecis ovatis, alterum nem-
pe Cardinalis Burghesii Protectoris, al-
terum ipsius Archiconfraternitatis. In
8 quibus profectò circumstantiis quemad-
modum nulla suboriri poterat suspicio
falsitatis, ita multò minùs necessaria
erat subscriptio Cardinalis Protectoris;
quæ licèt hodie apponi soleat, juxta fi-
dem moderni Secretarii, non tamen
exinde sequitur eumdem stylum, ac ne-
cessitatem extitisse de anno 1609. Præ-
sertim quia literæ Aggregationis inscri-
ptum quidem habebant in fronte nomen
Scipionis Cardinalis Burghesii Protecto-
ris, non autem requirebant illius subscri-
ptionem, sed tantummodo Secretarii,
ibi -- *Has nostras literas fieri, & per*
ejusdem Archiconfraternitatis Secretarium
subscribi, & publicari mandavimus, at-
que sigillorum ipsius Protectoris, & Ar-
chiconfraternitatis jussimus, & fecimus ap-
pensione muniri.

Pro eo autem, quod respicit formam
a Bulla Clementina præscriptam, præ-
viam nempe recognitionem Ordinarii Lo-
ci, *qui adhibitis duobus de ejusdem Ec-*
clesiæ Capitulo, illa juxta Sac. Concilii
Tridentini decretum promulganda decer-
nat. Ultra quàm quòd post lapsum cen- 9
tum, & ultra annorum locum sibi vin-
dicabat juridica præsumptio, quòd in
omnibus fuerit adamussim servata; tan-
tò magis, quia controversa aggregatio
obtenta fuerat prævia Approbatione, ac
literis testimonialibus Ordinarii Hispa-
len. atque in ejus Ecclesia publicata, ut 10
similes circumstantias ad confirmandam
præsumptionem a lapsu temporis dedu-
ctam perpendit *Rot. in recent. decis.* 67,
num. 14, *par.* 17; *dec.* 253, *num.* 6, *par.*
18; *& dec.* 63, *num.* 12; *& dec.* 756, *nu.*
3, *coram Molines*.

Placuit etiam animadversio, quòd so-
lemnitas ista requisita potiùs ad effectum
validæ *publicationis Indulgentiarum*, juxta
decretum *Sac. Concilii Trident. sess.* 21, 11
de reformat. cap. 9, non autem pro *le-*
gitima executione literarum aggregatio-
nis; suppleta in hypothesi dici, vel cre-
di poterat per licentiam obtentam a
Commissario Cruciatæ, cui a Summis Pon- 12
tificibus data est, ac pluries confirmata
potestas suspendendi, ac revalidandi In-
dulgentias, ut observat *Lara, in Compend.*
trium gratiarum, *pag.* 133, qui refert e-
tiam tenorem ejusdem Bullæ Cruciatæ.

Minusque profuit exceptio, quòd ag-
gregatio isthæc nunquam sortita fuerit
effectum; & ideo Confraternitas Sanctis-
simi Sacramenti in Ecclesia Cathedrali
passa fuerit, quòd altera in Ecclesia S.
Salvatoris tandiù permanserit in pacifica
possessione Jurium, & Privilegiorum vi-
gore suæ aggregationis competentium.
Tantum enim abest, quòd de hujusmodi
primæ aggregationis ineffectuatione
concludenter doceretur, ut imò contra-
rium in facto probatum dici posse vide-
retur. Dum literæ Aggregationis illico
fuerunt exhibitæ Commissario Cruciatæ,
ad effectum obtinendi facultatem publi-
candi Indulgentias in eis concessas, &
de anno 1617, ad hoc ut innotescerent
gratiæ spirituales, quarum mediante
Aggregatione participes reddebantur,
Confratres capitulariter congregati de-
mandarunt impressionem earumdem lite-
rarum in lingua Hispana, unde confice-
rentur tot Liberculi singulis Confratri-
bus

bus distribuendi. Rursus cùm *de anno*
13 1685, Confraternitas in Ecclesia S. Sal-
vatoris per suos deputatos significasset
alteri Confraternitati in Ecclesia Cathe-
drali gratiam, & privilegium suæ Ag-
gregationis, offerendo etiam illorum com-
municationem, quatenus sibi aggregari
vellet, juxta facultates, quas sibi compe-
tere opinabatur, responsum eidem fuit,
Confraternitatem prædictam in Ecclesia
Cathedrali non indigere hujusmodi ag-
gregatione, quia longè priùs aggregata
reperiebatur Ven. Archiconfraternitati
Sanctissimi Sacramenti Urbis.

Hisce autem concurrentibus facti cir-
cumstantiis, per legitima quoque docu-
menta probatis, quemadmodum satis
14 constare dici poterat de illius effectua-
tione, & observantia, quæ a levioribus
bus quoque argumentis, & adminiculis
deduci solet, juxta firmata per *Gratian.*
discept. 521, *num.* 26; *Rot. dec.* 1208,
num. 22, *coram Molines*; *& in Majori-*
cen. Jurispatronatus, 16 *Maji* 1704, §
Fortius, *coram Muto*. Ita magis arduum
videbatur assumptum, quòd sodalitium
apud Cathedralem permittendo alteri
Confraternitati usum Aggregationis, &
Privilegiorum ab ea consequentium, abs-
que ulla contradictione, propriæ Aggre-
gationi renunciasse, & omne jus ami-
sisse censeatur. Ad effectum namque amit-
tendi Privilegium, vel inducendi præ-
sumptam illius renunciationem explora-
ti Juris est non sufficere, quòd quis il-
lico non contradicat, & patiatur alium
uti simili privilegio; cum talis omissio,
& patientia referri possit ad speciem oscil-
tantiæ, & negligentiæ, quæ in Communi-
15 tatibus, & Collegiis facilè solet contin-
gere; sed requiruntur actus positivi, &
directè privilegio contrarii, juxta doctri-
nam *Abbatis*, *in cap. cùm accessisset*, *nu.*
7, *de Constit. ibique Dec. num.* 83; *Rot.*
coram Crescent. dec. 4, *num.* 2, *de privi-*
leg. dec. 927, *in fin. par.* 3, *divers. dec.*
57, *num.* 11, *&* 12, *coram Bich. dec.* 644,
num. 18, *&* 21; *coram Dunoz. Jun. decis.*
30, *per tot. coram Peuting. dec.* 204, *n.*
12, *coram Molines*; *& dec.* 61, *num.* 10,
& 12, *coram Reverendissimo Crispo*. Quin-
imò necessarium quoque foret, quòd So-
dalitium in Cathedrali uti aliquando vo-
16 luerit Privilegio aggregationis, & impe-
ditum acquieverit per tempus considera-
bile, ut bene observant *Gabr. cons.* 78, *n.*
10, *& seqq. lib.* 2; *Rot. coram Seraphin.*
dec. 1045, *num.* 3, *&* 4; *coram Bich. dec.*
57, *num.* 9; *coram Dunoz. Jun. dec.* 644,
num. 16, *& seqq. coram Crispo*, *dec.* 61,
num. 10, *& seqq. in Colonien. Pastoratus*,
seu Parochialis, 7 *Februarii* 1727, § *Si-*
lentium, *coram R. P. D. meo Calca-*
gnino.

Quòd si Confraternitas in Ecclesia Ca-
thedrali omisit se inscribere titulo *Ar-*
chiconfraternitatis, & alia sodalitia sibi
aggregare, prout fecit altera Societas in
Ecclesia S. Salvatoris, non idcirco dici
potest uti noluisse privilegio suæ aggre-
gationis; cùm tale jus Aggregatio non
tribuat, sed reservatum unicè sit Archi- 17
confraternitatibus Urbis, juxta notata
per *Card. De Luc. in annot. ad Concil.*
Triden. disc. 18, *num.* 1; *& per modernum*
Episcopum Anagninum de sodalit. quæst. 2,
num. 1.

Jure demum, meritoque nulla fuit ha-
bita ratio de eo, quod dicebatur, So-
dalitium Sanctissimi Sacramenti apud Ec-
clesiam Cathedralem fuisse suppressum ab
Archiepiscopo Palafox, nec Privilegium
Aggregationis potuisse reassumere per
reintegrationem deinde obtentam a
Cardinali de Arias, pariter Archiepiscopo
Hispalen. Quidquid enim sit de juridica
relevantia dicti suppositi; Factum hujus-
modi suppressionis non aliunde collige-
batur, quàm a simplici assertiva nomi-
ne alterius Confraternitatis facta in Par-
tibus, anno 1728, coram provisore Hi-
spalen. nullo prorsùs exhibito documen- 18
to; quæ proinde nullum apta erat con-
struere probationis gradum; *Rot. post*
Card. De Luc. de donat. lib. 7, *decis.* 3,
num. final. in Perusina Donationis, 9
Martii 1716, § *Patens*, *&* § *Nullum*,
coram bon. memor. Cerro. In Forolivien.
Pecuniaria, 6 *Decembris* 1723, § *Adhuc*,
cor. R. P. D. meo de Gamaches; *& in Au-*
ximana Donationis, 23 *Aprilis* 1731, §
Absque, *coram R. P. D. meo Cincio*.

Quibus ita se habentibus, ac vindica-
ta a contrariis exceptionibus aggrega-
tione Confraternitatis in Ecclesia Cathe-
drali, sicuti corruebat alia posterior ag-
gregatio obtenta a Confraternitate pa-
riter Sanctissimi Sacramenti apud Eccle-
siam S. Salvatoris, ita hæc destituta ap-
parebat omni titulo, cujus vigore legi-
timam sibi posset asserere possessionem ad
effectum obtinendæ manutentionis. Fa-
cta enim hypothesi, quòd Causa, juxta
illius prætensionem, decidenda foret ad
tramites meri possessorii, cui cæteroquin
obstare videbatur factum non minùs Ju- 19
dicis primæ Instantiæ, qui examen Titu-
li assumpsit, quàm ipsius Confraternita-
tis Reæ conventæ, quæ titulum suæ Ag-
gregationis produxit, juxta firmata per
Lotter. de re benef. lib. 2, *quæst.* 45, *n.*
29, *& seqq. Card. De Luc. de Cens. disc.*
11, *sub num.* 7, *& de pens. disc.* 30, *nu.*
6; *Rot. coram Bich. dec.* 610, *num.* 4. *&*
seq. & dec. 1301, *num.* 19, *coram Moli-*
nes. Nihilominus cùm altera quoque
Societas Sanctissimi Sacramenti in Eccle-
sia Cathedrali de sua possessione doceret
per actus superiùs enunciatos, § *Minus-*
que, & renovatam Indulgentiarum pu-

blicationem de anno 1724, nil magis rationi, ac stylo Sac. Tribunalis con-
20 gruum erat, quàm ut manutentio concederetur illi, quæ valido, ac legitimo prioris Aggregationis titulo suffulta erat; *Posth. de manut. observ. 71, num. 105; Rot. in recent. dec. 330, num. 15, par. 8, coram Molin, dec. 703, numer. 2, & final, & in Calaritana Jurium Parochialium, super manutentione, 2 Julii 1725, § Eoque securius, & seq. coram Reverendissimo Ratto Episcopo Corduben.*

Et ita utraque, &c.

R. P. D.

CRESCENTIO,

Salernitana Canonicatus,

Die, 1 Martii 1734.

ARGUMENTUM.

Quando agitur de Præbendis, quæ propter illarum separabilitatem a Canonicatibus, considerantur uti quid merè temporale, optari possunt absque mutatione tituli Canonicalis. Per optionem, factam a Canonico Prothonotario Apostolico, affecta remanet Præbenda optata, non autem dimissa.

SUMMARIUM.

1 *Gratia per falsam suggestionem obtenta, executionem non meretur.*

2 *Ex consuetudine optandi, præsumptio stat pro separabilitate Præbendæ a Jure spirituali, & titulo Canonicatus.*

3 *Quo casu Impetrator graviori premitur onere concludenter probandi perpetuam, atque omnino inseparabilem annexionem Præbendæ Canonicatui.*

4 *Ex distinctione Præbendarum, earumque numero æquali cum Canonicatibus, probatur simplex annexio generica, & revocabilis, necnon adhæsio Præbendæ Jure Spirituali respectu Canoniæ.*

5 *Ista tamen non sufficit, ut per optionem pinguioris Præbendæ mutatus quoque dicatur titulus Canonicatus.*

6 *Unio simplicium Beneficiorum Canonicatus non probat perpetuam, ac inseparabilem annexionem Præbendæ cum titulo Canonicatus.*

7 *Præbenda quando aliter optari non possit, quàm mutato titulo.*

8 *Qualitas Spiritualitatis, & inseparabilitatis non resultat ex eo, quòd optio fiat cum decreto, & auctoritate Ordinarii.*

9 *In vacationibus, quæ contingunt in mensibus Apostolicis, Ordinarius non habet jus conferendi, nec admittendi optionem.*

10 *In optione, secum ferente mutationem tituli Spiritualis, interponendum est decretum ab eo, qui habet jus conferendi Canonicatum.*

11 *Mutatio loci, & Stalli in Choro, in optione Præbendæ, qua ratione fiat.*

12 *Si optio Præbendæ fiat absque auctoritate Capituli, jus conferendi habentis, ex hoc arguitur, nullam fieri tituli Canonicalis mutationem.*

13 *Idem probat collatio Canonicatus vacantis, & Præbendæ, dimissæ ab eo, qui optavit.*

14 *Decretum Ordinarii intelligendum est juxta petitionem, coram illo factam, ab optante.*

15 *Præsertim si ita suadeat factum postea sequutum in actu capiendi possessionem.*

16 *Unica Præbenda spiritualis, seu unicum Beneficium, non possunt duo pro indiviso possidere.*

17 *Quando optione factæ fuerunt etiam in mensibus reservatis, signum est, Præbendas esse temporales, & a titulo Canonicali separabiles, & quare.*

18 *Nova Fidei professio iterari debet a Canonico, qui, dimisso primo, acquirit novum Canonicatum, etiamsi in eadem Ecclesia, & non obstante alia professione, emissa in adeptione primi.*

19 *Per optionem, factam a Canonico Prothonotario Apostolico, affecta quidem remanet Præbenda optata, non autem dimissa, & num. 21.*

20 *Reprobatur opinio* Garz. de Benefic. part. 5, cap. 1, num. 337.

22 *Ratione familiaritatis, vel Prothonotariatus, reservata remanent Beneficia, quæ vacant per obitum possidentium, non autem quæ vacant, vel dimittuntur per optionem.*

23 *Ad impediendam optionem, non sufficit reservatio generalis ex mente Papæ, sed requiritur expressa derogatio consuetudini optandi.*

24 *Per unam reservationem non præsumitur Papa velle omnes Præbendas comprehendere, quas ab uno, eodemque Canonico optari contingeret, integrum jus optandi in Ecclesia, & jus Ordinarii Collatoris ita absorbendo.*

DECISIO XXXIV.

Ex quatuor Canonicatibus Diaconalibus in Ecclesia Metropolitana Salerni, quemadmodum primi duo pinguiores habent Præbendas, ita reliqui inva-

invaluit consuetudo, ut altero ex istis vacante, Præbendam, & stallum opter Canonicus in eodem ordine sequens. Canonicatus verò alteri per Capitulum præsentatum per Archidiaconum, & Canonicos Diaconos conferarur. Cùm igitur de Mense Decembris anni 1731, per obitum Antonii Græco vacatio contigerit secundi ex primis duobus Canonicatibus, Hieronymus de Vicariis, qui rertius erat inter Canonicos Diaconos, Defuncti locum, atque Præbendam optavit, Ad Canonicarum verò, per obitum d. Antonii vacantem, necnon ad Præbendam per Hieronymum dimissam, electus fuit a Capitulo, seu Archidiacono, & Canonicis Diaconis, atque ab Ordinario coosirmatus Josephus Alphanus, qui deinde possessionem etiam legitimè nactus est.

Nihilominus sub obtenru, quòd Hieronymus de Vicariis optasset Canonicatum, & Præbendam, per obitum Antonii Græco vaçanres, Mathæus Picillo impetravit a Sanctissimo Domino nostro Canonicatum, & Præbendam a Hieronymo dimissos, tamquam S. Sedi reservatos, ratione Prothonotariatus, quo erat idem Hieronymus insignitus, mihique directis pro executione literis Apostolicis, consuetum hodie proposui dubium -- *An literæ Apostolicæ sint exeqnendæ.* -- Cui DD. responderunt -- *Literas non esse exequendas.*

Quòd enim Hieronymus de Vicariis optaverir Canonicatum, & Præbendam vacantes per obitum Antonii Græco, & per assecutionem hujusmodi vacaverit similiter Canonicatus, & Præbenda, quos antea Hieronymus Prothonotarius obtinebat, prout a Matthæo fuerat Pontifici expositum, nequaquam subsistere compertum est, ideoque illius gratia per falsam hujusmodi suggestionem subre-
1 pta, execurionem non merebatur, juxta vulgaram regulam, de qua *Rota decis. 845, num. 1, coram Molin. & Jacen. Portionis hujusmet, diei mensis, & anni, § Et sane cor. me.*

Cùm enim non agatur de Præbenda perpetuò, & irrevocabiliter annexa Canonicatui, ac Juri Spirituali, sed de alia specie Præbendæ, quæ licèt respectu Canoniæ semper adhæreat Juri Spirituali; nihilominus propter illius separabilitatem a singulis Canonicatibus coosideretur uti quid merè temporale, ac optari potest absque mutatione tituli Canonicalis; hinc sequitur, Hieronymum optare voluisse Præbendam, seu porius bona Præbendalia, absque eo quòd titulum mutaverit Canonicatus, cujus proinde vacatio per optionem Præbeodæ nequaquam verificatur.

Et fanè hujus generis esse Præbendas quatuor Canonicatuum Diaconalium fatis probatum dici poterat eo ipso, quòd
in Ecclesia Salernitana viget consuetudo 2
optandi. Sicuti enim rali casu præsumptio stat pro separabilitate Præbendæ a Jure Spirituali, & tirulo Canonicatus, juxta *Cons. Card. Zabarel.* 126, *numer.* 4, *& seq.* quod communiter sequuntur *Lotter. de re beneficiar. lib. 1, quæst. 19, num. 31, & seq. Tondut. quæst. Benefic. tom. 2, cap. 110, num. 29; & de pension. cap. 12, num. 6; Rot. in magistrali dec. 17, cor. Cassad. de Præben. numer. 1, & seq. cor. Ubald. dec. 434, num. 2, & seq. Penia, dec. 677, num. 2, tom. 1; cor. Emer. Jun. dec. 743, num. 12, & 13; in rec. decis. 391, num. 7, & seq. par. 19; & coram Card. Falconer. dec. 16, numer. 9, & seq. tit. de Benefic. tom. 1.* Ita Matthæus Imperrator graviori præmitur onere concludenter probandi perpetuam, ac omni-
no inseparabilem annexionem Præbendæ 3
Canonicatui, ita quidem, ut facto per utrumque uno individuo, optio unius necessariò secum ferat oprionem, ac mutationem rituli, respectu alrerius, juxta distinctionem, de qua *Card. Zab. in d. cons. 126, numer. 4; Lotter. de benefic. lib. 1, quæst. 19, numer. 22, cum pluribus seqq. Tondut. quæst. benef. dicto cap. 110, nu. 29; Gonzal. ad regul. 8 Cancell. gloss. 34, num. 32; Garz. de benefic. part. 5, cap. 1, num. 456; Monet. de option. cap. 3, quæst. 3, num. 47, Ventrigl. in prax. de Coadjutor. annot. 13, § Unic. num. 14, part. 2;* & constanter *Sac. Rota, ut coram Puteo, dicta dec. 201, per tot. lib. 2; coram Martin. Andrea, dec. 99, num. 2;* magistraliter in *Mediolanen. optionis post Remocamp. de Coadjutor. dec. 2, num. 4, & seq. cor. Emer. Jun. dec. 743, num. 18, & seq. & coram clar. mem. Card. Falcon. dec. 16, n. 9, & seq. tit. 3, de benef. tom. 1; & in Miscell. dec. 37, num. 1, & seq. tom. 4.*

Quæ autem ad hunc effectum pro parte Matthæi deducebantur, visa non sunt gradum hujusmodi probationis attingere. Quòd enim Præbendæ sint inter se distinctæ, & correspondeant numero Canonicatuum, nec subsistebat in facto, quandoquidem duobus Diaconis primi, & secuodi Ordinis uoica est iosolidum assignata Præbenda, ut clarè præseferunt verba uoionis, qua Lucius Sanseverinus Archiepiscopus Salernitanus, anno 1613, plura Beneficia incorporavit eorumdem Canonicatuum Præbendis communiter, ac indivisim possessis, & in posterum possidendis. Multò tameo minùs relevaret in Jure, dum ex hac Præbendarum distinctione, illarumque numero æquali cum Caoonicatibus probata quidem dici
posset simplex annexio generica, & re- 4
vocabilis, nec non adhæsio Præbendæ Juri Spirituali respectu Canoniæ, quam

a

a numeri correſpectivitate colligit *Abb. in cap. Majoribus, num. 4, de Præbend.* Iſta tamen non ſufficit ad hoc, ut per optionem pinguioris Præbendæ mutatus
5 quoque dicatur titulus Canonicatus, ſed neceſſariò requiritur annexio ſpecifica, perpetua, & inſeparabilis a Jure Canoniæ, quæ non deducitur, neque concludenter probatur a ſola diſtinctione Præbendarum, neque a correſpectivitate numeri, quæ adſit inter eas, & Canonicatus, ut benè explicando *Abb.* in loco ſuperius allegato, reſpondet *Lotter. de re benef. lib. 1, quæſt. 19, num. 25, & ſeq. Monet. de option. cap. 7, quæſt. 1, num. 26; Tondut. de Penſion. cap. 22, num. 5; Panimol. dec. 32, num. 19, & ſeq. Caſtropal. oper. moral. tract. 13, de Benef. diſput. 2, punct. 22, § 6, numer. 7; Rota dec. 201, cor. Puteo, lib. 2; & deciſ. 17, de Præbend. per tot. cor. Caſſador. dec. 743, num. 20, cor. Emer. Junior. & in recen. dec. 391, numer. 12, & ſeq. par. 19; & cor. clar. mem. Card. Falconer. deciſ. 16, num. 10. & 11, tit. 3, de Benef.*

Quatenus verò perpetua iſthæc, atque inſeparabilis annexio Præbendæ ipſimet titulo Canonicatus deſumebatur ab unione prædicta plurium Beneficiorum, quæ ab Archiepiſcopo Sanſeverino incorporata fuerunt ſatisfaciebat reſponſio, quòd unio iſta utcumque acceſſoria, & extinctiva tituli, præſupponit quidem Præbendarum diſtinctionem inter ſe, ut facta dicatur juxta Decretum Sacri Concilii Tridentini *ſeſſ. 24, cap. 15, de reformatione*; atque inſuper probat inſeparabilem, ac perpetuam annexionem Beneficiorum relativè ad Præbendas, non autem importat eamdem per-
6 petuam, ac inſeparabilem annexionem Præbendarum cum titulis Canonicalibus. Cùm enim aliud ſit Præbenda, aliud verò Canonicatus, ſive Canonia ex unione Beneficiorum ſubjectivè facta Præbendis, non benè infertur ad inſeparabilem, perpetuamque annexionem Præbendarum cum Canonicatibus, ſed ea eſt aliunde probanda, ut in puncto firmant omnes *Canoniſtæ in cap. Ei, cui de Præbend. in 6*; & ſignanter *Geminian. num. 12; Lapus, num. 14, & ſeq. Joannes Andr. num. 6; Francus ſub num. 6; Butr. n. 16; Card. Zabarel. in Clement. ut ii, qui, § Illa verò, num. 16, de ætate, & qualitate; & Imol. ibid. num. 15*; optimè *Lotter. de re benefic. lib. 1, quæſt. 19, num.* 8; & latiùs *lib. 2, quæſt. 47, num. 39, & ſeq. Monet. de option. cap. 5, quæſt. 2, num. 28; Rota in rec. deciſ. 421, num. 5, & ſeq. & per tot. part. 1; & cor. clar. mem. Card. Falconer. dicta dec. 16, numer. 12, tit. 3, de benefic. tom. 1.*

Quinimò ex hoc ipſo, quòd unio facta non fuit æquè principaliter, ſed eſt acceſſoria, atque extinctiva tituli Beneficiorum unitorum, excluſa remanet qualitas Spiritualis Præbendæ, quæ licèt diſtincta ab aliis, tunc demum aliter optari non poſſet, quàm mutato titulo, ubi
de per ſe conſtitueret titulum beneficia- 7
lem, puta, ſi Canonicatui unitum fuiſſet Beneficium æquè principaliter, quemadmodum in his terminis intelligendam eſſe *deciſ. 63, coram Ægid.* benè obſervat *Lotter. de re benef. lib. primo, quæſt. 19, num. 35; Rot. coram Mantic. deciſ. 224, num. 3*; & in fortioribus terminis in *Ferrarien. optionis, & Præbendæ, coram cl. mem. Card. Falcon. tit. de Benefic.* ubi refert de Præbendis inter ſe diſtinctis, addictiſque ſingulis Canonicatibus, quarum una erecta fuerat ex decimis ſpiritualibus, & altera ex bonis cujuſdam Beneficii SS. Simonis, & Judæ; & nihilominus cenſuit Rota, Præbendas eſſe temporales, & Canonicatibus annexas temporaliter tantùm, & revocabiliter; ideoque per illarum optionem non mutari titulum Canonicalem.

Nec majoris efficaciæ viſum eſt argumentum ex eo deſumptum, quòd optio Præbendarum fiat cum decreto, & auctoritate Ordinarii, ideoque præſupponat mutationem, & acquiſitionem novi tituli Canonicalis; cùm alloquin ſi Præbenda titulum non haberet ſpiritualem, vel inſeparabilis non eſſet a Canonicatu, optio fieret propria auctoritate, & abſque ullo decreto Superioris. Hoc namque Ordinarii decretum non ſtat loco collationis, atque Inſtitutionis neceſſariæ ad
acquirendum novum titulum Canonica- 8
lem, ſed interponi tantummodo ſolet ad probandam, & canonizandam antianitatem in Canonico optare volente; id, quod ſatis clarè ſuadebat duplex animadverſio; *prima* nempè, quòd ſimile decretum interpoſitum fuit in præteritis etiam vacationibus, quæ contigerunt in menſibus Apoſtolicis, in quibus Ordinarius
nec Jus habet conferendi, nec admitten- 9
di optionem, utpote, quæ non datur in Præbendis reſervatis, juxta *Text. in cap. fin. de conſuetud. in 6*, innovatum per *Regulam 6 Cancell.* quam latè expendunt *Paſſerin. in d. cap. final. per tot. Rot. coram Coccin. dec. 704, num. 11, & 12; & in Bononien. Canonicatus, ſive optionis ſuper bono Jure, 26 Junii 1690, § Etenim, coram Urſino*. Altera verò, quòd Jus conferendi Canonicatus in Eccleſia Salernitana competit Capitulo, non autem Archiepiſcopo, ideoque ſi per optionem Præbendæ pinguioris, mutaretur quoque titulus Canonicalis, neceſſariò intercedere in hac optione deberet au-
ctoritas Capituli, non autem Archiepi- 10
ſco-

fcopi, cùm explorati Juris fit, in optione præfeferente mutationem tituli fpiritualis, interponendum effe decretum ab illomet, qui habet jus conferendi Canonicatus, ut in fpecie tradunt *Joan. Andr. in cap. fi pro te, num. final. de refcript.* quem fequitur *Henricus Boich, in cap. novit. de his, quæ fiunt a Prælat. fub num. 6; Innocent. in cap. quæfitum, de rerum permutat. Card. Zabarell. conf. 126, num. 4, verf. pro hoc; Monet. de option. cap. 2, quæft. 2, & feq. Barbof. de Canonicis, cap. 30, fub num. 2, & num. 4, in fin. Gonzal. ad Regul.* 8 *Cancell. gloff.* 34, *num. 62, & feq. Rota, dec. 6, num. 5, & num. 7, de confuetud. in novis, coram Caffad. dec. 17, num. 2, & feq. de Præbend. & dec. 11, num. 11, par. 8 rec.*

Non obftante, quòd in optione Præbendæ mutari quoque foleat locus, & Stallum in Choro. Hoc enim non fit ratione novi tituli Canonicalis, quafi locus ille debitus effet, atque addictus tali Canonicatui, vel Præbendæ; fed fit
11 ratione antianitatis, propter quam Canonicus optans afcendit ad Stallum fuperius, quod occupabat defunctus, non tanquam de Juribus Canonicatus, & Præbendæ, fed tanquam de Juribus, & pertinentiis antianitatis, & fervitii antiquioris præftiti Ecclefiæ, ut benè inquit *decif. 9, de confuetud. in antiqu. fub num. 3; in rec. dec. 1385, fub numer. 2, par. 3; & coram Emerix Jun. dec. 743, num. 14. & 15.*

Sic autem detecta infubfiftentia fundamentorum, quibus Matthæus Impetrator fuadere contendebat connexionem infeparabilem inter Præbendam, & titulum Canonicalem, majorem profectò vim, & efficaciam affumebant rationum momenta, quæ ad illius exclufionem afferebantur a Jofepho de Alphanis. Si enim optiones hujufmodi Præbendarum fiunt a Canonicis absque ulla auctoritate, & collatione Capituli, feu Archidiaconi, & Canonicorum Diaconorum repræfentantium idem Capitulum, penès quod ftat jus conferendi Canonicatus, jam patet per optionem Præbendæ nullam fieri mutationem tituli Canonicalis, ad
12 quem effectum indifpenfabilis effet ejusdem Capituli auctoritas, juxta doctrinam *Oftien. in cap. quæfitum, n. 3, de rerum permut. Joann. Andr. in cap. final. fub n. 4, de confuetud. in 6; Calderin. conf. 7, per tot. de Præben. Zabarell. d. conf. 126, fub num. 4, verf. non enim; Gonzal. ad regul.* 8 *Cancell. glofs.* 34, *num. 66, & 74; Lotter. de re benefic. lib. 1, quæft. 19, num. 24, & 33; Garz. de Benef. par. 7, cap. 13, num. 10; Barbof. de Canonic. Dignit. cap. 30, num. 18; Rot. dec. 6, n. 1, & feq. de confuetud. in novis; coram Caffad. decif. 17, per tot. de Præbend. coram Cerr. dec. 619, num. 23, & 24.*

Rursùs quamplures afferebantur optiones hactenus factæ, & loquentes de Præbendis, vel de locis Canonicalibus unà cum præbenda fibi tangente, non autem de Canonicatibus; talisque fignanter erat ultima expleta per obitum Canonici de Græco, in qua ulterius fuit exprefsè facta diftinctio inter Præbendam, & titulum Canonicalem. Capitulum namque contulit Alphano Canonicatum vacantem per obitum de Græco, & præbendam dimiffam a Canonico de Vicariis; 13
ex quo neceffariò infertur, Præbendas effe temporales, ac feparabiles a titulis Canonicalibus, ut in puncto poft *Cardinalem Zabarell. d. conf. 126,* differit *Rot. coram Caffad. dec. 17, numer. 5, de Præbend.*

Et quamvis in Decreto Vicarii Generalis pro immiffione Hieronymi ad poffeffionem Præbendæ optatæ, mentio facta legeretur de Canonicatu, & Præbenda Diaconali; id tamen nonnifi per errorem contigiffe videbatur. Exploratum quippe erat in facto, Hieronymum tunc abfentem per medium fui Procuratoris folummodo inftetiffe pro optione Præbendæ Diaconalis pinguioris; & licèt Ordinarius ultra petita decreverit, eumdem fore immittendum in poffeffionem dd. Canonicatus, & Præbendæ; nihilominus Procurator Hieronymi poffeffionem tantummodò cœpit fecundi loci, feu Stalli Diaconalis unà cum Præbenda vacante per obitum de Græco, & fucceffivè Capitulum elegit Alphanum in Canonicum Diaconum loco ejusdem Antonii Græco unà cum Præbenda, quam priùs obtinebat Hieronymus de Vicariis; ideoque Ordinarii decretum non aliter erat intelligendum, quàm juxta petitio- 14
nem Canonici de Vicariis reftrictam ad folam optionem Præbendæ, fecundùm regulam, de qua *Text. in l. edita, Cod. de eden. Rot. dec. 174, num. 6, par. 2 Recent. & dec. 234, num. 1, par. 15; & dec. 591, num. 3, cor. Molin.* Et certiùs fi attendatur factum pofterius tum Procuratoris, qui Ordinario præfente poffeffionem adeptus fuit Stalli, & Præbendæ, 15
non autem Canonicatus; tum Capituli, a quo fuit ad Canonicatum electus Jofephus Alphanus; tum demum ipfius Ordinarii, qui hanc electionem approbavit, & fub die 17 Decembris 1731, non poterat Hieronymum immittere in poffeffionem Præbendæ, & Canonicatus, ad quem nulla optio, nullaque approbatio præcefferat.

Ad hæc accedebant tres aliæ non minus in facto comprobatæ, quàm in Jure relevantes circumftantiæ. Prima nempè, quòd in Bulla unionis Beneficiorum facta Præbendis Diaconalibus ab Archie-

pifco-

piscopo Sanseverino, data fuit duobus
Canonicis tam primi, quàm secundi Or-
dinis possessio pro indiviso suarum Præ-
bendarum. Id, quod verificari quidem
potest de Præbendis temporalibus, non
16 verò de Spiritualibus, seu titulo Bene-
ficii, cum non possint duo possidere pro
indiviso unicam Præbendam Spiritualem,
seu, quod idem est, unicum Beneficium;
per *Text. in cap. majoribus, de Præben.
& cap. dilect. eodem tit. Abb. in dicto
cap. dilecto, num. 1, in fin. & numer. 6;
Ant. August. in Epitome Jur. Can. lib. 5,
tit. 12, per tot. Barbos. in cap. majorib.
de Præbend. num. 6, & per tot. Gonzal.
ibid. num. 2, & seq. Pirrng. in Jur Ca-
non. lib. 3, tit. 3, de Præben, sess. 6, n.
22, & num. 231, in fin.*

Secunda, quòd optiones de hujus-
modi Præbendis factæ fuerunt etiam
quando vacarunt in mensibus reservatis.
Fuit quippè Canonicatus provisus a S.
Sede, Præbenda verò optata per Cano-
nicum in ordine sequentem. Si enim
Præbendæ essent Spirituales, vel Spiri-
tualitati, seu Juri Canoniæ inseparabi-
liter annexæ, ubi vacatio contingeret
in mensibus reservatis, caderet procul
dubio sub reservationibus Apostolicis,
neque a Canonicis optari potuissent, ob-
stante *Regula 9 Cancellariæ*, in qua ex-
pressè derogatur consuetudini etiam im-
memorabili optandi majores, & pinguio-
res Præbendas, & firmant auctoritates
17 superiùs allegatæ *in § Nec majoris*. Si
ergo in Ecclesia Salernitana Præbendæ
sic vacantes optatæ fuerunt, signum
evidens est, illas temporales, & separa-
biles esse a titulo Canonicali, quia uti
tales non cadunt sub reservationibus, &
affectionibus Apostolicis, juxta *decis. 743,
per tot. coram Emerix Jun. dec. 2, per
tot. post Remocump de Coadjutor. & de-
cis. 37, per tot. coram bon. mem. Cardin.
Falcon. in Miscell.*

Ac demum tertia, quòd omnes Cano-
nici, qui usque modò pinguiores opta-
runt Præbendas, servarunt quidem omnes
alias solemnitates, ac cæremonias am-
plexûs, ac juramenti, quæ nihil confe-
runt ad effectum, de quo agitur; sed
novam fidei professionem nullatenus emi-
serunt, ad quam tamen obligari omni-
no fuissent, quatenus Præbendæ Spiri-
tuales forent, & per optionem mutare-
tur titulus Canonicalis; quia juxta ve-
18 riorem Sententiam, quam de mente S.
Concilii Tridentini *sess. 24, cap. 12*, te-
nent communiter Canonistæ, & Sacra quo-
que Congregatio Concilii, novam pro-
fessionem fidei reiterare debet Canoni-
cus, qui dimisso primo acquirit novum
Canonicatum, quamvis in eadem Eccle-
sia, & non obstante alia professione emis-
sa in adeptione primi, ut contra *Azor.*
dubitativè loquentem tenent *Ugolin. de
potest. Episc. cap. 5, § 16, num. 17; Cam-
panil. in divers. Jur. Canonic. rubr. 8, cap.
3, num. 10; Ricciul. de Jur. person, lib. 1,
cap. 13, num. 19; Sanchez ad præcept.
Decal. lib. 2, cap. 5, num. 6; Lazor. lu-
cubr. Canon. tom. 1, tit. 4, cap. 22, num.
5; Garz. de Benefic. part. 3, cap. 3, nu.
17, & seq. Tambur. de Jur. Abbat. tom. 1,
disp. 8, quæst. 3, num. 8, & Barbos. de
potest. Episc. par. 3, allegat. 61, num. 8.*

Addebant ulterius Scribentes pro Al-
phano, quòd admissa etiam per hypo-
thesim spiritualitate, atque inseparabi-
li annexione Præbendæ cum Canonica-
tu, itaut Canonicus de Vicariis per optio-
nem dimiserit etiam proprium, quem
prius habebat Canonicatum, vera tamen
non esset secunda narrativa Pontifici fa-
cta per Matthæum Piccillo, quòd nem-
pe Canonicatus dimissus a Canonico de
Vicariis Prothonotario Apostolico, affe-
ctus remanserit S. Sedi in vim *extrava-
gantis ad regimen, de Præbend.* ex quo
affecta quidem remanet Præbenda opta- 19
ta, non autem dimissa, juxta Theoricam
*Joannis de Lignan. in cap. Dilecto, quæst.
7, de Præbend. Card. Zabarell. d. cons.
126, num. 7; Prob. ad Monach. in cap. fin.
num. 27, de consuetud. in 6; Eneas de
Falcon. de reservat. quæst. 4, principali
affect. 57; Simonet. de reservat. quæst.
45, sub num. 8; Paul. Grannc. in addit.
ad eumdem Simonet. quæst. 35, num. 42;
Gonzal. ad regul. 8 Cancell. Gloss. 34,
num. 40; Barbos. de potest. Episc. part.
3, allegat. 57, num. 114, Monet. de optio-
ne, cap. 3, quæst. 3, num. 44, & seqq. Re-
buf. ad regul. Cancell. in addit. ad reg.
3, verb. obtinent, litt. D; Lotter. de re
benefic. lib. 2, quæst. 25, num. 42; Leu-
ren. de coadjutor. quæst. 407, num. 3.*

Absque eo quòd in contrarium releva-
ret auctoritas *Garz. de Benefic. part. 5,
cap. primo, num. 337*, ubi firmat, opi-
nionem prædictam eo tantùm casu pro-
cedere, quandò Præbenda sit temporalis,
nec per ejus optionem mutetur titulus 20
Canonicalis; ubi verò cum Præbenda ti-
tulum quoque mutari contingat, utram-
que censendam esse reservatam, tam sci-
licet dimissam, quàm optatam, quatenus
duret qualitas inductiva reservationis.
Dicebant enim Defensores prædicti, opi-
nionem hanc esse contra communem Ca-
nonistarum, de quibus supra, & ipsius-
met Sac. Rotæ, quæ in *Salamantina por-
tionis, 15 Octobris 1584, coram Vicecon-
mite, impressa apud eumdem Garziam*, cen-
suit reservatam esse Præbendam tantum-
modo optatam, non verò aliam dimis-
sam. A qua decisione licèt postea reces-
sum fuisset sub die 11 Februarii 1585, ut
in *dec. impressa apud eumdem Garziam
loc. cit. num.* 337; in hac tamen secun-

da

da decisione examinatum non fuisse, nec formalirer decisum arrieulum, sed habirnm fuisse pro dubio propter opiniones hinc inde militanres, quinimo occurrenre post annos octo examine ejusdem articuli in *Urgellen. Canonicatus*, 7 *Maji* 1593, *coram Card. Blanchetto, impressa apud eumdem Garziam, par.* 5, *cap.* 1, *n.* 346. Rota ad primum sensum rediisse 21 videbatur, quòd nempè reservatio transeat In Præbendam, & Canonicarum optatum, idemque firmasse coram *Dunozet. Jun. dec.* 229, *num.* 16; & *in Salamantin. Canonicatus*, 25 *Junii* 1696, *coram Muto*, quæ est impressa post *Remocamp. de Coadjutor. dec.* 20, *per tot.*

Ea præserrim adilipulante tarione, quod reservario hujusmodi Beneficiorum rarione familiaritatis, vel Prothonotariatus, ea tantummodo comprehendit Beneficia, quæ vacanr per obitum possiden- 22 tium, prout ex verbis d. *Extravagant. ad regimen de Præben. in* 6; ideoque capere non deber ea Benelicia, quæ vacanr, vel dimirtuntur per optionem, sed ista optari debent a sequentibus In gradu. Nec enim in d. *Extravag. ad regimen*, nec in *regul.* 1, *Cancell.* illius renovatoria derogatur expresè Consuetudini optandi, proindeque reservario ge- 23 neralis ex mente Papæ optionem non impedit, sed ad bunc effectum requiritur expressa derogatio consuetudini optandi, prout expresè derogatur In alia distincta reservatione mensium, de qua est *Regul.* 9 *Cancell.* uti in puncto observant *Joannes de Lignan. in d. cap. Dilect. de Præbend. quæst.* 7, *Card. Zabarell. d. cons.* 126, *sub num.* 7; *Gonzal. ad regul.* 8 *Cancell. Gloss.* 34, *num.* 6, & *seqq. Piton. discept. Ecclef.* 10, *sub num.* 14, & 15; *Rota, coram Manzaned. dec.* 773, *num.* 7, & *seq. coram Coccin. dec.* 804, & *seqq. coram Dunoz. Jun. dec.* 599, *numer.* 3, & *seqq.* & *coram Emerix Jun. dec.* 743, *num.* 10, 21, & 22.

Aliam quoque superaddentes animadversionem, quòd si obtineret opinio *Garziæ*, ejusque Asseclarum, non leve sequeretur. Absurdum, quòd durante Causa reservarionis in una eademque Persona, non solùm duæ Præbendæ, dimissa nempe, atque oprata, reservationi obnoxiæ remanerent, sed plures quoque, imò omnes sub eadem reservatione cadere possent, quarenus plures, vel omnes optari conringerer ab uno, eodemque Canonico, qui sir vel familiaris, vel Protonotarius, vel alterius cujuscumque qualitatis reservationem inducenris. Id, 24 quod alienum esse videbatur a mente Pontificis, qui per unam reservationem non præsumitur velle inregrum Jus optandi in Ecclesia, & potestatem Ordinarii Collatoris absorbere, ut in puncto hoc absurdum considerant *Card. Zabarell. saped. cons.* 126; *Prob. ad Monach. in cap. fin. de consuetud. in* 6, *num.* 27, *circa finem, litt.* D; *Piton. disc. Ecclef.* 10, *sub num.* 18; *Rot. coram Cerro, dec.* 619, *num.* 26, & *seqq.*

Verùmtamen existimantes DD. satis fundatam ex primo capite hodiernam Causæ resolutionem, operæ pretium non putarunt ad secundi hujus articuli definitionem descendere.

Et ita in acerrimo utriusque Partis Contradictorio resolutum fuit.

R. P. D.

C R E S C E N T I O.

Thelesina Delationis Insignium.

Lunæ, 4 *Junii* 1736.

A R G U M E N T U M.

Non potest Episcopus facultatem concedere deferendi Insignia Canonicalia, sive sint de majoribus, sive de minoribus; sed horum usum indulgere unicè, ac privativè spectat ad Sanctam Sedem.

S U M M A R I U M.

1 *Facultas deferendi Insignia Canonicalia non spectat ad Ordinarium, sed ad Sedem Apostolicam, & numer.* 2.

3 *Ordinaria Episcopi facultas neque ad Insignia minora concedenda extenditur, & num.* 4.

5 *Depositio, quæ tendit ad proprium factum sustinendum non probat.*

6 *Consensus Capituli in hujusmodi concessione facta ab Episcopo, non convalidat Gratiam, aliàs suaptè natura nullam.*

7 *Gratia in parte, & objecto suo principali corruente, corruit etiam respectu accessorii.*

8 *Si concessio facta ab Episcopo nulla est, atque illegitima, confirmatio quoque Apostolica, ex defectu subjecti confirmabilis, evanescit.*

D E C I S I O XXXV.

Occasione, qua Canonici, seu Presbyteri Sancti Laurentii preces detulerunt ad san. mem. Benedictum XIII, pro confirmatione eorum Ecclesiæ In Collegiatam, de qua actum est *in contemporanea Decisione*, supplicarunt quoque pro Apostolica Approbatione facultatis deferendi Insignia Canonicalia, quæ auctoritate ordinaria sibi concessa fuerant

rant anno 1718, a Blasio Gambaro, tunc Episcopo Thelesino; Votique compotes effecti, obtinuerunt a Vicario Generali etiam in hac parte decerni exequutionem Literarum Apostolicarum. Postmodum verò interposita a Sententia Exequutoris in Parte, & Partibus appellatione, ad assertum exemplum Canonicorum Ecclesiæ Cathedralis variarunt iidem Canonici S. Laurentii Insignia Canonicalia, habitoque per Capitulum Cathedralis recursu ad Sacram Rituum Congregationem, Dubium hinc ortum fuit super Pertinentia Causæ, deinde sublatum per Decretum Eminentissimi Domini Cardinalis Sanctissimi D. N. Pro-Auditoris, qui respectu Delationis Insignium Causam remisit ad Sacram Rotam, suspenso interim Judicio super variatione eorumdem Insignium, pro qua remisit Causam ad Sacram Congregationem Rituum. Quapropter hodie consului DD. meos: *An licitum fuerit, & liceat deferre Insignia Canonicalia*. Habuique *responsum negativum*.

Planam quippe resolutioni viam sternere visa est ipsa concessio Episcopi Gambari, qui sicuti ad eam processit ex mera potestate ordinaria, ita nullum Jus, nullumque titulum tribuere valuit deferendi hujusmodi Insignia Canonicalia, quorum usum Indulgendi facultas unicè,
1 ac privativè reservata est Supremæ Sanctæ Sedis Auctoritati, ut per *Text. in Can. nonnulli 29, Can. pervenit, & Can. illud autem, dist.* 93; notant ibidem *Canonistæ*, & signanter *Turre Crem. Gemin. Præpos. & Archid. in d. Can. nonnulli, sub num. primo, vers. cùm de licentia; Grattian. discept. foren.* 745, *nu.* 50, *& seqq. Campanil. divers. Jur. Can. rubr.* 9, *cap.* 3, *num.* 3, *& seqq. Pignatell. cons.* 59, *la seconda, num.* 9, *&* 13, *tom.* 6, *Piton. discept. Eccles.* 93, *num.* 48, § *Hæc decisio; Corrad. in prax. beneficial. lib.* 2, *cap.* 14, *num. primo, &* 2, *&* 26, *Card. De Luc. de præemin. disc.* 8, *sub num.* 8, § *Et fortissimum; Scarfanton. ad Ceccoper. lucubr. Can. lib.* 1, *tit.* 7, *num.* 1, *& seq. Barbos. de Canon. cap.* 2, *num.* 26, *&* 27; *Monacell. formul. legal. pract. tom. primo, tit.* 2, *annot. ad formul.* 4, *num.* 28, *Nicol. lucubr. Can. lib.* 3, *tit. primo, de vit. & honest. Cleric. num.* 29; *Recc. dec. Archiepisc. Neapolit. decis.* 332, *sub numer.* 3, § *Cæterùm*.

Et hæc fuit semper constantissima opinio, tum Sacri nostri Auditorii, ut
2 videre est in *Gerunden. Almutiarum*, 13 *Januarii* 1690, § *Prima pars, coram Herviaul. in Iserinen. Insignium*, 8 *Junii* 1697, § *Exclusa, coram Pio, in Januen. Insignium, super negotio principali*, 4 *Februarii* 1705, § *Tantaque, coram Muto; & in Burgen. Praeminentiarum*, 28 *Junii* 1723, § *Quemadmodum, coram Lancetta*. Tum Sacræ Rituum Congregationis in *Comen.* 25 *Januarii* 1602; *in Placentina*, 16 *Januarii* 1620; & præter alias, quas refert *Barbos. de Can. ubi supra, n.* 27; *Amayden. de styl. Datar. lib.* 1, *cap.* 15, § 7, *num.* 103; *Pignatell. d. cons.* 59, *la seconda, sub num.* 13, *tom.* 6; *Novar. in summ. Bullar. Comment.* 85, *nu.* 13, *tom.* 1; & novissimè resolutum fuit *in Leodien.* 20 *Martii* 1728; *in Trivicana*, 28 *Aprilis* 1731; *& in Brugnaten.* 28 *Novembris* 1735.

Nulla facta distinctione inter Insignia Majora, vel minora. Quidquid enim sit, an Almutia violacei coloris ab Episcopo concessa Presbyteris, seu Canonicis Sancti Laurentii, cadat sub una, vel altera specie, verior, atque communior est o- 3
pinio, quòd ordinariæ Episcopi facultates neque ad Insignia minora concedenda extenduntur, ut in terminis simplicis Mozzettæ violacei coloris, reprobato *Novar. quæst. forens. part.* 1, *qu.* 24, respondit *Rot. in Iserinen. Insignium*, 1 *Julii* 1697, § *Justitia, coram Pio*; & præter superius adductos firmant *Scopp. ad Grattian. dec.* 59, *num.* 56, *& seq. Ricciardell. in Lyc. Eccles. tom.* 2, *cap.* 21, *num.* 22, *&* 23; referens inter cætera resolutionem Sacræ Rituum Congregationis in una *Hydruntina*, ubi cùm Archiepiscopus Caputium nigrum, quo priùs utebantur Canonici, mutasset in violaceum, rescripsit, id non licuisse, neque licere sine 4
Sanctæ Sedis Indulto, atque in terminis Minorum Insignium respondit eadem Sacra Congregatio Rituum in *Marsicen.* 16 *Junii* 1663; *in Alexandrina*, 22 *Junii* 1725; *& in Trivicana Insignium, Ponente Eminentissimo Domino Cardinali Pico*, 28 *Aprilis* 1731; *& in dicta Bruguaten. Praeminentiarum*, 26 *Novembris* 1735, *Ponente Eminentissimo Domino Card. Petre*.

De Consensu Capituli Ecclesiæ Cathedralis non aliundè constabat, quam a simplici assertione Episcopi Concedentis. Cum autem tenderet, atque adjecta præ- 5
sumi valeat ad sustinendum proprium Factum, legitimam probationem in his terminis non constituit; *Ursell. conclus. legal.* 155, *num.* 70, *&* 125, *&* 126, *Rot. dec.* 405, *num.* 7, *coram Molin.* Sed quatenus etiam de hujusmodi Consensu dubitari non posset in facto, nullius tamen esset relevantiæ de Jure. Cùm enim nullitas concessionis procedat non a præjudicio Capituli, & Canonicorum Ecclesiæ Cathedralis, sed a defectu Potestatis 6
in concedente, illorum sanè consensus validam, ac legitimam reddere non poterat gratiam suapte natura nullam, atque illegitimam, juxta regulam, de qua

Text.

Text. in leg. Jus publicum 38, *ff. de pact. & leg. aeque dignus*, § *Privatorum*, *ff. de regul. Jur. Rot. decis.* 67, *numer.* 3, *par.* 2 *recent. & dec.* 106, *num.* 17, *coram Cerro*.

Frustra verò dicebatur, quemcumque defectum primæ Concessionis fuisse sanatum per supervenientem Confirmationem Apostolicam, cujus vigore concessio Episcopalis evasit Papalis, & suppleti expresse fuerunt omnes tam Juris, quàm Facti defectus. Cùm enim confirmatio hæc Apostolica principaliter, ac primariò respiceret Erectionem Collegiatæ, & suppressionem trium Canonicatuum, nil magis rationi congruum erat, quàm ut corruente Gratia in parte, ac objecto suo principali, juxta firmata in *contemporanea decisione*, corrueret etiam respectu ad Insignia Canonicalia, quæ
7 accessoriè tantum, ac præsupposita vera Ecclesiæ Collegialitate a Summo Pontifice approbata videbantur, ut post *Text. in leg. cùm principalis*, *ff. de reg. Jur.* notat *Rota*, *decis.* 623, *num.* 3, & 6, *coram Dunozet. Jun. decis.* 1879, *numer.* 8; & *decis.* 1933, *numer.* 11, *coram Coccia*.

Maximè quia tantum abest, eundem Summum Pontificem sanare voluisse in hac parte quoscumque tam Facti, quàm Juris defectus, quos supplevit tantummodo in Ordine ad Erectionem, & suppressionem antedictas, cum clausula tamen, *veris existentibus narratis*, ut imò expresse declaraverit, non aliter confirmare, aut concedere Delationem Insignium, quàm sub conditione, quòd Canonici eis *hactenus, legitimè tamen, & pacificè, ut præmittitur, gavisi, & potiti sunt* -- Si ergo illorum præcedens concessio facta ab Episcopo illegitima fuit, & consequenter illegitimus illorum usus, Confirmatio quoque Apostolica in for-
8 ma communi ex defectu subjecti confirmabilis evanescere dicenda est, juxta firmata per *Rot. in recen. dec.* 406, *num.* 23, *par.* 4, *tom.* 2; *decis.* 370, *numer.* 6, *part.* 5, *tom.* 1; *dec.* 758, *numer.* 13, & *seqq. coram Molin.* Quodque verba prædicta conditionem faciant, & Confirmationem nullius roboris reddant non verificata præcedenti concessione valida, ac legitima, *Rota dec.* 608, *numer.* 14, *part.* 4; *dec.* 5, *num.* 9, *par.* 7; & *decis.* 62, *num.* 15, *par.* 13 *recent.* & conferunt adducta in *contemporanea decisione*, § *Deficiente*.

Quæ demum dicebantur de simili exceptione militante adversùs Canonicos Ecclesiæ Cathedralis, quos contendebatur de mera Episcopi licentia nuper mutasse Insignia in nobiliorem formam, atque materiam, extranea prorsus erant a præsenti quæstione, restricta ad licitam vel non delationem respectu Canonicorum Ecclesiæ Sancti Laurentii, cùm pro eo, quod attinet ad eorundem insignium variationem, ut prærenditur, factam a Capitulo Cathedralis, & deinde a Canonicis, seu Presbyteris Sancti Laurentii, agendum superfit in Sacra Rituum Congregatione, ad quam in hac parte Causa remissa fuit, juxta decretum Eminentissimi Domini Cardinalis Pro-Auditoris superius relatum.

Et ita utraque, &c.

R. P. D.

CRESCENTIO.

Thelesina Collegiata.

Lunæ, 4 *Junii* 1736.

ARGUMENTUM.

Resolutum fuit hic a Sac. Rota, exequendam non esse gratiam, a sanmem. Benedicto XIII concessam, pro confirmatione Ecclesiæ Oppidi Sancti Laurentii Majoris Thelesinæ Diœcesis in veram Collegiatam, ob vitium subreptionis, ex quo Pontifici narratum fuerat, dictam Ecclesiam esse antiquitus Collegiatam, & numeratam; quam tamen expressionem constitit esse falsam.

SUMMARIUM.

1 *Gratia unionis, quæ in vita Pontificis concedentis effectum suum sortita non est, revocata, atque irrita remanet per Reg.* 13 *Cancell.*
2 *Subreptio Gratiæ illius executionem impedit.*
3 *Olim communior vigebat opinio, quòd concurrente justa, ac rationabili causa, possent Locorum Ordinarii simplices, seu Parochiales Ecclesias in Collegiatas erigere.*
4 *Hodie tamen, ex decretis Sac. Congregationis Concilii, hujusmodi erectiones reservatæ sunt supremæ Sedis Apostolicæ auctoritati.*
5 *Ecclesiam esse simplicem Parochialem receptitiam, & innumeratam: Præbendas Canonicales numquam in titulum collativum fuisse erectas, ac ab Ordinario, vel a Dataria provisas: necnon etiam Archipresbyteratum primam Dignitatem ab eadem Dataria non fuisse collatum vigore Reg. IV Cancellariæ, sunt omnia qualitati Collegialitatis omnino adversantia.*
6 *Quòd semper nuncupata fuerit Collegiata, semperque habuerit Chorum, Stallum, Bursam, Arcam, & Mensam communem, sunt hæc signa aqui-*

voca etiam ad Ecclesias merè receptitias, & non Collegiatas referibilia.

7 *Vel ad summum probare possunt Collegiatam impropriam, quoad effectum præeminentiarum.*

8 *Confirmatio Apostolica suffragatur dumtaxat ad roborandam præexistentem erectionem, uti ritè, & rectè factam, Summo Pontifici expositam, non verò ad revalidandam erectionem nullam; seu veram, ac propriam Collegialitatem non præexistentem.*

9 *A certo numero Canonicorum, & Præbendarum oritur numeratio Ecclesiæ.*

10 *In Ecclesia numerata datur vera vacatio, & collatio Canonicatuum in titulum; non verò in Ecclesia innumerata.*

11 *Neque in Ecclesiis hujus secundi generis, Canonicatus cadunt sub Regula Mensium, aliisque reservationibus, & affectionibus Apostolicis.*

12 *Præfixio numeri Canonicorum ad mensuram fructuum, pro tempore crescentium, vel decrescentium, statum præsefert Ecclesiæ innumeratæ.*

13 *Multò magis, si accedat ulterius subsequuta judicialis observantia.*

14 *Etiam in Ecclesiis non numerata datur vacatio, & collatio impropria, & quomodo.*

15 *Maximè in concursu plurium Provisionum, ab Episcopis factarum, absque similium terminorum expressione.*

16 *Provisiones Apostolicæ, quando Pontifici facta fuit mentio de Ecclesia innumerata, nullam inducunt status ejusdem Ecclesiæ mutationem.*

17 *Idem pariter dicendum, si e converso nulla facta fuit mentio Ecclesiæ non numeratæ, ob clausulam* dummodo ad nos collatio hac vice pertineat, *in Literis Apostolicis contentam.*

18 *Quæ sit ratio potissima, ob quam Ecclesia innumerata ad numeratam reduci non possit.*

19 *Ex reticita qualitate Ecclesiæ innumeratæ exoritur vitium subreptionis.*

20 *Immo etiam ex obscura, & involuta veri expressione.*

21 *Diminutio redditunm non facit Ecclesiam de innumerata numeratam; neque valet exinde certus numerus Canonicorum determinari, in posterum non augendus, dato redditunm augmento.*

DECISIO XXXVI.

IN literis Apostolicis fan. mem. Benedicti XIII, tria potissimum legebantur Indulta favore Ecclesiæ Castri, vel Oppidi S. Laurentii majoris Thelesinæ Diœcesis. *Primò* nempè, ut in veram, ac propriam Collegiatam denuò confirmaretur. *Secundò*, ut Archipresbyter, & Canonici omnibus juribus, signis, & insignibus, quibus *hactenus legitimè, ac pacificè gavisi sunt*, absque ulla diminutione gaudere, ac uti perpetuò valeant, & debeant. *Tertiò* demum, ut tres ex quindecim Canonicatibus primò quomodolibet vacaturi supprimantur, eorumque fructus Archipresbytero, cæterisque Canonicis perpetuò applicentur.

Literis hujusmodi pro executione directis Vicario Generali Thelesino, vacavit interim unus ex prædd. Canonicatibus, ad quem Episcopus Baccarius elegit, ac subrogavit Joannem de Rubeis cum subsequuto possessionis effectu. Et quamvis Capitulum S. Laurentii instans coram Vicario pro executione Apostolicæ gratiæ, ab eo peteret etiam, nullam, ac irritam declarari hujusmodi provisionem, sententiam nihilominus protulit, qua mediante declaravit quidem Apostolica auctoritate confirmandam esse Collegialitatem Ecclesiæ in statu innumerato, ejusque Archipresbyterum, & Canonicos uti posse Insigniis usque adhuc adhibitis; sed quod attinet ad suppressionem trium Canonicatuum, demandavit, eam locum esse habituram pro tribus imposterum vacaturis, non autem perpetuò, sed temporaneè, donec scilicet fructus augeantur; quo casu tot voluit admitti posse per Episcopum novos Canonicos, quot pareretur augmentuum fructuum, habito respectu ad quantitatem percipi solitam ab unoquoque ex duodecim Canonicis, salvis denique juribus, & exceptionibus per Capitulum promotis adversus postremam Episcopi provisionem de Canonicatu favore Joannis de Rubeis.

Acceptantes Canonici sententiam hanc in partibus favorabilibus tantùm, recursum in reliquis habuerunt ad Signaturam Justitiæ, petendo circumscriptionem possessionis captæ a dicto Joanne; sed rescriptum fuit -- *Nihil de circumscriptione; & detur nova Commissio* -- quæ deinde transmissa, non aliter signata fuit, quàm cum clausula -- *Partio Literis arbitrio Rotæ* -- ad cujus tramites duplex hodie proposui dubium, alterum nempe super delatione insignium Canonicalium, de quo in contemporanea decisione; alterum verò super confirmatione Collegiatæ -- *An intret arbitrium pro retardatione Executionis Literarum Apostolicarum.* cui DD. responderunt -- *Affirmativè.*

Et sanè licèt pro parte Promotoris Fiscalis Curiæ Episcopalis, & Canonicorum Ecclesiæ Cathedralis deneganda contenderetur prædicta executio; Tum quia gratia expiraverat per obitum Pontificis Benedicti XIII, nec locum habere possit

re-

regula 12 *Cancellariæ*, qua Sanctissimus
D. N. feliciter regnans revalidavit qui-
dem gratias a Prædecessore suo Benedi-
cto concessas infra annum ante diem ejus
obitus, quamvis Exequutoribus, seu Ju-
dicibus tempore debito non præsentatas,
non autem restituit eas longè ante an-
num obitus expeditas, prout erant Li-
teræ, de quibus agitur, datæ sub die
21 Octobris 1728, & post annum exhi-
1 biræ coram Executore. Tum etiam quia
gratia isthæc, uti continens suppressio-
nem trium Canonicatuum, eorumque
reddituum applicationem Massæ commu-
ni effectum suum sortiri debuisset in vi-
ta ejusdem Summi Pontificis concedcn-
tis, alioquin cadit sub revocatione, ac
irritatione decreta in *Reg.* 13 *Cancel-
lariæ*.

Operæ tamen pretium DD. non pu-
tarunt ad unius, atque alterius quæstio-
nis decisionem procedere, quia arbitrium
pro retardatione executionis prædictæ
jure optimo interponendum putarunt ex
capite subreptionis, cui literas hujusmo-
di obnoxias compererunt. Fuerat enim
Pontifici expositum, Ecclesiam Sancti
Laurentii jamdudum, nempe a centum
septuaginta annis reperiri, *Ritè, & Ca-
nonicè* erectam in Collegiatam, ac uti ha-
bentem unum Archipresbyteratum, &
quindecim Canonicatus, totidemque
Præbendas in titulum collativas, atque
subjectas reservationibus Apostolicis esse
ulteriùs numeratam. Cùm autem hæc
narrativa in neutra parte subsisteret, fa-
2 cilè hinc deducebatur gratiæ subreptio,
quæ legitimum præbet obstaculum il-
lius executioni, juxta vulgatam regu-
lam, de qua *Fagnan. in cap. super lite-
ris, num.* 38, *de rescript. Rot. decis.* 1,
num. 11, *tit. de Benef. cor. clar. memor.
Card. Falconer. & in Romana, seu Ber-
gomen. Collegii*, 26 *Novembris* 1731, §
*Præsupposita, cor. Eminentissimo Domino
Card. Aldrovando*.

Quod attinet ad primam partem, non
equidem constabat de legitima hujus Ec-
6 clesiæ erectione in Collegiatam. Quid-
quid enim sit de Diplomate Episcopi Be-
roaldi, qui de anno 1653, ut divino cul-
tui per Missarum celebrationem, ac
animarum saluti per Sacramentorum ad-
ministrationem pinguius provideret, duos
Archipresbytero adjunxit Canonicos, &
Ecclesiam S. Laurentii in Collegiatam
erexit auctoritate ordinaria, cùm eo tem-
pore, antequam scilicet emanarent decre-
ta Sacræ Congregationis Concilii decla-
rantia hujusmodi erectiones reservatas
tantummodo esse supremæ auctoritati Se-
dis Apostolicæ, quæ decreta incœpisse
de anno 1623, inquit *Piton. discept.
3 Eccles.* 116, *num.* 30, *tom.* 4, commu-
nior vigeret opinio, quòd concurrente
justa, ac rationabili causa, possent lo-
corum Ordinarii Ecclesias simplices, seu
Parochiales in Collegiatas erigere, ut vi-
dere est apud *Jo. Andr. in cap. Quoniam,
de vit. & honest. cler. Butr. ibid. numer.*
2; *Panorm. num.* 2, & 6; *Imol. numer.* 1;
Gambar. de potestat. legat. lib. 5, *tit. de
potestat. legat. in erig. nov. Benef. num.*
30; *Fusc. de visit. lib.* 2, *cap.* 1, *numer.*
6, & 7; *Piton. discept. Eccles.* 116, *num.*
30; *Franc. Marc. dec.* 886, *num.* 6; *Rot.
dec.* 42, *num.* 10, *par.* 14 *rec. & decis.*
1573, *num.* 3, *cor. Cocc. & dec.* 1083, *n.*
3, & 4, *cor. Emer. Jun.*

Quamvis pro contraria Sententia non
leves militarent auctoritates, & signan-
ter *Franch. in cap.* 1, *num.* 4, *de reb. Ec-
clesi. non alien. Innoc. in cap. Postulasti, in
princ. de jurepatr. Bald. in cap. cùm ac-
cessissent, de constit. num.* 17, *vers. item
oportet; Rebuff. in praxi Benef. tit. de erect.
in colleg. sub init. Lotter. de re benef.
lib.* 1, *qu.* 14, *num.* 12; *Rot. in rec. dec.*
99, *num.* 9, *par.* 7; *dec.* 297, *num.* 2, &
seq. & num. 14, *par.* 17; & *dec.* 1229,
num. 8, *tom.* 5, *cor. Molin.* & hodie non
amplius revocetur in dubium post decre-
ta, & resolutiones Sacræ Congregatio- 4
nis Concilii, quas refert *Nicol. in Flosc.
V. Collegiata; Monacell. formul. prac. par.*
1, *tit.* 6, *form.* 10, *num.* 7. & sequitur
Rot. dec. 99, *num.* 9, *par.* 7; *dec.* 297,
num. 2, & *seq. par.* 17; & *dec.* 243, *nu.*
14, *cor. Reverendissimo Crispo*; & *decis.*
1229, *num.* 8, *cor. Molin.*

Potissima ratio stetit in subsequuta ob-
servantia, quæ non solùm conformis non
erat qualitati veræ, & propriæ Colle-
giatæ, sed imo positivè in contrarium
militabat. Anno siquidem 1576 Episco-
pus Cherubinus Laosius sub ea expressio-
ne, quòd in Ecclesia prædicta quilibet
Clericus Terræ S. Laurentii, *statim ac
sacri Presbyteratus, & Sacerdotii ordi-
nem adeptus fuerit, in numerum cætero-
rum Canonicorum adscribi possit*, absque
eo quòd ulla contigisset vacatio inter
Canonicos, admisit Joannem Paulellam;
itidemque de anno 1589 Episcopus Bel-
loculus sub eadem expressione, quòd Ec-
clesia prædicta ab Episcopis Prædecesso-
ribus erecta fuisset in Collegiatam, *nullo
præscripto numero Canonicorum*, sed cum
conditione, quòd *statim ac ad Presby-
teratus ordinem pervenerint, si voluerint,
& idonei reperti fuerint in cæterorum Ca-
nonicorum numerum adscribi possint*, admi-
sit pariter Ascanium de Luce.

Rursùs circa annum 1614, orta con-
troversia inter Presbyteros, seu Canoni-
cos dictæ Ecclesiæ, & Communitatem S.
Laurentii super eo *quòd Ecclesia esse de-
beret receptitia, prout semper ab immemo-
rabili fuit, & quòd præfixio numeri octo
Sacerdotum facta per antecessorem Episco-*

pum

pum Thelesinum nulla esset, ac invalida, & lite hujusmodi compromissa in arbitrium Sigismundi Gambacurti, tunc Episcopi Thelesini, prodiit subdie 12 Martii ejusdem anni Laudum & Sententia arbitramentalis, qua declaratum fuit, *Ecclesiam Majorem dicti Loci posse, & debere recipere numerum tot Sacerdotum Civium ejusdem loci, quot singuli percipiant annuos ducatos 36, ex redditibus certis d. Ecclesiæ, &c. Itaut crescentibus redditibus usque ad d. taxatam summam, crescat etiam & numerus Sacerdotum in ea*; quæ sententia fuit eodem anno in forma specifica confirmata per san. mem. Paulum V.

Si ergo Ecclesia S. Laurentii habita semper fuit pro receptitia, & innumerata, si pro tali canonizata fuit in Laudo Episcopi Gambacurti, Apostolica quoque auctoritate roborato, si in omnibus actibus seriis, & proportionaris Episcopi pro tempore eam, uti simplicem
5 Parochialem receptitiam, & innumeratam reputarunt, si numquam ibi fuerunt præbendæ Canonicales in titulum collativum erectæ, ac provisæ ab Ordinario, vel a Dataria, quæ nec etiam Archipresbyteratum primam Dignitatem contulit vigore regulæ *quartæ Cancellariæ*, non est profectò, cur dici possit vera, & propria Collegiata, cùm hujusmodi qualitati omnia prædicta diametraliter adversentur, juxta firmata per *Gonzal. ad regul. 8 Cancell. glos. 9, § 3, numer. 10, & seq. Barbos. de Episc. allegat. 57, num. 159, Lotter. de re benef. lib. 1, qu. 14, num. 25, & seq. Card. De Luc. de præeminen. disc. 8, num. 11; Eminentiss. Petra ad constit. 7 Innoc. IV, sect. 1, num. 8, & seq. tom. 3; Piton. discept. Eccles. 116, num. 25, & 34, tom. 4; & Rot. in rec. dec. 147, num. 18, par. 10; dec. 192, num. 16, par. 14; dec. 234, num. 2, par. 16; & cor. Kaunitz, decis. 158, num. 1, & seq.*

Haud relevante, quòd post erectionem factam ab Episcopo Beroaldo, Ecclesia isthæc nuncupata semper fuerit *Collegiata*, semperque habuerit Chorum, Stallum,
6 Sigillum, Bursam, Arcam, & Mensam in communi. Etenim hæc omnia sunt æquivoca, cùm referri congruè possint, ac verificari in Ecclesiis mere receptitiis, & non Collegiatis, ut benè observant *Card. De Luc. de jurisdict. disc. 13, n. 7, & seq. & de benefic. disc. 14, & seq. Corrad. in prax. benefic. lib. 2, cap. 9, num. 19, & seq. Capon. discept. 288, num. 6, & seq. Eminentissimus Petra, loco mox cit. sect. 1, num. 21, & seqq. & Rot. cor. Carill. dec. 41, num. 14, in rec. dec. 147, num. 6, & seq. par. 10; dec. 469, num. 42, & seq. par. 19; & cor. Molin. d. dec. 1229, num. 25, & seq. tom. 5.*

Vel ad summum probare possunt Collegiatam impropriam ad mitiorem illum
effectum præeminentiarum, de quo *Card.* 7
De Luc. de benef. disc. 14, num. 5, & seq. Rot. dec. 341, num. 5, & seq. cor. Roj. & dec. 266, sub num. 5, cor. Cavaler. dec. 41, num. 10, & seqq. cor. Carill. & in rec. dec. 143, num. 1, & seq. par. 7; dec. 147, num. 1, & seq. par. 10, decis. 297, fere per tot. par. 17. Numquam verò Collegiatam veram, & propriam, ut supposita, & narrata fuit Summo Pontifici, confirmanti ad duriorem illum effectum constituendi Canonicatus verè in titulum collativos, atque subjectos regulæ mensium, necnon Archipresbyteratum perpetuò affectum S. Sedi, ex regula 4 *Cancellariæ*; cùm ad posteriorem illum effectum Ecclesiæ S. Laurentii nunquam fuisse dici possit in statu veræ, & propriæ Collegialitatis, quemadmodum de facto sic declarasse videatur Episcopus Gambari prænotata ejus sententia anni 1717, ubi innixus antiquæ erectioni factæ ab Episcopo Beroaldo, & prædictis signis communibus de materiali tantùm se habentibus, pronunciavit, eamdem Ecclesiam S. Laurentii Martyris esse Collegiatam innumeratam, ejusque Canonicis competere præcedentiam, & primum locum post insignem Collegiatam S. Martini Oppidi Cerreti, ejusque Canonicatus verè, & propriè non vacare, sed desinere, eorumque collationem non esse subjectam reservationi regulæ 8 *Cancellariæ*.

Deficiente igitur subjecto confirmabili, seu non verificata vera & propria Collegialitate, prout fuit Summo Pontifici exposita, deficere quoque oportebat confirmationem Apostolicam, quæ a san. mem. Benedicto XIII indulta fuit in forma communi, & cum consueta clausula, *veris existentibus narratis*; ideoque suffragatur dumtaxat ad roborandum actum in se validum, seu ad confirmandam præexistentem erectionem, quæ supposita fuit *ritè, & canonicè* fa-
cta, non verò ad revalidandum actum, 8
& erectionem nullam, seu potiùs veram, & propriam Collegialitatem nullatenus præexistentem, ut benè distinguendo firmant *Abb. in cap. si quis, num. 6 & 7; ibique Fagnan. num. 11, & 18, de confirm. util. vel inutil. & relat. concordan. plenè Rot. dec. 758, num. 7, & per tot. cor. Molin.*

Hæc omnia facti, & juris fundamenta, quæ Gratiæ subreptionem evincebant ex primo capite, non modicè conferebant ad probandam falsitatem narrativæ, etiam respectu secundæ partis, in qua fuit Summo Pontifici exposita qualitas Ecclesiæ numeratæ. Narratum quippe fuit in ea, *quindecim adesse Canonicatus*,

to-

totidemque prabendas erectar. Suppositus proinde fuit certus numerus Canonicorum, & Præbendarum. Unde oritur
9 numeratio Ecclesiæ, juxta doctrinam *Innocent. in cap. Ex parte, numer. 3, de conceff. præben. Fermosin. in cap. cum M. Ferrarien. cap. 1, qu. 10; Barbos. de Canonic. cap. 3, num. 1, in fin. Lotter. de Re benefic. lib. 1, qu. 14, num. 14*. Supplicarunt insuper, atque obrinuerunt Presbyteri, seu Canonici prædicti, quòd tres ex hisce quindecim Canonicatibus, & Præbendis supprimerentur, cùm primum per cessum, vel decessum vacare contingeret in quibuscumque mensibus, sive Ordinariis, sive Apostolicis, eorumque reddirus applicarentur Mensæ Capitulari pro reliquis duodecim Canonicaribus, iraut illi tres supprimendi *ex nunc collativi esse desinut, & de cætero, utì tules, in titulum collativum conferri, & impetrari non possint*. Ac demum supposuerunt, eosdem Canonicarus esse subjectos affectionibus, & reservationibus Apostolicis, cum ea tamen lege, quòd ex quocumque capire sequererur vacatio, conferendi semper essent Clericis, seu Presbyteris Patrimonialibus, & naturalibus Terræ S. Laurentii.

Quemadmodum verò urtaque hæc narrativa pernecessè supponit, Ecclesiam numeratam, cùm in ea detur vacatio,
10 & collatio in titulum, non verò in Ecclesia innumerata, per *Text. in cap. Dilecto, § Præterea, de prabend. Bald. conf. 472, num. 2, lib. 2*, cum aliis adductis per *Piton. discept. Ecclef. 17, num. 52, & seqq. tom. 1; & discept. 159, num. 11, & seq. tom. 4*. Nec in Ecclesia innumerata Canonicatus cadunt sub regula men-
11 sium, aliisque reservationibus, & affectionibus Apostolicis; *Gonzal. ad regul. 8 Cancell. gloss. 9, § 3, per tot. Barbos. de potest. Episc. allegat. 57, num. 179; & de Canonic. cap. 3, num. 8; Garz. de Benefic. par. 5, cap. 1, num. 556*, aliique relati per *Piton. dict. discept. Ecclef. 17, num. 52, & seq*. Ita omninò insubsistens, & falsa dignoscebatur hujusmodi narrativa, ac alterum æquè validum subreptionis caput constituebat.

Falsa quidem erat supposita qualitas Ecclesiæ numeratæ, quia laudum anno 1614 promulgarum ab Episcopo Gambacurto, & in forma specifica confirmatum a fan. mem. Paulo V, expressè declarar, Ecclesiam esse debere *innumeratam* pro tot Presbyteris, quot substentari possent ad rationem ducatorum 36 pro quolibet; itaut crescentibus redditibus, crescere proportionabiliter deberet numerus Presbyterorum. Idemque suadet subsecuta observantia plusquam centenaria, juxta quam pro augmento redditunm auctus semper fuit numerus Presbyterorum participantium; quæ profectò observantia canonizata quoque judicialiter fuit per sententiam in Curia latam anno 1701, a bon. mem. Lonlo, necnon per aliam de anno 1717, ab Episcopo Gambaro. In prima siquidem Ecclesia præd. nuncupatur *receptitia, & innumerata*. In secunda verò declaratum fuit, eam esse quidem Collegiatam ad effectus tantùm præeminentiales, *sed innumeratam*, & Canonicatuum provisiones semper pertinere ad Episcopum, nequaquam verò esse subjectas reservationibus Apostolicis -- ibi -- *Cùm Canonicatus hujus Collegiatæ innumeratæ non dicantur verè, & propriè vacare, sed desinere, & novus Canonicus sit a nobis instituendus novu erectione, & creatione tituli*. Si autem sola declaratio facta in laudo anni 1614, regulam tribuens pro numero Canonicorum ad mensuram fructuum pro tempore crescenrium, vel decrescenrium ad rationem ducarorum 36 pro quolibet,
saris esser ad constituendum statum Ec- 12
clesiæ innumeratæ, juxta firmata in his terminis per *Piton. discept. Ecclef. 17, n. 37, & seqq*. Multò magis idipsum certum,
& explorarum dici oportet, ubi ulterius 13
accedit subsequura etiam judicialis observantia; *Rot. dec. 384, num. 3; dec. 77, num. 14; & dec. 770, num. 23, cor. Molin. & in Thelesina Congruæ, 28 Junii 1731, § Et in his terminis, vers. cumque accesserit, cor. R. P. D. meo Rezzonico*.

Absque eo quòd in contrarium quidquam relevare visum fuerit, quòd provisiones hujusmodi Canonicatuum non tam factæ, ut plurimum fuerint ab Episcopis per viam vacationis, & collationis in titulum, sed & pluries eriam a S. Sede fuerint expletæ. Quod enim attiner ad vacationem, & collationem in titulum enunciatas in suis provisionibus
ab Episcopis, facilè dignoscebantur æqui- 14
vocæ, utpotè referibiles ad vacationem, & collationem impropriam, quæ datur etiam in Ecclesia non numerata; cùm cessatio illa per obitum unius habeatur loco vacationis; & receptio, ac subrogatio alterius ad Ecclesiæ servirium stet loco collationis, ut tradunt *Pax-Jordan. tom. 2 Lucubrat. lib. 10, tit. 19, nu. 69; Gratian. discept. 397, num. 75*. Maximè in concursu plurium provisionum ab Episcopo Baccario expletarum de anno 1725, & 1727, absque simili terminorum abusu, sed per modum electionis ad Cano-
nicatum non vacantem, sed desinentem, 15
ut pro explicatione præcedentium collationum benè observat *Piton. d. discept. Ecclef. 17, sub num. 57*.

Quod verò attinet ad collationes Apostolicas. Ultra quam quòd non apparebat, illarum duas effectum suisse sortitas, aliæ verò duæ non probabantur aliunde,

quàm

quàm a ſimplici Teſtium depoſitione.
Satis quoque faciebat reſponſio, quòd
vel facta fuit Pontifici mentio de Ec-
16 cleſia innumerata, & optimè potuit ma-
nus apponere, ac providere citra ullam
Status Eccleſiæ mutationem; *Rot. deciſ.*
27, *num.* 6, *par.* 6 *rec.* vel nulla facta
fuit mentio de Eccleſia innumerata; &
in hoc caſu collationes Apoſtolicæ, tan-
quam continentes clauſulam -- *dummo-*
17 *do ad nos collatio hac vice pertineat* --
Statum Eccleſiæ innumeratæ non immu-
tant, ut generalibus omiſſis in puncto
firmat *Piton. d. diſcept. Eccleſ.* 17, *nu.*
41; *Rot. dec.* 234, *num.* 24, *par.* 16 *rec.*

Ex hac autem falſa narrativa Eccle-
ſiæ numeratæ dubitari non poteſt, quin
ſubreptitia reddatur gratia Apoſtolica.
Si enim Papæ innotuiſſet Status Eccleſiæ
innumeratæ, & conſequenter, quòd Ca-
nonicatus verè, & propriè non vaca-
sent per obitum, eorumque proviſiones
in quolibet menſe, etiam reſervato, ſpe-
ctarent ad Episcopum; quodque nume-
rus Canonicorum eſſet augendus juxta
menſuram, & quantitatem redditaum
per coactivam admiſſionem tot Presby-
terorum, quot ſuſtentari poſſent ad
rationem ducatorum 36 pro quolibet,
utique non ſuppreſſiſſet tres ex dictis Ca-
nonicatibus, nec eos ad duodecim per-
petuo reſtrinxiſſet, in præjudicium non
ſolum Presbyterorum Naturalium, qui
18 certo præſtituto numero Canonicorum
non ampliùs haberent jus cogendi Col-
legium ad alios recipiendos in caſu aug-
menti redditaum, quæ eſt ratio po-
tiſſima, propter quam DD. communiter
tenent, Eccleſiam innumeratam ad nu-
meratam reduci non poſſe; *Pignattell.*
conſult. Canon. 308, *per tot. tom.* 1; *Aloyſ.*
Ricc. deciſ. 74, *per tot. Piton. diſcept.*
Eccleſ. 17, *num.* 43, *& ſeq. tom.* 1; *Rot.*
in rec. dec. 17, *num.* 10, *par.* 10, *& in*
Colonien. Nominationum ad Canonicatus,
30 *Junii* 1728, § *Fin. cor. bon. mem. de*
Gamaches; *&* 1 *Julii* 1729, § *Fin. cor.*
Reverendiſs. Ratto.

Verùm etiam ob præjudicium, quod
perpetuò inferretur Epiſcopis Theleſinis,
qui tres Canonicatus ſupprimendos non
ampliùs providerent, nec alios in qua-
cumque vacatione conferrent ob reſer-
vationes, & affectiones Apoſtolicas,
quibus obnoxii remanerent, prout vi-
tium ſubreptionis inferendo a reticita 19
qualitate Eccleſiæ innumeratæ, benè ob-
ſervant *Bald. conſ.* 472, *num.* 2, *lib.* 2;
Tondut. quæſt. beneficial. par. 2, *cap.* 2,
§ 5, *num.* 4; *Lotter. de Re benefic. lib.*
1, *qu.* 14, *num.* 20, *& ſeq. Gonzal. ad*
regul. 8 *Cancell. gloſſ.* 9, § 3, *num.* 22,
& ſeq. Barboſ. de Canon. cap. 3, *num.* 8;
Rot. in rec. dec. 27, *num.* 6, *& ſeq. par.*
6. Qui omnes ad rem ſubjungunt in
hujuſmodi gratiis intrare ſubreptionem,
nedum quando falsò exprimitur, Ec-
cleſiam eſſe numeratam, ſed etiam quan-
do apertè non narratur, eam eſſe innu-
meratam, ex ea ratione, quòd oritur
ſubreptio non minùs ex narrativa falſi, 20
quàm ex reticentia veri, imo ex illius
obſcura, & involuta expreſſione, ut fir-
mant *Lotter. de Re benefic. lib.* 2, *qu.*
54, *num.* 48; *Rota, coram Molin. dec.* 324,
num. 4, *coram Lancett. dec.* 1131, *num.*
11; *& cor. Card. Falconer. dec.* 40, *nu.*
3; *in Miſcell. & in Romana Reintegra-*
tionis, 12 *Martii* 1731, § 20, *cor. Emi-*
nentiſs. D. Card. Aldrovando.

Quibus ita ſe habentibus, ſupervaca-
neum Domini exiſtimarunt inquirere de
alio ſubreptionis capite, ex eo deducto,
quòd diminuti redditus Eccleſiæ impares
eſſent congruæ ſuſtentationi 15 Cano-
nicorum; quam Cauſam Pontifici expo-
ſitam pro obtinenda ſuppreſſione trium
Canonicatuum, Promotor Fiſcalis conten-
debat vel in facto non ſubſiſtere intra
menſuram 36 ducatorum pro quolibet, ad
formam Laudi Epiſcopi Gambacurti per
S. Sedem approbati, vel ſaltem non re-
levare, quia diminutio reddituum cau-
ſare quidem poterat diminutionem nu-
meri Canonicorum proportionabiliter ad
congruam taxatam in laudo prædicto; 21
non autem Eccleſiam innumeratam fa-
cere numeratam, ac perpetuò determi-
nare certum numerum Canonicorum, qui
in poſterum augeri non poſſet, dato etiam
augmento reddituum, ut in puncto di-
ſtinguunt *gloſſ. in cap. ex parte, de con-*
ceſſ. Præben. V, conſuetudinem, ibique
Imol. & Butr. num. 2; *Abb. in cap.* 1, *n.*
2, *de inſtitution. Bellamer. in cap. cum*
M. Ferrarien. num. 11, *de Conſtitut.* quos
refert *Piton. ſæpedicta diſcept.* 17, *num.*
24, *& ſeqq.*

Et ita utraque, &c.



FINIS DECISIONUM.

RESPONSUM JURIS
ILLUSTRISSIMI DOMINI THOMÆ DE COMITIBUS

In Romana Curia Advocati.

ARGUMENTUM.

An sustineatur donatio Jurispatronatus, facta a Muliere absque solemnitatibus Statutariis. Defenditur quoque validitas Testamenti conditi ad Pias causas, & favore filiorum: necnon etiam ratione Loci, exempti a statuentium Jurisdictione, in quo conditum fuit.

SUMMARIUM.

1 *Statutum laicale non comprehendit Contractus habentes annexam Spiritualitatem.*

2 *Etiamsi agatur de Jurepatronatu laicali.*

3 *In Contractibus, & actibus juratis non requiruntur solemnitates Statutaria.*

4 *Potest Statutum annullare Contractus, & vires iisdem tollere, præsumendo illos dolo, & metu extortos.*

5 *Qua præsumptione deficiente, statuta laicalia nunquam comprehendunt actus juratos.*

6 *Confirmatio in forma specifica non se extendit ad actus juratos, & Contractus, qui Statuto subjecti non sint.*

7 *Mulieres, non secus ac Masculi possunt de bonis suis disponere, tam in Testamento, quàm in Contractibus.*

8 *Statutum, præscribens certas solemnitates in Testamento Mulierum, non comprehendit Testamenta ad Pias Causas condita.*

9 *Exempta pariter sunt a censura hujusmodi Statutorum Testamenta, & Legata favore filiorum.*

10 *Sive filii pro æquali portione instituti fuerint, sive etiam inæqualiter vocati.*

11 *Quando hæreditas, & bona relicta Ecclesiæ, majorem partem dispositionis absorbent, Testamentum semper dicitur conditum ad Pias Causas.*

12 *Statutum, requirens in Testamento certas solemnitates, non extenditur, ob defectum potestatis, ad Testamentum factum in loco exempto.*

13 *Præsertim quando Testator permanserat in loco exempto per plures annos ante Testamentum, & quare.*

14 *Sustinetur pariter Testamentum absque solemnitatibus requisitis a Statuto, si contineat dispositionem prudentem, atque laudabilem.*

15 *Mandatum a Marito factum Procuratori ad interessendum Testamento Uxoris, supplet citationem, & requisitionem a Statuto volitam.*

16 *Relationi publici Nuncii, aliquem citasse, credendum est.*

17 *Quod procedit etiamsi citatio expost non reperiatur.*

18 *Maximè ubi citationes non solent in Protocollis alligari.*

19 *Statutum Asculanum præsentiam Mariti requirit in Testamento Uxoris.*

20 *Præsentia autem Mariti suppletur per Procuratorem.*

21 *Præsentia Mariti suppleri non potest per æquipollens, quando a Statuto requiritur pro integranda persona Uxoris; secus verò si requiratur ratione præjudicii.*

22 *Nullitatem Testamenti Uxoris non opponente Marito, talis nullitas non potest ab alio allegari.*

23 *Præsertim si Mariti præsentia requiratur ad evitandum ejus præjudicium.*

STatutum Asculanum requirens certas solemnitates in contractibus Mulierum non habet locum in donatione facta Lino a Ventidia. Statutum enim laicale non comprehendit contractus habentes annexam Spiritualitatem, *Rot. in rec. dec. 707, num. 3, part. 1; Constantin. ad Statut. Urb. annot. 44, numer. 696*, ubi in terminis Statuti Asculani. 1

Nec relevat, quòd Juspatronatus, de quo agitur, sit laicale, quia etiam in isto non esse necessarias tales solemnitates de veriori, & communiori opinione testatur *Rota in Asculana Parochialis, 12 Februarii 1683, § Tertiò denique, coram Hervault, impressa post respons. Dyn. dec. 6, num. 23*, quam refert, & sequitur *Constant. ad Statut. Urb. d. annot. 44, num. 697*. 2

Rursus prædicta donatio fuit munita juramento, propter quod exempta est a solemnitatibus Statutariis, quæ in contractibus, & actibus juratis non requiruntur, ut in individuo hujus nostri Sta- 3

tuti, *Rot. in Asculana donationis*, 20 *Ju-*
nii 1687, § *Quo enim, coram Rondinino.*
Non obstante quòd Statutum annullet,
& tollat vires Instrumento, & fuerit con-
firmatum in forma specifica, quia verum
4 est, quòd Statutum Asculanum ex adver-
so allegatum tollit vires Instrumento,
præsumendo contractum dolo, & metu
extortum, quod indirectè possunt facere
statuentes, *Rot. in rec. dec.* 493, *num.*
7, *par.* 19, *tom.* 2.
Sed in casu nostro objectum cessat ex
facto, quia Statutum Asculanum ita dis-
ponens, est illud positum *in Rubr.* 1, *lib.*
1, *vers. Statuimus* etiam, quod loquitur
de impuberibus, & adultis; quæstio au-
tem nostra versatur super *Rubr.* 14, *ejus-*
dem libri primi, quæ de Mulieribus lo-
quitur; & contractus dolo, & metu ex-
tortos non præsumit, qua præsumptio-
5 ne deficiente, Statuta Laicalia nunquam
actus juratos comprehendunt; *Rot. in rec.*
decis. 375, *num.* 4, *par.* 3; *dec.* 294, *n.*
18, *part.* 6; *dec.* 227, *num.* 24, *part.* 7;
dec. 262, *num.* 9, *part.* 9, *tom.* 1.
Quo verò ad secundam objecti partem,
confirmatio addit quidem robur Statuto,
6 sed illud non extendit pro comprehen-
dendis actibus juratis, & contractibus,
qui Statuto subjecti non essent, *Campell.*
ad constit. Ducat. Urbin. decret. 24, *nu-*
mer. 22.
Ostensa donationis subsistentia necesse
est assumere examen super alio quæsito
mihi facto, concernente validitatem Te-
stamenti, ab eadem Ventidia conditi qua-
tuor annos post donationem prædictam,
quod pariter de nullitate redarguebatur.
Ego autem intrepidè respondi illud ha-
bere omnimodam subsistentiam. Mulie-
7 res enim non secus ac Masculi possunt
de suis bonis, tam in testamento, quàm
in contractibus disponere, *Rot. in rec.*
dec. 88, *num.* 7, & 8; & *dec.* 238, *num.*
13, *par.* 6, *dec.* 338, *num.* 22, *part.* 17;
& *dec.* 297, *num.* 31, *part.* 19, *tom.* 1.
Nec relevat, quòd Statutum prædi-
ctum sub Rub. 14, certas solemnitates
8 requirat in testamento Mulierum, quia
sub tali Statuto comprehensa non rema-
nent testamenta condita ad pias causas,
quale est illud Ventidiæ; *Tusch. litt. S,*
conclus. 594, *num.* 9 & *conclus.* 680, *nu.*
48; *Constant. ad Stat. Urb. annotat.* 45,
art. 3, *num.* 232, qui de hoc nostro Sta-
tuto loquuntur, [illegible]
Neque a linea testamentorum ad pias
causas illud eximere possunt Legata plu-
rima facta ad favorem filiorum, aliarum-
que personarum, quæ nullam Ecclesiasti-
citatem continent; quia respectu lega-
9 torum favore liberorum ista pariter e-
xempta sunt a censura hujus Statuti non
comprehendentis legata, & testamenta
inter filios condita, ut de hoc præciso
Statuto verba faciens *Rot. post Constan-*
tin. ad Statut. Urb. dec. 159, *numer.* 2,
sive in dicto testamento filii pro æquali 10
portione instituti sint, sive fuerint voca-
ti inæqualiter; *Rot. post Constantin. ad*
Stat. Urb. d. dec. 159, *num.* 3, & *seqq.*
Et quoad legata aliis personis extra-
neis facta, cùm ista non excedant valo-
rem scutorum quinque mille, & tota
hæreditas Ventidiæ longe superet valo-
rem scutorum quadraginta, mille non ob-
stantibus legatis, quæ piam causam non
concernunt, quando hæreditas, & bo- 11
na Ecclesiæ, & piæ causæ relicta, majo-
rem partem dispositionis absorbent, te-
stamentum semper dicitur conditum ad
pias causas, *Rot. in recent. dec.* 484, *nu.*
1, *par.* 19, *tom.* 2.
Validum etiam est testamentum hujus-
modi ratione loci, nam illud confectum
fuit in Monasterio Monialium S. Mariæ
Virginum, quod pariter subjectum non
est solemnitatibus Statutariis; sicut enim
testamentum factum extra Territorium
non subjiceretur censuræ Statuti Ascula-
ni propter defectum potestatis statuen-
tium, quæ extra limites Territorii non 12
extenditur, ita nec comprehendere po-
test testamentum factum in loco exem-
pto, super quo nullam jurisdictionem
habere possunt statuentes, ut de Statutis
huic nostro simillimis verba faciens *Rot.*
dec. 9, *num.* 11, & *dec.* 193, *num.* 14, &
seqq. par. 9; *Viterbien. hæreditatis*, 28
Martii 1642, § *Placuit etiam, coram Ghi-*
slerio.
Et hoc procedit eò fortius in casu no-
stro, in quo Ventidia per plures annos
ante permanebat in Monasterio, propter 13
quod dici non potest in tali loco factum
testamentum in fraudem, & ad evitan-
das solemnitates Statuti; sed quia ita
contingit ob opportunitatem casus, *Rot.*
in rec. dicta dec. 193, *num.* 17, *part.* 9;
d. Viterbien. hæreditatis, 28 *Martii* 1642,
§ *Placuit etiam, coram Ghislerio.*
Et hæc omnia corroborantur ex qua-
litate testamenti continentis dispositio-
nem prudentem, sagacem, & omni ex
parte laudabilem, in qua cùm cesset o- 14
mnis suspicio fraudis, & læsionis, susti-
neri debet testamentum absque solemni-
tatibus requisitis ad salvandam Mulierem
a deceptione, fraude, versutia, & do-
lo; *Rot. coram Emerix Jun. dec.* 360, *nu.*
6, *confirmata*, 14 *Aprilis* 1679, § *Final.*
coram Rondinino; & *in Viterbien. hære-*
ditatis, 28 *Martii* 1642, § *Placuit, co-*
ram Ghislerio, confirmata in rec. dec. 193,
num. 18, *part.* 9.
Sed dato etiam quòd solemnitates
Statutariæ necessariæ fuissent, adhuc
principalis defectus illarum consistit ex
non facta requisitione, & citatione Ma-
riti ad interessendum; nam cùm ipse 15
man-

mandatum fecerit Procuratoti ad interessendum teſtamento, hoc ſupplet citationem, & requiſitionem a Sratuto volitam; *Rot. in Aſculana Teſtamenti, 22 Martii 1634, § Et ad id, coram Pirovano.*

Et ex abundanti probatur citationem interveniſſe ex enunciativa Notarii contenra in Inſtrumenro conſignationis teſtamenti, quòd citatio fuerit facta a pu-
16 blico Bajulo, cujus relationi defertur, *Rota coram Bich. d. dec. 165, n. 15; & in Spoletana Teſtamenti, 14 Aprilis 1679, § Quod autem, coram Rondinino.*

Quod locum haber etiamſi dicta citatio ex poſt non reperiatur, quia negligentia Miniſtri deputati pro cuſtodiendis citationibus non poreſt parti præju-
17 dicium inferre, *Rot. in d. Spoletana Teſtamenti 1679, § Quod autem, coram Rondinino*, & facilius hoc procedit in Civitare Aſculi, in qua citationes, non ſo-
18 lent alligari in protocollis, *Rot. in ſæpecitata Spoletana Teſtamenti, 14 Aprilis 1679, § Præſertim, coram Rondinino.*

Et ex dicto mandaro Procuræ facto a Marito tollirur objectum, quòd defecerit illius præſenria volira a Sratuto, quam
19 requirere Starutum probat illius litera, & tradunt *Gratian. diſcept. 556, numer. 23, & 32; De Luc. de teſtament. diſc. 31, num. 2; Rocc. diſput. 36, num. 4, lib. 1; Rot. coram Coccin. dec. 960, num. 4, repetit. in rec. dec. 710, num. 2, par. 1; & in Aſculana Bonorum, impreſſ. apud Paolut. diſſert. 27, dec. unic. num. 1.*

Sed in præſenti noſtra hyporheſi præſenria Mariti fuit adhibita mediante Procuratore ab eo ad hunc actum con-
20 ſtituto, qui ſupplet ejuſdem Mariti præſentiam, *Conſtant. ad Statut. Urb. tom. 2, annot. 45, artic. 3, num. 210, & num. 220, & ſeqq. De Luc. de teſtam. diſc. 31, ſub num. 5, verſ. & ſecundò.*


Et quamvis replicaretur, quòd Statutum requirat præſenriam Mariti pro forma, quæ ſuppleri non poteſt per æquipollens; hoc verificari poſſet in Statuto requirente præſentiam Mariti pro integranda perſona Mulieris Illiusque teſtamentum auctorizandi, non verò quan-
do, ur in præſenti hypoteſi, præſentia 21
requiritur ratione præjudicii, quod a teſtamento ſentire poteſt Maritus; in hoc quippe caſu cum finis ſtatuentium habeatur, ſive Maritus materialem præſentiam præſtet, ſive id faciat per Procuratorem, ſufficit quòd finis deſideratus conſequatur, non conſiderato, an uno vel alio modo forma adimpleatur, ut in ſpecie hujus noſtri Statuti *Conſtant. ad Statut. Urb. annot. 45, art. 2, num. 220.*

Et in omnem caſum cùm Maritus non impugnet teſtamentum, & de hac nullitate non opponat, immo potiùs taci-
tum conſenſum præbeat, talis nullitas 22
non eſt ab alio allegabilis, *Andreol. controv. 341, num. 19. Conſtant. ad Stat. Urb. annot. 45, art. 2, num. 222.*

Signanter in Statuto noſtro, requirente præſentiam ad evitandum præjudi-
cium Mariti, ut dictum eſt; quo caſu 23
cùm forma data a Statuto reſpiciat certum genus perſonatum, illarumque favorem concernat, annullatio teſtamenti procedit ſolùm Marito, ad cujus commodum Statutum reſpexit, volente, & nullitatem alleganre, & non aliter *Conſtant ad Statut. Urb. d. annot. 45, nu. 224, & 225.*

Quare, &c.





INDEX

RERUM, ET VERBORUM,

Quæ in præcedentibus Decisionibus Sac. Rotæ Romanæ continentur.

A

Limi-

BE-

CAPELLANUS, & CAPELLANIA.

CAPELLA.

CAPITULUM IN GENERE.

CAPITULUM QUOAD FUNERA.

CAPITULUM QUOAD NEGOCIA IN EO GERENDA.

CAPITULUM QUOAD JUS ILLUD CONVOCANDI.

ac

ÆDIFICARE.

ELECTIO.

EMPHYTEUTA, & EMPHYTEUSIS.

ENUNCIATIVA.

An-

Sen-

Exa-

PRÆSCRIPTIO.

PRÆSENTATIO, & PRÆSENTATUS.

PRÆVENTIO.

PRIMITIÆ.

PRINCEPS.

PRIVILEGIUM.

PROBATIO.

PROCESSIO.

S

SACRA.

STATUTUM.

STOLA.

SUBREPTIO.

SUBROGATUS, & SUBROGATIO.

SUPERFLUITAS

T

TERRITORIUM SEPARATUM.

F I N I S.